[illegible] restituit ei || Et tunc [illegible]
[illegible] mors [illegible]
[illegible] nomine [illegible] || Et [illegible]
[illegible]
Idem ipse [illegible] || Bepe ei domine [illegible]
[illegible] repente [illegible]
[illegible] auctoritatis [illegible]
Ad semetipsum [illegible]
[illegible] ego [illegible]
[illegible] || Et [illegible]
[illegible] Si [illegible] || Si fortis [illegible]
[illegible]
[illegible] plebes [illegible]
[illegible] || Bepe [illegible]
[illegible] Deus nos [illegible]
[illegible] Judeos [illegible]
[illegible] mundus [illegible]
[illegible]
|| Et [illegible] Si in superbia [illegible]
[illegible] Bepe [illegible]

In aug[illegible] [illegible] descendit [illegible]
[illegible]
|| Et [illegible] in [illegible]
[illegible] ad [illegible]
[illegible]
|| Cum [illegible]
[illegible] Regis [illegible]
[illegible] Inde [illegible]
[illegible] Ergo vos [illegible]
[illegible]
|| Et [illegible] Judeos [illegible]
[illegible]

[illegible] ipsi [illegible]
|| Et [illegible] Dei [illegible]
[illegible]
In [illegible] mortem [illegible]
[illegible] ad [illegible]
[illegible] nos [illegible]
[illegible] ipse nos [illegible]
Et redigent in lutum [illegible]
[illegible] carnes meas [illegible]
[illegible]
[illegible] || Cur facie tua abscondis [illegible]
[illegible] || Et [illegible]
[illegible]
Judeos
[illegible] || Et [illegible]
[illegible] || Et [illegible]
[illegible]
[illegible] Signasti [illegible]
[illegible] Et [illegible]
[illegible] est qui faciat bonum [illegible]

AA III
5.

N. Inv. 1352.

Anno dni m cccc x cōparatꝰ ē liber [illegible]

Morale Gregorij

Prima pars circa ... empta cum secunda parte per dominum Petrum Fabiani de Wolssza licenciatum in decretis Archidiaconum Cracoviensem 1412 etc.

~~Iste liber est Canonicorum Regularium apostoli Corporis Christi in Kazimiria~~

Liber magistri Johannis de Dambrowka Sacre theologie et decretorum doctoris emptus per eum apud fratres Corporis Xpi in Kazimiria mediante fratre Mathia de Nowa Sandecz. Et legatus librarie domus artistarum Studii Cracoviensis.

171

[illegible]

||| Ipse ad sepulcra ducetur 23 [illegible]
[illegible] Dulcis fuit glareis [illegible]
ad capillos o || [illegible] 24:
p| xviii || [illegible]
tatis j. Nunquid [illegible] conpari [illegible]
[illegible] || Nunquid tenens [illegible]
[illegible] || Et non [illegible] maliciam [illegible]
|| Abstulisti [illegible] pignus 2. [illegible]
v. [illegible] Et nudos expoliasti [illegible]
[illegible] non dedisti lasso y. non [illegible]
z || Et [illegible] eius quorum magnitudinem
z In fortitudine 2 [illegible] ferendo [illegible]
ita [illegible] || [illegible] istam [illegible]
[illegible] secta receptoris [illegible] || Iniqui eum
[illegible] Tu ille impressus [illegible]
|| [illegible] videbunt iusti et letabuntur [illegible]
[illegible] nunquam [illegible] || [illegible]
[illegible] || Et iudicans [illegible]
[illegible] per terra silvae [illegible] omnes
[illegible] oportuit
[illegible] || Et [illegible] ad deum faciem [illegible]
Progeniem ipse [illegible] || Sed [illegible] mise-
[illegible] o || [illegible] sit misericordia [illegible]
[illegible] fel [illegible]
[illegible] || [illegible]
[illegible] spondere [illegible]
tribuat [illegible] || [illegible]
[illegible] pena [illegible]
plangunt [illegible] fortitudine [illegible]
|| [illegible] sanctitatis [illegible]
12. [illegible] Creator ipse omnium [illegible] ||
[illegible] 13; [illegible]
[illegible] custodivit ipse [illegible] || [illegible]
[illegible] labiorum 14: [illegible] In [illegible]
[illegible] Ipse et [illegible]
[illegible] || Et [illegible] 17.
[illegible] Et [illegible]
[illegible] 11. [illegible] ||
mollivit cor meum 9. 16: [illegible]
[illegible] Et [illegible]
[illegible] custodivit [illegible] ||
[illegible] et [illegible]
[illegible] pu-
pillorum [illegible] || Et [illegible] 19:
[illegible] Vulnera [illegible]
[illegible] agrestem
[illegible] vigilantes ad [illegible] || [illegible]

[illegible]
xviii
|| [illegible]
[illegible] || [illegible]
[illegible] intelligi [illegible] || [illegible]
[illegible] predicator [illegible] || Et in
[illegible]
[illegible]
[illegible] || [illegible] non sine recordacione
[illegible] elevati sunt ad modicum
[illegible] || [illegible] ut [illegible]
[illegible]
Et sic [illegible] || [illegible]
[illegible] Job 6. [illegible]
[illegible]
[illegible] || Et [illegible]
[illegible] multitudinem [illegible] ||
[illegible]
[illegible] luna non splendet [illegible]
|| [illegible]
[illegible] | [illegible]
[illegible] Job [illegible]
[illegible] || [illegible] plantavit [illegible] 10. [illegible]
[illegible] Et prudencia [illegible]
[illegible] gemuit [illegible] || [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Et
appendit [illegible]
[illegible] || [illegible]
[illegible] 12. [illegible]
[illegible] || Dignum [illegible]
[illegible] 13. [illegible] tenet [illegible]
[illegible] anglicatis [illegible]
|| [illegible] 19: [illegible]
[illegible] || In [illegible]
17. [illegible] Et prudencia eius [illegible]
[illegible] Ipse [illegible] in illa nobis
[illegible] || Et [illegible] debitores 16. [illegible]
[illegible] eius [illegible] || [illegible]
[illegible] || [illegible]
[illegible] || Coronabens de
capite [illegible] 19. [illegible] excepte
dicta [illegible]

Be ...
Bonus ...
Bonus ...
pmitt ...
compo ...
... ille ...
... magn ...
psalm ...
... in ...
... impys ...
... ...
... ...
... delicto ...
... impys ...
... celi ...
... ...
... ...
... Cunc ...
... ...
... Et ...
... cogit ...
... ...
... pena ...
... Ipe ...
... Dulce ...
... capillo ...
...
...
...
... iniquet ...
... Absona ...
... Et ...
... ...
... Et ...
... In fort ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
Cunc ...
Cunc ...
... ...
... ...
... pena ...
... sanguine ...
... ...
... ...
... ...
... custod ...
... mandatis ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... Cunc ...
... ...
... vigilat ...

epistola

Incipit epistola beati grego rii pape urbis Rome ad leandrum episcopum in expla natione beati Iob que prima libris Moralium prius beati Gregorii

Reverentissimo ac sanctissimo fratri Leandro coepiscopo Gregorius servus servorum dei. Dudum te frater beatissime in Constantinopolitana urbe cognoscens, cum me illic sedis apostolice responsa constringeret / et te illuc iniuncta pro causis fidei wisigothorum legatio perduxisset / omne in tuis auribus quod michi de me displicebat exposui / qui diu longeque conversionis graciam distuli / et postquam celesti desiderio sum afflatus secularem habitum contempnere melius putavi / aperiebatur michi iam quia de eternitatis amore quid quererem. Sed inolita consuetudo me devinxerat / ne exteriorem cultum mutarem. Cumque adhuc me cogeret animus presenti mundo quasi specietenus deservire / ceperunt multa contra me ex eiusdem mundi cura succrescere / ut in eo iam non specie / sed quod est gravius mente retinerer / Que tandem cuncta sollicite fugiens, portum monasterii pecii / et relictis que mundi sunt ut frustra tunc credidi, ex huius vite naufragio nudus evasi. Quia enim plerumque navem incaute religatam. etiam de sinu tuti littoris unda excutit. cum tempestas excrescit / repente me sub pretextu ecclesiastici ordinis causarum secularium pelagus repperit / et quietem monasterii quam habendo non fortiter tenui / quam stricte tenenda fuit perdendo cognovi. Nam cum michi ad percipiendum sacri altaris misterium obediencie virtus opponitur. hoc sub ecclesie honore susceptum est / quod si inulte liceat iterum fugiendo deserat / Postque hoc nolenti michi. atque renitenti / cum grave esset altaris misterium / eciam pondus est cure pastoralis iniunctum / quod tanto nunc durius tolero quanto me ei imparem senciens in nulla fiducie consolacione respiro. Quia enim mundi iam tempora malis crebrescentibus, termino appropinquante turbata sunt. ipsi nos qui interius misteriis deservire credimur curis exterioribus implicamur. Sicut eo quoque tempore quo ad misterium altaris accessi / hoc ignorante me actum est / ut sacri ordinis pondus acciperem, quatinus in terreno palacio licencius excubarem / ubi me scilicet multi ex monasterio fratres mei germana devincti caritate sunt secuti. Quod divina factum dispensacione conspicio. ut eorum semper exemplo ad oracionis placidum littus quasi anchore fune restringerer, cum causarum secularium incessabili impulsu fluctuarem / ad illorum quippe consorcium quasi ad tutissimi portus sinum terreni actus volumina fluctusque fugiebam / Et licet illud me ministerium ex monasterio abstractum a pristine quietis vita / mucrone sue occupacionis exstinxerit / inter eos tamen per studiose lectionis alloquium cottidie me aspiracio compunctionis animabat. Tunc eisdem fratribus etiam cogente te placuit, sicut ipse meministi, ut librum beati Iob exponerem importuna peticione me compellerent, et prout veritas vires infunderet eis misteria tante profunditatis aperirem. Qui hoc quoque michi in onere sue peticionis addiderunt / ut non solum verba hystorie per allegoriarum sensus excuterem / sed allegoriarum sensus protinus in exercicium moralitatis inclinarem / Adhuc aliquid gravius intingentes, ut intellecta quaeque testimoniis cingerem, et prolata testimonia si implicata fore viderentur interposicione super addite exposicionis enodarem / ij

Mox vero in obscuro hoc opere / atque ad nos hactenus indiscusso. ad tanta me pertrahi. at tanta agnovi / solo auditus pondere victus fateor lassatusque succubui / Sed repente inter fortitudine devocioneque depressus /

cum in largitorem mentis oculos
attollerem, cunctatione postposita
illico certus attendi, quia im-
possibile esse non potuit quod de
fratribus michi cordibus caritas
imperabat. Fore me quippe ydo-
neum ad ista desperans, sed
ipsa mei desperatione robustior
ad illum spem protinus erexi,
per quem aperta est lingua mutorum,
qui linguas infantium fecit
disertas, qui inarticulatos bru-
tosque asine rugitus per sensa-
tos humani colloquii distinxit
modos. Quid igitur mirum si in-
tellectum stulto homini prebeat, qui
veritatem suam cum voluit etiam
per ora iumentorum narrat. Huius
ergo robore considerationis accinc-
tus, ariditatem meam ad dignum
dum fontem tante profunditatis
excitavi, et quamvis eorum quibus
exponere compellebar, longe me
vita transcenderet, in incongruum tamen
esse non credidi, si fluenta usibus
hominum plumbi fistula ministraret.
Unde mox eisdem coram posi-
tis fratribus priora libri sub oculis
dixi, et quia tempus paulo
vacantius repperi, posteriora trac-
tando dictavi, cumque michi
spacia longiora suppeterent, mul-
ta augens, pauca subtrahens,
atque ita ut inventa sunt non-
nulla derelinquens, ea que me
loquente excepta sub oculis
fuerant per libros emendando
composui, quia et cum postrema
dictarem, quo stilo prima di-
xerim, sollicite attendi. Egi
ergo ut et ea que locutus sum
studiosa emendatione transcurrens
quasi ad similitudinem dictatus
erigerem, et ea que dictaveram
non longe a colloquentis ser-
mone discreparent, ut dum
dum hoc tenditur, illud attrahitur
editionem modo dissimilem res non
dissimilis formaret. Quamvis
tertiam huius operis partem, ut
colloquendo protuli, pene ita de-
reliqui, quia cum me fratres ad
alia pertrahunt, hanc subtilius
emendari noluerunt. Quibus
nimirum multa iubentibus

inter propositionem
inter per allegoriam
inter per moralitatem
inter loquendo inter
dictando inter emen-
dando

dum pavere modo per expositionis
instantiam, modo per contemplationis as-
censum, modo per moralitatis in-
strumenta voluit. Hoc opus per
triginta et quinque volumina ex-
tensum in sex codicibus explevi.
Unde et in eo sepe quasi postposito
ordine expositionis in verborum
paulo diutius contemplationis lati-
tudini ac moralitatis insudo.
Sed tamen quisquis de deo loquitur,
curet necesse est ut quidquid au-
dientium mores instruit, rimetur,
et hunc rectum loquendi ordinem
deputet, si cum opportunitas edi-
ficationis exigit, ab eo se quod loqui
ceperat utiliter derivet. Sacri
enim tractator eloquii morem
fluminis debet imitari. Flumen
quippe dum per alveum defluit,
si valles concavas ex latere contingat, in eas
protinus sui impetus cursum di-
vertit, cumque illas sufficienter imple-
verit, repente se in alveum
refundit. Sic nimirum sic di-
vini verbi esse tractator debet,
ut cum de qualibet re disserit,
si forte iuxta positam occasionem
congrue edificationis invenerit,
quasi ad vicinam vallem lingue
undas intorqueat, et cum sub-
iuncte instructionis campum
sufficienter infuderit, ad sermonis
propositi alveum recurrat. Sciendum
vero est quod quedam hystorica
expositione transcurrimus et per alle-
goriam quedam typica inves-
tigatione perscrutamur, quedam
per sola allegorice moralitatis
instrumenta discutimus, nonnulla
autem per cuncta simul sollicitius ex-
quirentes tripliciter indagamus. Nam
primum quidem fundamenta hys-
torie ponimus, deinde per
significationem typicam in arcem fidei fa-
bricam mentis erigimus, ad
extremum quoque per moralitatis
gratiam, quasi superducto edifi-
cium colore vestimus. Vel certe
quid dicta veritatis nisi reficiende
mentis alimenta credenda
sunt? Que modis alternantibus
multipliciter disserendo ferculo oris
offerimus, ut invitati lectoris

Nota modus loquendi

m?

quasi cotidiane cibi fastidium re-
pellamus, cum dum sibi multa
oblata considerat, quod elegantius
decernit, assumat. Aliquando vero
exponere aperte hystorie verba
negligimus, ne tardius ad ob-
scura veniamus. Aliquando autem
intelligi iuxta litteram nequeunt,
quia superficietenus accepta ne-
quaquam instructionem legentibus,
sed errorem gignunt. Ecce etenim
dicitur: Sub quo curvantur qui
portant orbem. Et de tanto viro
quis nesciat quod nequaquam va-
nas poetarum fabulas sequitur,
ut mundi molem subvehi gi-
ganteo sudore suspicetur? Qui
rursus pressus percussionibus
dicit: Elegit suspendium anima
mea et mortem ossa mea. Et
quis recte sapiens credat virum
tanti preconii, quem videlicet
constat ab eterno iudice premia
virtutis recepisse, decrevisse
inter verbera vitam suspendio
finire? Aliquando etiam ne fortasse
intelligi iuxta litteram debeat, ipsa
se verba littere impugnant. Ait namque:
Pereat dies in qua natus sum,
et nox in qua dictum est: Conceptus
est homo. Et paulo post subiecit:
Occupet eum caligo et involvatur
amaritudine. Atque in eiusdem
noctis maledictione subiungit:
Sit nox illa solitaria. Nimirum
nativitatis dies ipso
impulsu temporis evolutus stare
non poterat. Quo igitur pacto ipsum
involvi amaritudine optabat,
qui elapsus iam quippe non
erat? Et tamen si in rerum natura
subsisteret, sentire amaritudinem
nequaquam posset. Constat ergo quod
nullomodo de die sensibili dicitur,
qui sensu percelli amaritudinis
optatur. Et si conceptionis nox
reliquis noctibus coniuncta
discesserat, quo pacto hec fieri
solitaria exoptatur? Que ut elap-
su temporis figi non potuit, ita et
nec a reliquarum noctium coniun-
ctione separari nequivit. Rursum dicit:
Usquequo non parcis michi, nec di-
mittis me ut gluciam salivam
meam? Et paulo superius dixerat:
Que prius tangere nolebat anima
mea, nunc pre angustia cibi mei
sunt. Quis autem nesciat saliva
facilius posse glutiri quam cibum?
Quem itaque se sumere cibum de-
nunciat, incredibile est valde
quo ordine glutire salivam ne-
gat. Atque iterum dicit: Peccavi,
quid faciam tibi, o custos hominum?
Vel certe: Consumere me vis peccatis
adolescentie mee. Et tamen alia
responsione subiungit: Neque enim
reprehendit me cor meum in
omni vita mea. Quo igitur pacto
a corde suo in omni
vita reprehenditur, qui peccasse
se publica voce testatur? Ne-
que enim simul umquam conveni-
unt culpa operis et reprehensibili-
tas cordis. Sed nimirum verba
littere dum collata sibi convenire
nequeunt, aliud in se aliquid
quod querant ostendunt, ac si qui-
busdam vocibus dicant: Dum
nostra nos conspicitis superficie
destrui, hoc in nobis querite
quod ordinatum sibi et congruens
apud nos valeat intus inveniri.
Aliquando autem qui verba accipere
hystorie iuxta litteram negligit,
oblatum sibi veritatis lumen
abscondit, cumque laboriose
invenire in eis aliquid intrinsecus
appetit, hoc quod foris sine diffi-
cultate assequi poterat amittit.
Sanctus namque vir dicit: Si
negavi quod volebant pauperibus
et oculos vidue expectare feci;
si comedi buccellam meam
solus et non comedit pupillus
ex ea; si despexi pretereuntem
eo quod non habuit indumentum
et absque operimento pauperem; si
non benedixerunt michi latera
eius et de velleribus ovium
mearum calefactus est. Que
videlicet si ad allegorie sensum
violenter inflectimus, cuncta eius
misericordie facta vacuamus. Divinus
etenim sermo sicut misteriis pru-
dentes exercet, sic plerumque super-
ficie simplices refovet. Habet
in publico unde parvulos nutriat,
servat in secreto unde mentes

In theologia aliqua litteraliter non possunt intelligi.

m

sublimium in admiratione suspendat. Quasi quidam est quippe fluvius, ut ita dixerim, planus et altus, in quo agnus ambulet et elephans natet. Ut ergo uniuscuiusque loci opportunitas postulat, ita se per studium ordo expositionis immutat, quatenus tanto verius sensum divine locutionis inveniat, quanto ut res quasque exegit per causarum species alternat. Quam videlicet expositionem recensendam tue beatitudini non quia velut dignam debui, sed quia te petente memini promisisse transmisi, in qua quidquid tua sanctitas tepidum incultumque repererit, tanto michi celerius indulgeat, quanto hoc me egrum dicere non ignorat. Dum enim molestia corpus atteritur, afflicta mente etiam dicendi studia languescunt. Multa quippe iam annorum curricula devolvuntur, quod crebris viscerum doloribus crucior, horis momentisque omnibus. fracta stomachi virtute lassesco, lentis quidem sed tamen continuis febribus anhelo. Inter que hec dum sollicitus pendo, quia scriptura teste omnis filius qui a deo recipitur flagellatur, quo malis presentibus durius premor, eo de eterna certius presumptione respiro. Et fortasse hoc divine providentie fuit, ut percussum Iob percussus exponerem, et flagellati mentem melius per flagella sentirem. Sed tamen recte considerantibus liquet, quia ad utilitatem non modica laboris mei studiis hec molestia corporalis obsistit, quod dum carnis virtus collocutionis ministerium exhibere vix sufficit, mens digne intimare non potest quod sentit. Quid nam est officium corporis nisi organum cordis. Et qualibet peritus sit cantandi artifex, explere artem non valet nisi ad hanc sibi musica exteriora concordent. Quia nimirum canticum quod docta manus imperat, quassata organa perite non resultant, nec artem flatus exprimit si scissa rimis fistula stridet. Quanto itaque gravius expositionis mee qualitas premitur, in qua dicendi gratiam sic fractura organi dissipat, ut hanc peritie ars nulla componat. Queso autem ut huius operis dicta percurrens, in hiis verborum folia non requiras. Quia per sacra eloquia ab eorum tractatoribus infructuose loquacitatis levitas studiose compescitur, dum in templo dei nemus plantari prohibetur. Et cuncti procul dubio scimus, quia quoties in foliis male lete seges culmum producit, minori plenitudine spicarum grana turgescunt. Unde et ipsam loquendi artem, quam magisteria discipline exterioris insinuant, servare despexi. Nam sicut huius quoque epistole tenor enunciat, non metacismi collisionem fugio, non barbarismi confusionem devito, situs modosque etiam preposicionum casus servare contempno. Quia indignum vehementer existimo ut verba celestis oraculi restringam sub regulis Donati. Neque enim hec ab ullis interpretibus in scripture sacre auctoritate servata sunt. Ex qua nimirum quia nostra expositio oritur, dignum profecto est ut quasi soboles speciem sue matris imitetur. Novam vero translationem dissero, sed cum probationis causa exigit, nunc nova nunc veterem per testimonia assumo. ut quia sedes apostolica, cui deo auctore presideo, utraque utitur, mei quoque labor studii ex utraque fulciatur. Amen.

[margin:] Et di[cit] Indignum est verba celestis oraculi restringere sub regulis Donati. 191 Marchio

Finita est epistola. Notandum quod istud quod infra ponitur non est de integritate libri Moralium. Sed ego qui reporto in quodam tractatulo scriptum Beatus Gregorius compilavit ultra fere mille volumina librorum, post mortem vero illius sunt cremata. Habuit enim beatus Gregorius

Capellanum ut quidam dicunt
Petrum Cardinalem cui re
debat ad interrogata et solvebat
ut patet in libro dyalogorum ipsius
beati gregorii / Cum capellanus
videns btum gregorium tam mul
ta fecisse ac operari quia multis
scriptoribus p'mittabat btus gg'
cogitabat quomodo vel unde
hoc haberet / Quodam tempore noctis
vidit lumen esse in camera
bti gregorii Quam cum respiceret p
rimam sive foramine parietis
vidit modo btum gregorium sedit
sedens / et columbus valde al
bus sedet bto gregorio in hu
meris immittas ei ad aurem
Tunc btus gregorius in spiritu
cognovit quod capellanus ista
vidisset / Precepit ei dicens vide
nemini dixeris quia columba
ille fuit spiritus sanctus qui me do
cebat / et hoc scias pro certo quia
quandocumque istam visionem ali
cui revelabis / quod tercia die mo
rieris / Capellanus valde sub
clausula taciturnitatis habuit
Post mortem vero bti gregorii
surrexerunt quidam mali car
dinales / qui odio habuerunt
btum gregorium / tunc dicebant
quod eius libri quos compilavit
meram heresim et falsitatem con
tineret / et ceperunt predicta volu
mina cremare / et cum iam multa
volumina fuissent cremata tunc
iste Capellanus veniens in
medium dixit / Nolite facere nolite
Scitote quia spiritu sancto sunt
dictati libri et narravit eis
que viderat / et dixit Existimete
si ego die tercia non moriar
tunc sunt libri mali / Si autem
moriar die tercia / scitote quod isti
libri ex spiritu sancto dictati / tunc
venit dies tercia et iste Ca
pellanus arreptus est febribus
vallidis / et sumpto celesti via
tico mortuus est / ut predixit
sibi btus gregorius ita factum est
et primo respexerunt quidam
boni cardinales et magistri
libros ipsius qui remanserant et
dolverunt et penitenciam egerunt
et dicit quod nisi moralium / Dya
logorum / super biblia / glosa pas
toralis omelie. Registri officiorum
et Sciendum etiam quod audivi
ego .. a doctore sacre pagine quod
liber moralium est tante auctori
tatis in sua expositione sicut
habet sancta mater ecclesia
aliquod originale Quia ut idem
magister et doctor dixit Btus
gregorius volens exponere librum
Job fere totam sacram scriptu
ram exposuit / O rogo vos le
gite in eo et intelligite et inve
nietis requiem animabus vestris

Incipit prefacio bti gregorii

Inter multos sepe queritur Quis
libri beati Job scriptor habeatur
Et alii quidem moysen / alii unum
quemlibet ex prophetis scriptorem
huius operis fuisse suspicantur
Quia enim in libro genesos Jo
bab de stirpe esau descendisse /
et bale filio Beor in regnum
successisse describitur / hunc btum
Job longe ante moysen tempora
extitisse crediderunt / morem
profecto sacri eloquii nescientes /
quia in superioribus sive prioribus
solet breviter longe post
secutura perstringere / cum studet
ad alia subtilius enarranda per
venire. Unde et illic iobab
prius reges in israel existerent
fuisse memoratur Regnasse ex
titisse ergo ante legem con
gnoscitur qui israhelitarum iudi
cum tempore fuisse signatur / quod dum
quidam minus caute conside
rant / moysen gestorum illius
quasi longe ante positum scriptorem
putant / Ut videlicet is qui
potuit ad eruditionem nostram
legis precepta edere / ipse credatur
etiam ex gentilis viri hystoria
virtutis ad nos exempla man
dasse Nonnulli vero ut dictum est
scriptorem huius operis unumque
libet de prophetis arbitrantur / asserentes

De Auctore Libri
1 Moyses
2 propheta

quis misticum tam misticum dei verba cognoscere potuit, nisi cuius mentem prophetie spiritus ad superna sublevavit. Sed quis hec scripserit valde supervacue queritur, cum tamen auctor libri spiritus sanctus fideliter credatur. Ipse ergo hec scripsit, qui hec scribenda dictavit. Ipse scripsit, qui et in illius opere inspirator extitit, et per scribentis vocem imitanda ad nos eius facta transmisit. Si magni cuiusdam viri susceptis epistolis verba legeremus, sed quo calamo fuissent scripta quereremus, ridiculum profecto esset, si non epistolarum auctorem scire, sensumque cognoscere studeremus, sed quali calamo earum verba impressa fuerint indagare. Cum ergo rem cognoscimus, eiusque rei auctorem spiritum sanctum tenemus, quia scriptorem querimus, quid aliud agimus, nisi legentes litteras de calamo percontamur. Arbitrari

37 Iob. tamen verius possumus quod ipse beatus Iob qui certamina spiritualis pugne sustinuit, etiam consummate sue victorie gesta narravit.

vi B Nec movere debet quod in eodem libro dicitur: Dixit Iob, vel hec atque illa pertulit Iob. Moris enim scripture sacre est, ut ipsi qui scribunt sic de se in illa quasi de aliis loquantur. Hinc est enim quod Moyses ait: Erat Moyses

Num. 12 vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Hinc

Io 6 Iohannes dicit: Discipulus ille quem diligebat Ihesus. Hinc Lucas ait quod ambularent duo in via,

Luce ultimo Cleophas et alius. Qui profecto alius dum tam studiose tacetur, ut quidam dicunt se ipsum fuisse monstravit. Scriptores igitur sacri eloquii, quia impulsu sancti spiritus aguntur, sic de se in illo testimonio tamquam de aliis proferunt. Spiritus ergo sanctus per Moysen locutus est de Moyse, spiritus sanctus per Iohannem locutus est de Iohanne. Paulus

2 cor ultimo

quoque quia non ex se ipso loqueretur ("sic") insinuat dicens: An experimentum eius queritis, qui in me loquitur Christus. Hinc est quod angelus qui Moysi apparuisse describitur, modo angelus, modo dominus memoratur. Angelus videlicet per hoc, quod exterius loquendo serviebat, dominus autem dicitur, quia interius presidens loquendi efficaciam ministrabat. Cum ergo loquens ab interiori regitur, et per obsequium angelus, et per inspirationem dominus nominatur. Hinc David ait: Attendite populus meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei. Non enim lex David, aut populus David, sed personam eius ex quo loquebatur assumens, ipsius auctoritate loquitur cuius inspiratione replebatur. Hoc cottidie fieri in ecclesia cernimus si vigilanter intuemur. Nam stans in medio populi lector clamat: Ego sum deus Abraham, et deus Ysaac, et deus Iacob. Exo 3 Et quod ipse sit deus profecto non dicit, nec tamen per hoc quod dicit veritatis regulam deserit, quia cui ministerium lectionis exhibet, eius dominium voce pretendit. Ita ergo scriptores sacri eloquii, quia repleti spiritu sancto super se trahuntur, quasi extra semet ipsos fiunt, et sic de se sententias quasi de aliis proferunt. Unde et beatus Iob spiritu sancto afflatus potuit sua gesta que erant videlicet superne aspirationis dona quasi non sua scribere, quia eo altius erant que loquebantur, quo homo loquebatur que dei sunt, et eo alia que erant illius loquebatur, quo spiritus sanctus que hominis sunt loquebatur.

C Sed iam debemus ista postponere, et ad considerandam sacre hystorie gesta properare. Omnis homo eo ipso quo homo est suum debet intelligere auctorem, cuius voluntati tanto magis serviat, quanto se quia de se ipso nichil sit pensat. Ecce ante conditi, deum considerare

negligimus, adhibita sunt precepta; preceptis quoque obtemperare nolumus, adiunguntur exempla; ipsa quoque imitari exempla declinamus, que edidisse nobis positos sub lege conspicimus. Quia enim deus aperte quibusdam sub lege positis locutus est, quasi alienos nos ab eisdem preceptis aspicimus, quibus hec specialiter locutus non est. Ut ergo ad confutandam impudenciam nostram gentilis homo ad exemplum deducitur, ut quia obedire homo legi sub lege positus despicit, eius saltem comparacione evigilet qui sine lege legaliter vivit. Erranti igitur homini data est lex; erranti etiam vero sub lege adducitur testimonium eorum qui extra legem sunt. Ut quia condicionis nostre ordinem servare nolumus, preceptis admonemur; et quia preceptis obedire contempsimus, exemplis confundimur. Nec ut diximus eorum exemplis quos lex astringeret, sed quos lex a proposito nulla cohiberet. Circumscripsit nos divina providencia, circumvenit excusacionem nostram, undique conclusus est aditus tergiversacionis humane. Homo gentilis, homo sine lege admodum deducitur, ut eorum qui sub lege sunt pravitas confundatur. Quod bene per prophetam breviter dicitur: Erubesce Sydon, ait mare. Quia ex vita gentilium redarguitur vita sub lege positorum, atque ex actione secularium confunditur actio religiosorum, dum illi etiam promittendo non servant que in preceptis audiunt, et isti vivendo ea custodiunt in quibus nequaquam mandatis legalibus astringuntur. Qua vero auctoritate liber iste sit preditus, ipsa sacrarum paginarum solidius attestatur, dum per Ezechielem prophetam dicitur quod tres soli viri liberabuntur, Noe scilicet, Daniel et Iob. Nec inmerito inter Hebreorum vitas in auctoritatis reverencia iusti gentilis adducitur, quia redemptor noster sicut ad redempcionem iudeorum

Iob fuit gentilis

sine lege

Ysa 23.

Ezech. 14

VII D

[X] In Sidone quippe figuratur instabilitas in lege positorum, in mari autem vita gentilium. Erubesce ergo Sidon ait mare.

et gentilium venit, ita se iudeorum et gentilium prophetari vocibus voluit, ut per utrumque populum prediceretur, qui pro utroque populo quandoque pateretur. Vir itaque iste summis virtutibus fultus, sibi notus erat et deo, qui si non flagellaretur, a nobis nullatenus agnosceretur. Virtus quippe etiam se per quietem exercuit, sed virtutis opinio commota per flagella fragravit; et qui quietus in seipso quod erat continuit, commotus ad noticiam omnium odorem sue fortitudinis aspersit. Sicut enim unguenta redolere longius nesciunt nisi commota, et sicut aromata fragranciam suam non nisi cum incenduntur expandunt, ita sancti viri omne quod virtutibus redolent in tribulacionibus innotescunt. Unde et recte dominus in evangelio dicit: Si habueritis fidem ut granum sinapis, dicetis huic monti: Transi hinc, et transibit. Granum quippe sinapis nisi conteratur, nequaquam vis virtutis eius agnoscitur. Nam non contritum lene est; si vero conteritur inardescit, et quod in se acrimum latebat ostendit. Sic unusquisque vir sanctus, cum non pulsatur, despicabilis ac lenis aspicitur; si qua vero illum tritura persecucionis opprimit, mox omne calidum quod sapit ostendit, atque in fervorem virtutis vertitur quidquid in illo ante despicabile infirmumque videbatur; et quod ipse per tranquillitatis tempora libens operuerat, exagitatus tribulacionibus coactus innotescit. Unde bene per prophetam dicitur: In die mandavit dominus misericordiam suam, et nocte declaravit. [X] Misericordia domini quod in tranquillitate sumitur, tribulacionibus manifestatur. Sed subtilius perscrutandum est cur tot flagella pertulit qui tantam virtutum custodiam sine reprehensione servavit. Humilitatem quippe habuit, quia et ipse testatur: Si contempsi subire iudicium cum servo meo et ancilla mea, cum disceptarent adversum me. Hospi-

Sinape

Humilis

Hospitalis

[X] Quia enim dominus in die mandavit, quia in tranquillo tempore cognoscendo recipitur, in nocte vero declaratur.

talitatem exhibuit sicut ipse perhibet, dicens: Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Discipline rigorem tenuit, sicut ipse indicat dicens: Principes cessabant loqui et digitum superponebant ori suo. Mansuetudinem in rigore custodivit, sicut ipse fatetur dicens: Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen merencium consolator. Elemosinarum largitatem amplexus est, sicut ipse insinuat dicens: Si comedi buccellam meam solus, et non comedit pupillus ex ea. Cum igitur omnia virtutum mandata perficeret, unum ei deerat, ut etiam flagellatus gratias agere sciret. Notum erat quia servire deo inter dona noverat, sed dignum fuit ut districtio severitatis agnosceret utrum devotus deo inter flagella permaneret. Pena quippe interrogat, si quietus quis veraciter amat. Quem hostis quidem ut deficeret petiit, sed ut proficeret accepit. Fieri enim deus benigne permisit quod dyabolus inique postulavit. Nam cum ideo illum expetisset hostis ut consumeret, temptando egit ut eius merita augeret. Scriptum quippe est: In omnibus hiis non peccavit Iob labiis suis. Equidem quedam verba responsionis illius imperitis lectoribus aspera resonant, quia sanctorum dicta pie intelligere sicut dicuntur ignorat, et quia animum dolentis iusti in semetipsis assumere nesciunt, ideo doloris verba bene interpretari non possunt. Mentem quippe pacientis bene pensare novit condescensio passionis. Credunt ergo beatum Iob in suis sermonibus deliquisse, minus caute intuentes, quia si beati Iob responsa redarguunt, falsam etiam de eo domini sentenciam fuisse testantur. Dyabolo namque a domino dicitur: Considerasti servum meum Iob, quod non sit ei similis super terram, vir simplex et rectus ac timens deum et recedens a malo? Cui mox a dyabolo redditur: Nunquid gratis Iob colit deum? Nonne tu vallasti eum cunctamque substanciam eius? Sed mitte manum tuam et tange eum, si non in faciem benedixerit tibi. Hostis quippe in beato Iob vires suas exercuit, sed tamen contra deum certamen assumpsit. Inter deum itaque et dyabolum beatus Iob materia certaminis fuit. Quisquis ergo sanctum virum inter flagella positum peccasse asserit, quid aliud quam deum, qui pro illo proposuerat, perdidisse reprehendit? Ipse quippe in se temptati causam suscipere voluit, qui eum et ante flagella pretulit, et presens per flagella temptari permisit. Si ergo excessisse Iob dicitur, laudator illius succubuisse perhibetur. Quamvis eum nullatenus deliquisse eciam dona testantur. Quis enim nesciat quod culpis non premia sed pene debeantur? Cum enim duplicia que amiserat recipere meruit, ex remuneratione edocuit quia neque vicium sed virtus fuit omne quod dixit. Assertioni quoque huic adhuc adiungitur quod ipse pro amicis delinquentibus intercedit. In gravibus namque peccatis quis positus, dum sua premitur, aliena non diluit. Quid ergo ostendit esse de se, qui emendacionem obtinere potuit pro aliis? Si vero quibusdam hoc displicet quod bona sua ipse narravit, sciendum est quia inter tot rerum dampna, inter tot corporis vulnera, inter tot pignorum funera, amicis ad consolacionem venientibus et ad increpacionem prorumpentibus, de vita sua desperare cogebatur, et quem tot detrimenta afflixerant, contumeliosa insuper increpacionum verba feriebant. Hii namque qui ad consolandum venerant, dum quasi eius iniusticiam exprobrant, desperare eum de semetipso funditus compellebant. Ergo bona sua ad mentem revocat

Margin notes (left): Corrector · Mansuetus · Iob 38 · Liberalis · Iob 31 · Paciens · no[ta] Vexacio dilectionis probacio · Iob 1 · E · Iob 1

Margin notes (right): no[ta] · vii ff.

fatens

non se per arrogantiam elevat, sed quasi collapsum inter verba et vulnera ad spem animum reformat. Gravi enim desperationis telo mens perit, cum supernae irae tribulationibus premitur, et aliquorum foras opprobriis urgetur. Beatus igitur Iob tot dolorum iaculis transfossus, dum labefactari per opprobria timuit, ad statum se fiduciae ex ante acta vita testificando roboravit. Nequaquam ergo in arrogantiae vitium cecidit, quia contra internum desperationis impulsum per exteriora proeliorum suorum verba pugnavit, ut dum bona quae fecit diceret, nequaquam de bonis quae conspiceret desperaret. Sed iam ipsum nunc ordinem temptationis eius exequamur. Inimicus serviens et sancti viri validissimum pectus debellare contendens, cunctas contra eum machinas temptationum erexit, substantiam abstulit, interfecit filios, percussit corpus, instigavit uxorem, amicos ad consolationem adduxit, sed in asperitatem increpationis excitavit. Alium quoque amicum durius increpantem

Eliu:

in extrema et acriori invectione servavit, ut saltem crebrius feriendo cor attingeret, quod non semper vulnere iteraret. Quia enim in saeculo potentem vidit, damnis substantiae movere eum credidit; quem non commotum ex filiorum morte pulsavit. Videns autem quia ad augmentum divinae laudis etiam ex vulnere crevit orbitatis, petiit feriendam corporis salutem. Intuens etiam quia per dolorem corporis pervenire nequiverat ad passionem mentis, instigavit uxorem. Civitatem quippe quam expugnare appetiit, nimis munitam vidit, ideo extrinsecus tot plagas inferens, quasi foris exercitum admovit. Sed quia non uxoris in verbis male persuasionis

attendens quasi intus civium corda corrupit. Ex bellis enim exterioribus discimus quid de interioribus sentiamus. Inimicus namque serviens, cum urbem cunctis exercitibus vallans, si eius munimina invicta conspexerit, ad alia se pugnandi argumenta convertit, ut intus quorundam civium corda corrumpat, quatenus cum ex externis impugnatores admovit, intus quoque habeat adiutores, atque in crescente bello foras clamante, de quorum intus fide confidit, eorum praesidia urbs destituta capiatur. Itaque extrinsecus quasi ariete constituto murum civitatis istius tot ictibus percutit, quot vitiis ad usum nuntiavit; intus autem quasi civium corda corrupit, dum fortia huius urbis munimina persuasione destruere conatus studuit. Foris itaque admovit impetum belli, intus autem venena consilii, ut tanto citius urbem caperet, quanto eam extrinsecus intrinsecusque turbaret. Quia autem nonnumquam plus conturbat verba quam vulnera, amicorum ut dictum est se linguis armavit. Qui quidem quia seniores erant, de eorum verbis minus dolere poterat, Heliu iunior subrogatur, ut sancti pectus tanto acriori vulnere perciperet, quanto contra illud ictus brachii vilioris excitaret. Ecce ad feriendum invictissimum robur inimicus serviens quot temptationum iacula invenit, ecce quot obsidionum machinamenta composuit, ecce quot percussionum tela transmisit. Sed in his omnibus mansit inconcussa, stetit civitas inconcussa. Videt hostes cum contra faciem venerunt, alios ex occulto transmittens, qui eo liberius latus pugnantis ferirent, quo iste contra pugnat intentus, venientes hostes contra faciem spectat. Sed Iob in huius certaminis bello de

pre

phensus / suscepit dampna, cum
hostes contra faciem sustinuit /
uerba consolacionum, que hostes
exhalate / sed in hiis omnibus cun-
cto grauitatis suo clipeo
vbique munitus astitit / vndi-
que venientibus gladiis vigilan-
ter obviavit / Amissam substan-
tiam tacite despexit / Carnes in filiis
mortuas equanimiter doluit /
carnem ipse percussam pacienter
tollerauit / carnem in coniuge ma-
le suadente sapienter docet / Qui
per hec omnia in asperam
correpcionem prosiliunt ex prodeunte
do dolore venientes / vim
doloris adiungunt / Omnia
ergo machinamenta temptacionum
sancto viro intendit et augmen-
ta instituit / Peccata quippe pro-
batur eius paciencia / per verba vero
exercetur sapiencia, ubique for-
titer occurrunt. Quia et flagella
robore et verba racione superavit
Amici quidem eius qui ad
consolacionem quidem venerunt
sed usque ad verba increpaci-
onis excedunt / ignorancia
magis credendi sunt quam ma-
licia deliquisse / Nec enim tan-
tum viri amicos iniquos fuisse
credendum est Sed dum disc-
ernere causam flagellorum neque-
unt in culpam deciderunt / Per-
cussionum quippe diversa sunt
genera / Alia namque est per-
cussio, qua peccator percutitur ut sine
retractione puniatur / Alia qua
peccator percutitur ut corrigatur
Alia qua nonnumquam quisque percu-
titur non ut peccata corrigat sed
ne ventura committat / Aliquan-
do percutitur per quam nec preterita culpa
corrigitur nec futura prohibentur sed
dum inopinata salus percussionem
sequitur / salvantis virtus cognita
ardencius ametur / cumque inno-
centibus flagello attritis ei pacien-
cia meritorum summa cumuletur.
Aliquando vero peccator percutitur ut sine
retractatione puniatur sicut perfidie

Nota iiii genera percussionum

Iudee dicitur: Plaga inimici per- Ier. 30
cussi te castigacione crudeli propter mul- Ier. 8
titudinem. Quid clamas ad me super
contricione tua? insanabilis est
dolor tuus. Aliquando peccator percutitur .2.
ut corrigatur. Sicut cuidam in evangelio
dicitur: Ecce sanus factus es iam noli Io. 5
peccare ne deterius tibi aliquid
contingat. Verba enim salvatoris
indicant quia peccata precedencia
vim habiti doloris exigebant.
Aliquando quisque non preterita culpa .3.
diluenda sed futura vitanda
percutitur, quod aperte Paulus de semet-
ipso testatur dicens: Ne magnitudo 2 Cor 12
revelacionum extollat me, datus
est michi stimulus carnis mee
angelus sathane qui me cola-
phizet. Qui enim non ait quia
extulit, sed ne extollat, aperte
indicat quod percussione illa ne
eveniat compescitur non autem que
evenit culpa purgatur. Aliquando
vero quisque nec preterita nec futura
iniquitate percutitur, sed ut sola
divine virtutis potencia ex am-
putata percussione monstretur.
Unde cum domino in evangelio de ceco na-
to diceretur: Hic peccavit aut parentes Io. 9
eius ut cecus nasceretur? Respondit
dominus dicens: Neque hic peccavit
neque parentes eius, sed ut ma-
nifestentur opera dei in illo. In qua ma-
nifestacione quid agitur nisi ut
ex flagello meritorum virtus auge-
atur et cum nulla preterita iniquitas
tergitur, de magna paciencia fortitudo
generetur. Unde idem beatus Iob
prefertur prius voce iudicis et post
manum mittitur temptatoris.
Quem post flagellum deus
dum remunerans familiaris allo-
quitur, aperte quantum de verbere
creverit indicat. Amici ergo beati
Iob dum percussionum genera disting-
we nesciunt, percussum pro culpa
crediderunt. Et dum deum iustum
in percussione sua conantur asserere
beatum Iob compulsi sunt de iniusticia
reprobare, nescientes videlicet quod ideo
flagellatus fuerat ut per fla-
gello eius divine glorie laus

Job probat / mediat paulum / sese [illegible]
In ceco / purgat [illegible] [illegible]

Gregorius de omelia super 2 luc. X. Beati oculi qui vident que vos videtis. Secundum incrementa temporum crevit scientia sanctorum et spiritualium patrum. Et quanto adventui salvatoris viciniores extiterunt, tanto misterium salutis plenius perceperunt.

prophetas

crescet non autem ut per flagel
la peccata que nequaquam commiserat
emendaret. Unde et advenienti
cius redemptori qui ignorancia
potius quam malicia peccaverunt.
Quorum superbiam divina iusticia
eo vehemencius humiliat quo
nequaquam eos ad suam graciam
nisi per eum quem despexerant
reformat. Valde quippe elatam
mentem retundit si ipsi super quem
se extulit supponat. Sed libet
inter hec divine dispensationis
opera cernere quomodo ad illuminan
dam noctem vite presentis astra
queque suis vicibus in celi facie
veniant quousque in fine noctis
redemptor humani generis quasi
verus lucifer surgat. Nocturn
um namque spacium dum decedenti
um succedenciumque stellarum cursibus
illustratur magno celi decore
peragitur. Ut ergo noctis nostre
tenebras suo tempore editus vi
cissimque permutatus stellarum
radius tangeret. Ad ostendenda
innocencia venit Abel. Ad
docendam mundiciam actionis
venit Enoch. Ad insinuandam
longanimitatem spei et operis
venit Noe. Ad manifestandam
obedienciam venit Abraham. Ad
demonstrandam coniugalis vite
castimoniam venit Ysaac. Ad
insinuandam laboris tolleran
ciam venit Iacob. Ad rependen
dam pro malo bone retributionis
graciam venit Joseph. Ad osten
dendam mansuetudinem venit Moy
ses. Ad informandam contra adver
sa fiduciam venit Iosue. Ad os
tendendam inter flagella pacienciam
venit Iob. Ecce quas fulgentes
stellas in celo cernimus ut offen
so pede operis iter nostre noctis
ambulemus. Nam quot cognicioni
hominum divina dispensatio quot
iustos exhibuit quasi tot
astra super peccancium tenebras
celum misit quousque verus
lucifer surgeret qui eternum
nobis mane nuncians stellis
ceteris clarius ex divinitate radi
aret. Quem electi omnes dum bene
vivendo prevenerunt et rebus et vo
cibus prophetando promiserunt.
Nullus etenim iustus fuit qui
non eius per figuram nuncius
extitit. Dignum quippe erat ut
in semetipsis bonum omnes oste
derent de quo et omnes boni
essent et quod prodesse omnibus
scirent. Unde et sine cessatione
promitti debuit quod et sine esti
matione dabatur percipi et sine
fine retineri ut simul omnia
secula dicerent quod in redemptione
communi sectorum finis exhibet.
Unde et necesse fuit ut etiam beatus
Iob qui tanta incarnationis
misteria protulit eum quem voce
diceret et conversatione signaret
et per ea que pertulit que passu
rus esset ostenderet tantoque
verius passionis illius sacramenta
prediceret quanto hec non loquendo
tantum sed etiam paciendo prophe
taret. Sed quia redemptor noster
unam se personam cum sancta
ecclesia quam sumpsit exhibuit
de ipso enim dicitur Qui est caput — Ephe. I
omnium nostrum. Et de ecclesia scriptum est
Corpus Christi quod est ecclesia — Coll. I
Quisquis eum in semet ipso
significat modo hunc ex capite
modo ex corpore designat
ut non solum vocem capitis
sed etiam corporis teneat. Unde
et Ysaias propheta eius dum — XI
verba exprimens ait. Quasi spon
so imposuit michi mitram
et quasi sponsam ornavit
me ornamento. Quia igitur ipse
in capite sponsus ipse est in
corpore sponsa necesse est ut
cum quid aliquid de capite
dicitur sensim atque subito etiam
ad vocem corporis derivetur.
Et rursum cum de corporis vo
ce dicitur repente ad vocem
capitis ascendatur. Beatus igitur
Iob venturi cum suo corpore
typum redemptoris insinuat.
Uxor vero eius que eum ad ma
ledicendum provocat vitam car
nalium designat. Que enim intra

Ecclesia vincendi precedent nobis patres sancti.

sanctam ecclesiam positi moribus incorrectis quo per fidem bonis mixti sunt eo pravitate sua durius premunt quia dum ut fideles vitari non possunt a fidelibus tanto deterius quanto et intimius tolerantur. Amici vero beati Job qui dum consulunt in verbis hereticorum figuram exprimunt qui sub specie consulendi agunt negotium seducendi. Unde et ad beatum Job quasi pro Domino loquuntur, quem Dominus defendere nititur offendunt. Unde eis aperte a beato viro dicitur: Disputare cum Deo cupio, prius vos ostendens fabricatores mendacii et cultores perversorum dogmatum. Constat ergo eos hereticorum typum errando gerere quos sanctus vir redarguit cultui dogmatum perversorum deservire. Omnis vero hereticus in eo quod Deum defendere nititur veritati illius adversatur, Psalmista attestante qui ait: Ut destruas inimicum et defensorem. Inimicus quippe et defensor est qui Deum quem predicat impugnat. Nam quia beatus Job venturi redemptoris speciem teneat, etiam nomine demonstravit. Job quippe interpretatur dolens. Quo nimirum dolore vel mediatoris passio vel sancte ecclesie labor exprimitur, que multiplici presentis vite fatigatione cruciatur. Amici quoque eius ex vocabulo nominis innuunt sue meritum actionis. Nam Eliphaz latina lingua dicitur Domini contemptus. Et quid aliud heretici faciunt nisi quod dum falsa de Deo sentiunt eum superbiendo contemnunt? Baldad interpretatur vetustas sola. Bene enim omnes heretici in his que de Deo loquuntur, dum non intentione recta sed appetitione temporalis glorie videri predicatores appetunt, vetustas sola nominantur. Ad loquendum quippe non zelo novi hominis sed vite veteris pravitate concitantur. Sophar quoque latino sermone dicitur dissipatio specule vel speculatorem dissipans. Mentes namque fidelium ad contemplanda superna se erigunt, sed dum hereticorum verba pervertere ita contemplantes appetunt, specula dissipare conantur. In tribus itaque Job amicorum nominibus tres hereticorum mentium perditionis casus exprimuntur. Nisi enim Deum contempneret, nequaquam de illo perversa sentiret; nisi vetustatis cor contraheret, in nove vite intelligentia non erraret; et nisi speculationem bonorum destrueret, nequaquam eos superna medicina tam stricto examine pro verborum suorum culpa reprobaret. Contempnendo igitur Deum in vetustate se retinent, sed in vetustate retinendo prius sinceris moribus speculationi rectorum nocent. Quia vero non numquam heretici divine gratie largitate perfusi ad unitatem sancte ecclesie redeunt, hoc ipsa amicorum reconciliatione signatur. Pro quibus tamen beatus Job exorare precipitur, quia hereticorum sacrificia accepta Deo esse nequeunt nisi pro eis universalis ecclesie manibus offerantur, ut eius meritis remedium salutis inveniant, quam verborum iaculis impugnando feriebant. Unde et septem sacrificia pro eis memorantur oblata, quia dum septiformis gratie spiritum confitentes accipiunt, quasi septem oblationibus expiantur. Hinc est quod in Johannis Apocalipsi per septem ecclesiarum numerum universalis ecclesia designatur. · I · Hinc per Salomonem de sapientia dicitur: Sapientia edificavit sibi domum, excidit columpnas septem. Prov. 9 In ipso ergo sacrificiorum numero reconciliati heretici quid prius fuerint insinuant, qui perfectioni septiformis gratie non nisi redeundo iunguntur. Bene autem tauros et arietes pro se obtulisse

Locuntur sub typo adversariorum ... videlicet omnes heretici Deum

Prius cor 4

Eliphaz

Baldad

Zophar

describitur. In thauro quippe ceruix
superbie, in ariete autem ducatus
gregum sequentium designatur. Quid
est autem pro eis thauros arie-
tesque mactare, nisi eorum superbum
ducatum interficere, ut de se humilia
senciant et post se corda inno-
centium non seducant. Ceruice namque
tumenti ab unitate ecclesie resilie-
rant, et infirmos post se plus
quasi sequentes greges trahebant.
n. Veniant igitur ad beatum Iob, id est
reuertantur ad ecclesiam, et septenario
sacrificio thauros et arietes
mactando offerant, quia ut
uniuersali ecclesie coniungantur, humiliter
interueniente interficiant quidquid
prius tumidum de superbo ducatu
Heliu sapiebant. Heliu autem
qui recte quidem sensibus loquitur
sed ad stulta elacionis uerba deri-
uatur, persona uniuscuiusque arro-
gantis exprimit. Multi namque
in terra sancte ecclesie positi recta
que sapiunt recte proferre contemp-
nunt. Unde et in diuine incre-
instracia pacionis" arguitur. Nec tamen pro
illo sacrificium offertur, quia fidelis
quidem sed arrogans per ueritatem
credulitatis intus est. Sed per
tumoris sui obstaculum accep-
tabilis non est. Hunc ergo incre-
patio redarguit, sed sacrificium
non reducit, quia in eadem
quidem fide est in qua esse debuit.
Sed superba hunc iusticia incre-
pans per superstitionis repellit. Unde
et bene Heliu in latino sermone
dicitur: Deus meus iste, uel Deus
Dominus. Arrogantes enim ui-
ri intra sanctam ecclesiam, quamuis
elate tumendo Deum refugiant,
eum tamen ueraciter credendo con-
fitentur. Quid est enim, Deus meus
iste nomine dicere, nisi eum cui
credidit aperta confessione mon-
strare? Vel quid est Deum Dominum
dicere, nisi hunc et Deum per diuini-
tatem credere, et Dominum ex incar-
natione perhibere? Bene autem

pharao

Beatus Iob post dampna rerum
post funera pignorum, post
cruciatus uulnerum, post certamina
pugnasque uerborum, duplici remu- 2
neracione subleuatur. Quia nimi-
rum sancta ecclesia, adhuc eciam
in hac uita posita, pro laboribus
quos sustinet duplicia mu-
nera recipit, cum susceptis ple-
ne gentibus in fine mundi, in-
deorum eciam corda ad se con-
uertit. Hinc enim scriptum est:
Donec plenitudo gentium intro- Ry O
iret, et sic omnis Israhel saluus fi- Ro 12
eret. Duplicia postmodum recipit,
quia finito labore presentis temporis
non solum ad animarum gaudium,
sed eciam ad beatitudinem corporum a-
scendit. Unde bene per prophetam
dicitur: In terra sua duplicia
possidebunt. Sancti quippe in
terra uiuencium duplicia possident,
quia nimirum beatitudine mentis
simul et corporis gaudent. Unde
Iohannes in apocalipsi, quia ante
finem corporum clamantes sanctorum
animas uidit, accepisse eas
stolas singulas aspexit dicens:
Et date sunt illis singule stole
albe, et dictum est illis ut requie-
scerent tempus adhuc modi-
cum, donec impleretur numerus conseruorum
et fratrum eorum. Ante resurreccionem quippe
stolas singulas accepisse dicti
sunt, quia sola adhuc mentis
beatitudine perfruuntur. Binas ergo
accepturi sunt, cum eum animarum
perfecto gaudio eciam corporum
incorrupcione uestientur. Recte
autem afflictio quidem beati Iob
dicitur, sed quantitas temporis in
eius afflictione reticetur, quia sancte
ecclesie ~~[illegible]~~ in hac uita tri-
bulacio cernitur, sed quanto hic tempore
conterenda atque differenda sit igno-
ratur. Unde et ore ueritatis dicitur: Act 1
Non est uestrum nosse tempora uel mo-
menta que Pater posuit in sua
potestate. Per hoc ergo quod beati Iob
passio dicitur, docemur quod experi-
endo nouimus; per hoc non quod

Sancti in terra sua duplicia possidebunt

quantitas operis in passione veritatis docemur quid necesse de beati Iob longum prolationis verba protraximus, ut quasi breviter totum perstringendo loqueremur. Sed quia ad loquendi initium dum loquendo pervenimus, debemus prius radicem hystorie figere, ut valeamus mentem postmodum de allegoriarum fructu saciare.

Finita est prefacio Sequitur textus expositionis libri Iob

Liber I

Vir erat in terra Hus nomine Iob. Ideo sanctus vir ubi habitaverit dicitur, ut eius meritum virtutis exprimatur. Hus namque quis nesciat quod sit terra gentilium? Gentilitas autem eo obligata viciis extitit, quo cognicionem sui conditoris ignoravit. Dicatur itaque ubi habitavit, ut hoc eius laudibus proficiat, quod bonus inter malos fuit. Neque enim valde laudabile est bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis. Sicut enim gravioris est culpe inter bonos bonum non esse, ita immensi est preconii bonum eciam inter malos extitisse. Hinc est quod isdem beatus Iob sibimet attestatur dicens: Frater fui draconum et socius strucionum. Hinc Petrus magnis Loth laudibus extulit, quem bonum inter reprobos invenit dicens: Et iustum Loth oppressum a nephandorum iniusta conversacione eripuit. Aspectu enim et auditu iustus erat, habitans inter eos qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant. Qui nimirum cruciari non posset, nisi prava proximorum opera et audiret et videret. Et tamen et aspectu et auditu iustus dicitur, quia iniquorum vita non delectando iusti aures atque oculos, sed feriendo tangebat. Hinc Paulus discipulis dicebat: In medio nacionis prave et perverse, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. phil. 2 Hinc Pergami ecclesie dicitur: Scio ubi habitas, ubi sedes est sathane, et tenes nomen meum, et non negasti fidem meam. Hinc sancta ecclesia sponsi voce laudatur, cum ei in amoris cantico dicitur: Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. Cant. 2 Bene ergo Iob bonum memorata terra gentilium inter iniquos vixisse describitur, ut iuxta sponsi preconium lilium inter spinas crevisse monstretur. Unde recte mox subditur: Simplex et rectus. Nonnulli namque ita sunt simplices, ut rectum quid sit ignorent. Sed eo a vere simplicitatis innocencia deserunt, quo ad virtutem rectitudinis non assurgunt, quia dum cauti per rectitudinem esse nesciunt, nequaquam innocentes persistere per simplicitatem possunt. Hinc est quod discipulos admonet dicens: Volo vos sapientes esse in bono, simplices autem in malo. Ro. x Hinc rursum dicit: Nolite pueri effici sensibus, sed malicia parvuli estote. Hinc per semetipsam veritas discipulis precipit dicens: Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbe. Mt. x Utrumque necessario in admonicione coniunxit, ut et simplicitatem columbe astucia serpentis instrueret, et rursum serpentis astuciam columbe simplicitas temperaret. Hinc est quod sanctus spiritus presenciam suam hominibus non in columba solummodo, sed et in igne patefecit. Act. 2 Per columbam quippe simplicitas, per ignem vero zelus indicatur. In columba ergo et igne ostenditur, quia quicumque illo pleni sunt, sic mansuetudini simplicitatis inserviunt, ut contra culpas

Margin notes: Bonum esse cum malis laudabile est valde. — Iob 30 — 2 pet. 2

Timere dei.

Primus

delinquant etiam zelo rectitudinis
R attendat. Sequitur: timens Deum
et recedens a malo. Deum timere
est nulla que facienda sunt bona
preterire. Unde per Salomonem dicitur:
Eccl. Qui timet Deum nichil neg-
ligit. Sed quia nonnulli sic bo-
na quedam faciunt ut tamen ab
quibusdam malis minime suspen-
dantur, bene postquam timens Deum
dicitur, recedens quoque a malo
perhibetur. Scriptum quippe est: De-
clina a malo et fac bonum. Neque
enim bona Deo accepta sunt
que ante eius oculos malorum
admixtione maculantur. Hinc nam-
Eccl. 9 que per Salomonem dicitur: Qui in uno
offenderit multa bona perdet.
Iac. 2 Hinc Jacobus testatur dicens:
Quicumque totam legem servaverit,
offendat autem in uno, factus est
omnium reus. Hinc Paulus ait:
1. Cor. 5 Modicum fermenti totam massam
corrumpit. Beatus igitur Iob ut os-
tendatur quam mundus in bonis ex-
titit, solerter indicatur quam alienus
a malis fuit. Mos vero narrantium
esse solet, cum palestre certamen
insinuant, prius luctantium mem-
bra describant: quam latum validumque
sit pectus, quam plenis quam sanis tu-
meant lacertis, quam subter positus
venter nec mole gravet nec ex-
tenuatione debilitet, ut cum prius
aptos certamini artus ostenderint,
tunc demum magne fortitudinis
ictus narrant. Quia igitur athleta
noster contra dyabolum dimica-
turus quasi in arene spectacu-
lum sacre scriptor hystorie in
athleta hoc spirituales virtutes
enumerans mentis membra describit
xiiii B dicens: Erat vir simplex et rectus
timens Deum et recedens a malo,
ut dum positio membrorum magna
cognoscitur, ex hac ipsa iam forti po-
sitione subsequens etiam victoria
prenoscatur. Sequitur: Natique sunt
ei septem filii et tres filie. Sepe
ad avaritiam cor parentis illicit

fecunditas prolis. Eo enim ad
ambitum congregande hereditatis
accenditur quo multis heredibus
fecundatur. Ut ergo beati Iob
quam sancta mens fuit ostendatur,
et iustus dicitur et multe pro-
lis pater fuisse perhibetur. Qui in exordio
libri sui devotus sacrificiis
offerendis asseritur, im-
pensus autem largitatibus etiam
post a semetipso memoratur.
Pensemus ergo quanta forti-
tudine preditus extitit, quem
ad hereditatis tenaciam nec tot
heredum affectus inclinavit. C
Et fuit possessio eius septem
milia ovium et tria milia
camelorum, quingenta quoque iu-
ga boum et quingente asine
et familia multa nimis. Sci-
mus quia ad maiorem dolorem
mentem commovent dampna
maiora. Ut igitur ostendatur quante
virtutis extitit, multum fuisse
dicitur quod patienter amisit. Nunquam
quippe sine dolore amittitur
nisi quod sine amore possidetur.
Itaque dum substantia magna
describitur et tamen paulo post a-
missa patienter perhibetur, qua
sine dolore perdidit ~~constat~~ con-
stat quia sine amore posse-
dit. Notandum quoque est quod
prius cordis divitie et post opes
corporis describuntur. Solet enim
rerum habundantia tanto ma-
gis a timore divino mentem
solvere, quanto magis exigit
hanc diversa cogitare. Nam
dum per multa spargitur, stare
in intimis fixa prohibetur. Quod per vix
semetipsam Veritas cum parabolam
seminantis exponeret indicavit
dicens: Qui seminatus est in
spinis, hic est qui verbum Dei
audit, et sollicitudo huius
seculi et fallacia divitiarum suf-
focat verbum et sine fructu ef-
ficitur. Ecce beatus Iob et multa
possidere dicitur et paulo post
divinis sacrificiis instanter de-
sudare perhibetur. Consideremus ergo

cuius sanctitatis vir iste fuit
qui ad tam sedula dei obse-
quia et sic occupatus vacat.
Nec dum precepti virtus emi-
cuerat que omnia relinqui pre-
cepit, sed tamen beatus Iob eius-
dem iam preceptionis vim in cor-
de servabat quia nimirum
substantiam suam mente reliquerat
quam sine delectatione possede-
bat. Eratque vir ille magnus
inter omnes orientales. Orien-
tales viros esse predivites quis
ignorat? Magnus ergo inter
orientales extitit, ac si aperte
diceretur quia et divitibus dicior
fuit. Et ibant filii eius et fa-
ciebant convivium per domos unus-
quisque in die sua. Et mittentes
vocabant tres sorores suas ut
comederent et biberent cum eis.
Solet inter fratres maior substantia
discordie gravioris fieri causa.
O inestimabile patris institu-
cionis laudem, et pater dives
dicitur et filii concordes asse-
runtur, et cum dividenda inter
eos substantia aderat, corda tamen
omnium indivisa caritas reple-
bat. Cumque in orbem transissent
dies convivii, mittebat ad eos
Iob et sanctificabat eos, surgensque
diluculo offerebat holocausta per
singulos. Cum dicitur mittebat
et sanctificabat illos, aperte monstra-
tur quid districtionis erga il-
los presens ageret, quibus absens
sollicitudine non deesset. Sed hoc
nobis est solerter intuendum,
quod peractis diebus convivii pur-
gatio per singulis adhibetur
holocausti. Vir quippe sanctus
noverat quia celebrari convivia
sine culpa vix possent. Noverat
quia magna purgatione sacri-
ficiorum diluende sunt epule
conviviorum, et quicquid in semet-
ipsis filii convivantes inquinave-
rant, per sacrificia immolando
tergebat. Sunt nonnulla quippe
vicia que a conviviis vix separa-
ri possunt aut certe nequaquam

possunt. Pene enim semper epulas
comitatur voluptas. Nam dum
corpus in refectionis delectatione
resolvitur, cor ad inane gaudium
relaxatur. Unde et scriptum est: Exo. 32.
Sedit populus manducare et
bibere et surrexerunt ludere. Pene
semper epulas loquacitas sequitur.
Cumque venter reficitur, lingua dif-
frenatur. Unde recte dives apud
inferos aquam petere describitur Luce 16
dicens: Pater Abraham, miserere
mei et mitte Lazarum ut intin-
gat extremum digiti sui in aqua
ut refrigeret linguam meam quia
crucior in hac flamma. Prius epu-
latus cottidie splendide dicitur
et postmodum petere in lingua memoratur.
Quia enim ut diximus inter epulas
valde diffluere loquacitas solet,
ex pena indicat culpam, cum
eum quem epulatum cottidie splen-
dide vitiis dixerat, in lingua plus
ardere perhibebat. Hii qui cordarum
armoniam temperant, tanta hanc
arte dispensant, ut plerumque cum
una tangitur, longe alia ac multis
interiacentibus posita corda qua-
tiatur, cumque ista sonitum reddit,
illa que in eodem cantu temperata
est aliis impressis tremit. Sic
igitur scriptura sacra plerumque de
virtutibus sic de viciis agit
ut dum loquendo aliud insinuat,
tacendo aliud innotescat. Nichil
enim contra divitem de loqua-
citate memorat, sed dum penam
in lingua dicit, que in convivio
inter alias fuit gravior pena mon-
stravit. Cum vero septem fratres
per dies singulos convivia facere
describuntur et peractis diebus
convivii Iob septem sacrificia
perhibetur offerre, aperte hystoria
indicat quod beatus Iob octavo
die sacrificium offerens misterium
resurrectionis colebat. Dies namque quem nunc
dominicum dicimus a morte redemp-
toris est tercius, sed in ordine con-
dicionis est octavus, qui et primus

xvii u

Convivia vix putant
fieri sine culpa scilicet
Voluptatis
loquacitatis
Corporis

in condicione est / sed quia revo-
lutus septimum sequitur / octavus
re'nuat / quia igitur octavo die
offerre septem sacrificia dicitur / ple-
nus septiformis gracie spiritu pro
spe'ritus deo deservisse perhibetur.
Unde et psalmus pro octava per scri-
bitur / in quo gaudium de resurreccione innu-
ciatur / Sed quia beati iob filii / tanta
fuerunt disciplina bone institu-
cionis astricti / ut neque per facta
in convivis / neque per verba delinque-
rent / apte monstratur cum subditur.
xvi x Dicebat enim ne forte peccaverint
filii mei et benedixerint deo in cor-
dibus suis. Perfectos quippe in
opere esse et sermone docuerat / quibus
de sola cogitacione pertimescebat
Quia vero de alienis cordibus
iudicare temere non debemus / insti-
tucionis viri nobis agnoscimus /
qui non ait / Quia benedixerunt
in cordibus suis, sed ne forte
benedixerint deo in cordibus suis
1. cor. x Unde bene per paulum dicitur. Nolite
ante tempus iudicare / quo adusque
veniat dominus / qui illuminabit
abscondita tenebrarum / et mani-
festabit consilia cordium / Quisquis
enim in cogitacione a rectitudine
exorbitat / in tenebris peccat /
Nos ergo tanto minus debemus
aliena corda audacter reprehendere
quanto scimus / quia visu nostro
non possumus aliene cogitacionis
tenebras illustrare / Sed hac in
re solerter intuendum est / quanta
pater severitate potuit filiorum opera
corrigere qui tanta sollicitudine
studuit corda mundare / Quid
ad hec rectores fidelium dicunt / qui
disciplulorum suorum et aperta opera
nesciunt / quid in sua excusacione
cogitant / qui in commissis sibi
nec vulnera accionum curant / Ut no-
strum eius sancti operis eciam perseveranciam
demonstretur / recte subiungitur. Sic
ch^r 28 faciebat iob cunctis diebus. Sep-
timum quippe est / qui perseveraverit
usque in finem hic salvus erit / In sa-
crificio igitur sancta accio incutitur
autem diebus sacrificii constan-
cia sancte accionis ostenditur.

Hec breviter historiam sequendo
transcurrimus / nunc ordo exposicio-
nis exigit / ut exordium repete-
tes allegoriarum iam secreta
pandamus. Exposicio
per allegoriam. Vir erat
in terra hus nomine Job. Hec
per historiam facta credimus. Ut
per allegoriam qualiter sint iam
impleta videamus. Job namque
sicut diximus interpretatur dolens.
Hus vero consiliator. Quem ergo
alium beatus iob suo nomine expri-
mit nisi eum de quo propheta loquitur Isa. 53
dicens / Dolores nostros ipse por-
tavit / Qui in hus terram habitat /
quia corda populi consiliatoris
iudicio regit / Paulus quippe
ait / Predicamus christum dei virtu-
tem / et dei sapienciam / Atque hec
ipsa sapiencia per salomonem dicit
Ego sapiencia habito in consilio / Pro. 8
et eruditis intersum cogitacioni-
bus / Hus ergo terram inhabitat
iob / quia sapiencia que pro nobis
passionis dolorem sustinuit /
corda vite consiliis debita / si-
bimet habitacionem fecit / Et erat y
vir ille simplex et rectus. In recti-
tudine iusticia / in simplicitate
autem mansuetudo signatur / Ple-
rumque nos cum rectitudine iusticie
exequimur / mansuetudinem relin-
quimus / et cum mansuetudinem
servare cupimus. rectitudinem
declinamus / Incarnatus vero
deus / simplicitatem cum rectitudine
tenuit / quia nec in mansuetudine
districcionem iusticie / nec rursum
in districcione iusticie / virtute
mansuetudinis amisit / Unde Jo. 8
cum quidam deductam adulteram
hunc temptare voluissent / ut
in culpa / aut mansuetudinis / aut
in iusticie labetur / ad utraque respondit
dicens / Qui sine peccato est vestrum /
primus in illam lapidem mittat /
Da simplicitatem mansuetudinis /
qui sine peccato est vestrum / Da ze-
lum iusticie primus in illam la-
pidem mittat / Unde et ei propro-
phetam dicit / Intende prospere

procede et regna, propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam. Veritatem quippe exequens mansuetudinem cum iusticia conservavit, ut nec zelum rectitudinis mansuetudinis pondere amitteret, nec rursus pondus mansuetudinis zelo rectitudinis perturbaret. Sequitur: Timens deum et recedens a malo.

Ysa. 11 — Scriptum est de illo: Replebit illum spiritus timoris domini. Incarnatus quippe dominus in semetipso omne quod nobis precepit ostendit, ut quod precepto diceret, exemplo suaderet. Iuxta humanitatis igitur naturam redemptor noster deum timuit, quia ut superbum hominem redimeret, mentem pro illo humilem sumpsit. Cuius bene per hoc quoque recedere a malo dicitur actio designatur. Ipse quippe recessit a malo, non quod faciendo contigit, sed quod in veniendo reprobavit. Nam vetustatem quam natus invenit humane conversationis vitam deseruit, et nova quam secum detulit, sequaces moribus impressit. Natique sunt ei septem filii et tres filie.

Septem: — Quid in septenario numero nisi summa perfectionis accipitur? Ut enim humane rationis causas de septenario numero taceamus, que asserunt quod ideo perfectus sit, quia ex primo pari constat et primo impari, ex primo qui dividi potest, et primo qui dividi non potest, certissime scimus quod septenarium pro perfectione scriptura sacra ponere consuevit. Unde et septimo die requievisse dominum ab operibus asserit. Hinc etiam quod septimus dies in requiem hominibus, id est in sabbato datus est. Hinc est quod iubileus annus in quo plena requies exprimitur septem ebdomadibus consummatur, qui monade addito numero adimpletionis impletur.

Leuitici 27. — Nati sunt ergo septem filii, ad predicationem scilicet viriliter incedentes apostoli, qui dum perfectionis precepta peragunt, quasi superioris sexus fortitudinem in conversatione tenuerunt. Hinc est enim quod pro perfectione septiformis gratie implendi duodecim sunt electi. A septenario quippe numero in duodenarium surgitur. Nam septenarius suis in se partibus multiplicatus ad duodenarium tendit. Sive enim quater tria, seu tria per quatuor ducantur, septem in duodecim vertuntur. Unde sancti apostoli, qui Trinitatem in quatuor mundi partibus predicare mittebantur, duodecim sunt electi, ut etiam numero perfectionem ostenderent, quam vita et voce predicarent. Nate sunt et tres filie. Quid in filiabus nisi infirmiores fidelium plebes accipimus? Que et si ad perfectionem operis nequaquam forti virtute permanent, fidem tamen Trinitatis cognitam constanter tenent. In septem ergo filiis ordo predicantium, in tribus vero filiabus multitudo significatur auditorum.

xviii 3 — Possunt etiam per tres filias tres ordines fidelium significari. Post filios quippe filie nominantur, quia post apostolorum conspectam fortitudinem tres distinctiones fidelium in ecclesie conversatione secute sunt: pastorum videlicet, continentium et coniugatorum. Unde et Ezechiel propheta tres liberatos viros audisse se asserit, Noe scilicet, Danielem et Iob. (Ezech. 14) Quid per Noe qui archam in undis rexit, nisi prepositorum ordo signatur? Qui dum ad formam vivendi populis presunt, sanctam ecclesiam in temptationum fluctibus regunt. Quid per Danielem, cuius mira abstinentia scribitur, nisi continentium vita figuratur? Qui dum cuncta que mundi sunt deserunt, despecte Babylonie alta mente dominantur. Quid per Iob nisi bonorum coniugum vita signatur? Qui dum de rebus mundi quas possident, dum pia opera faciunt, quasi per terre viam ad celestem

ad celestem patriam tendunt. Quia ergo post sanctos apostolos tres fidelium distinctiones iste sunt, recte post filios tres filie nate memorantur. Sequitur: Et fuit possessio eius septem milia ovium et tria milia camelorum. Quia fideles auditores ex varia conversatione collecti sunt, quos prius universaliter memoratis filiabus diximus, hos distincte postmodum appellatione animalium subinnuit. Quid enim per septem milia ovium, nisi perfectam quorundam innocentiam exprimit, que ad perfectionem gratie ex legis pascuis venit? Quid vero in tribus milibus camelorum, nisi ad plenitudinem fidei veniens tota gentilium viciositas designatur? In scriptura autem sacra aliquando cameli nomine ipse Dominus, aliquando autem per plus elatio gentilis exprimitur. Cameli enim nomine Dominus designatur, sicut ab eodem Domino Iudeis adversantibus dicitur: Liquantes culicem, camelum glutientes. (Mt 21) Culex enim susurrando vulnerat, camelus autem ad suscipienda onera sponte se inclinat. Liquaverunt ergo Iudei culicem, quia seditiosum latronem dimitti pecierunt; camelum vero glutierunt, quia eum qui ad suscipienda nostre mortalitatis onera sponte descenderat, extinguere clamando conati sunt. Rursus cameli nomine gentilitas designatur. (Gen 24) Unde et Rebecca veniens ad Ysaac dorso cameli deducitur, quia ad Christum ex gentilitate ecclesia properans, in tortis viciosisque vite veteris conversacionibus invenitur. Que Ysaac viso descendit, quia Domino cognito vicia sua gentilitas deseruit, et ab elacione celsitudinis ad ima humilitatis pecijt. Que et verecundata pallio velatur, quia coram illo ex anteacta vita confunditur. Unde et per apostolum eisdem gentilibus dicitur: (Rom 6) Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis?

Quia ergo per oves Hebreos a pastu legis ad fidem venientes accipimus, nil obstat ut per camelos tortos moribus atque onustos ydolorum cultibus gentilium populos senciamus. Quia enim ex semetipsis sibi invenerunt deos quos colerent, quasi a semetipsis eis onus in dorso excreverat quod portarent. Potest et per camelos, quia omnia sunt animalia, Samaritanorum vita signari. Cameli namque ruminant, sed nequaquam ungulam findunt. Samaritani quoque quasi ruminant, quia ex parte legis verba percipiunt; et quasi ungulam non findunt, quia eam ex parte contempnunt. Qui et grave onus in dorso mentis tollerant, quia in omne quod faciunt sine spe eternitatis elaborant. Fidem quippe resurrectionis nesciunt. Et quid esse gravius atque onustius potest, quam afflictionem seculi perimere pati, et nequaquam ad relevacionem (al's revelacionem) mentis gaudia remuneracionis sperare? Sed quia Dominus in carne apparens, et Hebreorum populos perfectionis gratia implevit, et Samaritanorum quosdam ad cognitionem fidei mira opera ostendendo perduxit, dicatur recte de umbra que veritatem exprimeret, quod et septem milia ovium, et camelorum tria milia possideret. Sequitur: Quinquaginta iuga boum et quinquaginte azyne. Iam superius diximus quod in quinquagenario numero, qui septem ebdomadibus ac monade addita impletur, requies designatur; denario autem numero summa perfectionis exprimitur. Quia vero fidelibus perfectio quietis promittitur, quinquagenario decies ducto ad quingentesimum pervenitur. In scriptura autem sacra boum nomine aliquando ebitudo fatuorum, aliquando bene operancium vita signatur. Quia enim bovis nomine stultorum vecordia figuratur, recte per Salomonem

Pro^a 7 dicitur: Statimque eam sequitur quasi bos ductus ad victimam. Rursum quia bonum nomine vita uniuscuiusque boum opera exprimitur, legis praecepta testantur
Deut^o 25 quae praecepit dicens: Non alligabis os bovi trituranti. Quod aperte rursum dicit: Dignus est operarius mercede sua. Asinorum quoque nomine aliquando stultorum pigritia, aliquando immoderata petulantium luxuria, aliquando gentilium simplicitas designatur. Stultorum pigritia asinorum appellatione signatur, sicut in
Deut^o 22 Moyse dicitur: Non arabis in bove simul et asino. Ac si aperte dicat: Fatuos sapientibus in praedicatione non socies, ne per eum qui implere rem non valet, illi qui praevalet obsistas. Immoderata quoque petulantium luxuria asinorum appellatione exprimitur,
Eze 23 ut propheta testatur qui ait: Quorum carnes sunt ut carnes asinorum. Asinorum rursum nomine simplicitas gentilium
Mt 21 ostenditur, unde Iherusalem tendens Dominus asellum sedisse perhibetur. Quid est enim sedendo asinum Iherusalem venire, nisi gentilitatis simplicia corda possidendo ea ad visionem pacis regendo et praesidendo perducere? Quod uno et facili testimonio ostenditur, quia et per boves Iudaeae operarii et per asinos gentiles populi
Ysa 1 designantur, cum per prophetam dicitur: Cognovit bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui. Quis enim bos nisi Iudaicus populus exstitit, cuius cervicem iugum legis attrivit? Et quis asinus nisi gentilitas fuit, quam quilibet seductor repperit quasi brutum animal et nulla ratione renitentem, quo voluit errore substravit? Bos ergo possessorem et asinus praesepe domini cognovit, quia et Hebraeus populus Deum quem colebat sed ignorabat repperit, et gentilitas legis pabulum quod non habebat

accepit. Quod igitur superius nominatis camelis et ovibus dicitur, hoc inferius in bobus et asinis repetitur. Habuit vero Iudaea ante redemptoris adventum boves, quos ad praedicandum misit operarios, quibus voce veritatis dicitur: Vae vobis hypocritae, Mt 22
qui circuitis mare et aridam ut faciatis unum proselytum, et cum fuerit factus, facitis eum filium gehennae duplo quam vos. Quos sine iugum legis praeferat, quia exteriora legis mandata tolerabat. Quibus Mt 11
veritatis voce dicitur: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos et discite a me quia mitis sum et humilis corde. Quod ergo in eius numero bene laborantibus requies promittitur, hoc est quod hic iuga boum quinquaginta memorantur, quia cum redemptori Domino colla subiciunt, quo nisi ad requiem tendunt? Unde et asinae quingentae perhibentur, quia vocante plebes gentium, dum ad requiem venire desiderat, cuncta mandatorum onera libenter portat. Unde bene quod habent requiem plebs gentilis appetet, Iacob filios alloquens propheticum hoc studuit voce signare dicens: Issachar asinus Gen 49
fortis accubans inter terminos vidit requiem quod esset bona et terram quod optima, et supposuit humerum ad portandum. Inter terminos namque accubare est praestolato mundi fine requiescere, nihil que in eis quae nunc in medio versantur quaerere, sed ultima desiderare. Et fortis asinus requiem ac terram optimam videt, cum simplex gentilitas ideo se ad robur boni operis erigit, quia ad aeternae vitae patriam tendit, quae et ad portandum humerum supposuit, quia conspecta superna requie praeceptis etiam gravibus in operatione se subicit, et quidquid intolerabile pusillanimitas asserit, hoc ei leve ac facile spes remunerationis ostendit. Quia igitur ad aeterna

regimen pecorum per te Iudea gen-
tilitasque colligit, recte synagoga-
e iuga boum et gentilitate
asine habere perhibentur. Sequitur:
Ac familia multa nimis. Quid
est quod prius animalium multitudo
describitur et familia in extremo
memoratur, nisi quod ad cognitionem
fidei prius stulta mundi collecta
sunt, ut postea etiam astuta vo-
carentur, Paulo attestante qui
1 cor. 1 ait: Non multi sapientes secundum
carnem, non multi potentes,
non multi nobiles, sed que stulta
sunt mundi elegit deus, ut con-
fundat sapientes. Ipsa namque sancte
ecclesie sua principia perhibentur
ignara, ut videlicet cunctis
in predicatoribus suis redemptor
ostenderet, quod ad vitam credentes
populos non sermo sed causa suaderet.
Sequitur: Eratque vir ille magnus in-
ter omnes orientales. Noster re-
demptor vir oriens dicitur propheta
testante perhibetur qui ait: Ecce vir
oriens nomen eius. Omnes ergo
Zach 6. qui in hoc oriente fide consistunt,
recte orientales vocantur. Sed quia
omnes homines tantummodo homines, ipse
autem oriens deus et homo, recte
dicitur: erat magnus inter omnes
orientales, ac si aperte diceretur:
Omnes qui in fide deo nascuntur
superat, quia non certos adop-
tio, sed natura illum divinitatis
exaltat. Qui et si humanitate
ceteris apparuit similis, divinitate
tamen mansit super omnia
singularis. Et ibant filii eius
et faciebant convivia per domos.
Filii faciunt convivia per domos, ibant
cum predicatores apostoli in diversis
mundi regionibus virtutum epulas
audientibus quasi edentibus
ministrabant. Unde et eisdem filiis
de esurientibus plebibus dicitur:
Date vos illis manducare. Et
Mt. 14 rursum: Dimittere eos ieiunos
nolo ne deficiant in via. In
Mt 17 predicatione verba ubi consolationis
acciperent, ne caritatis pa-
bulo ieiuni remanentes in hac
vite labore succumberent. Hinc

rursum eisdem filiis dicitur: Operamini Jo 6
non cibum qui perit, sed
qui permanet in vitam eternam.
Sed quia hec convivia quomodo
exhibeantur, adiungitur cum protinus
subinfertur: Unusquisque in die
suo. Si ignorantie obscuritas
sine dubitatione nox cordis
est, intellectus non immerito dies
vocatur. Unde per Paulum dicitur: Alius Ro. 14
iudicat inter diem et diem,
alius iudicat omnem diem.
Ac si aperte dicat: Alius quedam
non nullis intermissis intelligit,
alius vero omnia ad intellectum
possibilia, ita ut sunt videnda
cognoscit. Unusquisque ergo filius
in die sua convivium exhibet,
quia sanctus quisque predica-
tor iuxta mensuram illuminate
intelligentie mentes audien-
cium epulis veritatis pascit. In
die suo Paulus convivium fecit, 1 cor 7
cum dicebat: Beatiores erunt Ro 14
si sic permanserint secundum meum
consilium. De die suo unumquemque
admonet cogitare cum dicit:
Unusquisque in suo sensu abundat.
Et mittentes vocabant tres
sorores suas ut comederent et
biberent cum eis. Sorores filii
ad convivia vocant, cum infirmis
auditoribus sancti apostoli refec-
tionis superne gaudia predicant,
eorumque mentes, quia caritatis
pabulo ieiunas aspiciunt, divini
eloquii epulis pascunt. Bene
autem dicitur: ut comederent et
biberent cum eis. Scriptura
enim sacra aliquando nobis est cibus,
aliquando potus. Cibus est in locis
obscurioribus, quia quasi expo-
nendo frangitur et mandendo
glutitur. Potus vero est in locis
apertioribus, quia ita absorbetur
sicut invenitur. Cibum vidit
propheta scripturam sacram, que Tren. 4
exponendo frangeretur, cum dicit:
Parvuli petierunt panem et non
erat qui frangeret eis, id est

in firmi quique valentiores sacre
scripture sententias pegerint
exponendo commmunt sed qui ex
ponere debeat non valet invenit.
Potum vidit scriptura sacram
propheta cum diceret Omnes sitien
Ysay 55. tes venite ad aquas. Si potus
apta mandata non essent per
semetipsam veritas non clamaret
Si quis sitit veniat ad me
et bibat. Quasi cibum et potum
Jo. 7 vidit propheta iudee defuisse cum
diceret. Nobiles eius mortui sunt
VI fame et multitudo eius siti
Ysay 5. exaruit. Paucorum quippe est
fortia et occulta cognoscere
multorum vero hystorie apta
sentire. Et ideo iudee nobiles
non siti sed fame interisse asserit
Quia alii qui preesse videbantur
dum totos se in interiori excellen
tie dederit quod deintimus dis
cutiendo manderet non habebant
Quia non sub minoribus abin
tus in intellectu cadentibus parvulorum
intelligentia et in exterioribus ex
siccatur. Recte illic adiungitur mul
titudo eius siti exaruit ac
si aperte diceret dum vulgus vite
sue studium deserit iam nec
fluenta hystorie sue exquirit
Et tamen occulta mandata
sacri eloquii et apta se intelle
xisse testatur qui reprobanti se
iudici congaudentes dicunt. Man
Luce 13. ducavimus et bibimus coram
te. Que apte exponendo subiun
gunt et in platheis nostris docu
isti. Quia ergo sacra eloquia
in locis obscurioribus expo
nendo franguntur in locis vero
apertioribus ita ut inventa
fuerint potantur. Dicatur recte
Mittentes vocabant tres so
rores suas ut comederent ac
biberent cum eis ac si aperte diceret
Infirmos quosque blanda ad se
persuasione deducebat quatenus
eorum mentes et magna per
contemplationem discentes pas
cerent et prima per hystoriam trade
tes nutriret. Et cum in orbe

transissent dies convivii mittebat
Job et sanctificabat eos consurgensque R
diluculo offerebat holocausta per
singulos. In orbem dies convi
vii transeunt cum predicationum mis
teria peraguntur peractisque convivis
holocaustum Job pro filiis obtulit
quia pro apostolis deprecatione rede Lu. 11
untibus patrem redemptor
exoravit. Bene autem mittendo
sanctificare dicitur quia dum spiritum
sanctum qui ex se processit discipu
lorum cordibus tribuit quid in
culpe inesse potuit emundavit.
Recte quoque ad offerenda holocausta
diluculo consurgere perhibetur quia
per hoc quod pro nobis intercessionis sue
petitionem obtulit discussa erro
ris nocte humane mentis
tenebras illustravit ne quo
peccati contagio ex ipsa predicati
onis gratia mens in occulto pol
luatur ne sibi que agit tribuat
ne sibi tribuendo que agebat
amittat. Unde recte subiungitur
Dicebat enim ne forte peccave
rint filii mei et benedixerint deo
in cordibus suis. Deo quippe
benedicere est id est maledicere de
eius munere sibi gloriam prebere
Unde recte sanctis apostolis post predica
tionem dominus pedes lavat ut vi Jo 13
deliceret aperte monstraret quia ple
rumque et in bono opere peccati
pulverem contrahit et inde inqui
natur vestigia loquentium unde
audientium corda mundantur. Nam
sepe non nulli dum exortatio
nis verba faciunt qualibet te
nuiter se se in [?] quia per
eos gratia purgationis dimanat
extollunt cumque verbo aliena opera
diluunt quasi ex bono itinere
pulverem male cogitationis su
munt. Quid ergo fuit post pre
dicationem pedes discipulorum
lavare nisi post predicationis
gloriam cogitationum pulverem terge
gressus cordis ab intima clade
mundare. Nec obstat ab commoda

mediatoris scientia q dicit Ne
forte / Nam cuncta sciens / sed
in locutione sua ignorantia nostram
suscipiens / atque dum suscepit
docens / non numquam quasi ex nostra
Lu. 18. dubitatione loquitur dicens / filius
hominis veniens putas inveniet
fidem in terra / expletis ergo con
viviis sacrificium iob pro filiis offe
rens dicebat / Ne forte pecca
verint filii mei / et benedixerint
deum in cordibus suis / Quia
redemptor noster postquam predicato
res suos a malis et pugnatibus
diluit / etiam in se bona que egerat
a temptationibus defendit / Sequitur
Sicque faciebat iob cunctis diebus
Cunctis diebus iob sacrificium
offerre non cessat / quia sine in
termissione pro nobis holocaustum
redemptor immolat / qui sine
cessatione patri pro nobis suam
incarnationem demonstrat / Ipsa
quippe eius incarnatio nostre
emundationis oblatio est / cumque
se hominem ostendit / delicta hominis
interveniens diluit / et humanitatis
sue misterio perhenne sacrificium
ymolat / quia et hec sunt eterna
XVI que mundat / Igitur quia in ipso
exordio expositionis sit persona
beati iob initiari dominum diximus
ut designari per illum caput et
corpus .i. xpm et ecclesiam diceremus /
Postquam caput nostrum quo desig
natum credatur ostendimus / Nunc
corpus eius quod nos sumus expri
matur indicemus. Ut quia au
divimus ex hystoria quod miremur
cognoscimus ex capite quod credamus.
consideremus nunc ex corpore quod
vivendo teneamus In nobis met
ipsis namque debemus transforma
re quod legimus / ut cum per audi
tum se animus excitat ad ope
rationem quod audierit animus conferat vita.

Moraliter sic exponamus
C Vir erat in terra hus nomine
iob Si iob dolens et hus con
siliator dicitur non immerito per
utrumque nomina electus quisque fi
guratur / quia nimirum consiliato
rem animum inhabitat qui dolens
de presentibus ad eterna festinat /
Nam sunt nonnulli / qui vitam
suam negligunt / et dum transito
ria appetunt / dum eterna vel
non intelligunt / vel intellecta
contempnunt / nec dolorem sentiunt
nec habere consilium sciunt / Cumque
superna que amiserant non consi
derant / esse se miseri heu in bonis
bis putant / neq quaquam ad veritatis
lumen cui conditi fuerant men
tis oculos erigunt / Neq quaquam
ad contemplationem eterne patrie desid'
desiderium aciem tendunt / Sed
semetipsos in hiis adque proiecti
sunt deserentes / vice patrie di
ligunt exilium quod patiuntur /
et in cecitate qua tollerant / qua
in claritate luminis exultant / At
contra electorum mentes dum
cuncta transitoria nulla esse con
spiciunt / ad que sunt condita
exquirunt / cumque eorum satis
factioni nil extra deum sufficit /
ipsa in inquisitionis exercitatione
fatigata / illorum cogitatio in con
ditoris sui spe et contemplatione
requiescit / supernis inseri civi
bus appetit / Et unusquisque eorum
adhuc in mundo corpore positus
mente iam extra mundum surgit /
Erumpnam exilii quam tolerat
deplorat / et ad sublimem patriam
incessantibus se amoris stimu
lis excitat / Cum ergo dolens
videt quam sit eternum quod perdidit
invenit salubre consilium / temporale
hoc despicere quod percurrit et quo
magis crescit consilii scientia
ut peritura deserat eo augetur
dolor quod nec dum ad mansura
pertingit Unde bene per salomonem Ecc. 1.
dicitur / Qui apponit scientiam ap
ponit dolorem / Qui scit iam
summa que adhuc non habet
magis de infimis in quibus
retinetur dolet Recte ergo in terra
hus habitare iob dicitur / Quia in
scie consilio electi uniuscuiusque dolens

animus tenet. Intuendum quo-
que est quod nullus dolor mentis
sit in actione precipitacionis. Qui
enim sine consiliis vivunt, qui se
metipsos rerum eventibus pre-
cipites deserunt, nullo interim
cogitacionum dolore fatigantur.
Nam qui solerter in vite consilio
mentem figit, caute se se in
omni actione circumspiciendo conside-
rat, et ne ex re que agitur
repentinus finis adversusque
surripiat, hunc prius molliter
posito pede cogitacionis palpat.
Pensat ne ab hiis que agenda
sunt formido impediat. ne in
hiis que differenda sunt pre-
cipitacio impellat, ne prava per
concupiscenciam aperto bello superent,
ne recta vel erecta per inanem
gloriam insidiando supplantet.
Job ergo in terra Hus habitat
dum mens electi quo magis
per consilium vite nititur eo an-
gusti itineris dolore fatigatur.
Sequitur: simplex et rectus ti-
mens deum et recedens a ma-
lo. Quisquis etiam patriam
appetit simplex procul dubio
et rectus vivit. Simplex vide-
licet opere, rectus fide, simplex
in bonis que in infimis peragit,
rectus in summis que in intimis
sentit. Sunt namque nonnulli
qui in bonis que faciunt sim-
plices non sunt, dum non in
hiis retribucionem intimam, sed ex-
terius favorem querunt. Unde bene
per quendam sapientem dicitur:
Eccli. 2 Ve peccatori terram ingredienti
duabus viis. Duabus quippe
viis peccator terram ingreditur
quando et dei est quod opere exhibet,
et mundi quod per cogitacionem querit.
Bene autem dicitur timens deum
et recedens a malo, quia sancta electorum
ecclesia simplicitatis sue et
rectitudinis vias timore inchoat,
sed caritate consummat. Cui tunc
est funditus a malo recedere,
cum ex amore dei ceperit iam

nolle peccare. Cum vero adhuc ti-
more bona agit, a malo penitus
non recessit, quia eo ipso peccat
quo peccare vellet, si impune po-
tuisset. Recte igitur cum timere Job
deum dicitur, recedere a malo et
perhibetur, quia dum metum cari-
tas sequitur, ea que mente relinquitur -17o. X.
etiam per cogitacionis propositum culpa
calcatur. Et quia ex timore vicio-
rum prava queque reprimuntur, ex caritate
autem virtutes oriuntur, recte sub-
iungitur: Natique sunt ei septem
filii et tres filie. Septem quip-
pe filii nascuntur nobis, dum per
conceptionem bone cogitacionis sancti spiritus
septem in nobis virtutes oriuntur.
Hanc namque internam prolem propheta
dinumerat, cum spiritus mentem fe- Isa. 11
cundat dicens: Requiescet super
eum spiritus domini. spiritus sapiencie
et intellectus, spiritus consilii et
fortitudinis, spiritus sciencie et pietatis
et replebit eum spiritus timoris
domini. Cum ergo per adventum
spiritus sapiencia et intellectus consilium
fortitudo, sciencia pietas ac
timor domini unicuique nostrum gig-
nitur, quasi mansura posteritas
in mente propagatur, que superne nostre
nobilitatis genus eo ad vitam
longius servat, quo amore eterni-
tatis sociat. Sed habent in nobis
septem filii tres procul dubio so-
rores suas, quia quidquid vir-
tutum hii sensus viriliter faciunt,
spei fidei caritatique coniungunt.
Neque enim ad denarium perfectionem
septem filii perveniunt, nisi in spe
fide et caritate fiat omne quod
agunt. Quia vero habet preveni-
ens virtutum copiam multimoda
bonorum operum cogitacio, sequitur
recte subiungitur: Et fuit possessio
eius septem milia ovium et
tria milia camelorum. Sequitur:
Spiritualiter. Servata quippe
hystorie veritate imitari spiritaliter
possumus quod carnaliter audimus.
Oves enim septem milia possidere
est cogitaciones innocuas perfecta

cordis indi

cordis immunda in terra non sinit et
ipsos in quesito utilitatis pabulo
pascimus. Erunt ergo nobis etiam
in possessione tria milia camelo
rum, si omne quod in nobis altum
et tortuosum est dominio fidei sub
ditur, et sub cognitione humilitatis
sponte in appetitu humilitatis in
clinatur. Camelos quippe pos
sidemus, si quod altum sapimus
humiliter deponimus. Camelos
procul dubio possidemus, cum cogi
tationes nostras ad infirmitatis
fraterne compassione flectimus, ut
vicissim onera nostra portantes,
alieni infirmitati compati
condescendendo noverimus. Possunt
etiam per camelos qui ungulam
nequaquam findunt, sed tamen
ruminant, terrenarum rerum
bone dispensationes intelligi,
que quia aliquid habent seculi,
et aliquid dei, per commune ea
necesse est animal designari.
Neque enim terrena dispensatio,
quamvis eterne utilitati serviat,
sine perturbatione mentis valet
exhiberi. Quia igitur per hanc et
ad presens mens confunditur, et in
perpetuum merces paratur, quasi
commune animal, et aliquid
de lege habet et aliquid non
habet. Ungulam namque non
findit, quia non se penitus ani
ma ab omni terreno opere disiungit, sed
tamen ruminat, quia bene
dispensando temporalia per certitudinis
fiduciam sperat celestia. Terre
ne igitur dispensationes quasi
camelorum more capite legi
concordant, pede discrepant, quia
et celi sunt que iuste viventes
appetunt, et huius mundi sunt
in quibus opere versantur. Nos ergo
cum easdem terrenas dispensa
tiones cognitioni caritatis sub
dimus, quasi camelos in terra
in divisibile nimirum fide possidemus.

xxiiii h.

Sequitur. Quingenta quoque iuga
boum et quingente asine. Iugi
boum in usum nostre possessionis
sunt, cum concordes virtutes ex
arant duritiam mentis. Quin
quagintas quoque asinas pos
sidemus, cum lascivientes motus
restringimus, et quidquid in nobis
carnale exsurgere appetit,
spirituali cordis dominatu refrena
mus. Vel certe asinas possidere
est cogitationes in terra nos
simplices regere. que dum in
subtiliori intellectu currere non
valent, quo quasi pigrius
ambulant, eo fraterna onera
mansuetius portant. Sunt na
que non nulli, qui dum alta
non intelligunt, ad exteriora con
versationis opera se humilius
premunt. Bene ergo per asinas pi
grum quidem animal, sed tamen
ponderibus oneribus deditum,
simplices cogitationes accipimus,
quia dum nostram plerumque igno
rantia cognoscimus, levius
onera aliena tolleramus.
Cumque nos quasi singularis
sapientie altitudo non elevat,
ad perferendam alieni cordis
inhertiam mens nostra equa
nimiter se inclinat. Recte autem
sine iuga boum, sive asine
quingente referuntur, quia ut in hoc
quod prudenter sapimus, ut in hoc
quod humiliter ignoramus, dum eterne
patrie requiem querimus, quasi
in terra iubilei numerum tenemus.
Sequitur. Ac familia multa ni
mis. Multam nimis familiam
possidemus, cum cogitationes
innumeras sub mentis dominatione
restringimus, ne ipsa sui multi
tudine animum superent, ne per
verso ordine discretionis nostre
principatum calcent. Et bene cogi
tationum turba multe fami
lie appellatione signatur. Nam scimus
quod absente domina ancillarum
lingue perstrepunt, silentium dese
runt, deputati operis officia
negligunt, totumque sibimet vi
vendi ordinem confundunt. At si
repente domina veniat mox
perstrepentes lingue reticent,

officia unusquisque operibus repetunt, sicque ad opus conversi sunt ac si non recessissent revertuntur. Si igitur a domo mentis consilio admonitionum discedat, quasi absente domina cogitationum se clamor velut garrula ancillarum turba multiplicat. Ut autem ratio ad mentem redierit, mox se confusio tumultuosa compescit, et quasi ancille se ad iniunctum opus tacite reprimunt, dum cogitationes protinus se causis propriis ad utilitatem subdunt. Possidemus ergo multam familiam, cum recto iure in innumeris cogitationibus domini discretione dominamur. Quod nimirum cum solerter agimus, mentem per eandem discretionem angelis coniungimus. Unde et bene subiungitur: Eratque vir ille magnus inter omnes orientales. Tunc namque magni inter orientales omnes efficimur, cum eis spiritibus qui orienti luci inherent, pressa corruptionis nebula, discretionis nostre radiis in quantum possibilitas suppetit sociamur. Unde per Paulum dicitur: Nostra conversatio in celis est. (phi 3) Quisquis temporalia ac defluentia sequitur occasum petit, quisquis vero superna desiderat, quia in oriente habitat demonstrat. Magnus ergo non inter occidentales, sed inter orientales efficitur, qui non inter actiones pronas et fugitivas terrenorum, sed inter choros patrie supernorum civium conatur. Sequitur: Et ibant filii eius et faciebant convivium per domos unusquisque in die suo. Filii per domos convivium faciunt, dum virtutes singule iuxta modum proprium mentem pascunt. Ubi et bene subditur: unusquisque in die suo. Dies enim uniuscuiusque filii est

De conexione virtutum

illustratio uniuscuiusque virtutis. Ut enim hec ipsa dona breviter septiformis gratie replicem: Alium diem habet sapientia, alium intellectus, alium consilium, alium fortitudo, alium sciencia, alium pietas, alium timor. Neque enim hoc est sapere quod intelligere. Nam multi quidem eterna sapiunt, sed hec intelligere nequaquam possunt. Sapiencia ergo in die suo convivium facit, quia mentem de eternorum spe et certitudine reficit. Intellectus in die suo convivium parat, quia in eo quod audita penetrat, reficiendo cor, tenebras eius illustrat. Consilium in die suo convivium exhibet, quia dum esse precipitem prohibet, ratione animum replet. Fortitudo in die suo convivium facit, quia dum adversa non metuit, trepidanti menti cibos confidentie apponit. Sciencia in die suo convivium parat, quia in ventre mentis ignorantie ieiunium superat. Pietas in die suo convivium exhibet, quia cordis viscera misericordie operibus replet. Timor in die suo convivium facit, quia dum premit mentem ne de presentibus superbiat, de futuris spei eam cibo confortat. Sed istud in hoc filiorum convivio perscrutandum video, quod semetipsos invicem pascunt. (xxxii c) Valde enim per singula quelibet destituitur, si non una alii virtus virtuti suffragetur. Minor quippe est sapiencia si intellectu careat. Valde inutilis intellectus est si ex sapiencia non subsistat. Quia cum altiora sine sapiencie pondere penetrat, sua illum levitas gravius ruiturum levat. Vile est consilium cui robur fortitudinis deest, quia quod tractando invenit, carens viribus usque ad perfectionem operis non perducit. Et

Et valde fortitudo destituitur si non per consilium fulciatur quia quo plus se posse conspicit eo virtus sine rationis moderamine deterius in preceps ruit. Nulla est scientia si utilitatem pietatis non habet. Quia dum bona cognita exequi negligit se se ad iudicium arcius stringit. Et valde inutilis est pietas si scientie discretione careat quia dum nulla hanc scientia illuminat quo misereatur ignorat. Timor quoque etiam ipse nisi has virtutes habuerit ad nullum opus procul dubio bone actionis surgit quia dum ad cuncta trepidat ipsa sua formidine ab omnibus torpens vacat. Quia ergo alternato ministerio virtus a virtute reficitur recte dicitur quod apud se vicissim filii convivantur. Cumque una aliam sublevando sublevat quasi per dies suos unaquaeque soboles pascenda convivium parat.

Sequitur. Et mittebant et vocabant tres sorores suas ut comederent et biberent cum eis. Cum virtutes nostre in omne quod agunt spem fidem et caritatem sibi sociant quasi operatores filii tres ad convivium sorores vocant ut fides spes caritas gaudeat in opere bono quod unaquaeque virtus administrat. Que quasi ex cibo vires accipiunt dum bonis operibus fidentiores fiunt. Et dum post cibum contemplationis rore infundi appetunt quasi ex poculo debriantur.

xxxiiii c

ci Sed quid est quod in hac vita sine aliquo vel tenuissimi contagii inquinatione peragitur? Nonnumquam namque ipsis bonis que agimus ad deteriora propinquamus. Quia dum leticia menti pariunt quandam etiam securitatem gignunt. Dumque mens secura redditur in torpore laxatur. Nonnumquam vero aliquantula elatione nos polluunt et tanto deteriores apud deum faciunt quanto apud nosmetipsos nos tandiores [deo] reddunt. Unde bene subiungitur. Cumque in orbem transissent dies convivii mittebat ad eos Iob et sanctificabat eos. Peracto quippe in orbe dierum convivio mittere ad filios eosque sanctificare est post virtutum sensum intentionem cordis dirigere et omne quod agitur districte retractationis discussione mundare ne bona estimentur que mala sunt ne saltem vere bona putentur sufficientia cum perfecta non sint. Sic enim mens plerumque decipitur ut aut qualitate mala aut boni quantitate fallatur. Sed hos virtutum sensus melius preces quam discussiones inveniunt. Nam ea que perscrutari in nobismetipsis plenius nitimur sepe verius orando quam investigando penetramus. Cum enim mens per quamdam compunctionis machinam ad alta sustollitur omne quod ei de se ipsa est sub se ipsa diiudicando certius contemplatur. Unde et recte subiungitur. Consurgensque diluculo offerebat holocausta per singulos. xxv Diluculo namque consurgimus cum compunctionis luce perfusi humanitatis nostre nocte deserimus et ad veri luminis radios oculos mentis aperimus atque holocaustum per singulos filios offerimus cum pro unaquaque virtute hostiam nostre precis immolamus ne sapientia elevet ne intellectus dum subtiliter currit aberret ne consilium dum se multiplicat confundat ne fortitudo dum fiduciam prebet precipitet ne scientia dum novit et non diligit inflet ne pietas dum se extra rectitudinem inclinat intorqueat ne timor dum plus iusto trepidat in desperationis foveam mergat

Cum enim pro unaquaque virtute ut pura esse debeat preces domino fundimus, quid aliud quam iuxta numerum filiorum holocaustum per singulos exhibemus? Holocaustum namque totum incensum dicitur. Holocaustum igitur dare est totam mentem igne compunctionis incendere, ut in ara amoris cor ardeat, et quasi delicta proprie sobolis in cinnamenta cogitationis exurat. Sed hec agere nesciunt, nisi hi qui priusquam cogitationes ad opus prodeant, internos suos motus sollicite circumspicientes frenant. Hec agere nesciunt nisi hi qui viri custodia munire mentem noverunt. Unde recte inopinata mente morte extinctus hysboseth dicitur, quem scriptura sacra in domo non hostiarium, sed hostiariam habuisse testatur dicens: Venientes filii remmon, berothite, rechab et banaa ingressi sunt fervente die domum. Hysboset qui dormiebat super stratum suum in meridie. Ingressi sunt autem domum et ostiaria purgans triticum obdormivit. Assumentes spicas tritici latenter ingressi sunt et percusserunt eum in inguine. Ostiaria triticum purgat, cum mentis custodia discernendo virtutes a vitiis separat. Que si obdormierit, in mortem proprii domini insidiatores admittit, quia cum discretionis sollicitudo cessaverit, ad interficiendum animum malignis spiritibus iter pandit. Qui ingressi spicas tollunt, quia mox bonarum cogitationum germina auferunt, atque in inguine feriunt, quia virtutem cordis delectatione carnis occidunt. In inguine quippe ferire est vitam mentis delectatione carnis perforare. Nequaquam vero hysbosech iste hac morte succumberet, si non ad ingressum domus mulierem, id est mentis aditum mollem custodia deputasset.

2 Reg. 4

1. in mortem

fortis namque vigilisque sensus preponi cordis foribus debet, quem nec neglegentie sompnus opprimat, nec ignorantie error fallat. Unde bene hysbolech appellatus est qui custode femina hostilibus gladiis nudatus est. Hysbolech quippe vir confusionis dicitur. Vir autem confusionis est qui forti mentis custodia munitus non est, quia dum virtutes se agere estimat, subintrantia vitia nescientem necant. Tota itaque virtute muniendus est aditus mentis, ne quando eam insidiantes hostes penetrent per foramina neglecte cogitationis. Hinc salomon ait: Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Virtutes ergo quas agimus dignum est ut summope ab intentionis origine pensemus, ne ex malo ortu procedant, etiam si recta sunt que ostentant. Unde quoque hic recte subiungitur: Dicebat enim: Ne forte peccaverint filii mei et benedixerint deo in cordibus suis. Filii in cordibus maledicunt, cum recta nostra opera a non rectis cogitationibus prodeunt, cum bona in aperto exeunt, sed noxia in occulto moliuntur. Deo quippe maledicunt, cum mentes nostre se de se estimant habere quod sunt. Deo maledicunt, cum se et ab illo accepisse vires intelligunt, sed tamen de eius muneribus propriam laudem querunt. Sciendum vero est quod bona nostra tribus modis antiquus hostis insequitur, ut videlicet hoc quod recte coram hominibus agitur, in interni iudicis conspectu viciet. Aliquando namque in bono opere intentionem polluit, ut omne quod in actione sequitur, eo purum mundumque non exeat, quo hoc ab origine perturbat. Aliquando intentionem boni operis viciare non prevalet, sed in ipsa actione se quasi in itinere opponit, ut cum per propositum mentis

Prov. 4

Job. 1

2.

Dyabolus tribus modis bona nostra viciat

secretior quippe egreditur, sub mixto latenti vicio, quasi ex insidiis perimatur. Aliquam vero ut ex intencione viciat, nec in itinere subplantat, sed opus bonum in fine accionis illaqueat; quantoque vel a domo cordis vel ab itinere operis longius recessisse se simulat, tanto decipiendum bone accionis terminum astucius expectat, et quo incautum quemque quasi recedendo reddiderit, eo illum repentino nonnumquam vulnere durius insanabiliusque configit.

Intencio

Intencionem quippe in bono opere polluit, quia cum facilia ad decipiendum corda hominum conspicit, eorum desideriis auram transitorii favoris apponit, ut in hiis que recta faciunt, ad appetenda yma a rectitudine intencionis inclinentur. Unde recte sub iudee specie de unaquaque anima laqueo misere intencionis capta per prophetam dicitur:

Tre. 1.

Facti sunt hostes eius in capite. Ac si aperte diceretur: Cum bonum opus non in bona intencione sumitur, hinc adversantes spiritus ab ipso cogitacionis exordio principantur, tantoque eam plenius possident, quanto et principium dominantes tenent.

Opus

Cum vero intencionem viciare non prevalent, in via positus laqueos tegunt, ut in eo quod bene agitur, cor ex latere ad vicium divertatur, quatenus quod inchoacionis aliter proposuerat, in accione longe aliter quam ceperat percurrat. Sepe enim bono operi dum laus humana obviat, mentem operantis immutat, que quamvis quesita non fuerat, tamen oblata delectat. Cuius delectacione dum mens bene operantis resolvitur, ab omni intencionis intime vigore dissipatur.

p

Sepe se bene inchoate nostre iusticie ex latere ira subingerit, et dum zelo rectitudinis immoderacius mentem turbat, cuncta quietis intime salute sauciat. Sepe gravitatem cordis quasi subiuncta ex latere tristicia sequitur, atque omne opus quod mens bona intencione inchoat, hec velamine meroris obumbrat. Que nonnumquam tanto tardius repellitur, quanto et ipsi menti quasi serior famulatur. Sepe se bono operi leticia immoderata subingerit, cumque plus mentem quam decet hilarescere exigit, ab accione bona omne pondus gravitatis repellit. Quia etiam bene inchoantibus subesse in itinere laqueos prestatos prospexerat, recte prophetico spiritu plenus dicebat: In via hac qua ambulabam absconderunt laqueum michi. Quod bene ac subtiliter Jeremias insinuat, qui dum gesta foris referre studuit, que in nobismetipsos geruntur indicavit dicens:

Jere. xl.

Venerunt octoginta viri de Sichem et de Silo et de Samaria, rasi barba et scissis vestibus squalentes, munera et thus habebant in manu, ut offerrent in domo domini. Egressus autem Hismahel filius Nathanie in occursum eorum de Maspha incedens et plorans ibat. Cumque occurrisset eis dixit ad eos: Venite ad Godoliam filium Aicham. Qui cum venissent ad medium civitatis, interfecit eos. Barba quippe radunt qui sibi de propriis viribus fiduciam subtrahunt. Vestes scindunt qui sibimetipsis in exterioris decoris laceracione non parcunt. Oblaturi in domo domini thus et munera veniunt, qui exhibere se in dei sacrificio oracionem cum operibus pollicentur. Sed tamen se in ipsa sancte devocionis via caute circumspicere nesciunt. Hismahel Nathanie filius in eorum occursum venit, quia nimirum quilibet malignus spiritus, prioris viri Nathanie videlicet exemplo in superbie errore generatus, se ad laqueum decepcionis opponit.

dequo et bene dicitur Incedens
et plorans ibat quia ut de
votis mentes in tinne feriendo
prevaleat semetipsum quasi sub
velamine virtutis occultat et
eum concordare se ve fugen
tibus simulat ad cordis in
tima securius admissus hoc
quod in virtutis devotione latet oc
cidat Qui plerumque se spon
det ad altiora provehere Unde
et Ismahel prohibetur Venite ad
Godoliam filium Aycham atque
dum maiora promittit etiam
minima subtrahit Unde scrip
tum est Qui cum venisset ad
medium civitatis interfecit eos
Viros ergo ad offerenda deo mu
nera venientes in medio
civitatis interficit Quia devo
tis dedite mentes operibus
nisi magna circumspectione cus
todiant superveniente hoste
deum devocionis perdit hostiam
et ipso itinere perdunt vitam De
cuius hostis manum non evaditur
nisi citius ad penitenciam recurratur
Unde illic apte subiungitur Decem
autem viri reperti sunt inter eos
qui dixerunt ad Ismahelem
Noli occidere nos quia habemus
thesauros in agro frumenti
olei et ordei et mellis et non
occidit eos Thesaurus quippe
in agro est spes in penitencia
que quia non cernitur quasi in terra
cordis suffossa continetur Qui
ergo profitebantur thesauros se habere
in agro servati sunt Quia qui
post incautele sue vicium
ad lamentum redeunt nec cap
ti moriuntur Cum vero antiquus
hostis neque in exordio inten
cionis ferit neque in itinere
actionis interimit duriores in
fine laqueos tendit quem tanto
nequius obsidet quanto solum
sibi remansisse ad decipiendum
videt Hos namque fine suo
appositos laqueos propheta con

xxviii

ꝗ finis:-

spexerat cum dicebat Ipsi calcane
um meum observabunt quia enim in
calcaneo finis est corporis quid
per hunc nisi terminus signatur ac
tionis Sive ergo maligni spiritus
seu perversi quique homines illorum
sequaces superbie calcaneum
observabunt cum actionis bone
finem viciare desiderant Unde gen 3
et eidem serpenti dicitur Ipsa
tuum observabit ~~calcaneum~~ caput
et tu eius calcaneum Caput quippe
serpentis servare est vicia sugges
tionis eius aspicere et manu
sollicite consideracionis a cordis
aditu funditus extirpare
Qui tamen cum ab inicio de
prehenditur percutere calcaneum mo
litur Quia et si suggestio prava
in intencione non percutit deci
pere in fine contendit Si autem
semel cor in intencione corrum
pitur sequentis actionis medie
tas et terminus ab hoste calli
do secure possidetur quoniam totam
sibi arborem fructus ferre con
spicit quam veneno dente in ra
dice viciavit Quia ergo summa
cura vigilandum est ne vel bo
nis operibus serviens mens re
proba intencione polluatur recte
dicitur Ne forte peccaverint
filii mei et benedixerint deo in
cordibus suis Ac si aperte
diceretur Nullum est bonum quod foris
agitur si non pro eo intus ante
dei oculos in innocencie victima
in ara cordis immolatur Tota
itaque virtute prospiciendus est
fluminis operis si purus ema
nat ex fonte cogitacionis Omni
cura servandus est a malicie
pulvere oculus cordis ne hoc
quod in actione rectum hominibus osten
tat apud semetipsum per vicium
prave intencionis intorqueat
Curandum namque est ne bona mi
nima sint curandum ne indis
cussa ne aut pauca agentes

Intencio bona est necessaria

in veniam stiles et in discussa relinquentes recordes. Neque enim una quaeque virtus est, si mixta aliis virtutibus non est. Unde recte ad Moysen dicitur: Sume tibi aromata, stacten et onycha, galbanum boni odoris, et thus lucidissimum, faciesque thymiama compositum opere unguentarii, mixtum purum et dignum sanctificatione. (Exo 30) Thymiama quippe ex aromatibus compositum facimus, cum in altari boni operis virtutum multiplicitate redolemus. Quod mixtum et purum fit, quia quanto virtus virtuti iungitur, tanto boni operis incensum sincerius exhibetur. Unde et bene subiungitur: Cumque in tenuissimum pulverem universa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonii. In tenuissimum pulverem aromata universa conterimus, cum bona nostra quasi in pila cordis occulta discussione tundimus, et si veraciter bona sint subtiliter pertractamus. Aromata ergo in pulverem redigere est, virtutes cogitando terere, et usque ad subtilitatem occulti examinis revocare. Et notandum quod de eodem pulvere dicitur: Pones ex eo coram tabernaculo testimonii. Quia tunc nimirum bona nostra veraciter in conspectu iudicis placent, cum haec mens subtilius recogitando conterit, et quasi de aromatibus pulverem reddit, ne grossum durumque sit bonum quod agitur, ne si hoc arcta retractationis manus non comminuat, odorem de se subtilius non aspergat. Hinc est enim quod sponsae virtus sponsi voce laudatur, cum dicitur: (Cant. 6) Quae est ista quae ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae et thuris et universi pulveris pigmentarii? Sancta nostra ecclesia sicut fumi virgula ex aromatibus ascendit, quia ex vitae suae virtutibus in intimis cotidie incensi rectitudine proficit, nec sparsa per cogitationes defluit, sed sese in arcana cordis in rigoris virga constringit. Quae atque agit, dum recogitare ac retractare non desinit, myrrham quidem et thus habet in opere, sed pulverem in cogitatione. Hinc est quod de oblationibus hostiae ad Moysen dicitur: (Levit. 1) Subtracta pelle hostiae, artus in frusta concidant. Pellem namque hostiae subtrahimus, cum a mentis nostrae oculis superficiem virtutis amovemus; cuius artus in frusta concidimus, cum distinguentes subtiliter eius intima membratim cogitamus. Curandum ergo est ne cum mala vincimus, bonis lascivientibus supplantemur; ne fortasse fluxa prodeant, ne incircumspecta capiantur, ne per errorem viam deserant, ne per lassitudinem fracta, anteacti laboris meritum perdant. In cunctis enim vigilare debet se mens circumspicere, atque in ipsa circumspectionis suae providentia perseverare. Unde et recte subiungitur: Sic faciebat Iob cunctis diebus.

In cassum quippe bonum agitur, si ante terminum vitae deseratur, quia et frustra velociter currit qui prius quam ad metas veniat deficit. Hinc est enim quod de reprobis dicitur: Vae his qui perdiderunt sustinentiam. Hinc electis suis Veritas dicit: (Luc. 22) Vos estis qui permansistis mecum in temptationibus meis. Hinc Ioseph qui inter fratres usque ad finem iustus perseverasse (Gen 37) perscribitur, solus talarem tunicam habuisse perhibetur. Nam quid est talaris tunica, nisi actio consummata? Quasi enim protensa tunica talum corporis operit, cum bona actio ante Dei oculos usque ad vitae nos terminum tegit. Hinc

De perseverantia finali.

Thos gentilis li 3
177

Levitici 1

est quod per moysen cauda hostie
in altari offerri precipitur Ut vi
delicet omne bonum quod incipimus
eciam perseverante fine compleamus
Bene igitur cepta cunctis diebus
agenda sunt ut cum malum
pugnando repellitur ipsa bona
victoria constancie manu te
neatur Hec itaque sub breui
triplici diximus ut fastidi
enti anime varia alimenta
proponentes aliquid quod eligendo su
mat offeramus hoc tamen
magnopere petimus ut qui
ad spiritualem intelligenciam
mentem sublevant a veneracione
hystorie non recedant

A textu non discrede expositor sacre scripture

Finitus est primus liber
Incipit liber secundus
Moralium beati gregorii

Scriptura sacra mentis
oculis quasi quoddam spe
culum opponitur ut interna nostra
facies in ipsa videatur Ibi enim
feda ibi pulchra nostra cognosci
mus ibi sentimus quantum pro
ficimus ibi a profectu quam longe
distamus Narrat autem gesta
fortium et ad imitacionem corda
provocat infirmorum Dumque illorum
victricia facta commemorat con
tra viciorum prelia debilia nostra con
firmat fitque verbis illius ut
eo minus mens inter certamina
trepidet quo ante se positos
virorum fortium triumphos videt
Nonnumquam vero non solum nobis
eorum virtutes asserit sed eciam
casus innotescit ut et in vic
toria fortium quod imitando arripe
re et rursus videamus in lapsibus
quod timere debeamus Ecce enim
Job describitur temptacione auc
tus sed David temptacione pro
stratus ut et maior virtus spem

nostram foveat et maior casus ad
cautelam nos humilitatis accingat
quatenus dum illa gaudentes suble
vat ista metuentes premat et in
dientis animus illinc spei fiducia
sumit humilitatis timore erudi
tus nec temeritate superbiat quia
formidine premitur nec pressus ti
more desperet quia ad spei fidu
ciam virtutis exemplo roboratur
Quadam autem die cum venissent ... 1°
filii dei ut assisterent coram domino ... v
affuit inter eos eciam sathan
Intueri libet quomodo sacra e
loquia in exordio narracionum
qualitates exprimant terminosque
causarum Aliquando namque apposicione
loci aliquando apposicione corporis
aliquando qualitate aeris aliquando
qualitate temporis signant quid deven
tura accione subiciant Posi
cione quippe locorum divina scrip
tura exprimit subsequencium merita
finesque causarum sicut de israel dicitur
Quia verba dei in monte au Exo 19
dire non potuit sed precepta in
campestribus accepit Sub se
quietem nimirum in firmitatem
populi indicans quia ascendere
ad summa non valuit sed semet
ipsum in infimis neglecte vive
do laxavit Apposicione corporis
futura denunciat Sicut in actibus Act 7
apostolorum Stephanus ihesum qui
a dextris virtutis sedet stantem
se vidisse manifestat Sedere
quippe iudicantis est sed recte
stare dicitur cum in bello certantis
opitulatur Aqualitate aeris
res subsequens demonstrat Sic
enim scriptum est cum predicante domino
nullus tunc ex iudea credi Jo 10
turus diceretur premisit dicens
Hyemps erat Scriptum namque
est Cum habundabit iniquitas Mt 28
refrigescet caritas multorum Id
circo ergo hyemis curavit ex
primere temporis ut iam auditorum

cordibus malitie frigus indi-
caret. Hinc est quod negaturus
Io. 18 Petrus primitus quia frigus erat
et stans ad prunas calefiebat
se. Jam namque intus a caritatis
fervore torpebat, et ad amorem
presentis vite quasi ad persecutorum
prunas in infirmitate estuante
recalebat. A qualitate ergo tem-
poris exprimit actionis, sicut
non rediturus ad veniam ad
traditoris perfidiam nocte Judas
exisse perhibetur, cum egrediente illo
ab ewangelista dicitur: Erat autem nox.
Io. 13 Hinc etiam iniquo diviti dicitur:
Lu. 12 Hac nocte repetunt animam tuam
a te. Anima quippe que ad
tenebras ducitur, non in die
repeti, sed in nocte memoratur.
Hinc est quod Salomon qui
2 Pa. 1 sapientiam non perseveraturus acce-
pit, in sompnis hanc et in noc-
te accepisse describitur. Hinc
Gen. 18 est quod angeli ad Abraham in me-
ridie veniunt, perituram autem
Gen. 19 Sodomam ad eam vespere venisse
memorantur. Quia igitur beati
Job temptatio ad victoriam du-
citur, a die cepta perhibetur cum dicitur:
Quadam die cum venissent filii
Dei ut assisterent coram Domino,
affuit inter eos et Sathan. Quos
autem filios Dei electos nisi angelos vo-
cant? De quibus cum constet quod
obtutibus maiestatis famulantur,
valde querendum est unde veni-
ant ut coram Domino
Mt. 18 assistant. De quibus ipse per se
Veritas dicit: Angeli eorum in celis
semper vident faciem Patris mei
qui in celis est. De quibus propheta
Dan. 7 ait: Milia milium ministrabant
ei et decies milies centena mi-
lia assistebant ei. Si igitur semper
vident et semper assistunt, sol-
licite valde querendum est unde
veniant qui numquam recedunt. Sed
Hebr. 1 cum de illis Paulus dicitur:

De Angelis

Nonne omnes sunt administratorii
spiritus in ministerium missi propter eos
qui hereditatem capiunt salutis? Per
hoc quod missos cognoscimus, unde
veniant invenimus. Ecce ergo isti
one questioni jungimus, et quasi
dum consilium solvere nitimur no-
dum ligamus. Quomodo enim vel
assistere aut videre faciem Patris
semper possunt, et si administratorii
ex tunc pro nostra salute mittuntur?
Quod tamen citius solvimus, si quan-
te subtilitatis sit angelica
natura pensamus. Neque enim sic a
divina visione foras exeunt,
ut interne contemplationis gau-
diis priventur. Quia si conditoris
aspectum exeuntes amitterent,
nec iacentes erigere, nec igno-
rantibus vera nuntiare potuis-
sent, fontemque lucis quem egre-
dientes ipsi perderent, cecis nulla
tenus propinarent. In hoc itaque
nunc natura angelica a nostre
conditione distincta, quod
nos et loco circumscribimur et cecitatis
ignorantia coartamur. Ange-
lorum vero spiritus loco quidem cir-
cumscripti sunt, sed tamen eorum
scientia longe super nos incomparabili-
ter dilatatur. Intus quippe exte-
riusque sciendo distenti sunt,
quia ipsum fontem scientie contempla-
tur. Quid enim de hiis que sci-
enda sunt nesciunt, qui scientem
omnia sciunt? Eorum itaque scientia
comparatione nostra valde dilatata est,
sed tamen comparatione divine
scientie angusta. Sicut ipsi quoque
comparatione nostrorum corporum spiritus
sunt, sed comparatione summi et in-
circumscripti spiritus sunt corpus.
Et mittuntur ergo et assistunt,
quia per hoc quod circumscripti sunt exeunt,
et per hoc quod sunt incircumscripti in-
tus quoque presentes numquam rece-
dunt. Faciem ergo Patris semper vident
et tamen ad nos veniunt, quia et
ad nos spiritali presentia foras exeunt

erunt, et tamen ibi se unde
recesserint per intuitum contem-
plationis inveniant. Dicitur ergo: Ve-
nerunt filii dei ut assisterent
coram domino. Quia illuc spiritus
contemplatione redeunt, unde nulla
mentis aversione recedunt.
Affuit inter eos etiam sathan.
Valde querendum est quomodo inter
electos angelos sathan adesse
potuit, qui ab eorum sorte ex-
igente superbia dudum dampnatus
exiuit. Sed recte inter
eos affuisse describitur, quia
et si beatitudinem perdidit, natu-
ram tamen eis similem non amis-
sit, et si meritis pergravatur, con-
dicione nature subtilis attollitur.
Inter dei filios ergo coram domino
affuisse dicitur, quia eo in-
tuitu quo omnipotens deus cuncta spi-
ritualia conspicit, etiam sathan
in ordine nature subtilioris
pu 15 videt, attestante scriptura que
dicit: Oculi domini contemplantur
bonos et malos. Sed hoc quod
affuisse sathan coram domino
dicitur, in questionem nobis conve-
rsatur. Scriptum quippe est: Beati
mundo corde, quoniam ipsi deum
videbunt. Sathan vero qui
mundo corde esse non potest,
quo videndo deum affuisse
potest? Sed intuendum quia
affuisse coram domino, non autem
deum vidisse perhibetur. Venit
quippe ut videretur, non ut videret.
Ipse in conspectu domini, non autem
in conspectu eius dominus fuit.
Sicut cecus cum in sole con-
sistit, ipse quidem radiis solis
perfunditur, sed tamen lumen
non videt quo illustratur. Ita
ergo etiam inter angelos in
conspectu domini sathan af-
fuit, quia divinitas que (quia vis divina)
intuendo penetrat omnia, non
se videntem spiritum immundum
vidit. Quia enim et ipsa que deum
heb. x fugiunt latere non possunt, dum cuncta

sunt nuda superno conspectui,
sathan affuit absens presenti.
Sequitur: Cui dixit dominus: Unde
venis? Quid est quod venientibus
electis angelis nequaquam dicitur:
Unde venistis? Sathan vero unde
veniat percontatur. Non enim re-
quirimus nisi utique que nescimus.
Nescire autem dei reprobare est.
Unde quibusdam in fine dicturus
est: Nescio vos unde sitis, dis- apt 27
cedite a me operarii iniquitatis. lu 13
Sicut et nescire mentiri vir ve-
rax dicitur, qui labi per mendacium
dedignatur, non quod si mentiri velit
nesciat, sed quo falsa veritatis loqui
amore contempnat. Quid ergo
est ad sathan unde venis dicere,
nisi vias illius incognitas re-
probare? Veritatis igitur lumen tene-
bras quas reprobat ignorat, et
sathane itinera que quasi iudicans
dampnat, dignum est ut quasi
nesciens requirat. Hinc est quod gen 3
Ade peccanti conditor voce dicit:
Ubi es? Neque enim divina potentia
nesciebat, atque post culpam
suis latibula fugerat. Sed quia
vidit in culpa lapsum, iam sub
peccato velut ab oculis veritatis
absconditum, quia tenebras er-
roris eius non approbat, quasi ubi
sit peccator ignorat, eumque vocat
et requirit dicens: Adam ubi
es? Per hoc quod vocat, signum est
quia ad penitentiam revocat, per hoc
quod requirit aperte insinuat, quia
peccatores iure dampnandos ignorat.
Sathan ergo dominus non vocat,
sed tamen requirit dicens: Unde
venis? Quia nimirum deus a-
postatam spiritum ad penitentiam nequa-
quam revocat, sed vias superbie eius
nesciens dampnat. Igitur dum sathan
de itinere suo discutitur, electi an-
geli requirendi unde veniant
non sunt. Quia eorum vie tan-
to deo note sunt, quanto et
ipso deo auctore peraguntur, dum
quod soli voluntati eius inserviunt
eo esse incognite nequeunt quo

per probationes omnium exitus semper ante ipsum fuit. Sequitur: Cui respondens Sathan ait: Circuivi terram et perambulavi eam. Solet per gyrum circuitus laboris inquietudo signari. Sathan ergo laborans terram circuit, quia quietus stare in celi culmine contempsit. Atque se non volasse sed perambulasse insinuat, quanto peccati pondere in imis premitur demonstrat. Perambulans ergo terram circuit, quia ab illo spiritalis potentie volatu corruens, malitie sue pressus gravedine, foras ad gyrum laboris venit. Hinc est enim quod et de eius membris per psalmistam dicitur: In circuitu impii ambulant. Quia dum interiora non appetunt, exteriorum labore fatigantur. Sequitur: Numquid considerasti servum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, homo simplex et rectus, timens Deum ac recedens a malo? Hoc quod divina voce beatus Iob simplex et rectus ac timens Deum et recedens a malo dicitur, quia subtiliter in verbis superius exposuimus, replicare que diximus devitamus, ne dum discussa repetimus, tardius ad indiscussa veniamus. Hoc quoque nobis solerter est intuendum, quid sit vel quod ad Sathan loqui Dominus dicitur, vel quod Sathan Domino respondere perhibetur. Discutienda quippe est que nam sit ista locutio. Neque enim vel a Domino qui summus et incircumscriptus est spiritus, vel a Sathan qui nulla carnea est vestitus natura humanus aerius flatus folle vitali attrahitur, ut per organum gutturis vox expressa reddatur. Sed dum invisibilis natura incomprehensibilis loquitur, dignum est ut mens nostra qualitatem corporee locutionis excedens ad sublimes atque incognitos modos locutionis intime suspendatur. Nos namque ut ea que sentimus interius exterius exprimamus, hec per organum gutturis per sonum vocis eicimus; alienis quippe oculis intra secretum mentis quasi post parietem corporis stamus. Sed cum manifestare nosmetipsos cupimus, quasi per lingue ianuam egredimur, ut quales simus intrinsecus ondamus. Spiritalis autem natura non est ita, que ex mente et corpore composita duplex non est. Sed rursum sciendum est quia etiam ipsa natura incorporea cum loqui dicitur, eius locutio nequaquam una atque eadem qualitate formatur. Aliter enim loquitur Deus ad angelos, aliter angeli ad Deum, aliter Deus ad sanctorum animas, aliter sanctorum anime ad Deum. Aliter Deus ad dyabolum, aliter dyabolus ad Deum. Nam quia spiritali nature ex corporea oppositione nichil obsistit, loquitur Deus ad angelos sanctos eo ipso quo eorum cordibus occulta sua invisibilia ostendit, ut quicquid agere debeant in ipsa contemplatione veritatis legant, et velut quedam precepta vocis sint ipsa gaudia contemplationis. Quasi enim audientibus dicitur quod videntibus inspiratur. Unde cum eorum cordibus Deus contra humana superbia animadversione ultionis infunderet, dixit: Venite, descendamus et confundamus ibi linguam eorum. Dicit eis qui adeant Venite, quia minimorum hoc ipsum in divina contemplatione decrescere, in divina contemplatione semper accrescere est, et nunquam corde recedere, quia quodam stabili motu est semper venire. Quibus et dicat: Descendamus et confundamus linguas eorum. Ascendunt angeli in eo quod creatorem conspiciunt, descendunt angeli in eo quod creaturam sese tollentem erigentem examine districtionis premunt. Dicere ergo est: Descendamus et confundamus linguas eorum, in seipso

Marginalia: iiii — v — 9 — Nota — Quo deus loquitur ad angelos — Gen. 11

eis hoc quod recte agatur ostendere, et per vim interne visionis eorum mentibus exhibenda iudicia occultis motibus inspirare.

Apok. V.

Aliter loquitur angelis deus, sicut et per Johannis Apocalipsim dicunt: Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem et divinitatem et sapientiam. Vox namque angelorum est in laude conditoris ipsa admiratio intime contemplacionis. Virtutis miracula obstupuisse est dixisse, quia excitatus cum reverencia motus cordis magnus est ad aures incircumscripti spiritus clamor vocis. Que vox se quasi per distincta membra explicat, dum dese se per innumeros motus admiracionis format. Deus ergo angelis loquitur cum eis voluntas eius intima videndo manifestatur. Angeli autem loquuntur domino cum per hoc quod super semetipsos recipiunt in motum admiracionis surgunt.

Quomodo deus loquitur ad sanctorum animas

Aliter deus ad sanctorum animas, aliter sanctorum anime loquuntur ad deum.

Apok. 6

Unde in Johannis Apocalipsi dicitur: Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum dei et propter testimonium quod habebant, et clamabant voce magna dicentes: Usquequo domine sanctus et verus non iudicas et vindicas sanguinem nostrum de hiis qui habitant in terra. Ubi illico adiungitur: Date sunt illis singule stole albe, et dictum est illis ut requiescerent tempus modicum donec impleatur numerus conservorum et fratrum eorum. Quid est enim animas vindicte petitorum dicere, nisi diem extremi iudicii et resurrectionem extinctorum corporum desiderare? Magnus quippe clamor eorum, magnum est desiderium. Tanto enim quisque minus clamat, quanto minus desiderat, et tanto maiorem vocem in aures incircumscripti spiritus exprimit, quanto se in eius desiderium plenius fundit. Quarum igitur verba sunt ipsa desideria. Nam si desiderium sermo non esset, propheta non diceret: Desiderium cordis eorum exaudivit auris tua. Sed cum aliter solet moveri mens que petit, aliter que petitur, et sanctorum anime ita in sinu secreti sinum deo inherent, ut inherendo requiescunt, quomodo dicuntur petere, quas ab interna voluntate nullatenus constat discrepare? Quomodo dicuntur vindictam desiderare, quas et voluntatem dei certum est, et ea que futura sunt non ignorare? Sed in ipso posite ab ipso aliquid petere dicuntur, non quo quidquam desiderent quod ab eius quem cernunt voluntate discordat, sed quo mente ardencius inherent, eo etiam de ipso accipiunt ut ab ipso petant quod ipsum velle facere noverunt. De ipso ergo bibunt, quod ab ipso siciunt. Et modo nobis adhuc incomprehensibili in hoc quod petendo esuriunt, presciendo saciantur. Discordaret ergo a voluntate conditoris si que eum vident velle non peterent, eique minus inhererent si volente dare desiderio pigriori pulsarent. Quibus rursum divinitus dicitur: Requiescite adhuc tempus modicum donec compleatur numerus conservorum et fratrum vestrorum. Desiderantibus animabus requiescere tempus adhuc modicum dicere, est inter ardorem desiderii ex ipsa presciencia solacia consolacionis aspirare. Ut et animarum vox sit hec quod amantes desiderant, et verbum dei sermo sit hoc quod eas retribucionis certitudine inter desideria confirmat. Respondere ergo eius est, ut collectionem fratrum expectare debeant, eorum mentibus libenter expectandi moras infundere. Ut cum carnis resurrectionem appetunt, etiam ex colligendorum fratrum augmento congratulentur. Aliter deus loquitur ad

Quomodo deus loquitur ad dyabolum

dyabolum aliter dyabolus ad
deum. Loqui enim dei est ad dya
bolum vias eius ac negocia a
nimadversione occulte distric
cionis increpare, sicut hic dicitur:
Unde venis? Dyaboli autem ei re
dere est omnipotenti maiestati
eius nil posse celare. Unde hic
ait: Circuivi terram et perambulavi
eam. Quasi enim dicere eius est quod
egit, scire quod actus suos illius
oculis occultare non possit. Sci
endum vero est, quia sicut hoc loco
discimus, quatuor modis
loquitur deus ad dyabolum, tribus
dyabolus ad deum. Quatuor
modis loquitur deus ad dyabolum,
quia et iniustas vias eius
arguit, et electorum suorum iusticiam
contra eum proponit, et temptandam
eorum innocentiam ei concedendo
permittit, et aliquando eum ne temp
tare audeat prohibet. In iniustas
enim vias eius redarguit sicut
iam dictum est: Unde venis? Electorum
suorum contra illum iusticiam propo
sicut ait: Considerasti servum meum
Iob, quod non sit ei similis super
terram. Temptandam eorum innocenciam
concedendo permittit, sicut dicitur:
Ecce universa que habet in manu
tua sunt. Rursum quoque eum a temp
tacione prohibet cum dicit: Tan
tum in eum ne extendas manum
tuam. Tribus modis loquitur
dyabolus ad deum, cum vel vias
suas insinuat, vel electorum inno
cenciam fictis criminibus accusat,
vel temptandam eorum innocenciam
postulat. Vias quippe suas in
sinuat qui ait: Circuivi terram
et perambulavi eam. Electorum
innocenciam accusat qui dicit:
Numquid frustra timet Iob deum?
Nonne tu vallasti eum ac domum
eius universamque substanciam eius
per circuitum? Temptandam eandem
innocenciam postulat cum dicit:
Extende manum tuam et tange
cuncta que possidet, nisi in
faciem benedixerit tibi. Sed

dicere dei est: Unde venis, sicut
et supra insinuavimus, vias sue
iniusticie iterum malicie eius in
crepare. Dicere dei est: Conside
rasti servum meum Iob, quod non
sit ei similis super terram, tales
electos suos iustificando facere
qualibus nimirum apostata an
gelus possit invidere. Dicere dei
est: Ecce universa que habet in
manu tua sunt: ad probacionem
fidelium contra eos occulta vi in
cursum illum sue malicie re
laxare. Dicere dei est: Tantum ne
extendas in eum manum tuam:
ab inmoderate temptacionis im
petu eum eciam permittendo
restringere. Dicere autem dyaboli est:
Circuivi terram et perambulavi eam:
sagacitate sue malicie invisibi
libus eius oculis occultare non
posse. Dicere dyaboli est: Num
quid frustra Iob timet deum?
Contra bonos in tota cogitacionum
suarum latibula congeri, eorum
quoque perfectibus invidere, atque in
videndo probacionis rimas ex
quirere. Dicere dyaboli est: Extende
paululum manum tuam et tange
cuncta que possidet: afflictores
bonorum malicie estibus an
helare. Quo enim eorum temptaciones
invidens appetit, eo illorum quasi
probacionem deprecans petit. Quia
igitur in tuarum locucionum mo
dos succincte diximus, ad in
termissum exposicionis ordinem
revertamur. Numquid considerasti
servum meum Iob, quod non sit ei
similis in terra, vir simplex et
rectus ac timens deum et rece
dens a malo. Precedente sermone
tractatum est, quia dyabolus non
contra Iob, sed contra deum certamen
proposuit. Materia vero
certaminis beatus Iob in medio
fuit. Et si in sermonibus suis
dicimus Iob inter flagella de
liquisse, quod sentire nephas est,
deum dicimus in sua proposicione
victoriam perdidisse. Nam ecce

in hoc loco intuendum est, quia non prius dyabolus beatum iob a domino petiit. Sed cum dominus in dyaboli despectu laudavit, et nisi in sua iusticia permansurum nosset, nec utique pro illo proponeret nec periturum in temptatore concederet. De quo autem temptator ex dei laudibus in temptatoris mente invidie fiant faces excitatur. Et antiquus adversarius, cum quem accuset mala non invenit, ipsa ad mala iam inflectere bona querit; cum de operibus vincitur, ad accusandum verba intra personam transit; cumque nec in verbis accusatorem reperit, intentionem mentis fuscare contendit, tamquam bona facta bono animo non fiant, et ideo retribuendi a iudice bona non debeat.
vij Quia enim fructus arboris esse in estu virides conspicit, quasi a vermes a radice corrumpere querit. Unde dicit:
Numquid frustra iob timet deum? Nonne tu vallasti eum ac domum eius, universamque substantiam eius per circuitum? Operibus manuum eius benedixisti, et possessio eius crevit in terra. Ac si aperte dicat: qui tot bona in terra recepit, quid mirum est si pro eis sese innocentem gerit? Innocens vere est si bonus inter adversa persistit.
c. Cur autem inquam dicatur que intres sint universique opibus tanta rerum multiplicitate cumulatur? Astutus quippe adversarius cum sanctum virum in prosperis bene egisse considerat, reprobare apud iudicem per adversa festinat. Unde recte in Apocalipsi voce angelica dicitur: Apok 12
Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos in conspectu dei nostri die ac nocte. Scriptura autem sacra sepe die prospera, nocte autem adversa ponere consuevit. Die ergo et nocte accusare non desinit, quia modo nos in prosperis, modo in adversis accusabiles ostendere

contendit. In die accusat cum prosperis male nos uti insimulat. In nocte accusat, cum in adversis nos non habere patientiam demonstrat. Beatum ergo iob quia nec dum flagella attigerat, quasi adhuc unde accusare in nocte posset omnino non habebat. Quia nec in prosperis magna sanitate viguerat. Per eisdem prosperis bona illum egisse simulabat. Versuta assertione mentiens, quod non ad usum domini substantiam possideret, sed ad usum substantie dominum coleret. Sunt enim non nulli qui ut fruantur deo dispensatorie utuntur hoc seculo, et sunt non nulli qui ut fruantur hoc seculo transitorie volunt uti deo. Cum igitur bona domini muneris narrat dyabolus, putat quod facta fortis operarii benignitate.
Ut cuius vitam de operibus reprehendere non valet, eius mentem quasi ex cogitationibus addiciat, mentiens quod non amore domini sed temporalis prosperitatis appetitione servierit, omne quod in nocte extimus vixit. Dives ergo beati iob nesciens, sed tamen unumquemque adversis probari veris sciens, temptandum hunc expetit, ut qui per diem prosperitatis in offenso gressu incesserat, saltem nocte adversitatis impingeret et ante laudatoris oculos offensione impatientie prostratus iaceret. Unde
subiungit: Extende paululum manum tuam et tange cuncta que possidet, nisi in facie benedixerit tibi. viij Cum sanctum virum sathan temptare appetit, et tamen domino ut manum suam extendere debeat dicit. Valde notandum est, quia feriendi vires nec ipse sibi tribuit, qui contra auctorem omnium singularitate superbit. Scit namque quia per se agere ex semetipso non sufficiat, quia nec per se metipsum in eo quod est spiritus subsistit. ff Hinc est quod in evangelio expellenda de homine legio dicebat: Si eicis nos, mitte nos in gregem Mt 8

Apok 12 · Mr 7 · Luc 8

portorum. Qui enim per semetipsum
ipsorum iure non potest. Quid
mirum si sine auctoris manu
sancti viri domum contingere
non valebat. Sciendum non est
quia sathane voluntas semper
iniqua est, sed numquam potestas
iniusta. Quia a semetipso
voluntatem habet, sed a domino potestatem.
Quod enim ipse facere inique appetit,
hoc deus fieri non nisi iuste
permittit. Unde et bene in libris
1 Reg 16 Regum dicitur: Spiritus domini malus
irruebat in Saul. Ecce unus
idemque spiritus, et domini appellatur
et malus. Domini videlicet per licentiam
potestatis iuste. Malus autem per de-
siderium voluntatis iniuste. For-
midari igitur non debet qui nichil
nisi permissus valet. Sola ergo
illa vis timenda est, que cum
hostem sevire permiserit, ei ad
usum iusti iudicii, et iniusta
illius voluntas servit. Paulu-
lum vero manum postulat ex-
tendi, quia exteriora sunt que
expetit conteri. Neque enim satha-
facere se aliquid multum putat,
nisi cum in anima sauciat, ut
ab illa patria hanc feriens re-
vocet. A qua ipse longe telo
sue superbie prostratus iacet.
Sed quid est quod ait: nisi in facie
benedixit tibi. Nos nempe quod
amamus respicimus, quod vero a-
versari volumus, ab eo faciem
declinamus. Quid itaque dei fa-
cies nisi respectus eius gratie
probatur intelligi. Ait ergo: Extende
paululum manum tuam et tange
cuncta que possidet nisi in
faciem benedixit tibi. Ac si ap-
te dicat: Ea que dedisti sub-
trahe. Nam si accepta perdiderit,
respectum tue gratie ablatis rebus
temporalibus non requirit. Si enim
ea in quibus delectatur non sper-
nit, favorem tuum etiam male-
dicendo contempnit. Cuius pe-
titione callida nequaquam vitas
provocata vincitur, sed ad decepti-
onem suam hosti concedit, quod si

deli famulo ad augmentum muneris
suffragetur. Unde mox subdit: Ecce
universa que habet in manu tua
sunt, tantum in eum ne extendas
manum tuam. Consideranda est in
verbis divina dispensacio sue pietatis,
quo hostem nostrum permittit et reti-
net, relaxat et refrenat, aliud ad
temptandum dat, aliud ad affligendum,
sed ab aliis religat. Ecce universa
que habet in manu tua sunt. Sub-
stantiam perdit, sed tamen corpus
protegit, tantum ne extendas in eum
manum tuam, quod quidem postmodum
temptatori traditus est. Sed tamen
non ad omnia relaxat hostem, ne
undique feriens frangat omnem.
Mala enim cum multa electis eve-
niunt, miro conditoris gratia ex
tempore dispensantur, ut que conjuncta
perimerent, possint divisa tolle-
rari. Hinc Paulus ait: Fidelis
deus qui non patietur nos temp-
tari supra id quod potestis, sed faciet
et cum temptatione etiam proven-
tum ut possitis sustinere. Hinc David
ait: Proba me domine et tempta me.
Ac si aperte dicat: Prius vires in-
spice, et tunc ut sustinere valeo temp-
tari permitte. Hoc tamen quod dicitur:
Ecce universa que habet in manu tua
sunt, tantum in eum ne extendas
manum tuam, intelligi et aliter potest.
Quia fortem quidem pugnato-
rem suum dominus noverat, sed tamen
dividere ei certamina contra hostem
volebat, ut quamvis robusto bel-
latori victoria in cunctis suppe-
teret, prius tamen de uno certamine
hostis ad dominum victus rediret,
cumque ei aliud iterum vincendo
concederet, quatenus fidelis famulus
eo mirabilius victor existeret,
quo victus hostis se contra illum
iterum ad nova bella pararet. Sequitur:
Egressus est sathan a facie domini.
Quid est quod sathan egressus a
facie domini dicitur? Quo enim ex-
iturus ab eo qui ubique est? Hinc
namque ait: Celum et terram ego
impleo. Hinc est quod sapientia illius
dicitur: Girum celi circuivi sola. Hinc
est quod de eius spiritu scriptum est.

1 Cor 10
H
Ier 23
Eccli 24

Cap. I

Opus domini replevit orbem
terrarum. Hinc est quod dominus iterum
Ysa 60 dicit: Celum michi sedes est,
terra autem scabellum pedum meorum.
Ysa 40 Rursumque de eo scriptum est: Ce-
lum metitur palmo, et omnem
terram pugillo concludit. Sedi
quippe cui presidet, interior et su-
perior manet; celum palmo me-
tiens et terram pugillo concludens
ostendit quod ipse sit circumquaque
cunctis rebus quas creavit
exterior. Id namque quod intus
concluditur, a concludente exterius
continetur. Per sedem ergo cui presidet
esse intus superiusque; per pugillum
quo continet, extrinsecus subterque signatur.
Quia enim ipse manet intra
omnia, ipse extra omnia, ipse
supra omnia, ipse infra omnia;
et superior est per potentiam, et inferior
per sustentationem, et exterior per
magnitudinem, et interior per sub-
tilitatem. Sursum regens, deor-
sum continens, extra circumdans,
interius penetrans. Nec alia ex
parte superior, alia inferior, et alia
ex parte exterior, atque ex alia ma-
net interior. Sed unus idemque
totus ubique presidendo susti-
nens, sustinendo presidens, cir-
cumdando penetrans, penetrando
circumdans. Unde superius presidens
inde inferius sustinens; et unde
exterius ambiens, inde interius
replens. Sine inquietudine
superius regens, sine labore
inferius sustinens, interius sine
extenuatione penetrans, ex-
terius sine extensione circumdans.
Est itaque superior et inferior
sine loco, est amplior sine
latitudine, et subtilior sine
extenuatione. Quo igitur exiit
a Deo, qui dum pro mole corporis
inclusus est, pro incircumscripta substantia
inclusus deest? Sed quia dum Sa-
than pressus maiestatis potentia
appetitum sue malicie explere non
valuit, quasi ante faciem domini
stetit; a facie autem domini exiit;
quia relaxatus dimittitur ab in-
tima retentionis angustia ad sui
desiderii effectum venit. A facie
domini exiit, quia dum vinculis
discipline religata quibusque volun-
tas noxia ad opus processit.
Cum enim sicut dictum est, id quod
voluit implere non valuit, quasi
ante faciem domini stetit; quia
illum ab effectu malicie superna
dispensatio coartavit. Sed a
facie eius exiit, quia temptatio-
nis eius potestatem accipiens, ad
malicie sue vota pervenit. Se-
Cum autem quadam die filii eius ix
et filie eius comederent et bibe-
rent in domo fratris sui primo-
geniti, nuncius venit ad Iob J
qui diceret: Boves arabant et
asine pascebantur iuxta eas, et
irruerunt Sabei, tuleruntque omnia
et pueros percusserunt gladio, et
evasi ego solus ut nunciarem
tibi. Notandum quod tempora temptationi-
bus congruit. Tunc quippe dyabolus
temptandi tempus eligit, quando
beati Iob filios in convivio invenit.
Neque enim solummodo intuetur hos-
tis quid faciat, sed etiam quando
faciat. Ita quamvis potestatem acce-
perit, aptum tamen ad subver-
sionem tempus exquisivit; ut
videlicet nobis Deo dispensante
prodeat, quia prima tribulationis
est leticia sacietatis. Intuendum
vero est quam callide ipsa dampna
que illata sunt nunciavit. Non
enim dicitur: Boves a Sabeis ablati
sunt; sed: Boves arabant. Ut
videlicet memorato fructu operis
causa crescat doloris. Unde et
aput grecos non solum asine
sed etiam fete asine rapte memo-
rantur. Ut dum minima animalia
audientis animum minus ex sua
qualitate percuterent, amplius ex
fecunditate vulneraret. Et quia eo
magis adversa animum feriunt, quo tum
multa sunt etiam subito nunciantur

aucta est mensura gemitum
etiam per articula nunciorum. Unde
sequitur. Cumque et adhuc ille lo-
queretur venit alter et dixit. Ignis
dei cecidit de celo et tactas oves
puerosque consumpsit. et effugi ego
solus ut nunciarem tibi. Re rebus
perditis minorem audienti do-
lorem moveat. eius animum
ad excedendum etiam ipsis nun-
ciorum verbis instigat. Intuendum
quippe est. quam callide dicatur
ignis dei. ac si diceretur. Illius
animadversione sustines. quem
tot hostiis placare voluisti. eius
iram toleras. cui cottidie famules
insudabas. Dum enim deum
cui famulabat adversum intulisse
indicat. lesum commemorat in
quo excedit. quatinus cum acta
obsequia ad mentem reduceret.
et frustra se famulasse estimans
in auctoris iniuria superbiret.
Ipsa etenim mens cum se adversa
ab omnibus perpeti conspicit. in divine
gracie consolacione requiescit.
cumque temptacionum procellas increscere
ex turseco videt. secessum spei
divine appetens. in tua consciencie
portum fugit. Ut ergo versutus
hostis. uno eodemque tempore sancti
viri robustissimum pectus et huma-
nis adversitatibus et divina de-
speracione contunderet. et prius sabeos
iram intulit. et mox igne dei
cecidisse nunciavit. ut quasi omnem
aditum consolacionis concluderet.
dum et ipsum adversantem ostenderet.
qui consolari animum inter adversa
potuisset. quatinus dum se temptatum
undique destitutum. atque undique
perimi consideraret. in contumelia
tanto audacius. quanto desespe-
racius erumperet. Sequitur.

X Cumque adhuc ille loqueretur venit
alius et dixit. Caldei fecerunt
tres turmas et invaserunt came-
los et tulerunt eos. nec non et
pueros percusserunt gladio. et effugi
ego solus ut nunciarem tibi.

Ecce iam neque minus de humana
adversitate doluisset. caldeorum tur-
mas venisse denunciat. Et ne il-
lum minus de superveniens ad-
versitas feriat. iteratam iram in aere
demonstrat. Nam sequitur. Loquebatur
ille et ecce alius intravit et dixit.
filiis tuis et filiabus vescentibus
et bibentibus vinum in domo
fratris sui primogeniti repente ve-
tus veniens irruit a regione
deserti. et concussit quatuor an-
gulos domus. que corruens op-
pressit liberos tuos et mortui
sunt. et effugi ego solus ut nun-
ciarem tibi. Cum uno vulnere
non prosternit. ideo bis terque per-
cutit. ut usque ad intima quemque
feriat. Nunciat itaque finat ad-
versitas de sabeis. nunciatur divina
animadversio per ignem de celo. nun-
ciatur ab hominibus. iam camelo-
rum raptus. cedesque puerorum.
et divine indignacionis ira repe-
titur. dum ventus irruens con-
cussisse domos et angulos at-
que extinxisse liberos indicatur.
Omnia enim notum est. quod absque
superno nutu moveri elementa non
possunt. latenter innuitur quod ipse con-
tra illum elementa movit. qui
moveri permisit. Quamvis sathan
semel accepta a domino potestate
ad usum sue nequicie eciam ele-
menta concutere prevalet. Nec
movere debet. Si spiritus dampnatus
preceptus. turbare in ventos ae-
rem potuit. cum nimirum constet
quia dampnatis in metallo ad
usum aqua et ignis fuit. Que-
situm est igitur ut nunciaret ma-
la. quesitum est ut multa. quesi-
tum est ut subita. Sed cum
prius adversa nunciavit. tunc illo
ad huc pectori quasi minus me-
bris vulnus infixit. cum vero
percussum cor feriendo repetit.
ad impaciencie verba compelleret. super
vulnera vulnus irrogavit. In
tuendum vero est. quod callide

curavit hostis antiquus, non tam iactura sancti viri patientiam rumpere, quam ipso ordine nunciorum; qui studens prius parva, et post nunciare maiora, extremo filiorum mortem intulit. Ne vilia patri rei familiaris damna duceret, si illa iam orbatus audiret, et minus percuteret rerum amissio, praecognita morte filiorum; quia videlicet nulla esset hereditatis, si ipsos prius subtraheret qui sperabantur heredes. Sed a minimis incipiens, in ultimo graviora nunciavit, ut dum gradatim deteriora cognosceret, in eius corde doloris locum omne vulnus inveniret. Nondum quippe callide tot malorum pondera et diversa et subita nunciantur, ut et repente et particulatim crescens in audientis corde se se dolor ipse non caperet, et tanto ardentius in blasphemiam accenderet, quanto subitis ac multiplicatis nunciis in se angustius estuaret. Sed neque hoc neglecte praetereundum puto quod filii in maioris domo convivabantur cum perirent.

xj k

Scimus namque est scriptum, quod convivia pagi sine culpa vix possunt. Ut ergo nunc non illorum loquamur. Sciendum nobis est enim quod a minoribus voluptuose agitur, maiorum disciplina cohibetur. Cum vero maiores ipsi voluptati deserviunt, nimirum minoribus lasciviae frena laxantur. Quis enim sub disciplinae constrictione se retineat, quando et ipsi qui ius constrictionis accipiunt se se voluptatibus relaxant? Dum ergo in maioris fratris domo conviviantur pereunt, quia tunc contra nos hostis vehementius vires accipit, cum et ipsos qui pro custodia disciplinae praelati sunt, laetitiae servire cognoscit. Tanto

De voto · magne

[illegible]

enim licentius ad feriendum occupat, quanto et hos qui intendere percussa poterant, voluptati vacant. Absit autem ut tanti viri filios per conviviorum studia ingurgitando ventri vacasse suspicemur. Sed tamen vacat nocumine, quia et si per disciplinae quisque custodiam necessitatis metas edendo non transit, attenta tamen mentis intentio inter convivia torpescit, et minus in quanto sit temptationum bello considerat, quae se per securitatem relaxat. Inde ergo prius fratres filios obruit, quia antiquus hostis in minorum morte subversionis aditum per negligentiam maiorum quaerit. Sed quia quantis nunciorum iaculis sit percussus agnovimus, vir fortis noster qualis inter vulnera constat audiamus. Sequitur. Tunc surrexit Iob et scidit vestimenta sua et tonso capite corruens in terram adoravit. Nonnulli magnae constantiae perfectionem putant, si disciplinae asperitate correpti, ictus verberum doloresque non sentiant. Nonnulli vero tam nimio percussionum flagella sentiunt, ut immoderato dolore commoti etiam in excessum linguae dilabuntur. Sed quisquis veram tenere perfectionem nititur, necesse est ut inter utraque incedat. Non est enim pondus virtutis insensibilitas cordis, quia et valde insana per stuporem membra sunt, quae et incisa dolere nequaquam possunt. Rursus virtutis custodiam deserit qui dolorem verberum ultra quam necesse est sentit, quia dum nimia afflictione cor tangitur, usque ad impatientiae contumelias excitatur, et qui per flagella malefacta corrigere debuerat, agit ut nequitia per flagellum crescat. Contra insensibilitatem percussorum quippe per prophetam dicitur: Percussisti eos nec doluerunt,

cj

attriuisti eos et renuerunt acci
pere disciplinam Contra pusillani-
mitatem percussorum per psalmis-
tam dicitur In miserijs non
subsistent / In miserijs namque
subsistent / si eximie ad ista
tolleraret / At postquam mente in-
ter flagella corruit / quasi inter
illatas miserias subsistendi con-
stanciam perdidit / Beatus itaque
iob quia vere prosperitatis regulam
tenuit / contra utrumque mun-
se equitatis arte seruauit / Ut ne
quasi dolorem non senciens fla-
gella contempneret / Nec rursum ultra
modum dolorem senciens contra
iudicium flagellantis insaniret /
Cunctis enim rebus perditis cunc-
tis liberis amissis / surrexit /
scidit vestimenta sua et tonso
capite corruens in terram adorauit /
ij Quod vestimenta scidit / quod tonso
capite in terram corruit / mon-
strauit nimirum quia flagelli
dolorem sensit / Quod vero additur
adorauit / aperte ostenditur quia
et in dolore positus contra
flagellantis iudicium non excessit /
Nec omnino ergo non motus est / ne
deum ipsa insensibilitate con-
tempneret / nec rursum omnino
motus est / ne nimis dolendo
peccaret / Sed quia duo sunt
precepta caritatis / videlicet amor
dei et proximi / ut dilectionem
proximi exsolueret impendit filiis
luctum / ne dilectionem dei dese-
reret / Expleuit inter gemitum
adorationem / Solent nonnulli
in prosperis deum diligere / In ad-
uersis autem positi flagellantem
minus amare Beatus ergo
iob per hoc quod motus exterius
exhibuit / ostendit quia fla-
gella patris agnouit / Per hoc quod
adorando humilis mansit / osten-
dit quia amore patris nec
in dolore deseruit / Ne igitur
superbus esset non senciens

in percussione corruit / Ne autem se
ferienti extraneum faceret / ad hoc
corruit ut adoraret / Mos autem
veterum fuit ut quisquis speciem sui
capitis capillos nutriendo seruaret /
eos tempore afflictionis abscideret / et
rursum qui tranquillitatis tempore
capillos abscideret / eos in osten-
sione afflictionis nutriret / Beatus
itaque iob tranquillitatis tempore capil-
los reseruasse ostenditur / quo ad
doloris usum caput totondisse
memoratur / Quia dum in cunctis
eum rebus manus superna per-
cuteret / etiam sponte illum pristine
spes dimissa superaret / Sed iste
exutus rebus / filiis orbatus /
qui vestimenta scindit / qui caput
tondet / qui in terram corruit /
quid dicat audiamus / Nudus
egressus sum de utero matris mee xij
nudus reuertar illuc Quam alte xi
sedit in arce presidet consilij iste / qui
scissis vestibus in terra prostratus
iacet / Quia enim iudicante deo
cuncta amiserat / pro seruanda paciencia
illud tempus ad memoriam redu-
xit / quo necdum ista que per-
didit habebat / ut dum intuetur /
quod aliquando illa non habuit / dolorem
temperaret quod amisit / Magna
enim consolacio in rerum amissione
est / illa tempora ad memoriam redu-
cere / quibus nos contigit res quas
perdimus non habuisse / Quia vero
omnes nos terra genuit / hanc
non immerito matrem vocamus /
Unde scriptum est / Graue iugum Ecci. 40
super filios adam a die exitus
de ventre matris eorum / usque in
diem sepulture in matrem omnium /
Beatus ergo iob ut paciencius lu-
geat / quod hic amisit / vigilanter
attendit qualis huc venerit /
ad augmentum seruande paciencie
adhuc sollercius inspicit / huc
qualis recedit et dicit Nudus
egressus sum de utero matris mee
et nudus reuertar illuc / Ac si aper-
te dicat / Nudum me huc terra intrantem

ptulit / nudum me hinc ex en-
tem tra recipiet / Cum g° ac-
cepta sz relinquenda pdidi / quid
ppum amisi / Cura no cosolato
no solum ex consideracone con-
dicionis adhibenda est / sz eciā
ex iusticia conditoris vte sub-
iungit / Dns dedit dns abstulit
sicut domino placuit ita fcm
est / Bcus vir temptate adu'sa- o
rio cuncta pdidit / sed tamen
sciens quia contra se sathan
vires nisi pmittente deo no
hebat / no ait dns dedit / et
dyabolus abstulit / Sz dns
dedit dns abstulit / fortasse
em fuerat dolendu si q codi-
tor dedit / hostis abstulisset /
At postq no abstulit / nisi ipse
qui dedit / sua recepit no nra
abstulit / Si em ab illo recepi-
mus quibus in hac vita vti-
mur / cur doleamus q ipso iu-
dicante exigimur / quo largiente
feneratur / q bn subiungitur
Sicut dno placuit ita fcm e
Cum em in hac vita ea que
nolumus patimur / nce est ut
ad eum qui in iustu velle nt
pt studia nre voluntatis in-
clinemus / Magna quippe con-
solacio est ico q displicet / qd
illo ordinante erga nos agitur
cui no nisi iustu placet / Si g°
iusta place dno scimus / et si pa-
ti nulla nisi que dno placue-
rint possumus / iusta sunt que
cuncta patimur / et valde iniustu
est / si de iusta passione mur-
muramus / Sed quia orator
fortis quo assertione partis
sue contra adu'sariu allegauit
audiuimus / Nunc quo in ordinis
sue termino iudicem bndicendo
p laudat audiamus / Sequitur
Sit nom dni bndictu / Ecce
omne q rcm sensit dnu bn-
dictione cocl usit / Ut hinc ad-
u'sarius inspiciat et ad pena
suam victus erubescat / quia

fenerauimur. Nec aqui-
tinsinus est cordi-
tor qui dw psiloo
reddendi hec no
gstringit qu wlt
exigit quod

ipse deo cotumax eciā in bitudine
conditus exstitit / cui homo sp̄
glorie eciam pcussus dicit / Ju-
tuendum vo est quia host' nr
quot plia nobis instituit / tot
temptacoibz affligit / Cottidie
namqz in acie stamus / cottidie
tela temptacoum eius excipi-
mus / Et nos contra illu iacula
mittimus / sed cofossi tribulacoi-
bus humilia rudemus / Btus
igr iob pcussus dampno reru
pcussus morte filioru / q vim
doloris vtit in laude saluatoris
coditoris dicens / Dns dedit
dns abstulit / sicut dno pla-
cuit ita fcm est / sit nomen
domini bndcm / Superbu hoste
humilitate crudele pacia strauit
Nec credamus q bellator nr
accepit wlnera et no inflixit
Quot em voces paciencie in
laudem dei pcussus reddidit /
quasi tot in aduersarii pectore
tela intorsit / et acriora valde
qua sustinuit infixit / Afflictus
em terrena pdidit / Sz afflictor'
humilit' sustines celestia multi-
plicauit / Sequitur In omnibus xiii
hiis no peccauit iob labiis
suis neqz stultu quid contra
deum locutus est / Quia temp-
tacoum tribulacoibz dephensi
eciam tacito cogitacoum motu
possumus no loquendo peccare
bto iob et oris testimoniu p hi-
bet et cordis / Prius em dicit
No peccauit / et tunc demum sub-
dit neqz stultu aliqd contra
deum locutus est / Quia em r
stultu locutus no e culpam a
lingwa copescuit / Sz cu pre-
mittit no peccauit cosstat q
murmuracois vicia eciā a cogita-
cone restrinxit / Nec peccauit
ergo nec stulte locutus e / qr xiiii
nec p cosciam tacitus tumuit x
nec lingwa in cotumaciā rela-
xauit / Stulte aut cotra deu
loquitur / qui inter diuine curat ad-

uersionis flagella positus insti-
ficare semetipsum conatur? Si
enim innocentem se superbe as-
serere audeat, quid aliud quam
iusticiam ferientis accusat?

Expositio per allegoriam

Huc usque nos verba hystorie dis-
cussisse sufficiat. Iam nunc ad in-
dagande allegorie misteria
exposicionis se sermo convertat.
Sed in hoc quod scriptum est: Quadam
die cum venissent filii dei coram
domino affuit inter eos sathan, dis-
cuciendum prius est, cur quadam
die aliquid factum coram domino
dicatur, cum apud illum nequaquam
cursus temporis mutacione diei noc-
tisque varietur. Neque enim in ea
luce quam sine accessu ea que eligit
illustrat, et sine recessu ea que
respuit deserit, de statu muta-
bilitatis venit. Quia ut ipse
metipso manendo immutabilis,
mutabilia cuncta disponit, sic
quoque in se transeuncia condidit, ut
apud se nequaquam transire possit,
nec tempus in rebus in conspectu
eius defluit, quod apud nos fo-
ras decurrit. Unde fit ut in
eternitate eius fixa maneat, ea
que non fixa extrinsecus seculorum
volumina emanavit. Cur ergo apud
eum dicitur Quadam die, cum
nimirum dies una est eternitatis
sua, que videlicet eternitas nec
fine claudi, nec inicio valet
aperiri. Unde psalmista dicit:
Melior est dies una in atriis
tuis super milia. Sed cum scriptura
sacra temporaliter editis loquitur, dignum
est ut verbis temporalibus utatur,
quatenus condescendendo levet, et
dum de eternitate aliqua temporaliter
narrat, assuetos temporalibus sen-
sim ad eterna traiciat, seque hu-
manis mentibus eternitatis inco-
gnita, dum verbis cognitis
blanditur infundat. Quid autem
mirum si in sacro eloquio in-

commutabilitate suam deus pro-
pere humane menti non aperit,
qui et resurreccionis sue sollempnitate
celebrata, quibusdam per vectionum
accessibus innotuit, in corruptorum
corporisque resumpsit. Luca quippe
attestante didicimus quod quibusdam
se in monumento querentibus, et prius
angelos misit, et rursum dis-
cipulis de se in via loquentibus,
ipse quidem sed non cognoscendus
apparuit, quem post exhortacionis
moras, cognoscendum se ipsius
fraccione monstravit. Ad extre-
mum vero repente ingrediens, non
solum se cognoscibilem, sed eciam
palpabilem prebuit. Quia enim
ad huc infirma gestabat corda
discipuli in cognitione tanti mis-
terii, ista fuerant dispensacione
nutriendi, ut paulisper aliquid
querentes invenirent, invenien-
tes crescerent, et crescentes con-
gnita robustius tenerent. Quia
igitur non repente, sed causarum
verborum que incrementis, quasi
quibusdam ad eternitatem passibus
ducimur, in rebus apud eum quadam
die factum aliquid dicitur, quia tempora
quoque tempora sine tempore continet.
An quia eciam sathan affuit, dum
quadam hoc factum die dicitur, indi-
care sacra scriptura studuit, quia
in luce deus tenebras videt.
Nos quippe uno eodemque intui-
tu lucem et tenebras intueri
non possumus. Quia cum in tene-
bris oculus figitur, lux fugatur, ad
et cum luminis se choruscacione utitur,
tenebrarum umbra discedit.
Illa autem vis que cuncta muta-
bilia immutabiliter videt, quasi
in die ei sathan affuit, quia
apostate angeli tenebras sine
obscuritate comprehendit. Nos
ut dictum est uno eodemque in-
tuitu contemplari non possumus,
et que approbando eligimus, et que re-
probando dampnamus, quia cum
ad hanc animus vertitur, ab illa

+ non solum qui a culpa redeuntes [illegible] sed etiam qui redire nolentes [illegible]

cogitatione separatur; cum vero ad illam reducitur ab hac tunc in qua hesit removetur. Deus vero qui sine mutabilitate cuncta simul respicit, sine distensione comprehendit, videlicet et bona quae iuvat et mala quae iudicat, et quae adiuta remunerat et quae iudicata dampnat. In hiis quae diverso disponit ordine diversus non est. Inde ergo et sathan affuisse describitur, quia lumine claritatis eius nulla mutabilitatis fuscatione tangitur; et in hoc quod ei tenebrae presentes sunt quasi affuisse inter filios dei dicitur, quia ea vi iustitiae in mundos spiritus penetrat, qua videlicet immundorum spirituum corda complectitur; eo quod radio luminis iste transfigitur, quo illi ut luceant perfunduntur. Inter filios dei affuit, quia etsi illi deo ad electorum adiutorium, iste ad reprobationem servit. Inter filios dei affuit, quia etsi ab illis in hac vita laborantibus auxilium pietatis impenditur, iste occulte eius iustitiae nesciendo serviens ministerium exequi reprobationis conatur. Unde bene in libris Regum per prophetam dicitur:

3 Reg. ulto G

Vidi dominum sedentem super solium excelsum, et exercitum caeli a dextris et a sinistris eius. Et dictum est: Quis decipiet Achab ut ascendat et cadat in Ramoth Galaad? Et dixit alius ita et alius aliter. Et egressus est spiritus et dixit: Ego decipiam Achab. Et dictum est: In quo decipies? Qui ait dicens: Egrediar et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Quid per solium dei nisi angelicas potestates accipimus, quarum mentibus altius praesidens inferius cuncta disponit? Et quid exercitus caeli nisi ministrantium multitudo angelorum describitur? Quid est ergo quod exercitus caeli a dextris et a sinistris eius stare perhibetur? Deus enim qui ita est intra omnia ut etiam sit extra omnia, nec dextera nec sinistra concluditur. Sed dextera dei angelorum pars electa, sinistra autem pars dei reproborum angelorum designatur. Non enim iniustum solummodo deo boni qui adiuvent, sed etiam mali qui probent. + Nec quod exercitus caeli dicitur angelorum pars reproba, in eo intelligi posse prohibet. Quas enim suspendi in aere novimus, aves caeli nominamus. Et de eisdem spiritibus Paulus dicit: Contra spiritualia nequitiae in caelestibus. Eph. 6 Quorum caput enuntians ait: Secundum principem potestatis aeris huius. A dextra ergo dei et sinistra angelorum exercitus stat, quia et voluntas electorum spirituum divinae pietati concordat, et reproborum sensus suae malitiae serviens iudicio districtionis eius obtemperat. Unde et mox fallax spiritus in medium prosiluisse describitur, per quem Achab rex exigentibus suis meritis deciperetur. Nec enim phas est credere bonum spiritum fallaciae deservire voluisse ut diceret: Egrediar et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Sed quia Achab rex peccatis praecedentibus dignus erat ut tali debuisset deceptione dampnari, ut qui saepe volens ceciderat in culpam, quandoque nolens caperetur ad poenam, occulta iustitia dei licentiam malignis spiritibus dat, ut quos volentes in peccati laqueo strangulat, in peccati poena etiam nolentes trahant. Quod ergo illic a dextris atque a sinistris dei exercitus caeli astitisse describitur, hoc hic inter filios dei sathan affuisse perhibetur. Ecce a dextris dei steterunt angeli qui vocantur filii dei. Ecce a sinistris stat angelus

quia affuit inter eos etiam sathan
xv Sed quia allegorie misteria
indagare decreuimus non secus
venientes accipimus, quod in die
dominus sathan vidit quia vias
eius in sapientie sue incarnatione
corripuit quasi enim non vi
disse fuit tam diu prauitatem
illius in humani generis perditione
tollerasse. Unde ei diuina voce
mox dicitur Unde venis. Dic
sathan requirit quia in luce
manifeste sapientie, occulti hostis
insidie deteguntur. Quia ergo in
carnato domino dyabolus in
crepatur et astu pestifera eff[ec]-
tiatione corripitur vite subingitur
Cui dixit dominus Unde venis
Tunc enim vias sathane re-
rendo arguit, cum premediato
ris adventum persuasionis
eius nequitias reprimens ter
panit. Nec immerito iusti die
filii dei coram domino astitisse
referuntur quia videlicet ad eterne
patrie vocationem electi omnes
luce sapientie se illustrante voca
ti sunt. Quos quamuis incar
nata sapientia aggregare
effecit operis veniat. diuinitati
illius iam perennis prauitam
in visceris assistebant. Sed
quia de viis suis antiquus
hostis redemptore veniente
discutitur quid dicit audiamus
Circuivi terram et perambulavi
eam. Ab adam quippe ante
adventum domini omnes post
se gentium nationes traxit.
Circuivit et perambulauit quod
per corda gentium iniquitatis sue
vestigia impressit. Cadens
enim a sublimibus humanas
mentes iure possedit, quia in
culpe sue vinculo volentes
astrinxit. Tantoque latius in
mundo vagatus est, quanto
creatori illius quisque liber per
omnia inventus non est. Cum
quasi ex parte mundum cepisse
est nullum hominem qui sibi -
plene assisteret invenisse. Sed
iam sathan redeat et ab effectu
sue malitie viis illum diuina
castigat quia iam apparuit
in carne, qui in peccati conta
gione nichil habebat ex carnis
infirmitate. Venit humilis quod
et superbus hostis amiretur
quanto qui fortia diuinitatis
eius desperat, etiam humanitatis
ac humilitatis eius infirma
pertimescat. Unde et mox sig-
nificatione mirifica contra eum
ipsa humanitatis infirmitas ob
stupescenda ponitur ut dicat
Numquid considerasti seruum meum
iob, quod non sit ei similis in terra
Sed iob interpretatur dolens. Pau
lo ante iam diximus. Dolens
vero ipse vacat dicitur qui
portare dolores nostros propheta Ysa 53
attestante perhibetur. Cui in terra
similis non est, quia omnis
homo tantummodo homo est
ipse ante deus et homo. Iusti
ei similis non est, quia etsi
ad optimus quisque filius ad
participationem diuinitatis proficiat
nequaquam tamen deus esse acci-
pit. Cui bene etiam seruus di
ctus est, quia forma serui sus
cipere dedignatus non est. Nec
maiestati tamen iniuriam attulit as
sumpta humanitatis carnis, quia
ut persuada susciperet, nec tamen
habita permutaret. Nec diuina
humanitate minuit, nec huma
na diuinitate consumpsit. Quia
et sic per paulum dicitur Qui cum Phi 2.
in forma dei esset non rapinam
arbitratus est esse se equalem
deo. Sed semetipsum exinani-
uit formam serui accipiens.
Semetipsum exinanisse est ab
invisibilitatis sue magnitudine
se visibilem demonstrasse, ut
forma serui tegeret hoc quod incircum
scripte omnia ex diuinitate pene
traret. Dei aut ad sathan
per figuram dicere est. Numquid
considerasti seruum meum iob

vnigenitū filiū contra eū in
forma serui admirabilem
demōstrare. Eo enim quo
illū tante ūtutis in carne ī
notuit, quasi superbienti ad
ūsario, qꝫ dolens cōsiderāret
in dicauit. Sed quia bonū
qꝫ miraret ī tulerat, res
tat vt ad reprimendam eius
superbiam ūtutes illius ad
hūc enumerando subiūgat.
Sequitur Homo simplex et
rectus ac timens deū et rece
dens amalo. Venit namqꝫ
int̄ homines mediator dei
et hominū homo xp̄us ihūs,
ad p̄bendū exemplum vite
hominibus simplex, ad non
p̄cendū malignis spiritibꝫ
rectus, ad debellandū superbiā
timens deum, ad detergen
dam vero in electis suis vite
immundiciā, recedens amalo.
De ip̄o enim p̄ ysaiam p̄ncipal̄r
dicit̄. Et repleuit eum sp̄us
timoris domini. Et ipse a
malo singulariter recessit, q̄a
imitari facta noluit que ī
hominibus inuenit. Qui at
testante petro, peccatum nō fecit
nec dolus inuentus ē in
ore eius. Sequitur Respondens
sathan ait. Numquid frustra
iob timet deum? Nonne tu
vallasti eum. ac domum eius
vniuersamqꝫ substanciam p̄ circuitu
opibus manuum eius bndi
xisti. et possessio eius creuit
in terra. Antiquus hostis redemp
torem humani generis debella
tore sui in mundū venisse
cognouit. Vnde et p̄ obsessum
hominem ī euangelio dicit Quid
nobis et tibi fili dei. venisti
huc ante tempus torquere
nos. Qui tamen post eū
hunc passibilem cerneret, cum
posse mortalia p̄ti humanita
tis videret, omne qꝫ de eius
diuinitate suspicatus est, ei
fastu sue superbie ī dubium

venit. Nil quippe nisi superbum
sapiens dum esse hunc humile
cōspicit, deum ēē dubitauit.
Vnde et ad temptacionum argu
menta se cōuertit dicens. Si fi
lius dei es dic vt lapides
isti panes fiant. Quia igitur
passibilem vidit, non deum,
sed dei gracia custoditum cre
didit. Vnde et mox inferre
p̄hibet. Nonne tu vallasti eum
ac domum eius, vniuersamqꝫ sub
stanciam eius p̄ circuitum. opibus
manuum eius bndixisti, et pos
sessio eius creuit in terra. Cum
quippe ac domum eius adeo
vallatam dicit, quia temptacio
eius consciam penetrare non
potuit. Substanciam eius valla
tam asserit, quia electos eius
inuadere nō p̄sumit. Opibꝫ ma
nuum eius bndixisse, deum et
possessione eius excrescere ī terra
queritur, quia scilicet tabescens videt,
qꝫ fides eius in noticiam hominum
p̄dicantibus ap̄lis multiplicat̄.
Possessio eius quippe crescere
dicit̄, dum laborantibꝫ p̄dica
toribus fidelium cottidie numerus au
get̄. Hec itaqꝫ sathan deo di
xisse est, debilis tabescendo do
luisse. Sequitur. Sed extende
paululum manum tuam et tange
cuncta que possidet, nisi ī facie
bndixit tibi. Quem enim tran
quillitatis tempore dei gracia custodi
tum credidit, peccare posse pas
sione p̄ temptauit. Ac si aperte dicat
Interrogatus afflictoribus suo peccator
agnoscat̄, qui ī miraculis deus
putat̄. Dixit ergo dominus ad sa
than. Ecce vniuersa que habet
ī manu tua sunt, tantum ī eum
ne extendas manum tuam. Cum
sacram hystoriam sub figurali
intellectu discutimus. Sathane
manus nō p̄tas, sꝫ temptacio
debet intelligi. Vniuersa itaqꝫ q̄
sunt ī manu temptantis dantur,
Et eo temptacionis manus extendi
p̄hibet̄, cui tamen fieri sub

Ma^t 4 (right margin, beside "Si filius dei es")

Ysay. 11 (left margin, beside "De ip̄o enim p̄ ysaiam")

1 pet̄ 2 (left margin, beside "Qui attestante petro")

xvi v (left margin, in red, beside "ore eius. Sequitur")

Ma^t 8 (left margin, beside "hominem ī euangelio")

Dya[bolus] dubius
de xp̄o fuit
[illegible]
[illegible]
[illegible]
et [illegible]
[illegible]

stancia amissa conceditur. Quia nimirum prius iudea que possessio eius fuerat in infidelitate sublata est, et post eius caro patibulo crucis affixa. Quam igitur iudeam prius ad insanientem pertulit et postmodum ad crucem venit, quasi prius habita amisit, et post in semet ipso ad insanientis nequiciam pertulit.
xvii Egressus est itaque sathan
x a facie domini. Sicut et supius dictum est sathan a facie domini exiit, quia ad desiderata vota pervenit, quasi enim ante ipsum erat, dum quod ipsum que male sciebat implere non poterat. Cum autem quadam die filii eius et filie comederent et biberent vinum in domo fratris sui primogeniti. Beati iob filios et filias angelorum ordinem vel cunctorum fidelium multitudinem diximus designasse. Incarnatus autem dominus prius ex iudea ad fidem paucos elegit, et post sibi multitudinem populi gentilis aggregavit. Quis autem maior dei filius nisi iudaycus populus accipi debet, qui ei dudum accepte et date legis doctrina fuerat generatus. Minor autem gentilis populus, qui et mundi extremitate collectus est. Quia ergo cum sathan utilitati hominum nesciens deserviret, et corruptis persecutorum cordibus licenciam dominice passionis expeteret, sancti apostoli nec dum aggregandam deo gentilitatem noverant, et soli iudee fidei archana predicabat. Cum autem sathan exisse a domino dicit, filii et filie in domo fratris primogeniti convivari referuntur. Dictum quippe fuerat
Act xi lite vinii salio ad sigm — iob dicitur, in dignum meus hoc significatione redemptoris arbitretur. Scriptum namque est, Verbum misit dominus in iacob, et cecidit
Ysa 9 in israel. Jacob quippe supplantator, israhel videns deum dicitur. Et quid per iacob nisi iudaycus populus, quid per israel nisi gentilis populus designatur. Quia quem iacob per carnis morte supplantare studuit, hunc nimirum per oculos fidei deum vidit. Ad gentilitas iacob ergo verbum missum in israel cecidit, quia eum quem ad se venientem iudaicus respuit, hunc repente confitens populus gentilis invenit. Sicut de eodem quippe spiritu
Act 10 B scriptum est. Cecidit super eos spiritus domini. Dicto autem vel verbum domini vel spiritus sanctus in sacra scriptura dicitur cadere, ut in opinatus eius adventus exprimatur. Quod enim ruit vel cadit ad yma repente venit. Mediatori autem quasi intrinsecus convivisse est, nullis signis precedentibus in opinate ad gentes venisse. Bene ergo dicitur quod convives adormivit, quia dum ipse humilitate carnis veniens suscepit in se credentibus vota humilitatis infudit, fecit enim quod fieri docuit, sicut de eius spiritu
Ro. 8. dicitur. Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Neque enim petit, quia equalis est. Sed postulare dicitur, quia nimirum quos replevit, postulantes facit, quamvis hoc
Mt 26 in semetipso redemptor noster ostendit. Qui patrem eciam dum passioni appropinquaret exoravit. Quid enim mirum si in forma sua exorando se patri subdidit in qua eciam manus peccancium usque ad mortis extrema tolleravit. Sequitur. Mundus egressus
xxi de utero matris mee nudus
C revertar illuc. Redemptor noster iuxta carnem synagoga extitit, ex qua ad nos per corpus visibilis processit. Sed hunc intra se tegmine littere ad captivum tenuit, dum ad spiritualem eius intelligenciam mentis oculos aperire neglexit. Hunc quia in carne humanam corporis latente videre deum noluit, quem in divinitate considerare nudum contempsit. Sed nudus de utero matris exiit,

quia a synagoga carne prodiens
conspicuus ad gentes venit.
Vel Ioseph relicto pallio fugi- Gen 39
tivus est. Dum enim mulier ad-
ultera male eo uti voluisset,
relicto pallio fugit foras. Ea-
dem synagoga deum purum ho-
minem credens quasi adulte-
rino complexu constringere voluit,
ipse tegmen littere oculis eius re-
liquit, et ad cognoscendam divinitatis
sue potentiam conspicuum se gentibus
2 cor 3 prebuit. Unde et paulus dicit
Usque hodie dum legitur moyses
velamen est super cor eorum.
Quia videlicet adultera mulier
apud semetipsam pallium tenuit
et quem male tenebat in-
dutum amisit. quia ergo a sy-
nagoga veniens fidei gentium
conspicuus apparuit. ex utero ma-
tris nudus exivit. Sed numquid
hanc omnimodo deserit? Ubi
Ysa. x est quod per prophetam dicitur. Si fuerit numerus
filiorum israhel quasi arena maris
reliquie salve fient. Ubi quod
Ro. 11 scriptum est Donec plenitudo
gentium introiret, et sic omnis
israhel salvus fieret. Erit ergo
quando conspicuus etiam synago-
ge appareat, erit in fine mundi
procul dubio, cum gentis sue
reliquiis semetipsum sicut est deus
innotescat. Unde et hic dicitur
Nudus revertar illuc. Nudus
quippe ad uterum matris revertitur
cum in mundi huius termino is
qui in seculo factus est homo
despectus synagoge sue oculis
D deus ante secula declaratur.
Sequitur Dominus dedit dominus ab-
stulit sicut domino placuit ita
factum est sit nomen domini benedictum
Redemptor noster prior quod deus
est cum patre dat omnia, posterior
vero quod homo est a patre accipit
cuncta. Dicat igitur iudea
Sicut venturum eius incarnationis
adventum et misterium credidit. Dominus dedit
Dicat iudea cum expectatam
eius incarnationis presentiam con-

tempsisset dominus abstulit. Data
est quippe tunc per quosdam futura
credidit. Sed exigente merito sue
cecitatis ablata est, cum credita
per quosdam venisse contempsit.
Ipse autem credentes edocet in
flagellis positi domino benedice-
re sciant cum subditur. Sicut domino
placuit ita factum est sit nomen
domini benedictum. Unde et teste evvan-
gelio appropinquare passioni dicitur Mt 26
Accepto pane gratias egisse perhibetur.
Gratias itaque agit qui flagella
aliene iniquitatis suscepit, et qui
nil dignum percussioni exhibuit,
humiliter in percussione benedicit. Ut
hinc videlicet ostendat quid unusquisque
quem in flagello culpe proprie facere
debeat, si ipse equanimiter flagella
culpe portat aliene. Ut hinc os-
tendat quid in correptione faciat
subditus, si in flagello positus
patri gratias agit equalis. Sequitur
In omnibus his non peccavit iob
neque stultum quid contra deum
locutus est. Sed nec peccasse nec E
stultum aliquid contra deum locutus
asserit. Ut de illo petrus sic 1 pet 2
iam predixerim attestatur dicens Qui
peccatum non fecit nec inventus est
dolus in ore eius. Dolus quippe
in ore sapientium seculi invenitur
quia quanto homines prudentia
callent, tanto apud deum stul-
tius desipiunt. paulo attestante
qui ait. Sapientia huius mundi 1 cor 3
stultitia est apud deum. Quia
ergo dolus in ore eius non fuit
stultum procul dubio nichil dixit.
Hunc contra deum sacerdotes
et principes locutum stulte credide-
runt, cum interrogatus passionis
tempore dei filium se testaretur. Unde Mt 23
et contradicentes dicunt Quid ad-
huc egemus testibus. Ecce ipsi
audivimus blasphemias. Sed tot
deum stultum nil dixit. Quia
vera loquens hoc de se etiam in fide-
libus moriendo intulit, quod paulo
post redemptis omnibus resur-

sedus

gendo monstrauit. Hec in signifi-
catione inimici capitis breuiter trac-
tata percurrimus. Nunc edificatio-
nis eius corporis ea moraliter sensum
do replicemus. Moraliter sic
ut quod actum foris narratur ope-
sciamus quomodo intus agatur. Timete
xxij Nam cum filii dei assisterent co-
ram domino, inter eos quoque affuit
et sathan. quia plerumque bonis
mentis cogitationibus que in corde
nostro adventu spiritus sancti operante
seminantur. Antiquus ille callide se i-
nserit et subiungit inimicus
ut bona cogitata perturbet male
quam perturbata dissipet. Sed neque
quia nos in temptatione deserit
qui creauit. Nam hostem nostrum
quem se contra nos in insidiis conte-
git illustrationis sue luminis nobis
deprehensibilem reddit. propter
quod mox ei dicitur: Unde venis
Callidum quippe hostem requirere
est eius nobis insidias decla-
rare, ut quo eum subintrare
cernimus, forti contra eum circum-
spectione vigilemus. Qui respondens
ait: Circuiui terram et perambulaui
eam. Sathane terram circuire est
carnalia corda perscrutari. Et unde
occasionem accusationis inuenire
possit exquirere. Terram circuit
qui humana corda circumeunt
ut bona tollat. ut mala men-
tibus inserat. ut inserta cu-
mulet. ut cumulata perficiat.
ut per se et in iniquitatibus ad
penam socios acquirat. Et no-
tandum quod non circuiuisse, sed per-
ambulasse se asserit, quia in-
micus nequaquam quem temptat
velociter deserit, sed ubi molle cor
inuenerit, ibi pedem uniuerse per-
suasionis figit. ut in morando
actionis praue vestigia imprimat
eis fiat. Iubiam gencium ne
abieritis. Post mortem namque
redemptoris quia dominum in gentium predica-
tionem conuersi sunt, unde et in
actibus dicunt: Vobis oportebat

primum loqui verbum dei sed quia re-
pulistis illud et indignos vos
iudicastis vite eterne, ecce con-
uertimur ad gentes. Hii itaque filii
sponsi de quibus et eiusdem
sponsi voce dicitur: Non ieiunabunt
filii sponsi quamdiu cum illis sunt
sponsus. In domo fratris primoge-
niti conuiuantur quia videlicet apostoli
sacre scripture ad huc delicijs
in primis in iudea populi collectio-
ne vescebantur. Nuncius venit
ad Iob qui diceret: Boves ara-
bant et asine pascebantur iuxta
eas et irruerunt sabei tuleruntque
omnia et pueros percusserunt
gladio, et euasi ego solus ut
nunciarem tibi. Quid aliud per
figuram boves quam bene operantes
quid aliud asinas quam quosdam
simpliciter viuentes accipimus. Que
bene iuxta boves pasci refe-
runtur, quia mentes simplicium
etiam cum alta capere non possunt
eo magis vicine sunt quo et
fratrum bona sua per caritatem
credunt. Cumque invide ab eis
mis sensibus nesciunt, quasi
in pastu se minime diuidunt.
Simul igitur se asine cum bobus
reficiunt, quia prudentibus conuicti
tardiores eorum intelligentia
pascuntur. Sabei autem captiuan-
tes interpretantur et qui alii cap-
tiuantium nomine nisi immundi
spiritus designantur qui cunctos quos
sibi subiciunt in infidelitate cap-
tiuos ducunt, qui et pueros
gladio feriunt, quia eos tempta-
tionis sue et vulnerant ia-
culis. quos nec dum inuectis
constantia liberos nec robustos
fuisse qui bene quidem bona
incipiunt sed in ipsa ad huc
inchoationis sue teneritudine
captiuitatibus inmundis spiritibus
subsistunt. Quos gladio hostes
perimunt quia eternitatis desperatione
transfigunt. Quid est autem
quod nuncius venit qui diceret
euasi ego solus. Quis est iste

26

act 9

Asinos deum adherent maioribus in fide:

percutientibus
interitus qui aliis ~~perimentibus~~ solus
euadit, nisi prophetiae sermo, qui
dum sunt mala omnia quae
praedixit, quasi saluus ad dominum
solus redit. Dum enim uera
// dixisse deperditorum casu se dixisse cognoscitur,
quasi inter mortuos uixisse
monstratur. Hinc est quod ad Rebec-
cam in Ysaac coniugio deducen-
dam puer mittitur, quia uidelicet
ad desponsandam ecclesiam deo in-
carnato prophetia famulatur. Habe-
tis ergo irruentibus solus puer
qui nuntiaret euasit, quia ma-
lignis spiritibus infirmorum men-
tes in captiuitate ducentibus, sola
prophetia conualuit, quae eandem
captiuitatem praenuntians dicit:
Ysa 7 Propterea captiuus ductus est populus
meus quia non habuit scientiam.
Prophetia ergo quasi saluatur dum
captiuitas quam praedixit ostenditur.
xviii Sequitur: Cumque adhuc ille lo-
queretur, uenit alter et dixit: Ignis
dei cecidit de caelo et tactas o-
mnes pueros(que) consumpsit, et
effugi ego solus ut nuntiarem
tibi. Omnes qui praedicationis of-
ficium in synagoga tenuerunt cae-
lum recte uocati sunt, quia
nimirum superna credebantur.
Unde et Moyses cum sacerdotes ac
Deut. 32 populum ad uerba suae ammonitionis
excitaret dixit: Attende caelum
et loquar, et audiat terra uerba
ex ore meo. Per caelum uidelicet signans
praepositorum ordinem, per terram uero
subditam plebem. Hoc igitur
loco caelum sacerdotes uel Phari-
seos uel legis doctores non
inconuenienter accipimus, qui
ante oculos hominum dum cele-
stibus officiis inseruiret, quasi
desuper lucere uidebantur. Sed quia
ipsi summopere in redemptoris
nostri aduersitate commoti sunt,
quasi ignis de caelo cecidit, dum
ad decipiendum in perditionem populum ab
his etiam qui uidebantur docti uide-
bantur, flamma inuidiae exarsit.

Teste quippe euangelio nouimus quod — Luc 22
doctrinae ueritatis inuidentes, opor-
tunitate dominicae traditionis exquire-
bant, sed metuentes populum qui mo-
uebatur, eam innotescere non audebant.
Hinc etiam scriptum est quod de sua-
dendis populis dicunt: Numquid aliquis — Jo 7
de principibus credidit in eum, aut ex
Phariseis? Sed turba haec quae non
nouit legem maledicti sunt. Quid
autem in ouibus atque in pueris
nisi innocentes quosque? Sed tamen
adhuc infirmos accipimus, qui
dum aduersitate Phariseorum atque
principum tolerare timuerunt, in-
fidelitatis concrematione consumpti
sunt. Dicatur ergo: Ignis dei ce-
cidit de caelo et tactas oues pue-
rosque consumpsit, id est appositorum
cordibus flamma inuidiae corruit
et quidquid boni in plebibus orie-
batur incendit, quia dum mali // ueritatis
praepositi sunt contra // honorem ex-
igunt, ab omni rectitudine corda
sequentium subruunt. Ubi et bene
adiungitur: Et effugi ego solus ut
nuntiarem tibi, quia dum impletur
praedicta causa malitiae, fallaciae in-
teritum euadit sermo prophetiae, quae ait:
Et nunc ignis aduersarios consumit.
Ac si aperte dicat: Malos non
solum ignis per uindictam post cru-
ciat, sed nunc etiam per liuorem cre-
mat, quia qui post puniendi
sunt retributionis supplicio, nunc se-
metipsos afficiunt inuidiae tormento.
Puer ergo solus fugiens rema-
net, et igne perisse omnes pueros(que)
denuntiat, dum prophetia iudaicum
populum deserens uera se dixis-
se manifestat, quae ait: Zelus
apprehendit populum ineruditum. Ac si
aperte dicat: Dum Phariseorum uerba
plebs discutere noluit, sed credu-
litatem suam aliis inuidentium
dedit, zeli igne periit, quia in tabe-
ne inuidiae se flamma concremat.
Sequitur: Sed illo adhuc loquente
uenit alius et dixit: Caldei fe-
cerunt tres turmas et inuaserunt

camelos et tulerunt eos, nec non
et pueros percusserunt gladio, et effu-
gi ego solus ut nunciarem tibi.
Quia caldeos interpretari nomine
feroces, quid alii caldeorum nomine
designantur nisi persecutoris aucto-
res, qui usque ad apertos clamo-
res malitie prorumpentes cum
Io 19 dicunt: Crucifige, crucifige. Qui
de semetipsis tres turmas faci-
unt, cum se ad proponendas questiones
Mt 22 domino pharisei, herodiani et
saducei diviserunt. Qui in ore
quidem sapientie victi sunt. Sed
quia stultos quosdam post se
eos traxisse credendum est, tribus
turmis camelos tulerunt. Unius-
cuiusque namque eorum ordo in pravitate
que sapit, insipientium corda
corrumpit, et dum persuadendo
ad initium trahit, quasi tortuo-
sas mentes infirmarum ad cap-
tivitatem ducit. Predicante
quippe domino in samaria,
multi ex samaritanis fuerunt
Io 4 in possessione eiusdem nostri
redemptoris asciti. Sed in quod
hii qui per septem viris mulier
unius mortuis de resurrectione dispu-
tatione dominum temptant, nequaquam
conati sunt credentes samarita-
Mt 12 nos a fide reducere, quos constat
spem resurrectionis ignorare. Qui dum
ex lege non nulla suscipiunt, non
nulla contempnunt, quasi camelorum
more velut mundum animal
ruminant. Sed ut inmundum ne-
quaquam ungulam findunt, qua-
vis et eos cameli ruminantes,
sed tamen ungulam non finden-
tes indicant, qui in iudea in-
fixam hystoriam audierant, sed vir-
tutem eius discernere spiritaliter nes-
ciebant. Quos tribus turmis
caldei rapiunt, dum pharisei he-
rodiani et saducei ab omni sen-
sus rectitudine in prava persuasi-
one pertrahunt. Similiter pueros
gladio feriunt. Quia et si qui
in populo uti iam ratione poterant,

eis ipsi non virtute rationis sed po-
testatis auctoritate contradicebant,
dumque se quasi propositos imitari
a subditis voluerunt, et si intellige-
re aliquid sequentes possunt, ex auc-
toritate tamen suscepti regiminis
eos ad primitiem pertrahunt. Ab
his bene puer solus qui nun-
ciet fugit, quia phariseis hero-
dianis atque saduceis iniqua
persuadentibus, eos nimirum de-
serens propheticus sermo convales- Jer 2
cit, qui ait: Tenentes legem
nescierunt me. Sequitur: Adhuc XIX
loquebatur ille et alius intravit
et dixit: Filiis tuis et filiabus ves-
centibus et bibentibus vinum in
domo fratris sui primogeniti, re-
pente ventus vehemens irruit
a regione deserti et concussit
quattuor angulos domus, que
corruens oppressit liberos tuos
et mortui sunt. Paulo ante iam
diximus quod filios et filias predi-
catores apostolos ac plebes subdi-
tas sentiamus. In domo fratris
primogeniti convivari referuntur,
qui in habitatione adhuc iudaice
plebis sacre predicationis deliciis ves-
cebantur. Repente autem vehemens
ventus irruit a regione deserti.
Regio deserti est cor infidelium,
quod dum creator deserit,
nullus inhabitator colit. Ventus
autem vehemens a regione de-
serti irruit, quia in passione
redemptoris nostri contra fideles
eius fortis temptatio a cor-
dibus iudeorum venit. Potest
etiam deserti regio de relicta
iudeorum populi multitudo
non inconvenienter intelligi, de
qua ventus venit ac domum
concutit, quia ab eis temptatio
exiit, et persecutor corda con-
movit. Sed hec domus in qua
convivantur filii in quattuor angulis
stabat. Tres enim ordines re-
gentium in synagoga cognovimus

sacerdotum simul et scribarum atque
seniorum populi. Quibus si et
phariseos iungimus quatuor in
hac domo angulos invenimus.
A regione ergo deserti ventus
venit et quatuor angulos do
mus concutit. Hoc est ab im
mundis spiritibus temptatio
irruit, et mentes quatuor ordi
num in malitia persecutionis exci
tavit, que domus corruens op
pressit liberos, quia dum in
iudea in crudelitate dominice persecu
tionis cadit, apostolorum fidem de
sperationis formidine obruit.
Teneri enim timentes eum quem magnum
viderant, et eum negantes
per diversa fugiebant. Et quamvis
in eius manibus eorum spiritum in
ipsa adventum tenuit. vita
tamen eos fidei interim car
nalis timor extinxit. Cum
ergo auctorem suum iudea se
mete reliquerunt, quasi con
cussis angulis domo cum ca
nentes sunt. Quod autem illo
in tempore de grege fidelium stetisse
credimus, quo fugisse etiam
ipsos arietes scimus. Sed et
hec unus qui inutiliter euadit
quia convaluisse sermo prophetico
qua hec demittauat ostendit
Jer 11 dicens de persecutore populo. Dilec
tus meus in domo mea fecit
scelera multa. Dicens de eo
mis predicatoribus sed tamen
in passione fugientibus. Proximi
Za 13 mei de longe steterunt. Dicens
denuo valde formidantibus.
Percutiam pastorem et dispergentur
oues gregis. Sequitur. Tunc
surrexit iob et scidit vesti
menta sua. Ruente domo filius ex
tinctis iob surrexit. quia in iudea
in infidelitate perditi per predicato
ribus in pavore mortis ca
dentibus redemptor huma
ni generis semetipsum a morte sus
citavit, et quanto iudeos persecu
tores suos deseruit demon
stravit. Surgere quippe eius est

qua distinctione peccatores designat
ostende. Quasi iacere est eius pa
tiens mala tolerare. Surgit
ergo cum contra reprobos iudicium
iusticie exerit. Unde et recte ves
timenta scidisse perhibetur. Quid
enim vestimenta domini nisi sy
nagoga extitit, que prophetis pre
dicantibus exspectationi incarna
tionis illius adhesit. Dicunt enim
hiis omnibus vestis agminibus diligi. Eph 5
Paulo attestante qui ait. Ut ex 7
hiberet sibi gloriosam ecclesiam non
habentem maculam neque rugam, que
enim maculam neque rugam non habere
dicitur profecto vestis vocatur et
per actionem munda, et per spem tensa
monstratur. Ita cum in carnalem domini
eum iudea credidit adherendo in
cepit domini vestis fuit. Sed cum
exspectatus venit, veniens nova
docuit, docens mira exhibuit,
mira faciens prava toleravit,
vestem qua induitus fuerat
scidit, dum de iudea alios ab in
fidelitate sustulit, alios in infide
litate dereliquit. Quid est ergo
vestis scissa nisi iudea contra
riis sententiis divisa. Si enim ves
tis eius scissa non esset, evangelista
non diceret quod predicante domino
contencio oriebatur in populo. Ut alii
dicerent bonus est, alii non, sed se
ducit turbas. Quasi scissa vestis
illius fuit, quia diversi per suas
unitatem concordie perdidit. Se.
Et tonso capite corruens in terram xx
adoravit. Quid per decisos capil A
los nisi sacramentorum subtili
tas. Quid per caput nisi summa
sacerdocii designatur. Unde ad ezechi
elem prophetam dicitur. Tu fili hominis 7
sume tibi gladium acutum raden
tem pilos et assumes eum et
duces per caput tuum et barbam.
Ut videlicet prophete facto iudicium
redemptoris exprimatur, qui in
carne apparens caput rasit. Cum
de iudaico sacerdocio preceptorum suorum
sacramenta abstulit. Barbam rasit,
quia regni israelitici deserens

decorem virtutis eius aperiat.
Quid vero hoc loco per terram nisi
homo peccator exprimitur? Primo enim
homini peccanti dictum est: Terra es
Ge 3 et in terram ibis. Tyre enim nomine
peccatrix gentilitas designatur. Ra-
tum(?) iustam se iudea credebat, con-
stat quia verba de gentilitate
sentiret, Paulo attestante qui
Gal 2 ait: Nos iudei natura et non ex
gentibus peccatores. Mediator
igitur noster quasi tonso capite in
terram corruit, quia iudeam
deserens dum sacramenta sua ab eius
sacerdotio abstulit ad noticiam
gentium venit. Capillos enim
a capite rasit, quia sacra legis
ab illo primo suo sacerdotio sustu-
lit, et in terram corruit, quia salua-
dis se peccatoribus dedit. Dum quia
eos qui sibi iusti videbantur de-
seruit, hos qui se iniustos et
nouerant et fatebantur assumpsit.
Hinc ipse in euangelio dicit: Ego
Io 9 in mundum veni in hunc mundum
ut qui non vident videant, et
qui vident ceci fiant. Hinc et
Exo 13 columpna nubis que in heremo
populum precedebat, splendore ignis
non in die sed in nocte radiabat,
quia videlicet redemptor noster
sue conversationis exemplo, dum ta-
men semetipsis prestans de iusti-
cia sua confidentibus nulla luce cla-
ruit, peccatorum vero suorum tenebras
agnoscentibus igne sui amoris
xx infulsit. Nec in cor et ex sue
iniquitatis similitudine quos
valet reprobos reddat. Sed contra
hunc beatus Iob laudatur et dicitur:
G Numquid considerasti servum meum
7 Iob quod non sit ei similis super
terram, vir simplex et rectus ac
timens deum et recedens a ma-
lo. Quem nimirum dominus in certamine
contra hostem roborat, hunc
quasi in sathane auribus deus
laudat; laudare quippe eius
est et prius bona concedere et
post concessa custodire. Sed
antiquus hostis eo tot bonos
grauius sentit, quo vallari eos

diuine protectionis munimine conspi-
cit. Unde et subiunges dicit: Num-
quid frustra Iob timet deum?
Nonne tu vallasti eum, ac
domum eius, universamque substanciam
eius per circuitum? operibus manuum
eius benedixisti, et possessio eius
creuit in terra. Ac si aperte dicat:
Cur laudas quem protegendo
roboras? Despecto enim me
dignus tuis laudibus homo
esset, si suis contra me vir-
tutibus staret. Unde mox et
malitiose dehonestare expetit, quem
tamen protector hominis benigne
concedit. Nam subditur: Sed extende
paululum manum tuam, et tange
cuncta que possidet, nisi in facie
H benedixerit tibi. Plerumque enim
dum largitati fructus fecunde
reddimus, dum continua pro-
speritate pollemus, aliquando
mens erigitur ut a semetipsa
sibi existere bona que habet
arbitretur. Que nimirum bona
antiquus hostis malitiose attrec-
tare appetit, sed hec temptari
deus non nisi benigne permit-
tit, ut dum mens temptationum
pulsante de bonis in quibus
gaudebat concutitur, in imbecillita-
tis sue debilitate cogitata,
spe diuini adiutorii robustius
solidetur. Fitque mira dispensa-
tione pietatis ut unde malig-
nus spiritus cor temptat ut
perimat, inde misericors condi-
tor hoc erudiat ut viuat.
Unde et bene subiungitur: Ecce uni-
uersa que habet in manu tua sunt,
tantum in eum ne extendas
manum tuam. Ac si aperte dicat:
Etsi universitatis bona sit tibi
extimus temptanda trado, in-
terius tamen ipse protego, quia per-
sequente ... illum in me ...
radice conseruo. Ubi et bene
subditur: Egressusque est Sathan xxiiij
a facie domini, quia per hoc q[uod]

usque ad defectum cordis penale
nequaquam permittitur exclusus ab in-
timis exterius vagatur. Cum enim
si intentionem mentis plerumque turbat,
eo ipso foris est, quo resistente
deo usque ad interitum bonorum corda
non vulnerat. Tantum quippe con-
tra illorum sevire permittitur, quan-
tum necesse est, ut temptacionibus
erudita solidetur, ne ea que agunt
bona suis viribus tribuant,
ne in securitatis torpore se de-
serant, et a formidinis arce
dissolvant. Sed ad perpetuus sui
custodia, tanto solercius invi-
gilent, quanto se contra adversa-
rium stare semper in acie temptacio-
nis vident. Cum autem quadam
die filii eius et filie comederent
et biberent vinum in domo fratris sui
K primogeniti. Nuncius venit ad
iob qui diceret Boves arabant
et asine pascebantur iuxta eas et
irruerunt sabei tuleruntque omnia
et pueros percusserunt gladio. In e-
lectorum corde prior bonorum seque-
cium sapiencia nascitur, atque hec
per donum spiritus, quasi primogenita
proles profertur. Que nimirum sapien-
Isa. 7 cia fides est, propheta attestante
qui ait Nisi credideritis non in-
telligetis. Tunc enim vere ad in-
telligendum surgimus, cum cunctis
que conditor dicit credulitatis
nostre fidem prebemus. In do-
mo ergo fratris primogeniti con-
vivantur filii, cum virtutes relique
epulantur in fide. Que si non prius
in corde nostro figuntur, reliqua quecumque
bona esse non possunt, etiam si
bona videantur. In domo fratris pri-
mogeniti filii convivantur, dum
virtutes nostre in habitaculo fidei sa-
cri eloquii cibo saciantur. Scriptum
heb. 11 quippe est Sine fide impossibi-
le est placere deo. Tunc ergo
virtutes nostre veris vite epu-
las sumunt, cum nutriri fidei sa-
cramentis incipiunt. In domo fratris
primogeniti convivantur filii quia
quia nisi virtutes relique sapiencie
epulis replete, ea que appetunt

Sine fide ... est ... [marginal note]

prudenter agant virtutes esse nequa-
quam possunt. Sed ecce bona que agimus
dum sapiencie epulis fidei ex pascimus
hostis noster arantes boves, et pas-
centes asinas subtrahit et pueros
gladio occidit. Quid arantes bo-
ves, nisi seniores cogitaciones
intus accipimus, que dum cor
studiosa excitacione conficiunt, ube-
res perfectionum fructus reddunt.
Quid vero pascentes intelligimus asinas
nisi simplices motus cordis quos
dum studiose a duplicitatis errore
compescimus quasi in campo libere
puritatis nutrimus. Sed plerumque
hostis antiquus dum graves cogita-
ciones in corde conspicit, subintro-
ducta eas voluptatis delectacione
corrumpit, et dum motus simplices
cordis videt, subtilia inventionum
acumina ostendit, ut dum laus
de subtilitate queritur puritatis sim-
plicitas amittatur et si usque ad opus
pravum pertrahere non valet tempta-
do tamen bonorum cogitacionibus
surripiens nocet, ut dum contur-
bare bona mentis agnoscitur, ea
quasi funditus abstulisse videatur.
Possunt etiam pascentes boves
cogitaciones caritatis accipi, quibus
prodesse aliis conamur, cum fractum
cordis duriciam sancte predicando
cupimus. Potest per asinas que
nimirum sese onerantibus nulla
ferocitatis in sarcina resistunt pa-
ciencie mansuetudo signari. Et
sepe antiquus hostis cum velle pro-
desse nos loquendo aliis conspicit
in quodam torpore ocii mentem mer-
git, ut aliis prodesse non libeat,
etiam cum a curis vacat. Arantes
ergo boves subtrahit cum cogita-
ciones mentis sine utilitatis fruc-
tibus reddit, et per submissum negli-
gencie torporem frangit. Et quamvis
electorum corda intra archana sue
cogitacionis invigilant, et quid a temp-
tatore sustineant superantes pensent,
eo tamen ipso malignus inimicus
aliquid rapuisse se gaudet, quo
cogitacionibus bonorum vel ad mo-

mentium praevalet. Saepe autem cum ad spatium tolerantiae mente videt quid ab ea maxime diligatur exquirit, et ibi scandali laqueos inserit, ut quo magis res quaeque diligitur, eo facilius per eam patientia turbetur. Electorum tamen corda ad se semper sollicite redeunt, et semetipsa graviter vel pleni motus excessione affligunt, et dum mota discutiunt qualiter stare debuerunt, aliquanto melius concussa solidantur. Sed antiquus hostis dum tolerantiae cogitationes vel ad momentum turbat, quasi abstulisse se de agro cordis asinas exultat. Iuxta autem quae agere disponimus rationabili custodia, quid quibus rebus congruat sollicite pensamus. Sed plerumque hostis cum subita ad nos perturbatione temptationis irruit, cunctas sectiones cordis inopinate premens, quasi ipsos custodes pueros gladio occidit. Sed tamen unus fugit qui alios periisse nunciet, quia in eo quod mens ab hoste patitur, rationis discretio semper ad animum redit, et quasi sola se evasisse indicat, quae apud semetipsam fortiter quidquid pertulerit pensat. Aliis ergo pereuntibus unus ad dominum redit, dum turbatis in temptatione motibus discretio ad conscientiam recurrit, ut quod repentinis incursibus praeoccupata mens perdidisse se pensat, hoc compunctionis studio afflicta recipiat. Venit alter et dixit: Ignis dei cecidit de celo et tactas oves puerosque consumpsit, et effugi ego solus ut nunciarem tibi. Quid per oves nisi cogitationum innocentia, quid per pueros nisi bonorum cordium mundicia designatur? Celum vero aerium dici paulo ante iam diximus, unde et aves celi nominamus. Et scimus quod immundi spiritus qui e celo ethereo lapsi sunt, in hoc celi terreque medio vagantur, qui tanto magis corda hominum ascendere ad celestia

invident, quanto se a celestibus per elationis suae immundiciam proiectos vident. Quia ergo ab aereis potestatibus contra cogitationum nostrarum mundiciam flamma livoris irruit, de celo ignis ad oves venit. Saepe enim mundas mentis nostrae cogitationes ardore libidinis accendunt, et quasi oves igne concremant, dum castos motus animi luxuriae temptatione perturbant. [margin: et ignis dei oves concremat] Qui ignis dei dicitur, quia etsi non faciente deo, tamen permittente generatur. [margin: non] Et quia impulsu subito ipsas nonnumquam circumspectiones mentis obruunt, quasi custodes pueros gladio occidunt. Sed tamen in colonis unus fugit, dum omne quod mens patitur, persequens discretio subtiliter respicit, solaque mortis periculum evadit, quia etiam perturbatis cogitationibus discretio non succubuit, ut damna sua animo non renunciet, et quasi dominum ad lamentum vocet. Sed et illo adhuc loquente venit alius et dixit: Caldei fecerunt tres turmas, et invaserunt camelos, et tulerunt eos, necnon et pueros percusserunt gladio, et effugi ego solus ut nunciarem tibi. [margin: pueros] Per camelos qui mundum aliquid habent dum ruminant, et immundum dum nequaquam ungulam findunt, superius iam diximus bonas rerum temporalium dispensationes intelligi, in quibus quo est cura districtior, eo nobis multiplicius insidiatur inimicus. Unus enim qui dispensandis terrenis rebus praesidet, occultis hostis iaculis latius patet. Nonnulla enim providens agere nititur, et saepe dum cautius futura subtiliter providet, incautus damna praesentia nequaquam videt. Saepe dum praesentibus invigilat, ad instancia providenda dormitat. Saepe dum aliqua torpens agit, quae vigilanter agenda sunt negligit. Saepe dum plus vigilantem se in actione exhibet, ipsa actionis suae inquietudine rebus subditis peius nocet.

aliquando ante linguae modum mittitur ponere, sub onere dispensationis exigente silere prohibetur. Aliquando dum nimia se censura restringit, tacet etiam quae loqui debuit. Aliquando ad inferenda necessaria dum se latius relaxat, dicit etiam quae loqui non debuit. Plerumque autem tantis cogitationum voluminibus implicatur, ut ipsa vix ferre valeat, quae intra se providus dispensat; et cum nihil opere faciat, sub magno cordis sui pondere vehementer insudat. Mira enim dura sunt quae apud semetipsum intus patitur, quietus foris otiosusque lassatur. Plerumque enim quasi ventura animus conspicit, totumque contra haec intentionem proponit. Magnusque ardor contentionis se inserit, sopor fugit, nox in diem vertitur; et cum quieta foris membra teneat lectulus, intus magnis clamoribus in cordis foro litigatur. Et fit plerumque ut nulla eveniant quae providetur, totaque illa cogitatio quae diu se plena intentione paraverat, repente vacua quiescat. Tanto autem longius mens a necessariis cessat, quanto in vania latius cogitat.

xxv p Quia ergo dispensationis curis maligni spiritus modo torpenti, vel praecipitata actione feriunt, modo pigra modo immoderata locutione confundunt; modo semper nimiis cogitationum motibus premunt: tribus turmis Chaldaei camelos rapiunt. Quasi enim tres turmas contra camelos facere est, terrenarum dispensationum studia modo illicito opere, modo superflua locutione, modo inordinata cogitatione vastare. Ut dum se ad ministranda exterius mens efficaciter extendere nititur, a sui consideratione separetur; et eo damna quae de semetipsa patitur nesciat, quo ergo aliena fortiori studio quam decet elaborat. Recte autem mens cum curis dispensationis suscipit, quid sibi quid proximis debeat attendit; et nec propter alienae sollicitudinis immoderationem

sua studia negligit, nec pro sue utilitatis vigilantia aliena postponit. Sed tamen plerumque dum admirandae mens solerter invigilat, dum magnus erga se, et ea quae sibi commissa sunt circumspectionibus vacat, repentino turbata cuiuslibet causae emergentis articulo ita in praeceps rapitur, ut ab ea subito cunctae circumspectiones eius obruantur. Unde et custodes camelorum pueros Chaldaei gladio feriunt, sed tamen unus redit; quia inter haec discretionis lumen mentis nostrae oculus occurrit, et solicita sibimet causa quid subito impulsu temptationis intus eversus amittat intelligit. Loquebatur ille et ecce alius intravit et dixit: Filiis tuis et filiabus vescentibus et bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemens irruit a regione deserti, et concussit quatuor angulos domus, quae corruens oppressit liberos tuos et mortui sunt; et effugi ego solus ut nuntiarem tibi. Sicut iam supra diximus, regio deserti est immundorum spirituum multitudo derelicta, quae dum conditoris sui beatitudine deseruit, quasi manum cultoris amisit. A qua ventus vehemens venit, et domum subruit, quia ab immundis spiritibus fortis temptatio surripit, et tranquillitatis suae statu conscientiam subvertit. In quatuor vero angulis domus ista consistit, quia nimirum solida mentis nostrae aedificium prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia sustinet. In quatuor angulis domus ista consistit, quia in his quatuor virtutibus tota boni operis structura consurgit. Unde et quatuor paradisi flumina terram irrigant. Quia dum his quatuor virtutibus cor infunditur, ab omni carnalium desideriorum aestu temperatur. Sed nonnumquam dum menti ignavia surripit, prudentia frigescit, quia cum fessa torpet ventura non providet. Nonnumquam dum nonnulla menti delectatio surripit, temperantia nostra marcescit. Inquantum enim ad delectationem

cum peccatum ducimur et tantum minus ab illatis temptamur. Nonnumquam se timor cordi insinuat et vires nostre fortitudinis turbat, et eo minores contra adversa existimus quo quedam pre ceteris inmoderacius formidamus. Nonnumquam se vero amor rerum menti ingerit eamque latenti motu a rectitudine iusticie dividit, et quo se totam auctori reddere negligit, eo in se iusticie iura contradicit. Ventus ergo vehemens quatuor angulos domus concutit, dum fortis temptacio occultis motibus quatuor virtutes quatit, et quasi concussis angulis domus eruitur, dum pulsatis virtutibus consciencia perturbatur.

xxvi x

Intra hos autem quatuor domus angulos filii convivantur, quia intra archana mentis que principalibus quatuor virtutibus ad summe rectitudinis culmen erigitur virtutes cetere quasi quedam soboles se invicem pascunt. Donum quippe spiritus quod in subiecta mente ante alia prudenciam, temperanciam, fortitudinem, iusticiam format, eandem mentem ut contra singula queque temptamenta erudiat in septem mox virtutibus temperat, ut contra stulticiam sapienciam, contra ebetudinem intellectum, contra precipitacionem consilium, contra timorem fortitudinem, contra ignoranciam scienciam, contra duriciam pietatem, contra superbiam dei timorem. Sed nonnumquam dum mens nostra tanti muneris plenitudine atque ubertate fulcitur, si continua his securitate perfruitur, a quo sibi hec sint obliviscitur, seque a se habere putat, quod minus sibi abesse considerat. Unde fit ut aliquando se eadem gracia utiliter subtrahat, et presumenti menti quantum ipsa infirma sit ostendat. Tunc enim vere cognoscimus bona nostra unde sint, quando hec quasi amittendo sentimus, quia a nobis haberi non possunt. Ad hoc utique in timande humilitatis magisterium fit plerumque ut irruente temptacionis articulo tanta stulticia sapienciam nostram feriat, ut turbata mens quomodo malis imminentibus obviet vel contra temptacionem quomodo se preparet ignoret. Sed hac ipsa stulticia cor prudenter eruditur, quia unde ad momentum desipit, eo post verius quo et humilius sapit, et sapienciam unde quasi amittitur, inde certius possidet. Aliquando dum sublimia intelligendo contemplacionem se animus erigit, in rebus primis et infimis hebetudine pigrescat, ut repente sibi eciam yma clausa videat, qui paulo ante summa penetrabat. Sed hec ipsa ebetudo intellectum nobis dum subtrahit servat, quia dum ad momentum cor humiliat, verius ad sublimia intelligenda confirmat. Aliquando dum cuncta nos agere consilii gravitate gaudemus, pulsante cause emergentis articulo precipitacione subita rapimur, et qui nos disposite vixisse credidimus, repente in tanta confusione vastamur. Sed tamen eiusdem confusionis eruditione discimus ne nostris viribus consilia nostra tribuamus, et tanto multiplicius ad gravitatem restringimur, quanto ad hanc quasi amissam redimus. Aliquando dum mens fortiter adversa contempnit, sub ortis adversitatibus evenientibus hanc metus vehemens percutit. Sed per hunc concussa discit cui tribuat quod in quibusdam fortiter stetit, et tanto plus validius fortitudinem retinet, quanto hanc irruente repente formidine sibi iam quasi elapsam videt. Aliquando dum magna nos scire gaudemus, repente ignorancie cecitate torpescimus, sed quo ignorancia mentis oculus ad momentum clauditur, eo post ad scienciam verius

apitur | Ut nimirum flagello super-
cecitatis eruditus | et scire ipsum
agnoscere sciat | Aliquando enim dum
religiose cuncta disponimus |
dum pietatis viscera plene
nos habere gratulamur | quadam
mentis duricia irruente per-
cutimur | et quasi ob duriciam co-
gnoscimus | cui pietatis lenitate
dona tribuamus et pietatis veri
velut extincte recipitur dum quam
amissa amplius amatur | Aliquando
dum subiectum se divine forti-
tudini animus gaudet | repen-
te superbia temptatione rigescit | Sed
tamen valde mox timens quod
non timet ad humilitatem se iterum
festinus inflectit | et tanto hanc
solidius recipit | quanto eius vir-
tutis pondus quasi amittendo
xxviii B pensavit | Eversa igitur domo
moriuntur filii | quia turbata
in temptatione conscientia | ad humilitatem
proprie actionis raptim et in mo-
mento temporis obruuntur gemite
in corde virtutes | qui profecto
filii intus per spiritum vivunt | dum
extinus carne moriuntur | Quia
videlicet virtutes inter tempta-
tionis tempore et si in momento turbate
ab statu sui in columitate de-
ficiunt | per intentionis tamen per-
severanciam integre in mentis ra-
dice subsistunt || Cum quibus
etiam tres sorores occumbunt |
quia in corde non nunquam per fla-
gella turbatur caritas | per formi-
dinem concutitur spes | per questiones
pulsatur fides | Sepe enim quasi
conditoris amore torpescimus
dum ultra quam nobis congrue
credimus flagello fatigamur
| Sepe dum plus quam necesse est
mens formidat | fiducia sibi
met spei debilitat | Sepe dum
in inexpertis questionibus animus tunditur
perturbata fides quasi defessa
fatigatur | Sed tamen vivunt filie
que domo concussa moriuntur
Quia et si intra conscientiam

spem fidem caritatem | quas pene
occumbere perturbacio ipsa renunciat
has tamen ante dei oculos vi-
vas | perseverancia recte intencionis
servat | Unde et puer qui hec
nunciat solus evadit | quia intus
discrecio etiam inter temptamenta
incolumis permanet | Agitur puer
et ut iob filios flendo recipiat
dum discrecione nunciante dolens
animus | vires quas quasi amittere
cepat | penitendo conservat | Mira
autem hoc nobiscum dispensatione
agitur | ut mens nostra culpe non
unquam ~~[illegible]~~ pulsatione
feriatur | Nam esse se hic magnum C
virum crederet | si nullum unquam
earundem virium defectum inter incre-
menta sentiret | Sed dum temp-
tatione irruente quatitur et quasi
ultra quam sufficiat fatigatur ei contra
hostis sui insidias munimen
humilitatis ostenditur | et unde se pre-
mestat enervari tunc inde ac-
cipit fortiter stare | Temptatus
autem non solum vires agnosci accipi-
at discit | Sed quanta eas sub vi-
gilancia servet intelligit | Sepe
enim quem temptacionis certamine
superare non valuit | sua deterius
securitas stravit | Nam dum se las-
sum quasi in ocio remittit | dis-
solutam mentem corruptori pro-
stituit | At si eum ex dispensatione
superne pietatis temptatio non repen-
te vehementer irruens | Sed tem-
perato accessu erudiens pulsat |
nimirum ad insidias providendas
evigilat | ut contra hostem se in
certamine cautius attingat | Unum
et bonum subiungitur | Tunc surrexit
Iob | Sedere enim quiescentis est surgere D
de certaminibus | Auditis ergo ad-
versis surgere est | expertis temptationi-
bus mente ad certamina robustius
parare | Quibus nimirum temptationibus
etiam discretio proficit | quia inter
virtutes ac vicia subtilius distin-
guat agnoscat | Unde et bene subiungitur
Scidit vestimenta sua | Vestimenta
scindimus dum discernendo opera

nostra tractamus. Si enim apostolus
Deinde nostra nos opera quasi vestimen-
ta non tegerent, nequaquam voce an-
gelica diceret: Beatus qui vigilat
Apoc. 16 et vestimenta sua custodit, ne
nudus ambulet et videant tur-
pitudinem eius. Turpitudo enim
nostra tunc cernitur, cum vita repre-
hensibilis ante iustorum oculos
in iudicio nequaquam subsequentis
boni operis tegmine velatur. Sed
quia cum culpa temptantium ad
lamenta accendimur, atque ipsis la-
mentis ex cecitate ad perspiciendam
lucem iusticie subtilius mentis
oculos aperimus, quasi in dolore
vestimenta mentis scindimus, quia
ex fletu discretione crescente
cuncta que agimus districtiori
irata manu iudicamus. Tunc
omnis elatio nostra corruit, tunc
cuncta ab animo superfluitas cadit.
xxviii r Unde et subditur: Et tonso capite
corruens in terram adoravit. Nam
quid mortalis per capillos nisi de-
fluentes animi cogitationes acci-
pimus? Unde et alias ecclesie dicitur:
Cant. 4 Sicut vitta coccinea labia tua
sponsa, et eloquium tuum dulce.
Vitta quippe crines capitis restrin-
gimus. Labia ergo sponse sicut
vitta, quia ex hortatione sancte
ecclesie cuncte in auditorum mentibus
diffuse ligantur cogitationes, ne re-
misse defluant, ne sese per illicita
spargant, ne sparse cordis oculos
deprimant, sed quasi ad unam se in-
tentionem colligant, dum vitta cas-
te sancte predicationis ligantur. Quam
recte et coccineam asserit, quia sanctorum
predicatio solo caritatis ardore
flammescit. Quid vero per caput nisi
ea que principale ministerium
actionis mens ~~[struck]~~ est ipsa
designatur? Unde et alias dicitur: Et
Eccl. 9 oleum de capite tuo non deficiat.
Oleum quippe in capite est cari-
tas in mente, et a capite oleum
deficit, cum caritas a mente disce-
dit. Caput ergo tondere est cogi-
tationes superfluas a mente resecare.

Et de tonso capite in terram cor-
ruit, qui pressis presumptionis sue
cogitationibus, quam in semetipso
infirmus sit humiliter agnoscit.
Difficile namque est et magna
agere et apud semetipsum quemquam
de magnis actibus cogitationum
fiduciam non habere. Eo ipso enim
quo contra vicia fortiter vincit,
cogitationum presumptio in corde ge-
neratur. Et cum mens fortis ob-
pas valenter conterit, apud semet- plerumque
ipsam latenter intumescit. Iamque
se se magni alicuius meriti estimat,
nec se peccare in cogitatione sue
estimationis putat. Ante districti
ante iudicis oculos tanto de-
terius delinquit, quanto cul-
pa occultius et pene incorrigibi-
liter perpetrat. Et tanto ad voragin-
em latius patet fovea, quan-
to de se eam ipsa elatius gloriatur
vita. Unde ut sepe iam diximus,
pia conditoris dispensatione agi-
tur, ut de se confidens anima dispen-
satoria temptatione pulsetur, quatenus
infirmata quid sit inveniat et
presumptionis proprie fastum deponat.
Mox enim ut temptatio mentem
pulsaverit, omnis cogitationum no-
strarum presumptio tumultusque ce-
sit. Mens enim cum se in elationem
erigit, quasi in tyrannide extollitur.
Habet enim tyrannidis sue satel-
lites favente sibimet cogitatio-
nes suas. Sed si super tyrannum
hostis irruat, favor mox sa-
tellitum cessat. In irruptione namque
adversario satellites fugiunt, eumque
tristi destituunt, quem in pace po-
siti callida adulatione lauda-
bant. Subductis vero satellitibus
cum hostem solus remanet, quia
recedentibus elatis cogitationibus
perturbatus animus se solummodo
in temptatione videt. Auditis ergo
adversis caput detondet, cum temp-
tationibus vehementer irruentibus a
presumptionis sue cogitationibus mens
nudatur. Quid est quod nazarei Num. 6
capillos nutriunt, nisi quod per vitam

magne continentie presumptionum co
gitationes cessant. Sed quid est
quod devotione completa caput
nazareus radere capillosque igne
sacrificii ponere iubetur, nisi quod tunc
ad perfectionis summam pertingimus.
cum sic exteriora vitia vincimus.
ut etiam cogitationes superfluas
a mente resecemus. Quas nimi-
rum sacrificii igne cremare est
flamma eas divini amoris incendere.
ut totum cor in dei amore arde-
at. et cogitationes superfluas con-
cremans. quasi nazarei capillos
devotionis perfectione consumat. Et
notandum quod in terra corruens ado-
ravit. Ille enim veram deo ado-
Vera adoracio rationem exhibet. qui semetipsum
quia pulvis est humiliter videt.
qui nichil sibi virtutis tribuit.
qui bona que agit esse divina
conditoris agnoscit. Unde et con-
xxix petenter dicit. Nudus egressus
sum de utero matris mee et nu-
dus revertar illuc. ac si temp-
tatus animus et in firmitatis
sue inopia deprehensus dicat. Nu-
dum me in fide prima gratia genuit
nudum eadem gratia in assumptione
salvabit. Est namque magnum
animi turbati solacium. ut pul-
satus vitiis cum se quasi nudum
virtutibus conspicit. ad solam
mox spem revertitur et eo se in-
dari non sinat quo se auxiliis
bus humiliter nudum putat. quia
et si fortasse aliqua virtute in
temptatione detegitur infirmitate
tamen propriam agnoscens. ipsa
melius humilitate vestitur.
Et valde robustius quam stetit
iacet. cum sibi sine divino adiuto-
rio cessat tribuere quod habet. Unde et
mox manum largitoris et iudi-
cis humiliter agnoscit dicens. Dominus
dedit dominus abstulit. ecce
temptationibus eruditus tremit.
qui et in virtute habita largitatem
dantis et in perturbatione forti-
tudinis potestatem tollentis a-
gnoscit. que tamen fortitudo non

tollitur. sed perturbata fatigatur
quatenus concussa mens. dum se habe-
re iam iamque quasi amittere trepidat.
semper fiat humilius in qua non perdat.
Sicut domino placuit ita factum est
sit nomen domini benedictum. Iuste
quod in tanta perturbatione continuitur.
dignum est ut ad conditoris indiga-
retraamus. ut inde cor nostrum
adiutori suo maiores laudes
exhibeat. dum pulsatum sepius
verius in debilitate sue infirmita-
tis pensat. Bene autem dicitur.
In omnibus hiis non peccavit iob
labiis suis nec stultum aliquid contra
deum locutus est. Quia solerti
cura custodire dolens animus
debet. ne cum intus temptatio
stimulat. in verbis foras illicite
locutionis erumpat. ne deperatione
murmuret. et ignis qui hunc
velut aurum concremat. et per ex-
cessum sermonis illicati in paleam
familiam vertat. Nil vero obstat
si hoc quod de virtutibus diximus. de
hiis que in oratione virtutis dantur
donis sancti spiritus sentimus.
Alii namque prophetiae. alii genera 12
linguarum. alii virtutes curatio-
num dat. Sed quia hec ipsa dona
non semper in mente eodem modo sint
liquido ostendit. quod ne se mens
in presumptione elevet. aliquando
subtilis subtrahuntur. Nam si pro-
phetie spiritus semper prophetis adesset.
nimirum helizeus propheta non diceret.
Dimitte eam. anima enim eius in
amaritudine est. et dominus a me
celavit et non indicavit mihi. Si prophetie spiritus
semper prophetis adesset. Inquisitus
Amos propheta non diceret. Non sum
propheta. et subdidit neque filius
prophete. sed armentarius ego sum
vellicans sycomoros. Quomodo
autem propheta non fuit. qui de futuris
tot vera predixit. Aut quo propheta
fuit. si de se in presenti vera denegavit.
sed quia eadem hora qua requi-
situs est. prophetie spiritum sibi deesse sen-
sit. de semetipso testimonium verax
intulit dicens. Non sum pro-
pheta. qui tamen secutus adiungit

xij

Ecce nunc audi verbum domini. Hec dicit dominus: Uxor tua in civitate fornicabitur, et filii tui et filie tue gladio cadent, et humus tua funiculo metietur, et tu in terra polluta morieris. Quibus prophetie verbis ostendit quia dum de se illa loqueretur impletus est, et mox habere prophetandi spiritum meruit, quia se prophetam non esse humiliter agnovit. Et si prophetie spiritus semper prophetis adesset, David regi de templi constructione consulenti nequaquam Nathan propheta concederet, quod post paululum negaret. Unde bene in evangelio scriptum est:

Io. 1 Super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum, hic est qui baptizat. In cunctis namque fidelibus spiritus venit, sed in solo mediatore singulariter permanet, qui eius humanitatem numquam deseruit, ex cuius divinitate procedit. In illo igitur manet qui solus et omnia semper potest. Nam fideles qui hunc accipiunt cum signorum dona semper habere ut voluerint non possunt, hunc se accepisse quasi in transitu ostensione testantur. Sed cum rursum de eodem spiritu veritatis ore suo discipulis dicit:

Io. 14 Apud vos manebit et in vobis erit, quid est quod divina voce mediatoris signum hec eadem sancti spiritus mansio declaratur, cum dicitur: Super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum? Si igitur mox magistri voce et in discipulis manet, quomodo singulare signum iam erit, quod in mediatore permanet? Sed citius cognoscimus, si dona eiusdem spiritus discernimus. Alia sunt namque dona sine quibus ad vitam nequaquam pertingitur, alia quibus vite sanctitas pro aliorum utilitate declaratur. Mansuetudo namque, humilitas, patientia, fides, spes, caritas dona eius sunt, sed ea sine quibus ad vitam homines pervenire nequaquam possunt.

Gal. 7 Prophetie autem virtus, curationum genera, linguarum, interpretatio sermonum dona eius sunt, sed que virtutis eius presentiam pro correctione intuentium ostendunt. In his igitur donis sine quibus ad vitam perveniri non potest, spiritus sanctus sive in suis predicatoribus sive in electis omnibus semper manet. In illis autem quibus per ostensionem illius non nostra vita servatur, sed aliorum queritur, nequaquam semper in predicatoribus permanet, quia semper quidem eorum cordi ad bene vivendum presidet, nec tamen per eos virtutum signa semper ostendit, sed aliquando se eis a signorum ostensionibus subtrahit, ut eo humilius virtutes eius habeantur, quo habite teneri non possunt. Mediator autem dei et hominum homo Christus Ihesus in cunctis eum semper et continue habet presentem, quia ex illo idem spiritus per substantiam profertur. Recte ergo in sanctis predicatoribus cum maneat, in mediatore singulariter manere perhibetur, quia in istis per gratiam manet ad aliquid, in illo autem per substantiam manet ad cuncta. Sicut enim corpus nostrum sensum tamen nostro tactus agnoscit, caput autem corporis usum simul omnem quinque sensuum possidet, ut videat, audiat, gustet, odoretur, tangat, ita membra superni capitis in quibusdam virtutibus coruscant (emicant), ipsum vero caput in cunctis virtutibus flagrat. Dissimiliter ergo spiritus in illo manet, a quo per naturam numquam recedit. Dona vero eius quibus ad vitam tenditur sine periculo amitti non possunt. Dona autem quibus sanctitas vite demonstratur plerumque, ut dictum est, sine dispendio subtrahuntur. Illa ergo pro nostra eruditione tenenda sunt, hec pro alienis profectibus exquirenda. In illis nos treat formido ne pereant, in istis vero ad tempus aliquando sublatis consolet humilitas, quia ad elationem mentem fortasse

Dona dei alia sunt: aliqua necessaria sine quibus salus haberi non potest, ut fides, spes, caritas etc.; alia utilia aliorum data, ut prophetia, virtus curationum, genera linguarum.

sublevat. Cum igitur concessa
nobis virtutum signa subtrahuntur
dicamus recte. Dominus dedit dominus
abstulit, sicut domino placuit
ita factum est sit nomen domini
benedictum. Tunc enim vere ostendi-
mus, quia accepta recte tenui-
mus, cum perfecto equanimiter
ad momentum sublata toleramus

Finitus est secundus liber
Sequitur tertius etc.

Beatus iob ad mortem
petitus in temptatione ad
vitam crevit exuberem,
et antiquus hostis unde
se bona eius estimavit extin-
xisse, inde doluit multiplicasse.
Sed quia primo certamine se suc-
cubuisse considerat, ad alia temp-
tationum bella restaurat. Et sancto
viro mala inprudenter ingerit
quia bona malus credere non
potest nisi expertus, ea autem que
in prima eius percussione promissa
sunt, iterum subiectum est dicit

Capitulum secundum

Factum est cum quadam
die venissent filii dei ut
assisterent coram domino venisset
et sathan inter eos, et staret
in conspectu eius ut diceret dominus
ad sathan. Unde venis, qui
respondens ait. Circuivi terram et
perambulavi eam. Et dixit do-
minus ad sathan. Numquid
considerasti servum meum iob
quod non sit ei similis super terram
homo simplex et rectus timens
deum et recedens a malo, et cetera.
Que quia latius supra disseruimus
melius silendo preterimus, ne dum
sepius discussa repetimus, tar-
dius ad indiscussa veniamus.
Queramus hoc quod voce dei ad sa-
than dicitur. Unde venis, neque
quam estimo quod ei ut prius di-
citur. Cum enim abeo certamine
iniquo relaxatus fuerit, victus
redit, et unde venit requiritur qui
unde veniat scitur. Quid aliud
quam in firmitas superbie eius in-
crepatur. Ac si ei aperte divina
vox dicat. Ecce ab uno in firma
carne posito homine vinceris, qui
te contra me auctorem omnium
erigere conaris. Unde mox dominus cum
de beato iob bona sicut prius dicitur,
hec cum victorie triumphis eminens
adiungit. Et adhuc retinens inno-
centiam suam. Ac si aperte dicat
Tu quidem exercuisti maliciam tuam,
sed ille innocentiam non amisit. Unde
te estimasti perfectum eius iminuere
es inde compulsus eius perfectum
deservire, quia mentis innocentiam
quam gloriose tenuit in tranquil-
litate, gloriosius servavit in verbe-
re. Tu autem commovisti me B
adversus eum, ut affligerem eum
frustra. Cum sit deus iustus et
verax, valde querendum est quo
beatum iob frustra se afflixisse in-
dicat, quia enim iustus est, frustra
affligere non potuit, et rursum
quia verax est, aliter non potuit
dixisse quam fecit. Ut ergo iusto et
veraci utrique conveniat, quatinus
ut vera dicat, et in iusta non faciat
cognoscamus beatum iob et non
aliquid frustra, et rursum iuxta
aliquid non frustra percussum. Quia enim
iustus et verax hec de semetipso
asserit ostendamus, et verum ex-
titisse quod dixit, et iustum fuisse quod fecit.
Necesse quippe erat ut sanctus vir
soli deo sibique cognitus, quanta
virtute polleret, ad imitandum cunctis
innotesceret. Apte enim aliis virtu-
tis exempla non daret, si ipse
sine temptatione permaneret. Actum
ergo est, ut vires eius cunctis
imitandas ipsa vis percussionis
ostenderet, et flagella proderent, quod tran-
quillitate latuissent. Sed ex eisdem
flagellis crevit virtus paciencie
atque ex dolore verberis aucta est et
gloria remuneratoris. Ut ergo in deo
duo vitans, rectitudo autem teneat

iij

in eo beatus iob frustra et non frustra
periit. Non frustra quidem quia
augetur meritum, et tamen frustra
periit, quia nullum punitur admis-
sum; frustra enim percussus est cui
culpa nulla reciditur, et non frustra
percussus est cui virtutis meritum cu-
mulatur. Sed quid est quod dicitur
Commovisti me adversus eum.
Neque enim sathane nimis vitas accen-
dit, ut in subditorum suorum cruciati-
bus instigetur. Quis hec de deo sen-
serit que recto homini etiam indigna
perpendit. Sed quia nos ferire nisi
commoti nescimus, ipsa divina
percussio commocio vocatur. Et ad
nostra verba divina voce descendit,
ut eius factum ab homine utcumque
capiatur. Illa enim vis que absque
necessitate omnia creavit, et sine
despectu omnia possidet, et sine la-
bore cuncta distentat, et sine occu-
pacione regit, etiam sine commocione
corrigit. Sicque humanas mentes
ad ea que voluit flagellis format
ut in adversitatis umbra a sue
incommutabilitatis luce non cuseat.
iiii c. Sed prudens sathan ait pellem pro
pelle et cuncta que habet homo
dabit pro anima sua. Alioquin mit-
te manum tuam et tange os eius
et carnem, et tunc videbis quod in facie
benedicat tibi. Antiquus hostis ex
rebus exterioribus colligit quod beato
viro ad interiora crimen infligit.
Pellem enim dari pro pelle asserit,
quia sepe dum venire ictum contra
faciem cernimus, manum palpebris
opponimus, ut ab ictu oculos defen-
damus, et corpus vulneri obici-
mus, ne in corpore tenerior vul-
neremur. Sathan ergo hec con-
suete fieri sciens dicit: Pellem
pro pelle et cuncta que habet homo
dabit pro anima sua. Ac si aperte
dicat: Idcirco iob tot extra se
flagella patitur, quia pavet ne
ipse feriatur. Curam ergo carnis et
quod dampno effectum carnalium
motus non est, quia dum sibimet
ipsi metuit minus percussiones
suorum sentit. Unde et mox eius
carnem feriendam postulat dicens:

Mitte manum tuam et tange os
eius et carnem, et tunc videbis
quod in facie benedicat tibi. Semper
dixerat: Tange cuncta que possidet
et tunc videbis quod in facie benedi-
cat tibi. Nunc quasi prioris propo-
sitionis oblitus factus, de aliis a-
lia postulat, quod tamen recte divina
dispensatione permittitur, quatenus
altercator imprudens ut sepe
victus obmutescat. Sequitur: Dixit D
ergo dominus ad sathan: Ecce
in manu tua est, verumptamen animam
illius serva. Ecce itaque permissio-
ne verbis committitur custodia pro-
teccionis, et clam sanctum divina
dispensacio custodiendo deserit,
et deserendo custodit. Alia illius
prodit, alia protegit. Si enim totum
iob desereret in manum tamen ad-
versarii homo quid esset? Impa-
ergo iusticia permissionis miscetur
quedam libra pietatis, quatenus in
uno eodemque certamine et sanctus
humilis ex oppressione proficiat,
et hostis superbiens ex permissione
succumbat. Manum itaque adversarii
sanctus vir traditur, sed tamen in in-
timis adiutoris sui manum re-
tinetur. De illis quippe ovibus sunt
de quibus in evangelio veritas dicit: Non Io r
rapiet eas quisquam de manu mea.
Et tamen expetenti hosti dicitur:
Ecce in manu tua est. Idem
ergo in manu dei, idem est in
manu dyaboli. Ita dicens in ma-
nu tua est, protinus adiungit:
Verumptamen animam illius serva.
Patenter protinus adiutor innotuit,
quia tenuit que concessit, et da-
do non dedit, quem adversarii
sui iaculis ciciens abscondit.
Quid est autem quod ad sathan dicitur
Animam illius serva. Quo enim ille
pacto custodiat qui custodita
semper irrumpere appetit. Sed servare
sathan dicitur irrumpere non audere.
Sicut econtra patrem in oracione
postulamus dicentes: Ne nos nᵗ 6
inducas in temptacionem. Neque enim
dominus in temptacionem inducit, qui semper
a temptacione subditos misericorditer pro-
tegit. Sed tamen in temptacionem

quasi eius indultae est, a temptationis illecebra nos non munire. Et tunc in temptationis nos laqueum non ducit, cum temptari ultra quam possumus non permittit. Sicut ergo deus nos in temptationem inducere dicitur, si nos ab adversario inquinari patiatur. Ita adversarius spiritus a facie animam dicitur cum hanc temptando superare prohibetur. Sequitur: Egressus sathan a facie domini. Quo non sathan a facie domini exeat ea iam que superius sepius dicta sunt manifestant. Sequitur: Percussit iob ulcere pessimo a planta pedis usque ad verticem eius. Duobus semper modis flagella pensanda sunt, ut scilicet perpendatur aut qualia sint, aut quanta. Nam sepe multa ex qualitate, sepe gravia ex quantitate levigantur. Si videlicet cum multa sunt non sunt gravia, cum vero gravia non sunt multa. Ut igitur ostendatur quo per asperitatem flagelli adversarius contra sanctum virum non solum per nequitiam qualitatis, sed etiam per pondus quantitatis exarsit, ad demonstrandam qualitatem dicitur: Percussit iob ulcere pessimo. Ad insinuandam vero quantitatem subiungitur: A planta pedis usque ad verticem. Ut in minimum nil in mente vacet a gloria, tanto minus nil corpore vacat a pena. Sequitur: Qui testa saniem radebat sedens in sterquilinio. Quid testa nisi ex luto conficitur. Quid vero est sanies corporis nisi lutum. Saniem ergo radere perhibetur ac si aperte diceretur: luto tergebat lutum. Pensabat quippe vir sanctus unde sumptum fuerat quod gestabat, et in fragmento vasis fictilis confractum vas fictile radebat, quo facto patet quod contendit corpus suum, quo sibi sanum subdidit, quod et percussum sic despiciens curavit. Quam ille mollitiem sanie sue carni exhibuit, qui non vestem non digitos sed

testam etiam vulneribus admovit. Testa ergo radebat saniem ut semetipsum et in fragmento considerans etiam de extersione vulneris sumeret curam mentis. Quia vero sepe per ea que circa corpus sunt animus inflatur, et per hoc quod erga nos agitur fragilitas nostri corporis ab oculis cordis amovetur. Sicut nonnulli seculares cum temporalibus dignitatibus fulciuntur, dum locis altioribus president, dum multorum sibi obsequia suppetere ad votum vident, fragilitatem suam intueri negligunt, et vas quod gestant fictile, quod sit velociter contendendum ob lenescentes omnimodo non attendunt. Beatus autem iob ut considerationem fragilitatis sue etiam ex circumstantibus teneret, et quam oculos suos vim sue despectionis augeret, non quolibet in terra que pene undique munda reperitur, sed in sterquilinio sedisse describitur. In sterquilinio ponebat corpus, ut extra assumpta que esset carnis substantia bene perpenderet animus. In sterquilinio ponebat corpus ut etiam ex loci fetore caperet quam festine corpus ad fetorem rediret. Sed ecce cum beatus iob tot rerum dampna sustinet, tot funeribus pignorum percussus dolet, tot vulnera tolerat, dum decurrentem saniem testa radit, dum putredine defluens in sterquilinio residet, intueri libet quid est quod omnipotens deus quos tam sibi caros in eternum conspicit tam vehementer quasi despiciens affligit. Et tunc autem dum beati iob vulnera circumstantiasque considero, repente mentis oculos ad iohannem reduco, et non sine maxima admiratione perpendo quod ille prophetie spiritu in ventre matris uterum impletus, atque ut ita dixerim priusquam nasceretur renatus, ille amicus sponsi, ille quo inter natos mulierum nemo surrexit maior, ille sic propheta, ut plus etiam quam propheta, ab iniquis in carcerem mittitur, et puelle saltu capite truncatur.

liij E

ff

Electi multa patiuntur in mundo

et hic tante severitatis percussionibus tra-
ditur pene morti? Numquid namque credimus
aliquid fuisse quod in eius vita ista
sic despecta mors tergeret? Sed
quid ille vel in cibo peccavit qui
locustas solummodo et mel silvestre
Act 3 edit? Quid de veste vel in habitate
sui tegminis deliquit, qui camelorum
pilis corpus operuit? Quid
de conversatione sua offendere
potuit, qui de heremo non recessit?
Quem illum loquacitatis reatus
polluit qui disiunctus longe ab
hominibus fuit? Quando illum vel
silentii culpa attigit, qui ad se
venientes tam vehementer incre-
Luc 3 pavit dicens: Genimina viperarum,
quis vobis demonstravit fugere
a ventura ira? Quid ergo est
quod Iob dei testimonio prefertur,
et tamen plagis usque ad sterquilinium
sternitur? Quid est quod Iohannes dei
voce laudatur et tamen pro temu-
lentie verbis in saltatoris premium
moritur? Quid est quod omnipotens deus
in hoc seculo sic vehementer de-
spicit quos sic sublimiter ante
secula elegit? Nisi hoc quod fidelium
pietati patet, quia ideo sic eos
premit in infimis, quia videt quomodo
remuneret in summis, et foras usque
ad despecta deicit, quia intus
usque ad incomprehensibilia perducit.
Hinc ergo unusquisque colligat
quid illic passuri sunt quos
reprobat, si hic sic cruciat quos
amat. Aut quo ferientur qui in
iudicio arguendi sunt, si sic eorum
premitur vita, qui ipso iudice teste
iiij laudatur? Sequitur: Dixit autem illi
uxor sua: adhuc permanes in
simplicitate tua? Benedic deo et
morere. Antiquus hostis humanum
genus duobus modis temptare
consuevit, ut videlicet corda stan-
tium aut in tribulationibus frangat,
aut persuasionibus molliat. In
utrisque ergo contra beatum Iob se
vehementer exercuit. Nam prius pri-
familias dampna intulit rerum,
orbavit patrem morte filiorum,

percussit in colore putredine
vulnerum. Sed quia putrescen-
tem foris sanum adhuc intrinsecus
stare conspexit, et quem exterius
mundum reddidit, hunc intus
ditiorem fieri per exhibitam laudem
conditoris invidit. Callide co-
gitans pensat, quod contra se a-
thleta dei unde premitur inde
sublevatur, victusque ad subtilia
temptandi argumenta convertitur.
Nam antique artis insidias
repetit, et qui scit quomodo adam
decipi soleat ad evam recurrit.
Beatum enim Iob inter tot rerum dampna,
inter tot percussionum vulnera quasi
in quadam munita arte stare in-
victum vidit. In alto quippe
mente fixerunt, et ideo hanc
hostiles insidie irrumpere non va-
lebant. Queritur ergo ab adversa-
rio in hanc artem munitissimam
quibus gradibus ascendatur. Vi-
cina autem est viro mulier atque
subiecta. Cor ergo mulieris
tenuit et quasi scalam qua
ad cor viri ascendere potuisset
invenit. Occupavit animum con-
iugis, scalam mariti. Sed nil
hac arte prevaluit, quia sanctus
vir subiectam sibi mulierem in loco
suppositam attendit, et recta loquens
docuit, quam serpens ut perversa
loqueretur instigavit. Dignum quippe Ge 3
erat ut fluxa mente virilis
censura restringeret, cum profecto de
ipso primo lapsu humani generis
nosset quod docere mulier recta nes-
ciret. Unde bene per Paulum dicitur: · I · thy: 2 ·
Docere autem mulieri non permit-
to, quia nimirum aliquando cum do-
cuit, a iustitia eternitatis separavit.
Antiquus itaque hostis [illegible] Iob
in sterquilinio perdidit, qui adam
in paradiso superavit. Atque ad im-
tute suam mulierem dum ad ver-
ba male persuasionis accendit
ad doctrinam sancte eruditionis
misit. Et que excitata fuerat
ut perderet, erudita est ne periret.

Sit sic acuis viris fortibus hostis percutitur ut sua ei etiam tela rapiantur. Unde enim se exaggerare estimat dolorem vulneris, inde eis contra semetipsum suggerit arma virtutis. Ex verbis autem male suadentis coniugis vigilanter debemus aspicere quod antiquus hostis non solum per se ipsum, sed per eos etiam qui nobis adherent statum satagit nostre mentis inclinare. Cum enim cor nostrum sua persuasione non subruit, ad hoc nimirum per linguas adherentium repit. Hinc enim scriptum est: A filiis tuis cave, et a domesticis tuis attende. Hinc per prophetam dicitur: Unusquisque a proximo suo se custodiat, et in omni fratre suo non habeat fiduciam. Hinc rursum scriptum est: Inimici hominis domestici eius. Callidus namque hostis cum a bonorum cordibus repelli se conspicit, eos qui ab illis valde diliguntur exquirit, et per eorum verba blandiens loquitur qui plus ceteris amantur, ut dum vis amoris cor perforat, persuasionis eius gladius ad intime rectitudinis munimina irrumpat. Post dampna igitur rerum, post funera pignerum, post vulnera scissurasque membrorum antiquus hostis linguam movit uxoris. Et notandum quo tempore viri mentem studuit virulento sermone corrumpere. Verba enim post vulnera intulit, ut in nimirum cum vis doloris increscerret, facile persuasionis suggestio per verba prevaleret. Sed si ipsum subtilius temptationis eius ordinem pensemus, qua calliditate seviat invenimus. Movit namque prius dampna substantie que et extra naturam essent. Et sed corporis subtraxit filios, qui iam extra naturam quidem non essent, sed tamen adhuc aliquatenus extra proprium corpus; ad extremum percussit et corpus. Sed quia vulneribus carnis ad mentis vulnus pervenire non valuit, etiam committere mulieris linguam quesivit. Quia enim apto certamine superari se doluit, de ore coniugis iaculum quasi de insidiis intorsit, que profecto dicit: Adhuc permanes in simplicitate tua? Benedic Deo et morere. Ecce temptando omnia abstulit, et temptando mulierem reliquit; et sancto viro callide cuncta diripuit, sed valde callidius admittens sua mulierem resignavit, que dicit: Adhuc permanes in simplicitate? Verba sua Eva repetit. Nam quid est dicere: simplicitatem desere, nisi obediendo vetitum comedendo contempne? Et quid est dicere: Benedic Deo et morere, nisi transcendendo preceptum ultra quam es conditus vive? Sed Adam noster fortis in sterquilinio iacuit, qui in paradiso quondam debilis stetit. Nam illico ad male suadentem verba reddit dicens: Quasi una de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus? Bona scilicet dona Dei vel temporalia vel eterna; bona autem presentia flagella appellans, de quibus per prophetam Dominus dicit: Ego Dominus et non est alter, formans lucem et creans tenebras, faciens pacem et creans malum. Neque enim mala que nulla sua natura subsistunt a Deo creantur. Sed creare se mala Dominus indicat, cum res bene conditas nobis male agentibus in flagellum format, ut eadem ipsa et per dolorem quo feriunt delinquentibus mala sint, et per naturam qua existunt bona. Unde et venenum mors quidem est homini, sed tamen vita serpenti. Amore enim presentium ab auctoris nostri dilectione recessimus, et per superbam mentem dum dilectioni creature se subdidit, se a creatoris societate disiunxit; ex his ergo ab auctore ferienda erant que contra auctorem preposuerat, ut unde homo non timuerat

Ecce ubique hostis frangitur, ubique superatur, per cuncta temptationum argumenta succubuit, qui et illud sibi familiare solatium etiam de muliere amisit. Quem libet igitur sanctum virum intueri libet, foris vacuum rebus, intus sertum Deo plenum. Paulus cum in se ipso divitias sapientie intime conspiceret, seque ipsum exterius esse corruptibile corpus videret, ait: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Ecce in beato Job vas fictile scissuras ulcerum exterius sensit, sed hic thesaurus intus integer mansit. Foras enim vulnera crepuit, sed indeficienter intus nascens thesaurus sapientie per verba sancte eruditionis emanavit dicens: Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus? Bona scilicet ut supra.

Eccli 31 — Jer 9 — Mich 7 — Ysa xl — 2 Cor 4

iij

culpam superbus admitte inde
penam corrigendus inveniret
et tanto citius resipisceret ad illa
que perdidit, quanto doloris ple-
ne conspiceret que consunt. Un
esse et bene dicitur. Formans lucem et cre-
7ª ans tenebras, quia cum per fla-
x7 gella extius doloris tenebre
creantur intus per erudicionem lux
mentis accenditur. Faciens pacem
et creans mala, quia tunc no-
bis pax cum deo redditur, cum
hec que bene sunt condita sed non
concupita, in ea que nobis mala
sunt flagella vertuntur. Per culpam
quippe deo discordes extitimus.
Dignum ergo est ut ad pacem illius
per flagella redeamus. Ut cum
una queque res bene condita
nobis in dolorem vertitur correc-
ta mens ad auctoris pacem hu-
militer reformetur. Hec itaque flagel-
la beatus iob mala nominat, quia
salutis et tranquillitatis bonum
quasi perturbatione feriat pensat.
vi Sed illud valde considerandum nobis in-
r tuendum est contra persuasionem
coniugis, quanta consideracionis
arte se colligit dicens: Si bona
suscepimus de manu domini ma-
la quare non sustineamus. Magna
quippe consolacio tribulacionis est,
si cum adversa patimur auctoris
nostri ad memoriam dona revo-
cemus. Nec frangit quod ex dolore
obviat, si citius menti hoc quod ex
munere sublevat occurrat. Hinc
Ec 9 namque scriptum est: In die bono-
rum ne immemor sis malorum, et in
die malorum ne immemor sis bo-
norum. Quisquis enim dona percipit
sed donorum tempore nequaquam etiam fla-
gella pertimescit in elacione per leti-
ciam corruit. Quisquis autem flagel-
lis atteritur sed flagellorum tempore nequaquam
quam se ex donis que eum contigit
accepisse consolatur a statu mentis
omnimoda desperacione destituitur.
Sic ergo utraque iungenda sunt,
ut unum semper ex altero fulciatur,
quatinus flagelli penam memoria

tempet doni, et doni leticiam
mordeat suspicio ac formido
flagelli. Sanctus igitur vir ut oppres-
sam mentem inter vulnera mul-
ceat, in flagellorum doloribus bla-
dimenta donorum pensat dicens:
Si bona suscepimus de manu
domini mala quare non sustine-
amus. Ubi et bene premittit dicens:
Locuta es quasi una ex stultis
mulieribus. Quia enim sensus pra-
ve mulieris non aut sexus in
vicio est. Nequaquam ait locuta
es quasi una ex mulieribus, ut vi- sed ex insipientibus mulieribus
delicet ostendat, quia quod pravum
sapit accedentis stulticie non
aut condite nature sit. Sequitur:
In omnibus hiis non peccavit iob
xij labiis suis. Duobus modis
labiis delinquimus, cum aut iniusta Duobus de
dicimus, aut iusta reticemus. labys peccamus
Nam si aliquando et tacere culpa non
esset, propheta non diceret: Ve michi Nota 6
quia tacui. Beatus igitur iob in cunc-
tis que agit labiis suis minime
peccavit, quia nec contra ferien-
tem superba dixit, nec contra suaden-
tem reticuit. Nec loquens ergo
nec tacens deliquit, quia et
flagellanti patri gratias reddidit,
et male suadenti coniugi doctrine
sapienciam instituit. Quia enim
sciunt quid debet deo, quid pro-
ximo. Scilicet pacienciam condito-
ri, sapienciam coniugi. Ideo et hanc
redarguendo docuit, et illum gratias
agendo laudavit. Quis autem
nostrum si verum quolibet vulneris ta-
ctu huius percussionis acciperet, non
mox ab intimis precordiis ia-
ceret. Ecce strictus foris vulneribus
carnis, erectus in tuitione inte-
rioris permanet mentis et sub
metipso omne iaculum tunsionale
re conspicit, quod in se extrinsecus
districta manu feriens hostis
figit. Vigilanter deprehendit iacu-
la, nec vulneribus contra se aspi-
cie, nec verbis quasi ex latere
in corde, et bellator noster contra al-
lancium furore certamini depre-

hensus ubique patientie sue
clypeum apponit. Undique ve-
nientibus spiculis obviat, et
parata virtutum latera circum-
spectam contra inruencia vul-
nera mentem rotat. Sed anti-
quus hostis quo valencius vin-
citur eo adhuc ad insidias ar-
dencius instigatur. Nam quia
increpata uxor reticuit. Pro-
tinus alios qui increpando ad-
contumelias surgent excitavit.
Sicut enim dampna rerum
studuit crebrius nunciando
percutere, ita nunc robustum pectus
satagit verborum contumeliis se-
pius feriendo penetrare. Sequitur.
n. Igitur audientes tres amici iob
omne malum ~~[illegible]~~ quod
accidisset ei venerunt singuli
de loco suo. Eliphaz themanites
Baldach suites. Sophar na-
amathites. Condixerant enim
simul ut pariter visitarent eum
et consolarentur. Cum ex condicto
ad afflicti consolacionem veniunt
et in tempore et in tanta percussione quante
caritatis fuerint demonstrant
quamvis et per hoc quod scriptura eos
tanti viri amicos esse testatur
quia boni studii et recte intencionis
fuerint ostenditur. Sed tamen
hec ipsa intencio illorum eius ad
verba prorumpentibus dum distincti
iudicii sub certa indistinccione
fuscatur. Sequitur. Cumque elevassent
vij d procul oculos suos non cognove-
runt eum, et exclamantes
ploraverunt scissisque vestibus
sparserunt pulverem super caput
suum in celum. Quia percussi
speciem plaga mutaverat amici
plorantes exclamant, vestes
scindunt capita pulvere asper-
gunt, ut cum mutatum eum
ad quem venerant cernunt, ipsa
etiam consolatorum speciem sponta-
neus dolor immutaret. Ordo
quippe consolacionis est ut cum
volumus afflictum quempiam a
merore suspendere, studeamus
prius merendo eius luctui con-
cordare, dolentem namque non potest
consolari qui non concordat
dolori, quia eo ipso quo a merentis
afflictione distrepat, minus ab
illo recipitur a quo mentis qualitate
separatur. Sed emolliri prius debet
animus ut afflicto congruat, con-
gruens inhereat, inherens trahat.
Neque enim ferrum ferro coniungitur si non
utrumque adustione ignis liquetur
no ad hoc Et durum molli nisi prius du-
ricia eius temperata molestatur ut
quasi hoc ipsum fiat quod curatur,
ut teneat. Sic nec iacentes eri-
gimus nisi a rigore nostri status in-
clinemur. Quia dum rectitudo stantis
a iacente distrepat, eum cui con-
descendere negligit nequaquam levat.
Amici igitur beati iob ut afflictum
a dolore suspenderent, curaverunt ne-
cessario simul dolere et cum vulne-
ratum illius corpus viderent stu-
duerunt ipsi vestes scindere, cum
in mutatum conspicerent, studuerunt
pulvere capita fedare, quatenus afflic-
tus vir tanto facilius eorum
verba reciperet, quanto in eis suum
aliquid de afflictione cognovisset.
Sed in hec sciendum est, quia P
is qui afflictum consolari desiderat, ut
mensuram necesse est dolori portat
que suscipit ne non solum dolen-
tem non mulceat. Sed in tempore
dolens afflicti animum ad pondus
desperacionis premat. Sic enim dolor
noster merentis doloribus iungendus est
ut per temperamentum sublevet, non
aut per augmentum gravet. Unde
fortasse colligendum est quod amici
beati iob plusquam necesse fuerat in con-
solacione doluerunt qui dum
percussione cernunt, sed percussi men-
tem nesciunt, Ita in mensura luc-
tu usi sunt, ac si percussus vir-
tute fortitudinis in plaga cor-
poris eciam a corde cecidisset. Sequitur.
Sederuntque cum eo in terra septem
diebus et septem noctibus, et ne-
mo loquebatur ei verbum videbant
enim dolorem eius esse vehementem.
Utrum continuis septem diebus

et septem noctibus cum afflicto
iob sederint, an certe diebus
ac noctibus totidem, instantia
ei crebre visitacionis inheserint,
ignoramus. Sepe enim rem qua-
libet totis diebus agere dicimus quam-
vis non eisdem diebus ad eam
omnibus horis vacemus. Sepe vero
scriptura sacra sic totum in parte
sicut pro toto partem ponere consuevit,
pro toto enim partem loquitur, sicut
Jacob familiam describens dicit:
Gen. 46 Intravit iacob in egyptum cum
animabus septuaginta. Que
nimirum dum animas memorat,
constat quia eciam carnem corpora
comprehendat. Rursum totum par-
te insinuat, sicut ad monu-
mentum maria queritur dicens: Tu-
lerunt dominum de monumento et nes-
Io 19 cio ubi posuerunt eum. Solum
quippe corpus domini querit, sed domini
venerat et quasi totum simul sibi
latum deplorat. An ergo et hoc
in loco totum in parte dicitur incertum
est. Sed tamen hoc quod diu ta-
cuerunt et quando quam loquendo re-
probati sunt, neglecte perpendendum
non est. Sunt namque nonnulli
qui et loqui precipitantur incipiunt
et effrenate cepta effrenacius ex-
sequuntur. Et sunt nonnulli qui tar-
de quidem loqui inchoant, sed inchoata
modum locucionis ignorant. Quod
viij C agitur beati iob dolorem videntes
diu tacuerunt, sed tarde inchoan-
tes indiscrete locuti sunt, quia
pro dolenti nolunt. Tenuerunt
linguam ne prosperius inciperet,
sed incipiente semel nequaquam mo-
derati sunt, ne se ex consolacione
usque ad contumelias effrenarent.
Et bona quidem intencione ad con-
solandum venerant, sed hoc quod pia
mens mundum deo obtulit, lo-
cucio precipitata viciavit. Scriptum
Ge x quippe est: Si recte offeras, recte autem
non dividas, peccasti. Recte namque
offertur cum recta intencione quid
agitur, sed recte non dividitur, si non
hoc quod pie agitur, etiam pie et subti-

liter discernatur. Oblata enim recte
dividere est, quelibet bona nostra
studia solerter discernendo pensare,
quod nimirum qui agere dissimulat
eciam recte offerens peccat. Sepe
enim et quod bono studio gerimus,
dum discernere caute negligimus,
quo iudicetur fine nescimus, et
non numquam hoc fit reatus cri-
minis quod putatur causa virtutis.
Quisquis autem amicorum beati iob
facta consideravit, qua pia ad eum
intencione venerint non igno-
rat. Pensemus enim cuius
caritatis fuit ad afflictum con-
cordes convenisse. Quanti vero
longanimitatis exstitit septem
diebus ac noctibus cum afflic-
to tacuisse, que humilitas in terra
diebus ac noctibus sedisse. Que
compassio pulvere capita conspersisse.
Sed tamen inchoantes loqui
unde se estimavit premium mer-
cedis acquirere, inde eos contigit
reatum reprehensionis invenire.
Quia in cautis sepe ad peccati
finem utitur eciam quod pro solo studio
incedis inchoatur. Ecce precipiti
locucione perdiderunt bonum, quod
tanto labore inventi sunt, et
nisi divina gracia offerre eos sa-
crificium pro suo reatu precepisset,
inde a domino iuste puniri po-
tuerunt. Unde se placere deo mi-
rabiliter estimabat, inde mediati
displicent. Unde sibi quasi pro
defensione mediatas per effrena-
tam placent. Idcirco vero hec
dicimus, ut ad memoriam legen-
cium revocemus, quantus sollicitate
quisque considerat ea que malo vo-
to perpetratur, quando deus animad-
versione puniat, si inchoata bono
studio sed negligencie indiscre-
tionis admixta, tamen in ver-
cione castigat. Quimus non mer-
cedis causa peregisse se crederet
si aut in defensione dei quid
quam contra proximum diceret, aut
certe septem diebus ac noctibus
proximi dolore tacuisset, et tamen

amici beati iob hec agentes ad
culpam laborando peruenit / quia
consolationis quidem bonum quod
agebant nouerant / sed cum quanta
agendum esset discretionis libra
nesciebant / Unde necesse est ut
non solum intueamur quid agimus /
sed etiam cum quanta discretione
peragamus / Primum quidem ne
mala quoquomodo / Postmodum
vero ne bona incaute faciamus /
Ad que nimirum bona sollicite
peragenda propheta nos admonet
Ier 48 dicens / Maledictus homo qui
facit opus dei negligenter / Ad hoc
vero ista perficiat / aut cum tribulis
iudicis subtile atque incomprehensi
bile examen non solum ma
la que commisimus / sed ipsa etiam
si qua in nobis sunt bene gesta
timeamus / Quia sepe in eius
iudicio culpa esse deprehenditur /
quod actus ante iudicium putatur
et bene expectatur pia mercedis o
pus / Unde supplicium iuste secutum
victoris / Expositio per allegoriam

Hec iuxta historiam breuiter per
currimus tractata / Nunc autem
ad allegoriarum misteria uerba
uertamus / Sed quia in exordio
huius operis dum de unitate
corporis et capitis tractaremus
sollicita intentione premisimus /
quanta inter eos est compago caritatis /
quia nimirum et dominus multa ad
huc per corpus quod nos sumus pa
titur / etiam corpus eius id est
ecclesia de suo capite videlicet domino
in celo gloriatur / ita nunc passiones
ex primi eiusdem capitis debent
ut ostendatur quam multa etiam
in suo corpore sustinet / Si enim
caput iam tormenta nostra
non tangerent / nequaquam afflictis
membris persecutori suo etiam
de celo clamaret Saule Saule
quid me persequeris / Si cruciatus
membri eius pene non essent corpus
afflictusque Paulus minime

Christus patitur in membris suis

Act 9

dicet Impleo ego que desunt
passionum christi in carne mea / Et Col 1
tamen tunc iam sui capitis
exaltatus dicit Qui nos con
resuscitauit et consedere fecit in ce Eph 2
lestibus / Nempe hunc in terra
persecutorum tormenta constrinxerant
sed penarum suarum ponderibus passus
esse iam per gloriam in celo reside
bat / Quia ergo in omnibus unitum
caput et corpus nominamus / Sic
a percussione capitis incipimus ut
subsequenter tamen ad corporis fla
gella ueniamus / Sed hoc quod qua
dam die sathan coram domino
astitisse dicitur quod unde ueniat per
contatur quod beatus iob magnus con
ditoris preconiis prefertur / quia iam
sepe discussimus replicare deuita
mus / Si enim dum menus rebus
discussis iterum uolumus peruenire ad ea
discussa impeditur / Ibi ergo allegorie
nunc initium ponimus ubi post
uerba sepe repetita ad incitum non
ui aliquid scimus / Itaque ait / Co 6
mouisti me aduersus eum ut
affligerem eum frustra / Si beatus
iob redemptoris nostri possit in
passione spem tenet / quo per sa
tham motum se aduersus eum pro
asserit / cum constet quod patris filius
et concordiam nulla uoluntatis
diuisionis interrumpit / Sed tamen
idem qui patri equalis est per
diuinitatem uenit propter nos ad fla
gella per carnem / que nimirum fla
gella non susciperet / nisi formam
dampnati hominis redimendo
suscepisset / Et nisi primus homo
delinqueret / secundus ad passionum
probra minime ueniret / Cum ergo
primus homo per sathan aduersus
motus est / tunc est dominus in
honore secundo commotus / Sathan
itaque ad huius afflictionem dominum
tunc commouit / cum in paradiso
primum hominem a iustitie culmine
in obedientie culpa prostrauit /
Nisi enim adam primum per uoluntatem

nulla potestatis inequalitas

Si Adam non peccasset.
Christus tormentis non fuisset.
quod ad sathan a deo dicitur Commovisti me aduersus eum / Mediator quippe dei et hominum homo Christus Iesus [illegible]
[illegible]

I m 9

iiij°

vitium et animae mortem habuisset,
Adam scilicet sine vitio et carnis
mortem non habuisset. Bene ergo
ei etiam de Redemptore dicitur:
Commovisti me adversus eum, ut
affligerem eum frustra. Ac si ap-
erte dicat: Dum iste non sua
sed illius causa moritur, tu me
in hunc affligendo commovisti, quem
illa animae callida persuasione
traxisti. De quo et bene additur:
Frustra. Frustra quippe afflictus
est, qui et culpae vetere pressus
est, et culpae contagione temeratus
non est. Frustra afflictus est, qui
in carne natus, propria ad mundum
non habuit, et tamen poenam carna-
lium sine culpa suscepit. Hinc
est enim quod per prophetam loquitur
dicens: Quae non rapui, tunc
exsolvebam. Alius namque ad
paradisum conditus divinae po-
tentiae similitudinem superbe ra-
pere voluit, sed tamen culpas huius
superbiae sine culpa mediator
exsolvit. Hinc est quod per quendam
sapientem dicitur: Cum sis justus,
juste omnia disponis, eum quoque
qui non debet puniri condemnas.
Sed pensandum est quo justus
sit, et omnia juste disponat,
si eum qui non debet puniri con-
demnat. Mediator etenim
noster puniri pro semetipso non de-
buit, qui nullum culpae conta-
gium perpetravit. Sed si ipse in-
debitam punitionem non susciperet,
numquam nos a debita morte libera-
ret. Pater ergo cum justus sit,
puniens justum, omnia juste
disponit, quia per hoc cuncta jus-
tificat, quod eum qui sine peccato
est pro peccatoribus damnat, ut
eo electi omnia ad culmen justitiae
surgerent, quo is qui est super
omnia damna injustitiae nostrae
sustineret. Quod ergo illic damp-
natus cum non debeat dicitur,
hoc hic afflictus frustra me-
moratur. Qui tamen juxta

semetipsum frustra afflictus est,
juxta vero nostra acta non frustra.
Rubigo quippe vitii pur-
gari non potuit, nisi igne tor-
menti. Venit itaque sine vitio
qui se subiceret sponte tormento,
ut debita nostrae iniquitatis
supplicia eos reos suos juste
amitterent, quos hunc a semet-
ipsis liberum injuste tenuissent.
Frustra ergo et non frustra afflic-
tus est, qui in se quidem ad-
missa non habuit, sed cruore proprio
reatus nostri maculam tersit.
Respondens Sathan ait: Pellem pro
pelle, et cuncta quae habet homo
dabit pro anima sua. Alioquin
mitte manum tuam et tange
os eius et carnem, et tunc videbis quod in
faciem benedicat tibi. Malignus
spiritus cum Redemptorem nostrum
miraculis coruscare conspicit,
clamat: Scimus quia sis Filius
Dei; qui haec dicens cognoscen-
do Dei Filium pertimescit, sed tamen
superne pietatis ignorantia,
dum passibilem considerat ho-
minem puniri putavit. Multos
autem sub sanctitatis specie in pastorali
positos loco conspexerat qui
a visceribus caritatis alieni
valde pro minimo aliena dampna
pensabat. Hunc ergo quasi ex
aliis colligens, quia sub rebus
multis superari non vidit, usque
ad eius carnem pro tactu passio-
nis exarsit, velut dicat: Pel-
lem pro pelle, et cuncta quae habet
homo dabit pro anima sua.
Alioquin mitte manum tuam
et tange os eius et carnem, et tunc
videbis quod in faciem benedicat tibi.
Ac si aperte dicit: Oneri de
his quae extra sunt negligit,
sed tunc vacat quid sit agnoscat,
si in se ipso quod doleat experitur.
Hoc pro se Sathan cum sit appetit,
non verbis sed desideriis dixit,
praebebit sua verbis et desideriis

intulit. Ipse quippe loquitur cum in propheta vocem eius sequaces dicunt: Mittamus lignum in panem eius et eradicemus eum de terra viventium. Je. 11 Lignum quippe in pane eius mittere est configendo eius corpori stipitem crucis adhibere. Et vitam illius de terra viventium eradere se posse existimant, quem dum mortalem conspiciunt finiri morte suspicantur. Dixit autem Dominus ad sathan: Ecce in manu tua est, verumptamen animam illius serva. Conditorem omnium sathane manum traditum quis vel desipiens credat? Sed tamen edoctus veritate quis nesciat quod eiusdem sathane membra sunt omnes qui ei perverse vivendo iunguntur? Membrum quippe eius Pylatus extitit, qui usque ad mortem extrema venientem in redemptorem nostrum dominum non cognovit. Corpus autem sacerdotum principes extiterunt, qui redemptorem mundi a mundo repellere usque ad crucem persequendo conati sunt. Cum ergo se pro nostra redemptione dominus membrorum sathane manibus tradidit, quid aliud quam eiusdem sathane manum in se sevire permisit, ut unde ipse exterius occumberet, inde nos exterius interiusque liberaret? Si igitur sathane manus potestas accipitur, eius manus iuxta carnem pertulit, cuius potestatem corporis usque ad sputa, colaphos, flagella, spinas, cruces lanceamque toleravit. Unde et Pylato eius videlicet corpori ad passionem veniens dixit: Jo. 19 Non haberes in me potestatem nisi datum esset tibi desuper. Sed hanc potestatem quam confessus est ei extrinsecus dedit, sevire lucris intrinsecus conpellebat. Pylatus enim velut sathan, qui eiusdem Pylati caput extitit, sub potestate illius superni quem potestatem acceperat tenebatur, quia et superior ipse disposuerat hoc quod in servis accedens a se creatorem tolerabat. Ut cum ex mala mente infidelium surgeret, utilitati tamen electorum omnium ipsa quoque crudelitas deserviret. Cogita se- tenacia contra hereticos de temptatione Christi. Pie igitur disponebat intus quod semetipsum pati permittebat nequiter foris. Hinc est enim quod de illo in cena dicitur: Sciens Ihesus quia omnia dedit ei pater in manus, Jo 13 et quia a deo exivit et ad deum vadit, surgit a cena et ponit vestimenta sua. Ecce in manus persequentium iturus sciebat quod in manum sua ipsos etiam persecutores acceperat. Qui enim omnia se accepisse noverat, constat quia et ipsos a quibus ipse tenebatur ipse tenebat, ut ipse in se ad usum pietatis intorqueret quicquid eorum contra se malicia permissa seviret. Dicitur ergo ei: Ecce in manu tua est, quia ad feriendam carnem seviens licenciam accepit, sed potestati illius nesciens deservivit. Animam vero eius servare percipitur. Non quod hanc temptare prohibetur, sed quod hanc superare non posse convincitur. Neque enim sicut nos qui puri homines sumus, irruente sepe temptatione concutimur, ita nostri redemptoris anima temptationis est necessitate turbata. Hostis namque noster et si in excelsum montem eum permissus assumpsit, Mt 4 et si daturum se regna mundi promisit, et si quasi in pane vertendos lapides ostendit, mentem tamen mediatoris dei et hominum temptatione quassare non valuit. Sic enim dignatus est hec exterius cuncta suscipere, ut tamen eius mens interius divinitati sue inherens inconcussa

iiij

permanet. Quin etiam qui turbatus spiritu
in fremuisse dicitur, ipse diversis dis-
ponebat quatinus ipse singulariter
turbaretur immutabiliter omnibus pro-
videns, et semetipsum immutabilem
in satisfactione infirmitatis ostendens.
Conmotus ergo in semetipso ma-
nens disposuit, quod quasi ponde-
ra tranquillitate qua susceperat ea-
dem turbulentus ferret. Quia vero cum
recte diligimus, nil in rebus con-
ditis anima nostra carius amamus.
Et sicut etiam nostram eos dilige-
re dicimus, quibus amoris nostri ex
pondere pondus conamur. Potest per
eius animam electorum vita signari.
Et cum sathan ad feriendam redempto-
ris carnem permittitur, ab anima
separatur. Quia cum corpus eius
ad passionem accepit, electos eius
a iure sue potestatis amittit, cumque
illius caro per crucem moritur, horum
mens contra temptamenta solidatur.
Dicatur ergo: Ecce in manu tua est,
verumtamen animam illius serva. Ac si a-
perte dicat: licentiam contra eius
corporis accipe et ab electis illius
quos capud se cum sancta permittere
possidet, ius prave dominacionis pede.
Egressus igitur sathan a facie domini
percussit iob ulcere pessimo a plan-
ta pedis usque ad verticem. Nullus
inchoat vitam electorum verit qui non
huius hostis adversa sustinuit. Mem-
bra autem nostri redemptoris extite-
runt etiam qui ab ipso mundi ex-
ordio dum pie vivunt crudelia
passi sunt. An non eius membrum
abel se esse perhibuit, qui eius
morte de quo scriptum est: Sicut
agnus coram tondente se obmu-
tuit et non aperuit os suum. Non
solum placens in sacrificio, sed etiam
moriens tacendo signavit. Ab
ipso itaque mundi exordio redemp-
toris nostri corpus expugnare
conatus est. A planta vero pedis
usque ad verticem vulnus intulit,
qui a primis hominibus inchoans
usque ad ipsum capud etiam desevi-
endo pervenit. Bene autem dicitur:
Testa saniem radebat. Quid nam-
aliud in manu domini testa est nisi

caro ex nostre substancie luto sumpta.
Et enim igne testa solidatur. Caro
autem domini eo ex passione sua
robustior extitit quo per infirmi-
tatem moriens a morte sine
infirmitate surrexit. Unde recte
per psalmistam dicitur: Exaruit velud
testa virtus mea. Sicut testa vir-
tus eius exaruit, qui suscepte
carnis infirmitate passionis sue
igne roboravit. Quid vero per saniem
nisi peccatum debet intelligi? Per car-
nem quippe et sanguinem solent
carnis peccata signari. Unde psal-
mista dicitur: Libera me de sangu-
inibus. Sanies itaque putredo
est sanguinis. Quid ergo acci-
pimus saniem nisi peccata carnis
ex longa vetustate peiora. Sanguis
itaque in saniem vertitur cum neglec-
ta culpa usu deterius gravatur.
Mediator itaque dei et hominum homo
christus ihesus corpus suum manibus
persequencium tradens, saniem testa
rasit, quia peccatum carne delevit.
Venit enim sicut scriptum est in
similitudine carnis peccati, ut de peccato
dampnaret peccatum, dumque hosti
obicit innocenciam carnis sue, ea
sit contagia carnis nostre et [illegible]
nos captivos in nexibus tenuit,
per illam nos liberos expiavit.
Quia quam nos instrumentum fe-
cimus culpe, hec nobis per media-
torem versa est in arma iusticie.
Testa ergo saniem raditur, cum
carne culpa superatur. Bene autem
dicitur: Sedens in sterquilinio. Non
in foro quo lex perstrepit, non
in edificio quod se culmine in alta
sustollit, sed in sterquilinio re-
sedit, quia videlicet redemptor huma-
ni generis ad carnem veniens, atte-
stante paulo infirma mundi ele-
git ut confunderet fortia. An non
quasi nitentibus edificiis in sterqui-
linio residet, qui relictis inde-
is superbientibus in ea quam dudum
abiecerat gentilitate requiescit?
Extra habitaculum reperitur in vulnere,
qui in eo quod in [illegible] ad [illegible] per-
tulit, passionis dolorem agere

Ioh. 1. propria despectus sensit Iohanne
attestante qui ait: In propria venit
et sui eum non receperunt. Sed quo
sedens in sterquilinio conquestus est
hic eadem de semetipsa veritas
dicit. Ait enim: Gaudium erit in
Luc 15 celo super uno peccatore penitentiam age-
te, quam super nonaginta novem iustis
qui non indigent penitentia. Ecce
dolens in sterquilinio sedet, qui
post perpetratas culpas libenter
corda penitentium possidet. An
non quasi quedam sterquilinium
sunt corda penitentium, qui dum
mala sua flendo considerant, quasi
in se stercora sese abiciendo co-
acervant. Percussus ergo Iob mon-
tem non petiit, sed in sterquilinio
resedit, quia ad passionem redemp-
tor veniens alta superborum cor-
da deseruit, et in afflictorum humi-
litate requievit. Quod tamen de se
Isa 66 prius quam incarnaretur indicavit,
cum per prophetam dixit: Ad quem
respiciam nisi ad humilem et
quietum et trementem sermones
meos? Quibus vero considet, quia is
qui tot peccata hominibus intulit,
quot ab hominibus ad ipsa toleravit,
Cunctis considet quanta mira ipse
quam tollerarit, etiam cum de celo su-
per corda fidelium regnat. Ipse
quippe cotidie patitur, omne
quod electi eius a reprobis lacerantur.
Et quamvis caput huius corporis
als erexerit quod videlicet nos sumus iam sese
super omnia liberum exerit, re-
proborum tamen vulnera adhuc per
sensum quod deorsum retinet cor-
pus sentit. Sed quid ista
de infidelibus dicimus, cum in ipsa
quoque ecclesia multos carnalia
pravis moribus contra redemp-
toris vitam pugnare videamus.
Sunt namque nonnulli, qui hunc
quia gladiis non possunt, perversis
actibus insequuntur, qui dum sibi
videntur in ecclesia deesse quod agunt,
hostes bonorum sunt, et non solum
prave se actioni inserunt, sed etiam
aliorum rectitudinem inflectere
ad prava moliuntur. Et qua quippe

in tueri negligunt, et appetitu tem-
poralium mentis pusillanimitate
succumbunt. Tanto quoque ab eternis altius
corruunt, quanto bona temporalia esse
quasi sola suspicantur. His nostrorum
simplicitatis displicet, et cum occasionem
perversionis inveniunt, suam eos
quippe duplicitatem suadent. Unde
hoc quoque congruit apte quod sub-
ditur: Dixit autem illi uxor sua:
Adhuc permanes in simplicitate tua?
Benedic Deo et morere. Cuius enim speciem
male suadens uxor tenuit, nisi
quorundam carnalium in ecclesia sub-
positorum, qui quo nobis professione fi-
dei intus sunt, eo bonos in cor-
rectis suis moribus peius premunt.
Nam minus fortasse nocuissent,
si non eos sancta ecclesia in gremium
admittens usque ad fidei cubile
reciperet. Quos dum per professam
fidem recipit, sibi procul dubio pe-
ne inevitabiles facit. Hinc est
quod premente turba una redemptorem Luc
nostrum mulier tetigit. Hinc idem 8.
redemptor noster protinus dicit: Quis
me tetigit? Cui cum discipuli ride-
rent: Turbe te comprimunt et affligunt
et dicis quis me tetigit? Illico
adiunxit: Tetigit me aliquis. Nam
et ego cognovi virtutem de me
exisse. Multi ergo dominum compri-
munt, et una tangit, quia carna-
les quique in ecclesia eum comprimunt
a quo longe sunt, et soli tangunt
qui humiliter veraciter adiunguntur.
Turba igitur premit, quia multitudo
carnalium quo intus admittitur
gravius toleratur; premit et non tan-
git, quia et importuna est presen-
cia et absens per vitam. Nonnumquam
enim nos pravis sermonibus, nonnum-
quam vero solis perversis moribus inse-
tantur. Suadent enim aliqui que
tenent; aliqui vero et si non suadent
prave tamen impingere exempla
non cessant. Qui ergo ad mala
nos vel verbis vel exemplis alliciunt
profecto persecutores nostri sunt, a quibus
temptationum certamina sumus quos collecte

in corde vincamus. Sciendum vero est quia carnales in certamine aliquando metu, aliquando vero audacia suadente prospera contendunt. Cumque ipsi vel pusillanimitate vel elatione deficiunt, hec infirmorum cordibus infundere quasi ex dilectione moliuntur. Carnale namque mentis
Mt 16 Petrus ante redemptoris mortem vinculis retinebat. Carnali mente
2 Rg 16 Sarvie filius duci suo David ad ulciscendum inhesserat. Sed tamen unus formidine, alter elatione peccabat. Ille quippe magistri mortem audiens dixit: Absit a te domine, non erit tibi hoc. Hic vero in iniurias ducis non ferens ait: Numquid pro hiis verbis non occidetur Semei, qui maledixit christo domini? Sed illi mox dicitur: Vade post me sathanas. Et hic cum germano protinus audivit: Quid michi et vobis filii Sarvie? Cur efficimini michi hodie in sathan? Male itaque suadentes angeli apostatice appellatione censentur, qui blandis verbis ad illicita quasi diligentes trahunt. Valde vero deteriores sunt, qui hunc turpe non formidine, sed elatione succumbunt. Quorum specialiter beati Iob uxor figuram tenuit, que marito suadere superba temptavit dicens:
xiiij d. Adhuc permanes in simplicitate tua? Benedic deo et morere. Simplicitatem in marito redarguit, qui transitoria cuncta despiciens puro corde sola eterna concupiscat. Ac si dicat: Quid simpliciter eterna appetis, et sub malis presentibus equanimiter ingemiscis? Excedens eterna despice, et mala presencia vel moriens evade. Sed electi quique dum mala intus acriter nalibus (?) tolerant, quanta se fortitudinis ostendat. Distinguis exutrum (?) viciati, et in colonnis sedentes et erecti, qui aut locuta es quasi una ex stultis mulieribus. Si bona

suscepimus de manu domini, mala autem quare non sustineamus? Sancti viri tribulationum bello deprehensi, cum uno eodemque tempore alios ferientes, atque alios suadentes ferunt, illis opponunt scutum patientie, istis iacula intorquent doctrine. Atque ad utramque pugnandi modum mira virtutis arte se erigunt, quatenus et perversa intus sapienter doceant, et foris fortiter adversa contempnant. Hos docentes corrigant, illos tolerantes premant. Insurgentes namque hostes patiendo despiciunt. Infirmantes vero cives compaciendo ad salutem reducunt. Illis resistunt ne et alios subtrahant. Istis metuunt ne vitam funditus perdant. Videamus castrorum dei militem contra utrumque preliantem. Ait: Foris pugne, intus timores.
Enumerat bella que exterius tolleraverit dicens: Periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in falsis fratribus. In hoc autem bello quam contra adversarium spicula intorqueat adiungit: In labore et erumpna, in vigiliis multis, in fame et siti, in ieiuniis multis, in frigore et nuditate. Sed inter tot certamina deprehensus dicit quanto vigiliarum munimine etiam castra custodiat. Nam protinus adiungit: Preter illa que extrinsecus sunt, instancia mea cottidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Ecce in se bella fortiter suscipit, et tuendis se proximis misericordie impendit. Narrat mala que patitur, subiungit bona que impertitur. Pensemus ergo cuius laboris sit uno eodemque tempore foris adversa tolerare, intus infirma protegere. Foris pugnas patitur, quia verberibus scinditur, cathenis ligatur. Intus metum tolerat, quia passio sua non sibi sed discipulis obesse formidat. Unde et isdem scribit

2 Cor 11
1 Thess 3

dicens. Nemo moueatur in tribula-
tionibus istis. ipsi enim scitis quia in hoc
positi sumus. Aliorum quippe casum
in propria passione metuebat. ne
dum ipsum discipuli afflictum pro
fide uerberibus agnoscerent. fideles
se profiteri recusarent. O immensa
caritatis uiscera. despicit quod ip-
se patitur. et curat ne quid praua
ne persuasionis discipuli in
corde patiantur. Ipse contempnit
uulnera corporis. et in aliis uulnera
medetur cordis. Habent quippe
hoc iusti proprium. ut in dolore
positi tribulationis sue curam
non deserant utilitatis aliene.
et cum de se ad uersa patientes
dolent. aliis necessaria docen-
tes prouident. et quasi per cuiusdam
quidam magni medici egro-
tantes. ipsi tolerant scissionis
uulnera. et aliis proferunt me-
dicamenta sanitatis. Valde autem
minoris laboris est. aut docere
cum nichil toleras. aut tolera-
re cum nichil doces. Unde sancti
uiri ad utrumque se solerter exten-
dunt. et cum in tribulationibus
fortasse feriuntur. sic exteriora
bella suscipiunt. quatinus sollici-
te cogitent. ne proximorum in-
teriora lacerentur. Hic sancti uiri
fortes in acie assistunt. et illic
iaculis aduersantium pectora
feriunt. Hinc scuto postpositos
debiles tuentur. atque ita utrobique
uelocitate circumspectionis inuigilant.
quatinus et ante se audaces confodi-
ant. et post se trepidos a uul-
nere defendant. Quia igitur sancti
uiri sic sciunt foris aduersa
tolerare. ut intus nouerint etiam
peruersa corrigere. dicitur. Recte locu-
ta es quasi una ex stultis
mulieribus. Quia enim electis
dicitur. Viriliter agite et confortetur
cor uestrum. mentes carnalium que
fluxa deo in temptatione desinunt.
non inmerito mulieres uocantur. Si
bona suscepimus de manu domini
mala quare non sustineamus

Ac si dicat si ad bona eterna ten-
dimus. quid mirum si temporalia mala
sufferimus. Hec autem bona solli-
cite paulus inspexerat. quando
illata equanimiter mala tollerabat
dicens. Non sunt condigne passi-
ones huius temporis ad futuram gloriam
que reuelabitur in nobis. In omnibus   Ro 8
hiis non peccauit iob labiis suis.
Viri sancti cum persecutionis foris
iniurias patiuntur. non solum in dei
iniuriis minime excedunt. sed neque
contra ipsos aduersarios contumelio-
sa uerba iaculantur. Ad quam nos bo-
norum uite petrus admonet dicens.   1 Pe x
Nemo uestrum patiatur quasi homicida.
aut fur aut maledicus. Male-
dicus enim patitur qui passionis
sue tempore in se saltem iniuria
persecutoris effrenatur. Sed quia
redemptoris corpus sancta in-
niuriam etiam. ita pondus dolorum
portat. ut humilitatis modum per uerba
non transeat. Recte de hoc dolente
dicitur. In omnibus hiis non peccauit
iob labiis suis. neque stultum ali-
quid contra deum locutus est. Igitur
audientes tres amici iob omne
malum quod accidisset ei uenerunt
singuli de loco suo. Eliphaz the-   xv c
manites. Baldach suithes et so-
phar naamathites. In perfectione
huius operis diximus quia amici
beati iob et si bona intentione
ad eum conuenerint. hereticorum
tamen speciem tenent. quia ad culpam
indiscrete loquendo delabuntur. Unde
et illis ab eodem beato iob dicitur.
disputare cum deo cupio prius
ostendens uos fabricatores mendacii
et cultores peruersorum dogmatum.
Sancta itaque ecclesia omni hoc peregri-
nationis sue tempore in afflictione con-
stituta. cum uulnera sustinet. cum
membrorum suorum lapsus dolet. in
super alios sub christi nomine hostes
tolerat christi. Ad augmentum na-
que doloris eius etiam heretici in con-
temptione conueniunt. eamque
quibusdam iaculis irreuocabilibus
uerbis. figunt. Bene autem dicitur.
Conuenit de loco suo. hereticorum

B

D

Nude et interr d. [illegible]

De hereticorum [illegible]

quippe locus ipsa superbia est, quia nisi prius in corde intumescerent ad praue assertionis certamina non venirent. Ita namque malorum locus est superbia, sic est econtra bonorum locus humilitas. De quo per Salomonem dicitur: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. (Eccl. x) Ac si aperte dicat: Si temptatoris spiritum contra te in aliquo preualere consideras, humilitatem pacientie non relinquas. Quam quia locum nostrum humilitatem pacientie dixit, verbis sequentibus ostendit dicens: Quia curacio cessare faciet peccata maxima. Quid enim aliud est humilitatis lamenti nisi medicina peccati. Heretici ergo de loco suo veniunt, qui contra sanctam ecclesiam ex superbia mouentur. Quorum peruersa quoque actio expressa suorum nominum interpretacione colligitur. Dicuntur enim Elyfaz, Baldach, Sophar. Sicut Elyfaz interpretatur ut superius diximus, Elyfaz interpretatur Dei contemptus. Nisi enim Deum contempnerent, nequaquam de illo praua sentiret. Baldach autem vetustas sola. Dum enim vere vinci fugiunt, et peruerso studio victores esse querunt, noue vite conuersacionem negligunt, et ex sola conuersacione vetustate est quod intendunt. Sophar vero dicitur specule dissipacio. Hij autem qui in ecclesia sancta sunt, redemptoris sui misteria fide vera humiliter contemplantur. Sed dum heretici cum falsis allegacionibus veniunt, specula dissipant, quia eorum mentes quos ad se attrahunt, ab intencione vere contemplacionis inclinant. Bene autem loca de quibus veniunt, congrua hereticorum actibus describuntur. Dicuntur enim Themanites, Suites, Naamathites. Theman namque interpretatur auster, Sui loquens, Naama decor. Austrum autem vel calidum quis esse nesciat? Heretici igitur quia ardencius appetunt sapere, quasi plus quam necesse est student calere. Desidia quippe corporis frigens, et rursum inquietudo inmoderate curiositatis intemperato concordat calori. Quia igitur amplius quam debent calorem sapiencie percipere appetunt, ab austro venire referuntur. Ab hoc calore inmoderate sapiencie mentes fidelium Paulus temperare curauit, cum diceret: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. (Ro. 12) Hinc est quod Dauid vallem salinarum percutit, (2 Reg. 8) quia videlicet redemptor noster sue districtionis examine hereticis qui de illo praua sentiunt, stulticiam inmoderati saporis extinguunt. Sui autem dicitur loquens. Calore quippe non ut bene viuant, sed ut elate loquantur, heretici desudant. A Theman igitur et Sui, a calore et loquacitate venire referuntur, quia per hoc quod scripture se studiosos exhibent, solius verbis loquacitatis, non autem visceribus caritatis calent. Naama vero interpretatur decor, quia enim docti non esse sed videri appetunt, ex erudicionis verbis speciem sibi vivendi sumunt, et per calorem loquacitatis in se ymaginem ostendunt decoris, ut eo per decorem lingue peruersa facile persuadeant, quo feditatem vite sensus calliditate callide occultant.

xvj C

Sed neque ipsa locorum nomina inordinata sunt racione distincta. Prius enim Thema, post modum Suites, deinde Naama ponitur, quia prius illos inordinatus calor accendit, deinde ad nitorem loquacitatis erigit, et tunc demum decoros hominibus hypocrisis ostendit. Condixerant enim ut pariter venientes visitarent eum et consolarentur. Condicunt sibi heretici, quando praua contra ecclesiam concorditer senciunt, et in quibus a veritate discrepant, sibi in falsitate concordant. Dominus enim qui nos de eternitate erudiuit, quid aliud facit nisi in perfectioribus nostre nos afflictione consolatur. Heretici autem qui sanctam ecclesiam docere desiderant, ad eam quasi consolatores

Hereticus hereticorum est instrux et consolatur.

[illegible] de Regist° c. 2.

[illegible] [illegible] [illegible] de pura eru[illegible] [illegible] [illegible] quomodo [illegible]

[illegible] [illegible] calidi in vita [illegible] [illegible] ardentiss[illegible] per vitam fatigatur.

appropinquat. Nec mirum quod qui
ad vesaniam formam exprimunt
amici vocantur, cum ipse quoque
traditor dicitur: Amice ad quid
Mt 26 venisti. Et dives qui inferni
Luc 16 igne cruciatur ab Abraham filius
vocatur, quia et si pravos mali
corrigi negligunt, dignum tamen
est ut a nobis non ex sua neq-
uicia, sed ex nostra benignitate nocentur.
Cumque elevassent oculos suos
procul, non cognoverunt eum. Here-
tici quippe cum sancte ecclesie statum consi-
derant oculos levant, quod vide-
licet ipsi in ymo sunt et cum eius
opera respiciunt in alto sunt. Ita
quod cernunt, sed tamen hanc in dolore
positam non cognoscunt. Ipsa
quippe appetit hic mala reci-
pere ut possit ad eterne remune-
rationis premia purgata pervenire.
Plerumque prospera metuit et disci-
plina eruditionis hylarescit. Here-
tici igitur quia pro magno prospera
appetunt, eam in doloribus positam
non cognoscunt. Hoc namque quod
in illa cernunt in suorum cordium
cognitione non relegunt. Cum
ergo hec ex adversitatibus perficit,
ipsi suo stupori inherent, quia
per experimentum ignorant quod videt.
ff Scissisque vestibus sparserunt pul-
verem super caput suum in celo.
Sicut vestimenta ecclesie cunctos
fideles accipimus. Unde et per pro-
phetam dicitur: Omnibus hiis
Isa 29 velut ornamento vestieris.
Ita hereticorum vestes sunt omnes
qui eis concorditer inherentes
illorum erroribus involvuntur. Sunt
enim heretici hoc proprium quod in eo
gradu in quo decerta exeunt
diu stare non possunt, sed ad
deteriora cotidie ruunt et sententie
de peiori in multis se partibus
scindunt, atque a semetipsis lon-
gius confusionis sue altercatione
dividuntur, quia ergo hos quos sue
perfidie adiungunt, adhuc in
multa divisione dilaniant,
dicitur recte quod amici qui venerunt
vestes rumpant. Ruptis autem
vestibus corpus ondit, quia
sepe scissis sequacibus malicia
eorum cogitationis aperitur, ut discor-
dia dolos patefaciant, quos prius
concors cordis culpa claude-
bat. Pulverem vero in celum super
capita sparserunt. Quid pulverem
nisi terrena intelligentia? Quid per
caput nisi hoc quod principale nostrum est,
mens videlicet designatur? Quid
per celum nisi preceptum superne loca-
tionis exprimitur? Pulverem ergo
in celum super caput spargere est
secularem intellectum mente corrum-
pere et de verbis celestibus terrena
sentire. Divina autem verba plus
discutiunt plerumque quam capiunt. Super
caput igitur pulverem spargunt, qui
in preceptis dei per terrenam intellige-
ntiam ultra suarum mentium vires
intumuit. Sederuntque cum eo in terra
septem diebus et septem noctibus. xvij
In die quod videmus agnoscimus,
in nocte autem aut cecitate nil
cernimus aut dubietate calliga- 6
mus. Per diem itaque intelligentia,
per noctem vero ignorancia designatur.
Septenario autem numero summa
universitatis exprimitur. Unde et
non amplius quam diebus septem
hoc omne tempus transitorium consu-
matur. Quid est ergo quod amici
beati Iob septem diebus consedere
ei et septem noctibus referuntur,
nisi quod heretici vel in hiis in quibus
verum lumine intelligunt, vel in hiis
in quibus ignorantie tenebras pa-
tiuntur, quasi in firmati sancte ecclesie
se condescendere simulant, ei quod sub
blandimentorum specie dolos de-
ceptionis parant. Et quamvis vel in
hiis que intelligunt, vel in hiis
que intelligere non possunt, elationis
typo turgidi magnos se apud
semetipsos existimant, non nunquam
sancte ecclesie se preteritis in-
clinant, et dum verba moliunt
virus infundunt. Iuxta ante
sedere est aliquid de ymagine
humilitatis ondere, ut dum humilia

Quibus hereticorum est diviso
vide in Registro c 2.
Heretici in pro suo errore dividuntur.

posuerus quidquid operat[ur]
i[n] altari q[uo]que omni[um] oblati[oni]s ponim[us] si
actu[s] nostros dnice i[n]carnac[i]o[n]is
fide iii

exhibent p[er]suadeant sup[er]ba que
docent. Potest v[er]o p[er] t[er]ram etiam
ipsa mediatoris i[n]carnac[i]o desi
gnari. Vn[de] et ad isr[ae]l dicit[ur]. Altare
de t[er]ra facietis michi. Altare e[ni]m Ep[iscop]o 20
de t[er]ra facere est, i[n] carnac[i]o[n]e me
diatoris sp[er]are. Tunc quippe a
deo n[ost]ro munus accipit[ur], quando
in hoc altari n[ost]ra humilitas id
est sup[er] dnice i[n]carnac[i]o[n]is fide[m]
solidamus. Sed sunt no[n] nulli
h[er]etici qui facta mediatoris et
in carnac[i]o[n]em no[n] denegant. Sed
aut de diuinitate aliter q[ua]m e[st] esti
mant, aut a nobis ip[s]a in carna
c[i]o[n]is qualitate discordant. Carna
c[i]o[n]is ergo v[er]am nobiscu[m] in carnac[i]o[n]em
redemptoris p[er]hibent. Quasi cum
iob in t[er]ra p[ar]it[er] in t[er]ra sedent. Sep
tem v[er]o diebus et septe[m] noctib[us]
in t[er]ra co[n]sidere describu[n]t[ur], quia
uel in hoc q[uod] aliquid deplementu
dine vitatis intelligu[n]t. Vel i[n]
hoc q[uod] sue stulticie tenebris ex
cecant[ur] in carnac[i]o[n]is misteria ne
gare no[n] p[ossu]nt. Cum b[ea]to ergo
iob in t[er]ra sede[n]t, veritatem
redemptoris carnem cu[m] sancta
ecc[lesi]a crede[n]t. Aliqu[an]do v[er]o heretici
contra nos etiam simplices se
uiu[n]t, aliq[ua]n[do] nos solis uerbis
in sectu[n]t[ur]. Aliqu[an]do quietos lacessunt
aliqu[an]do aut[em] si nos tacentes vide
ant quiescu[n]t, et inimicis au[t]
sunt loquentibus ad u[er]sit[ur]. Vn[de]
quia b[ea]tus iob nec q[uan]do d[ixi]t
ad illos aliquid dissensus dixerat,
recte subiungit[ur]. Et nemo loq[ue]
bat[ur] ei u[er]bum. Tacentes vero
adu[er]sarios h[ab]emus, si v[er]o filios
fidei p[re]dicando generare negligi[mu]s.
Si aut[em] ita loqui incipimus
grauiter mox co[n]tumelias exe[o]
rum irrisione sentimus. P[re]imus
in adu[er]sitate p[ro]siliunt. Et co[n]tra nos
in vocem doloris erumpu[n]t, quia
videlicet metuu[n]t ne corda que
in infimis pondus stulticie a
grauat, ad altum vox recta
loquentis trahat. Quia ergo
ut diximus, Multos nos ad
u[er]sarii diligunt, loquentes oderu[n]t

recte aput tacentem iob dicitur.
Nemo loquebat[ur] ei u[er]bum. Non
nu[n]q[uam] tamen cum p[er] torporem
in h[er]esi fidelium corda depressa
co[n]siderant, erroris semen sp[ar]ge
re loquendo no[n] cessant. cum v[er]o
mentes bonoru[m] vident alta sa
pere, ad p[ro]priam reditu[m] q[ue]rere,
de erumpna sua exilii strenue
dole[re], et suspectione sollicita lig
uam frenant, quia vident q[uod]
contra corda dolenciu[m] i[n]cas
sum loquentes citius ob mutes
cunt. Vn[de] et recte cum dicitur.
Nemo loq[ue]bat[ur] ei u[er]bum, mox
causa silencii subinfert[ur] cum
dicit[ur]. Videbat e[ni]m dolore[m] eius
esse vehementem. Cum enim
amoris dei dolor vehemens
corda n[ost]ra transfigit, passim
p[ro]cacia loqui adu[er]sarii metu[n]t,
quia videt q[uod] intentu[m] mente[m]
lacessens, no[n] solum p[er] adu[er]si
tatem trahe[re] no[n] valet, sed p[er]
excitata forsita[n] et quos tenu
erat p[er]dit. Fortasse aliquis mo xviii
net hec nos ita dixisse q[uod] que i.
b[e]n[e] ab amicis gesta sunt, ma
la ab h[er]eticis ge[re]nda significet.
Sed sic plerumq[ue] res quelibet p[er]
hystoriam v[ir]tus est, et p[er] significa
c[i]o[n]em culpa. Sicut aliqu[an]do res
gesta in f[a]c[t]o causa da[m]pnac[i]o[n]is
est, in scripto aut[em] p[ro]ph[et]ia virtut[is]
Q[uo]d v[er]um citius ondit[ur], si vnum
sacre scripture testimo[n]i[u]m ad v[tr]i[us]q[ue]
p[ro]banda p[ro]ferimus. Quis na[m]
q[ue] audiens, no[n] solum fidelium
s[ed] i[m]pioru[m] quoq[ue] infidelium non
o[m]nimodo detestet[ur] q[uod] dauid in ii Reg. x
solario deambulans bersabee
vxore[m] vrie co[n]cupiuit, quem
tamen a p[re]lio reuertente[m] ut ad
domu[m] a[d]monet pedes lauare,
qui p[ro]tinus r[espon]dit dicens. Ar
cha domini sub pellibus est,
et ego in domo mea requiescam.
Quis dauid ad mensa[m] p[ro]p[ri]a
suscepit, ei q[ue] epulas p[er] quas
mori debeat tradidit. Cuius
aut[em] dauid in solario deambu
lans typum tenet, nisi eius

nisi cuius de quo scriptum est: In sole posuit tabernaculum suum? Et quid est Bersabee ad se perducere, nisi legem litterae populo carnali coniunctam spiritali sibi intellectu sociare? Bersabee enim puteus septimus dicitur, quia nimirum per cognitionem legis infusione spiritalis gratiae perfecta nobis sapientia ministratur. Quem ergo Urias nisi Iudaicum populum signat, cuius nomen interpretatum dicitur: Lux mea dei? Iudaicus autem populus, quia de accepta legis scientia extollitur, quasi de dei luce gloriatur. Sed huic Urie David uxorem abstulit, sibique coniunxit, quia videlicet manu fortis, qui David dicitur, in carne redemptor apparens, dum de se spiritaliter legem loqui innotuit, per hoc quod iuxta litteram tenebatur, hanc Iudaico populo extraneam demonstravit, sibique coniunxit, quia se per illam predicari declaravit. Uriam tamen David ad domum ire admonet pedes lavare, quia incarnatus dominus veniens Iudaico populo precepit, ut ad conscientiam redeat, et sordes operum fletibus tergat, ut spiritaliter mandata legis intelligat, et post tanta duricia preceptorum in fonte baptismatis inveniens ad aquam post laborem recreat. Sed Urias qui archam domini sub pellibus meminit, rudit quod domum suam intrare non possit, ac si Iudaicus populus dicat: Ego mandata dei in sacrificiis carnalibus video, et redire ad conscientiam per spiritalem intelligentiam non requiro. Quasi enim archam sub pellibus esse dicit, qui preceptum dei non nisi ad exhibendum ministerium sacrificii carnalis intelligit. Hinc tamen redire coniugium ad domum nolentem David ad mensam vocat,

quia quamvis Iudaicus populus ad conscientiam redire contempnat, ei tamen redemptor veniens mandata spiritalia predicat dicens: Si crederetis Moysi, crederetis forsitan et michi; de me enim ille scripsit. Io. 7
Legem itaque Iudaicus populus tenet, que eius divinitate loquitur, cui isdem populus credere dedignatur. Unde et Urias ad Ioab cum epistolis ex quibus occidi debeat mittitur, quia idem Iudaicus populus legem portat, qua convincente moriatur. Dum enim mandata legis retinens implere nititur, ipse nimirum defert iudicium unde dampnetur. Quid ergo per factum istud David scelestius, quid Uria mundius dici potest? Sed rursus per misterium quid David sanctius, quid Uria infidelius invenitur? quando et ille per vite culpam prophetie signat innocentiam, et iste per vite innocentiam in prophetia exprimit culpam. Non ergo in cognitione peccata que bene ab amicis gesta sunt, male ab hereticis gerenda signatur, dum virtus sacri eloquii sic transacta narrat, ut ventura exprimat. Sic factorem approbat, ut ei in misterio contradicat. Sic gesta dampnat, ut hec mistice gerenda persuadeat.
Igitur quia allegorie misteria membratim enodantes explevimus, nunc moralitatis intelligentiam raptim tangentes exsequamur. Ad obscuriora quippe dissenda mens properat, et si apertius diu in volumine clausa ut dignum est pulsare impeditur. Sepe antiquus hostis postquam menti nostre temptationum certamen inflixit, ab ipso suo certamine ad tempus recedit, non ut illate malitie finem prebeat, sed ut corda que per quietem secura reddiderit, repente rediens facilius inopinatus irrumpat. Hinc est quod ad temptandum beatum virum iterum redit, eiusque cruciatus expetit, que tamen ei superna pietas

retinendo concedit dicens Ecce in
manu tua est, tamen animam
illius serva. Sic quippe nos deserit
ut custodiat, sic custodit ut ta-
men permisso temptacionis articulo
statum nobis nostre infirmitatis
ostendat. Qui mox a facie domini
exiit atque a planta pedis usque
ad verticem acceptum feriendo vul-
neravit, quia nimirum cum licen-
ciam percepit, a minimis incipiens
atque usque ad maiora perveniens
quasi omne corpus mentis
illatis temptacionibus lacerando
transfigit. Sed tamen ad animam
feriendo non pervenit, quia cunctis
cogitacionibus interior in et ipsa
vulnera delectacionisque suscipit ar-
chani proposito intencio resistit.
Ut quamvis delectacio mentem
mordeat, deliberacionem tamen
rectitudinis usque ad consensus
molliciem non inflectit. De-
bemus tamen per asperitatem
penitencie ipsa delectacionum vulnera
tergere et censura districtionis
rigide si quid fluxum emanat
in cogitacione mundare. Unde bene
mox subditur, quia testa saniem
eius radebat. Quid enim per tes-
tam nisi vigor districtionis,
quid per saniem nisi fluxus il-
licite cogitacionis accipitur. Per[illegible]
ergo testa saniem radimus,
cum post polluciones cogita-
cionis illicite nosmetipsos as-
pere diiudicando mundamus.
Potest enim testa fragilitas mor-
talitatis intelligi. Testa ergo
saniem mundare est, mortalitatis
cursum fragilitatemque pensare,
et putredinem misere delectacionis
abstergere. Nam dum quis considerat
quam citius caro ad putredinem
redeat, festine superat hoc quod se
de carne intus turpiter impug-
nat. Cum ergo ex temptacione
prava menti cogitacio influit,
quasi ex vulnere sanies decurrit.
Sed citius sanies tergitur si in con-
sideracione nostra fragilitatis quasi

in manu testa teneatur. Neque enim
parvipendenda sunt, que quamvis
usque ad effectum non pertrahant, tamen
illicite in mente versantur. Hinc
est quod quasi a vulneribus redemptor
noster saniem radere venerat,
cum dicebat: Audistis quia dictum Mt 7
est antiquis: Non mechaberis.
Ego autem dico vobis quia si quis
mulierem ad concupiscendum eam
viderit, iam mechatus est eam
in corde suo. Sanies ergo tergi-
tur, cum culpa non solum ab opere
sed etiam a cogitacione resecatur. Hinc
est quod Ierobaal, cum a paleis fru- Iudic 6
menta excuteret, angelum vidit.
At cuius imperium protinus hedum
coxit, quem supra petram posuit
et ius carnium desuper effudit. Quem
angelus virga tetigit, ea que
ignis exiens de petra consump-
sit. Quid est enim frumentum virga
cedere, nisi rectitudine iudicii a
viciorum paleis virtutum grana
separare. Sed hec agentibus ange-
lus apparet, quia tanto magis
dominus interiora denunciat, quanto
se studiosius homines ab ex-
terioribus purgant. Qui occidi
edum precepit, id est omnem
appetitum carnis nostre immolari
carnesque supra petram poni et
ius carnium desuper fundi. Quid
aliud signat petra, nisi eum 1 cor 10
de quo Paulus dicit: Petra
autem erat Christus. Carnes ergo
super petram ponimus, cum cor-
pus nostrum in Christi imitacione crucia-
mus. Ius etiam carnium desuper
fundit, qui in conversacione Christi
ipsas etiam carnales cogitaciones
exinanit. Quasi enim ius ex
carne liquidum in petra funditur,
quando mens a cogitacionum car-
nalium fluxu evacuatur. Quod tamen
mox angelus virga tangit,
quia intencionem nostram nequa-
quam pietas divina adiutorio de-
serit. De petra autem ignis exiit,
et ius carnesque consumit, quia
afflatus a redemptore spiritus

tanta cor nostrum flamma compunctionis concremat, ut omne quod in eo illicitum est, et operibus et cogitationibus exurat. Quid ergo aliud est nobis in petra fundere, quam hoc hic est saniem testa mundare? Pro facto enim mens solerter invigilat, ut non solum perversa agere timeat, sed omne quod ipse per cogitationes turpiter fecit detergat. Sed sepe de ipsa victoria bellum oritur, ut cum inmunda cogitatio vincitur, victoris animus elatione pulsetur. Et in mentem necesse est per munditiam erigi, ut tamen solerter debeat in humilitate substerni. Unde et cum de sancto viro diceretur: Testa saniem radebat, protinus apte subiungitur: Sedens in sterquilinio.

fr iii In sterquilinio quippe sedere est ad ea que illicite gessimus mentis oculos penitendo reducere. Ut cum ante nos peccatorum sordes cernimus, omne quod in animo de elatione surgit inclinemus. In sterquilinio sedet, qui infirmitatem suam sollicite respicit, et sese de bonis que per gratiam percipit non extollit. An non apud se in sterquilinio Abraham sedebat qui dicebat: Loquar ad dominum meum,

Ge 18 cum sim pulvis et cinis? Aperte enim cernimus in quo se loco posuerat, qui pulverem se et cinerem etiam cum deo loqueretur estimabat. Si igitur ita se despexit qui usque ad honorem divine collocutionis ascendit, sollicita intentione pensandum est qua pena illi feriendi sunt qui et ad summa non proficiunt, et tamen de minimis

N. extolluntur. Nam sunt nonnulli qui dum prava agunt, de semetipsis magna sentiunt, in altum mente sublevantur, et pre se ceteros virtutum meritis putant. Hi nimirum apud se intrinsecus humilitatis sterquilinium deserunt, et elationis fastigia ascendunt, illum videlicet imitantes qui primus se apud se extulit, sed elevando prostravit; illum imitantes qui accepta conditionis dignitate contentus non fuit dicens: In celum con- Ysa 14
scendam, super astra celi exaltabo solium meum. Unde et male ei convicta Babylon, id est confusa peccantium multitudo dicit: Sedeo regina et vidua non sum. Apok 18
Quisquis ergo introrsus intumescit, in altum se apud semetipsum posuit, sed eo se gravius in infimis deprimit, quo de se infirma sentire contempsit.

O Sunt vero nonnulli qui nichil quidem virtutis agere student, sed tamen cum alios peccare conspiciunt, iustos se in eorum comparatione suspicantur. Neque enim corda hominum una vel similis culpa transfigit. Hunc namque superbia illaqueat, hunc forsitan ira supplantat, hunc avaritia cruciat, illum luxuria inflammat. Et plerumque contingit ut is quem superbia deprimit, alium respiciat quem crudeliter ira succendit, et quia se ira non citius instigat, meliorem se irascendo iam deputat, atque apud semetipsum quasi de munditia extollit, quia pensare negligit vitium quo premitur tenetur. Plerumque contingit ut is quem avaritia sauciat, alium in luxurie voragine immersum cernat, et quia se a pollutione carnali alienum respicit, quibus ipse sordibus spiritalis vitii inspersus polluitur non attendit. Dumque in alio pensat malum quod ipse non habet, in se negligit considerare quod habet.

Sicque fit ut dum ad aliena diiudicanda mens ducitur, proprii iudicii lumine privetur, et eo durius contra aliena superbiat, quo sua neglegentius ignorat. At contra hi qui ad alta virtutum surgere veraciter appetunt, cum alienas culpas audiunt, mox cor ad proprias reducunt, et tanto rectius illa diiudicant, quanto verius istas deplorant. Quia igitur

Varios homines varia peccata transfigit

vere humilis.

m

Electus quisque in firmitatis sue con-
sideratione se comprimit, dicat recte,
quod vir sanctus in sterquilinio dolens
sedet. Cum enim vere se humiliat,
continue considerationis oculo quasi
circumspectus sit delictorum sordibus
perficiens pensat. Sciendum vero
M P est quia plerumque in prosperis in por-
tuna temptatione mens tangitur,
sed tamen aliquando adversa extrinsecus
patimur, et intus temptationis im-
pulsu fatigamur, ut et carnem
flagella cruciet, et tamen ad mentem
suggestio carnalis intendet. Unde
et bene post tot beati Iob vulnera
ad huc sub iuncta sunt etiam
male suadentis uxoris verba
que ait: Adhuc permanes in sim-
plicitate tua; benedic deo et morere.
Uxor quippe male suadens est car-
nalis cogitatio mentem lacessens.
Sepe enim, ut dictum est, et foris fla-
gellis atterimur, et intus carnali
suggestione fatigamur. Hinc est
enim quod Ieremias deplorat dicens:
T. Foris interficit gladius, et domi
mors similis est. Foris enim flagel-
la quidem sustinet, et tamen intus
feriens vindicta configit. Et domi
mors similis est, quia et flagella
quidem sustinet, et tamen intus
conscientia a temptationis sordibus munda
non est. Hinc David ait: Fiant
sicut pulvis ante faciem venti,
et angelus domini affligens eos.
Cum enim in corde suo aura tem-
ptationis rapitur, quasi ante faciem
venti pulvis elevatur. Et cum
intus hec divina districtio percutit,
quid aliud quam angelus domini
N affligit? Sed hec aliter aguntur
a reprobis, aliter ab electis. Illorum
namque corda ita temptantur ut
consentiant. Istorum quidem tempta-
tiones suscipiunt, sed repugnant.
Illorum mens delectabiliter capitur,
et si ad tempus quod male suggeritur
displicet, sed postmodum per deliberationes
libet. Isti vero temptationum iacu-
la excipiunt, ut se resistendo
fatigant, et si aliquando usque ad

Dua modo temptationis: Electorum / Reproborum

Delectationem temptata mens rapitur,
ipsam tamen citius surreptionem
sue delectationis erubescunt, et forti
censura redarguunt, quidquid
in tra se ex surgere male depre-
hendunt. Unde et beato mox subditur:
Locuta es quasi una ex stultis
mulieribus. Si bona suscepimus
de manu domini, mala quare non
sustineamus? Dignum quippe est R
ut sancta mens spirituali correp-
tione comprimat quidquid apud se
carnale insolenter insinuat,
nec caro aut loquens aspera
ad impatientiam pertrahat, aut loquens
blanda ad libidines fluxa dis-
solvat. Censura igitur virilis illi-
cite cogitationis suggestionem re-
darguens dissolutam temptationis
molitiem reprimat dicens:
Locuta es quasi una ex stultis
mulieribus. Et nisu considerato
muneris cogitationis asperam im-
patientiam refrenet dicens: Si bona
suscepimus de manu domini, mala
quare non sustineamus? Omnis quis
aut abigere vitia appetit, et
ad eterna interne retributionis culmina
vere intentionis gressus intendit,
quo magis se vallari viciorum
bello undique conspicit, eo se virtu-
tum armis robustius accingit,
et tanto minus iacula metuit,
quanto contra hec venientia for-
tius pectus munit. Sed plerumque
dum contra hec temptationum bel- S
lum fulciri magnis virtutibus xi. di. Sepe
nitimur, quedam se nobis vitia
sub specie virtutum tegunt, et quasi
blanda ad nos facie veniunt,
sed cum adversitatis sint, dispersa
senciuntur. Unde et amici beati Iob
quasi per consolationem conveniunt,
sed in contumelias erumpunt. Quia
insidiancia vitia virtutum faciem
sumunt, sed hostili intentione nos
feriunt. Nam sepe immoderata
ira iusticia, et sepe dissoluta
remissio misericordia vult videri, sepe
incautus timor humilitas, sepe
effrenata superbia appetit libertas

apparere. Ad consolandum quippe amici
venerunt, sed ad increpationis verba
dilabuntur. Quia nimirum vitia
virtutum specie palliata blanda
quidem superficie inchoant, sed
aspera nos contrarietate perturbant.
xxvi c Unde autem dicitur: Condixerant enim
sibi ut pariter venientes visitarent
eum. Vitia quippe sibi sub
virtutum pretextu condicunt. Quia
sunt quedam vitia que adversus
nos inter se quadam convenien
tia coniunguntur, sicut superbia, ira,
remissio et timor. Vicina namque
est ira superbie, remissio timori.
Condicendo ergo conveniunt,
que contra nos sibi ex quadam
propinquitatis cognatione sociantur.
Sed si erumpnam nostre captivitatis
agnoscimus, si amore eterne
patrie in intimis dolemus, vi
tia que male letis surripiunt,
bene tristibus prevalere non
possunt. Unde et bene dicitur: Cum-
que elevassent procul oculos suos
non cognoverunt eum. Afflictos
enim nos vitia minime cogno
scunt, quia triste cor eorum
ut pulsaverint repercussa resi
liunt, et que nos letos quasi no
verant, quia penetrabant, me
rentes agnoscere nequeunt, quia
ipso meroris rigore franguntur. Sed
antiquus hostis, quos reos for
titer se deprehensos conspicit, eo
illa sub virtutum ymagine aliquando
abscondit. Unde subditur: Excla
mantes ploraverunt, scissisque ves
tibus sparserunt pulverem super
caput suum in celo, et sederunt
cum eo septem diebus et sep
tem noctibus. Signat enim
pietatis comploratum, discretionis proscis-
Vestitu sione, affectus operum pulverem
capitum, humilitatis pressionem.
b Aliquando enim pietatem quidem hostis
insidians simulat, ut ad cru
delitatis terminum deducat, sicut
est cum plecti per disciplinam
culpam prohibet, quatenus que hic

non reprimit, gehenne feriat. Ali
quando discretionis ymaginem ocu
lis obicit, et ad indiscretionis laque
os perducit. Sicut est cum pro infir
mitate nobis plus
alimentorum quasi discrete conce
dimus, sed indiscrete contra nos
bella carnis excitamus. Aliquando
affectum simulat bonorum operum, sed per-
trahit in inquietudine irrogat la
borum, sicut est cum quis quiesce-
re non valet, et quasi de otio iudi
cari timet. Aliquando enim ymagi
nem humilitatis ostendit, ut efficaciam
humilitati subtrahat, sicut est cum
quosdam plus iusto infirmos atque
inutiles sibimetipsis asserit, ut
dum se minus indignos con
siderant, res in quibus prodesse pote
rant, proximis ministrare pertimes
cant. Sed hec vitia que sub vir
tutum specie antiquus hostis oc
cultat, valde subtiliter manus
compunctionis examinat. Qui enim
veraciter intus dolet, que agenda
foris, queve non agenda sint,
fortiter providet. Si enim nos utique
compunctionis in intimis afficit,
omnis strepitus prave sugges
tionis obmutescit. Unde et subditur:
Et nemo loquebatur ei verbum, vide
bant enim dolorem esse veheme x
tem. Si enim cor veraciter dolet,
linguam contra nos vitia non
habent. Nam cum plene vita
rectitudinis queritur, supervacue sug
gestio pravitatis obstrepit. Sepe
autem si forti nos studio con
tra vitiorum incentiva stringimus,
ipsa etiam vitia ad usum virtutis
inclinamus. Nam nullos namque
ira possidet, sed hanc dum rationi
subiciunt, in sancti zeli ministerium
vertunt. Nonnullos superbia erigit,
sed dum divine formidini animum
inclinat, hanc ad defensionem
iustitie in voce libere auctoritatis
intentant. Nonnullos fortitudo
carnis illecebrat, sed dum exer

cendis prius operibus corpus sub
dunt / unde in iniquitatis stimu
lum passi sunt / inde pietatis
lucra mercantur. Unde et hic idem
beatus iob / post multa certamina
hostiam pro amicis immolat / quos
Iob ult° enim pro contentione dum hostes
pertulit / quandoque per sacrificium ciues
reddit / quia dum victor suas
cogitationes subigendo in preteritis
certaminibus / temptationum ad usa stu
dia pro intentionis hostia quasi
ad amicorum corda permittimus
Hec nos in tribus voluminibus
tripliciter disseruisse sufficiat. In ip
so namque operis huius exordio /
velut in mole nascituri arbo
ris longiore radicem fiximus /
ut expositionis ramos prout modum
prout singula expetunt loca pro
ducamus /

Liber quintus

C. 1 Qui textum considerat / et sensum sacre
locutionis ignorat. / non tam
se eruditione non instruit / quam
ambiguitate confundit / quia non
nunquam sibi litere verba contradicunt /
Sed dum a semetipsis per contrari
etatem dissident / lectorem ad intel
ligenciam veritatis mittunt / Quid
enim est quod Salomon ait / Melius
Eccl. 2 est comedere et bibere / et non longe
post subicit / Melius est ire
ad domum luctus quam ad domum
convivii / Cur luctum convivio
pretulit / qui prius esum potumque
laudavit / Si enim per electionem
bonum est comedere et bibere / pro
cul dubio esse melius debet /
ad domum gaudii quam ad domum
lamenti properare / Hinc est enim
Eccl. 11 quod item dicit / Letare iuvenis in
adolescentia tua / Et paulo post
subicit / Adolescentia enim et vo
luptas vana sunt / Quid est
enim quod prius reprehendenda precipit /
vel post precepta reprehendit / nisi
quod ipsis litere verbis innotuit /
ut qui difficultatem patitur / veri
tatis intelligentiam consideret

quam sequatur. Que nimirum ve
ritatis intelligencia / cum per cor
dis humilitatem queritur / legendi
assiduitate penetratur. Sicut
enim ignotorum hominum facies cer
nimus / et corda nescimus / sed
si familiari eis locutione con
iungimur / usu colloquii eorum
etiam cogitationes indagamus /
Ita cum in sacro eloquio sola
hystoria aspicitur / nichil aliud
quam facies videtur / Sed si huic
assiduo usu coniungimur / eius
nimirum mentem quasi ex collocu
tionis familiaritate penetramus /
Dum enim alia ex aliis colli
gimus / facile in eius verbis con
gnoscimus aliud esse quod intimat /
aliud quod sonat / Tanto autem
quisque noticie illius extraneus
redditur / quanto in sola eius
superficie ligatur / Ecce enim beatus
iob quod diei suo maledixisse
describitur / dicens / Pereat dies in
qua natus sum / et nox in qua
dictum est conceptus est homo /
Si superficies hystorie attenditur /
quid huius verbis reprehensibilius
invenitur / Quis autem nesciat
diem in qua natus est / neque
quando tunc stare potuisse / Ab or
dine quippe est temporis ut statum
non habeat mansionis / Quod
enim per ventura tendit adesse
semper ex preteritis festinat non
esse / Cur ergo vir tantus
malediceret rei / quam nequaquam
subsistere non ignoraret / Sed
fortasse aliquis dicat quod ex
eo pondus virtutis eius aspi
citur / qui tribulatione commotus
illi rei maledictum irrogat / que
constat quod minime subsistit / Sed
hoc citius perspecta ratione destruitur /
quia si subsistebat res cum
malediceret / pernitiosum maledictum
intulit / Si autem non subsiste
bat / ociosum / Quisquis vero
eius spiritu plenus est / qui aut

Regine liber quintus

Omne verbum ociosum quod locuti
fuerint homines racionem reddent
de eo in die iudicii. Ita admis-
se ociosa sicut eciam perniciosa
formidat. Cui adhuc sentencie
adiungit. Dies ille vertatur in te-
nebras et non requirat eum
deus desuper et non illustret eum
lumine, obscuret eum tenebre
et umbre mortis, occupet eum
caligo et involvat amaritudine
noctem illam tenebrosus turbo
possideat, sit nox illa solitaria
nec laude digna, expectet
lucem et non videat nec ortum
surgentis aurore. Dies qui elapsus
cursu temporis stat, cur verti in tene-
bras dicitur, et cum constaret quia
non subsistet, cur optatur ut eum
umbra mortis obscuret, ut quem
caligo occupet, quem implicatio
amaritudinis involvet, aut
quam noctem tenebrosus turbo
possideat, quam nullus status
tenet. Aut quo optatur solita-
ria fieri, que transcurrendo iam
fuit nulla, aut quo lucem ex-
spectat que sensu caret et ipso
statu non permanet. Quibus ver-
bis adhuc subiecit. Quare non
in vulva mortuus sum, egressus
ex utero non statim perii, quare
acceptus genibus, cur lacta-
tus uberibus. Nunc enim dormi-
ens silerem et somno meo re-
quiescerem. Numquid egressus ex utero
statim periisset, retribucionis me-
ritum ex hac ipsa perdicione con-
peteret. Numquid eterna requie
abortivi perfruuntur. Quisquis
enim regeneracionis unda non solvitur
reatu primi vinculi ligatus tenetur.
Quod vero apud nos valet aqua
baptismatis, hoc egit apud ve-
teres pro parvulis vel sola fides,
vel pro maioribus virtus sacrificii,
vel pro hiis qui ex Abrahe stirpe
prodierant misterium circumcisionis.
Nam quia unusquisque cum
primi parentis culpa concipitur
propheta attestatur dicens. Ecce enim
in iniquitatibus conceptus sum,

et qui salutis unda non diluit
originalis culpe supplicia non a-
mittat. Aperte per semetipsam veritas
perhibet dicens. Nisi quis rena- 103
tus fuerit ex aqua et spiritu sancto
non habebit vitam eternam. Quid
est ergo quod in vulva mortuum se
desiderat fuisse et potuisse se requi-
escere eiusdem mortis beneficio
sperat, dum constet quod nequaquam eum
requies vite susciperet, si creaturum
eum originalis culpe nequaquam
divine cognicionis sacramenta liberasset.
Qui adhuc cum quibus quiescere
potuisset adiungit dicens. Cum
regibus et consulibus quiescerem
qui edificant solitudines. Quis
ignorat quod reges terre ac consules
eo longe a solitudine sunt quo
in innumeris obsequencium cuneis
constipantur. Vel quam difficile hii
ad requiem tendunt qui tot divi-
ciarum multiplicium nexibus astrin-
guntur, scriptura attestante que ait.
Iudicium durissimum in hiis erit Cap 6
qui presunt. Unde et in ewangelio veritas
dicit. Cui multum datum est multum Luc
queretur ab eo. Qui adhuc quos 12
in eadem requie socios habuisset
insinuat dicens. Aut cum princi-
pibus qui possident aurum et
replent domos suas argento.
Rarum valde est ut qui aurum
possident ad requiem tendant, dum
per semetipsum veritas dicat. Dif- Mr
ficile qui pecunias habent intrabunt x
in regnum celorum. Nam qui in multipli-
candis diviciis inhiant, quo altius
vite gaudia perdunt. Quod tamen
redemptor noster ut valde rarum
ex solo divino miraculo evenire
posse monstraret. Apud homines inquit
hoc impossibile est, apud deum
autem omnia possibilia sunt. Quia
igitur verba hec in superficie racione
discordant, ipsa iam littera indicat
quod in eis sanctus vir iuxta litteram non
dicit. Sed si prius in sacro eloquio
alia maledicta discutimus, hoc
quod beati Iob ore prolatum est sub

Baptisma
Fides
Sacrificium
Circumcisio

tilius indagamus. Quid est enim
quod David qui retributoribus mala
non reddidit, cum Saul et Ionathas
bello occumberent, Gelboe montibus
maledicit dicens: Montes Gel-
2 Reg. 1 boe nec ros nec pluvia veniat
super vos, neque sint agri primitia-
rum, quia ibi abiectus est clipeus fortium,
Saul, quasi non esset unctus oleo.
Quid est quod Ieremias cum predica-
tionem suam cerneret audientium
difficultate prepediri, maledicit
Jer. 20 dicens: Maledictus vir qui annun-
ciavit patri meo dicens: Natus
est tibi puer masculus. Quid
ergo montes Saul moriente de-
liquerunt, quatenus in eis nec ros
nec pluvia caderet, et ab omni
eos viriditatis germine sententie
sermo siccaret. Sed quia Gelboe
interpretatur decursus, per Saul autem
unctum et mortuum, mediatoris
nostri mors exprimitur. Non immerito
per Gelboe montes superba Iudeorum
corda signantur, que dum in huius
mundi desideriis defluunt, in Christi,
id est uncti, se morte miscuerunt. Et
quia in eis unctus rex corporaliter
moritur, ipsi ab omni gratie rore
siccantur. De quibus bene dicitur ut agri
primitiarum esse non possint. Superbe
quippe Hebreorum mentes primiti-
vos fructus non ferunt, quia in
redemptoris adventu ex parte
maxima in perfidia remanentes
primordia fidei sequi noluerunt.
Sancta namque ecclesia in primitiis
suis multitudinem gentium fecunda vix
in mundi fine Iudeos quos in-
venerit suscipit, et extrema colli-
gens quasi reliquias frugum ponit.
De quibus nimirum reliquiis
Ysaias dicit: Si fuerit numerus fi-
liorum Israel quasi arena maris,
Ys. reliquie salve fient. Possunt
tamen idcirco montes Gelboe
ore prophete maledici, ut dum fru-
ctus ex arescente terra non oritur,
possessores terre sterilitatis dampno
feriantur, quatenus ipsi maledictionis
sententiam acciperent, quia apud

se mortem regis suscipere iniqui-
tate sua exigente meruissent.
Sed quid est quod apostata male-
dictionis sententiam vir ille suscepit,
qui nativitatem illius patri nun-
ciavit? Hoc nimirum tanto intrin-
secus maiori misterio plenum est,
quanto extrinsecus humana ra-
tione vacuum. Nam si quid ex-
terius rationabile fortasse sonu-
isset, nequaquam nos ad studium
interioris intellectus accenderet.
Eo ergo aliquid plenius intus
innuit, quo foris rationabile
nichil ostendit. Si enim ex ma-
tris sue utero hoc in mundo pro-
pheta affligendus prodiit, nati-
vitatis eius nuncius quid de-
signat? Sed quid per personam prophete
fluctuantis, nisi propemodum initium
veniens humanam generis mutabi-
litatis designat? Et quid per eum
illius, nisi iste de quo nascimur
mundus exprimitur? Et quis est
iste vir qui nativitatem nuncians
patri annunciat, nisi antiquus hostis,
qui cum nos in cogitationibus fluctuan-
tes considerat, malorum mentes
qui ex auctoritate huius mundi
preminet, ad persuasionem nostre
deceptionis instigat? Cumque nos
agere infirma conspexerit, ea quasi
fortia favoribus extollit, et quasi
natus masculus loquitur, cum
corruptores veri per mendacium
nos extitisse gratulatur. Patri
ergo natum masculum denunci-
at, quando huic mundo eum quem
persuaserit factum innocentie cor-
ruptorem demonstrat. Nam cum
cuilibet peccanti ac superbienti
dicitur: Fecisti sicut vir, quid
aliud quam natus masculus
in mundo perhibetur? Iure itaque
vir qui natum masculum nun-
ciat maledicitur, quia ipso eius
nuncio reprobum gaudium nostre
corruptionis indicat. Hiis igitur
scripture sacre maledictionibus dis-
cimus quid apud beatum Iob in
voce maledictionis inquirimus.

Ne quem deus post verbera et verba remunerat, lector eius verba redarguere non intelligens presumat. Quia igitur, ut tamen hec que in prefatione fuerant exquirenda distinximus, verba iam hystorie discutientes hec sequamur. Cap. iii. iiii.

9 c Post hec aperuit iob os suum et maledixit diei suo, pereat dies in qua natus sum. Non est neglecte discutiendum quod dicitur aperuit os suum. Scriptura enim sacra ex hiis que tenuit premittit exspectanda, reverenter indicat que subiungit. Sicut enim clausa vascula quid intus habeant ignoramus, aperto vero ore vasculorum quid intrinsecus contineant agnoscimus. Ita sanctorum corda que clauso ore occulta sunt, aperto ore deteguntur, et cum cogitationes detegunt, os aperire referuntur, ut intenta mente quasi apertis vasculis quid intus contineant festinemus agnoscere, ac nosmetipsos eorum in timo odore reficere. Unde et sublimia precepta domino in monte dicturo premittitur: Aperiens os suum. Audimus illic et hic accipi debeat, quia tunc os suum in preceptis aperuit, in quibus dudum aperuerat ora prophetarum. Valde autem perlectum in medium est quod dicitur: Post hec. Nimirum virtus rei que agitur variatur ex tempore sententia. Prius enim rerum vastitas, extinctio pignerum, dolor vulnerum, persuasio coniugis, adventus amicorum describitur, quem scidisse vestes, exclamantesque flevisse, pulvere capita conspersisse, et diu in terra considentes tacuisse memoratur. Ac deinde subiungitur: Post hec aperuit os suum et maledixit diei suo. Ut ipso videlicet narrationis ordine pendamus, quia nequaquam maledictum per impatientiam protulit, qui ad maledictionis vocem amicis adhuc tacentibus erupit. Si enim ira motus malediceret,

.Ira.

audito dampno substantie, cognita morte filiorum, cuius procul dubio ad maledictionem dolor excitaretur. Sed quid tunc dixit, audiamus. Ait namque: Dominus dedit, dominus abstulit. Rursus si ira motus malediceret, saltem percussus in corpore, vel male suasus a coniuge maledictum inferre potuisset. Sed quid tunc respondit agnovimus. Ait namque: Locuta es sicut una ex stultis mulieribus. Si bona suscepimus de manu domini, mala quare non sustineamus? Post hec vero describit, quia amici veniunt, flent, consident, tacent, moxque subiungitur hoc quod diei suo maledixisse perhibetur. Nimis itaque est incongruum, ut suspicetur cum nullo instigante, nullo pulsante, ex impatientia ad vocem maledictionis erumpere, qui nimirum non minus inter dampna rerum, mortemque filiorum, inter vulnera corporis, inter verba male suadentis uxoris magna creatoris preconia humili mente reddidisse. Patet ergo qua mente hec cunctis dixit, qui tot dei laudes etiam percussus emanavit. Neque enim postmodum non percussus superbire potuit, quem et in percussione dolor humilem ostendit. Sed cum certe novimus quod maledictum scriptura sacra prohibet, cur hoc aliquid fieri dicimus, quod vitari eodem sacro eloquio non ignoramus? Sciendum vero est quod scriptura sacra duobus modis maledictum memorat, aliud videlicet quod approbat, aliud quod dampnat. Aliter enim profertur maledictum iudicio iustitie, aliter livore vindicte. Maledictum quippe iudicio iustitie ipso primo homine peccante prolatum est, cum audivit: Maledicta terra in opere tuo. Maledictum iustitie iudicio profertur cum ad abraham dicitur: Maledicam maledicentibus tibi. Rursum quia maledictum non iudicio iustitie sed livore vindicte promitur

Maledictum duplex: bono [zelo] iudicii iustitie; zelo vindicte

voce pauli p̄dicantis amonemur
qui ait Benedicite et nolite male
Ro 12 dice. Et rursum Neq̄ maledici
regnum dei possidebunt. Deus q̄
maledicere dicitur et tamen male
dicere homo prohibetur. Quia q̄ ho
agit malicia vindicte deus no
facit nisi examine et virtute insti
cie. Cum vero sancti viri male
dictionis sentenciam proferunt no
ad hanc ex voto vltionis sed ex
iusticie examine erumpunt. Intus
enim subtile dei iudicium aspiciunt
et mala foris exsurgencia q̄ ma
ledicto debeat ferire recognos
cunt. Et eo in maledicto non peccant
quo ab interno iudicio non discor
dant. Hinc est q̄ petrus in offeren
Act 7 tem sibi pecunias symonem sentenciam
maledictionis intorsit dicens Pecu
nia tua tecum sit in perdicionem. Qui
enim non ait est sed sit non in
dicativo sed optativo modo hec di
xisse se signavit. Hinc helyas
duobus quinquagenariis ad se ve
4 Reg 1 nientibus dixit. Si homo dei
sum descendat ignis de celo
et consumat vos. Quorum vtrorum
q̄ sentencia quanta veritatis racione
convaluit terminus cause monstravit.
Nam et symon eterna perdicione in
teriit et duos quinquagenarios
desuper veniens flamma consumpsit.
Virtus ergo subsequens testificatur
qua mente maledictionis sentenciam
protulit. Cum enim et maledicentis
innocencia permanet et tamen
eum qui maledicitur usque ad interitum
maledictum absorbet ex vtriusque
partis fine colligitur quia ab vno
et intimo iudice rem suma (?) in supita (?)
iaculatur. Igitur si subtiliter beati iob
verba pensamus non est eius ma
ledictio ex malicia delinquentis
sed ex rectitudine iudicis. Non est
ira commoti sed doctrina tranquilli.
Quem enim ita maledicens intulit
non perturbacionis vicio succubuit
sed doctrine magisterium impendit. Vidit
quippe amicos cum clamore flere
vidit vestes conscindere vidit pul

uere capita conspersisse. Vidit co
sideracione sue percussionis obmu
tescere. Et vir sanctus inspexit
quia hii qui prospera temporalia
requirebant ex tam parte (?) mentis
prire eum temporali fractum ad iniqui
tate crediderunt. Perspexit q̄ tran
sitoria afflictione percussum de
sperate non flerent nisi ipsi despe
rantem mentem absque in co[n]formitate
in tue (?) subtrahente. Ut dum eru
pit foras in vocem doloris vul
neratus intus ostendit virtute
medicaminis dicens Pereat dies
in qua natus sum. Quid enim
designatur per diem nativitatis nisi omne
hoc tempus nostre mortalitatis in
telligitur. Quod quamdiu nos in hac
nostre mortalitatis corrupcione
retinet eternitatis nobis incom
mutabilitas non apparet. Qui
igitur diem iam eternitatis videt
egre diem sue mortalitatis sus
tinet. Et nondum quia non ait
Pereat dies in qua conditus sed
iam in tempore culpe natus. Adam
enim conditus sed Cayn primus
natus est. Quid est ergo diei
nativitatis maledicere nisi aperte
dicere dies mutabilitatis pereat
et lumen eternitatis erumpat. Sed
quia perire duobus modis
dicere solemus. Aliter enim perire di
cimus quod aliquid optamus ut non
sit et aliter perire dicimus quando
optamus ut male sit. Hoc quod
de hoc die subditur. Obscuret
eum caligo et involvat amari
tudine liquido ostenditur quia dies
iste non ita ut non sit sed ita
perire optatur ut male sit. In
volui enim amaritudine non potest
quod omni modo perditum est. Hoc
autem tempus mutabilitatis nostre non ita
~~non~~ quandoque ~~ita~~ periturum id est
transiturum est ut male sit sed
ut penitus non sit. Angelo in
sacro eloquio attestante qui ait
Apoc 10 Per viventem in secula quia tempus
iam non erit. Nam et si propheta
dicit Erit tempus eorum in eternum

Pereat dies in qua natus sum sed in die quo perceinsticie (?) homo conditus est.

v B

Perit aliquid duobus modis.

quia per momenta tempus deficit
nomine temporis eorum defectum notat
ostendens quod sine fine omnimodo
defectu deficiunt, hii qui aversi
onis in time contemplacione separantur.
Eterna ergo nostre mortalitatis
hoc tempus non ita ut male
sit, sed ita pereat ut non sit, sed ita
perire optatur ut male sit. Humana
enim anima seu angelicus spiritus
ita inmortalis est ut mori non
possit. Nam bene vivere sine per
vicium, sine supplicium perdit,
essencialiter autem vivere neque per vi
cium neque per supplicium amittit. A
qualitate enim vivendi deficit, sed
omnimodo subsistendi interitum
nec moriens sentit. Ut ergo
breviter dicimus et inmortaliter
mortalis est, et mortaliter inmortalis.
Dum ergo dies ut pereat optatur
et paulo post in volvendum amari
tudine dicitur, quid credamus quod
sanctus vir diei nomine exprimere
voluit nisi apostatam spiritum,
qui in vivendi essencia eciam mo
riendo subsistit, quem perdicio
vite non subtrahit, quia in eterno
dolore positum pinado mors
in mortalis extinguit, qui iam
altitudinis gloria deiectus ad
huc optatur ut pereat, ut videlicet
retrusus dignis suppliciis
eciam temptandi licenciam
amittat. Iste nimirum se diem
exhibet, quia per prospera se illi
cit, sed in noctis tenebris desinit
quia ad adversa perducit. Diem
namque ostendebat cum diceret: In
quacumque die comederitis ex eo
aperientur oculi vestri et eritis sicut
dii. Sed noctem intulit cum
ad mortalitatem tenebras perdu
xit. Dies itaque est illata pro
missio meliorum, sed nox est
exhibita ipsa experiencia cala
mitatum. Antiquus hostis dies
est per naturam bene conditus, sed
nox est per meritum ad tenebras
dilapsus. Dies est cum pollicendo

pereundi est quod sit ita non ita ut non sit

possit in mortalis ut mori

Gen 3

bona humanis aspectibus se lucis
angelum simulat, Paulo at
testante qui ait: Ipse enim satha 2 Cor 11
nas transfigurat se in angelum lucis.
Sed nox est, cum mentes consenci
encium per erroris tenebras obscurat.
Vir igitur sanctus in dolore pro
prio casum tocius humani generis
deflens, et in speciale omnimodo
in morbi vulnere cogitans reducit
ad animum originem culpe, et con
sideracione iusticie dolorem temperat
pene. Videat humanum genus unde
quo cecidit, et dicat: Pereat dies in vi
qua natus sum et nox in qua
dictum est: conceptus est homo. Ac d
si aperte dicat: Pereat spes ab apo
stata angelo illata, qui diem se
simulans ex promissione divinitatis
emicuit, sed noctem se exhibens
lucem in nobis nostre inmortalitatis
obscuravit. Pereat antiquus hostis
qui lucem promissionis ostendit
et peccati tenebras contulit, qui quasi
diem se blandiendo innotuit
sed usque ad tenebrosam noctem
ex impressa cordis cecitate per
duxit. Sequitur: Dies ille vertatur
in tenebras, quasi lucet dies iste
mentibus hominum cum pravitatis
eius persuasio prospera creditur, et
qualis sit intrinsecus non videtur,
sed cum iniquitas illius sicut est
agnoscatur, dies false promissionis
quasi quibusdam enim (?) nostri
oculos tenebris obscuratur, quia
videlicet qualis est in inicio, talis
prospiciatur in blandimento. In tenebras
ergo dies vertitur, cum adversa
intelligimus eciam que suaden
do prospera pollicetur. In tenebras
ergo dies vertitur, quando antiquus
hostis qualis est serviens, talis
a nobis prospicitur etiam sub blan
dimentis latens, ne fictis prosperita
tibus quasi ex diei lumine illudat
et veris miseriis ad peccati tene
bras trahat. Sequitur: Non requirat
eum deus desuper, et non illustret
lumine. Omnipotens deus sicut ex ni
chilo bona facere potuit, ita cum

volunt per incarnationis sue myste
rium etiam perdita bona reparavit.
Duas vero ad intelligendum se cre
aturas fecit. Angelicam videlicet
et humanam. Utramque vero super
bia pertulit atque ab statu inge
nite rectitudinis fregit. Sed una
inte tegimen carnis habuit. alia no
nichil infirmum deceptione gestat.
Angelus namque spiritus solummodo.
homo vero est spiritus et caro. Mi
sertus ergo creator ut redimeret
illam ad se debuit reducere. quam
in perpetratione culpe ex infirmitate
aliquid constat habuisse. et eo altius
debuit apostatam angelum re
pellere. quo a persistendi fortitu
dine corruit. nichil infirmum ex
carne gestavit. Unde et recte per ps
almistam redemptore hominibus dicitur
cum misertus ipsum quoque causam
nunc expressit
dicens. Et memoratus quia
caro sunt. Ac si aperte diceret. Quo
rum infirma vidit eo districte
punire culpas noluit. Est ad
hunc aliud quo et perditus homo
reparari debuit. et superbiens spiritus
reparari non potuit. Quia in
minimum angelus sua malicia ce
cidit. hominem vero aliena pro
stravit. Quia ergo humanum
genus ad lucem per redemp
toris adventum reducitur. apo
stata vero angelus ad restaura
tionis lucem nulla spe venie
nulla conversionis emendatione
revocatur. dicitur recte. Non requirat
eum deus desuper et non illustret
lumine. Ac si aperte dicetur. Quia
ipse tenebras intulit. toleret sy
ne quod fecit. nec umquam lumen
pristini status recipiat. quia hoc
etiam non suasus amisit. Se.
Obscuret eum tenebre et umbra
mortis. Per umbram mortis
oblivio debet intelligi. quia
sicut mors interimit vitam. ita
oblivio extinguit memoriam.
Quia ergo apostata angelus
eterne oblivioni traditus um
bra mortis obscuratur. dicitur
ergo obscuret eum tenebre et

umbre mortis. id est sic eum
erroris sui cecitas obruat. ut
nequaquam ad lucem penitentie
per divinum respectus memoriam
resurgat. Occupet eum caligo
et involvatur amaritudine. An
tiquus hostis malicie sue vincu
lis astrictus. Aliud est quod nunc
patitur. aliud quod in fine pacietur.
Quia enim a lucis intime or
dine cecidit. nunc semetipsum
in tisertus erroris caligine con
fundit. Sed post hoc amari
tudine involvetur. quia ex mo
tito spontanee caliginis eterno
gehenne tormento cruciatur. Di
catur ergo. Is quem cecitate luc
intime perdidit. quid est quod an
extimum supplicium toleat. Occu
pet eum caligo. subiungitur et cer
iam. que illum pena sequens
sine termino devastat. et volvatur
amaritudine. Omne quippe
quod involutum est fine suum quasi
nusquam indicat. quia sicut non
ostendit quo incipit. ita non
detegit quo desistit. Involvi
ergo amaritudine antiquus hostis
dicitur. quia superbie eius suppli
cia non solum omnimoda. sed
etiam infinita perpetrantur. Que vero
eius pena tunc in eternum accipit
cum districtus ad extremum iudicium
iudex venit. Unde bene subditur.
Noctem illam tenebrosus turbo
possideat. Scriptum quippe est.
Deus manifeste veniet. deus
noster et non silebit. Ignis in con
spectu eius ardebit. et in circuitu
eius tempestas valida. Te
nebrosus ergo turbo hanc
noctem possidet. quia aposta
tam spiritum a conspectu districti
iudicis ad eterna supplicia pa
nenda illa tempestas rapit.
Turbine igitur nox ista possi
detur. quia superba eius cecitas
districta animadversione penitur.
Se. Non computetur in diebus anni
nec numeretur in mensibus. Annum
predicatoris superne gratie non

vii ff

Dyabolus post iudicium acrius
punietur

2

Quare homo reparatus
est non angelus
Hoc [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

in conversione accipimus, quia sicut in anno congestis diebus tempus perficitur, ita in superna gratia virtutum multiplex vita completur. Potest per annum etiam multitudo intelligi redemptorum, quia sicut ex dierum multitudine annus ducitur, ita ex collectione bonorum omnium illa electorum innumerabilis unanimitas expletur. Hunc namque annum pro ipsa multitudinis universitate Ysaias propheta dicit dicens: Spiritus domini super me eo quod unxit me, ad annunciandum mansuetis misit me, ut mederer contritos corde, et predicare captivis indulgentiam et clausis apertionem, et predicarem annum placabilem domino. Annus placabilis domini predicatur, cum futura plebs fidelium veritatis lumine illustranda predicitur. Quid vero per dies nisi singule queque electorum mentes, quid per menses nisi multiplicitate eorum ecclesie que unam catholicam faciunt designantur? Illa ideo nox non computetur in diebus anni nec numeretur in mensibus, quia antiquus hostis superbie sue tenebris pressus adventum quidem redemptoris conspicit, sed nequaquam ad veniam cum electis redit. Hinc enim scriptum est: Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahe apprehendit. Ideo namque redemptor noster non angelus, sed homo factus est, quia hoc procul dubio fieri debuit quod redemit, ut et perditum angelum non apprehendendo desereret, et hominem in semetipso apprehendendo repararet. Possunt etiam dies hii qui in eterna luce permanent angelici spiritus, menses autem eorum ordines et dignitates intelligi. Singuli enim quique spiritus quia lucent dies sunt, sed quia certis congruisque dignitatibus distinguuntur, ut alii throni, alii dominationes, alii principatus, alii potestates sint, pro hac distributione ipsa agminum menses vocantur. Sed quia antiquus hostis nequaquam ad meritum lucis, nequaquam ad ordinem supernorum agminum reducitur, nec in diebus anni numeratur nec in mensibus. Sic quippe agminum perpetua superbie cecitatis gravatur, ut ultra ad illa claritatis intime agmina superna non redeat, neque iam stantibus lucis dignitatibus admiscetur. Quia tenebrarum suarum merito semper ad yma deprimitur. Quia in quantum ab illa patrie celestis frequentia exsors in perpetuum permanet, recte adhuc subiungitur: Sit nox illa solitaria nec laude digna. Nox illa solitaria efficitur, quia districtione perpetua a frequentia patrie superne separatur. Quod tamen intelligi et aliter potest, ut videlicet hominem quem sibi socium ad perditionem fecerit amittat, et solus cum suo corpore hostis pereat, dum multos quos destruxerat redemptoris gracia reformat. Solitaria ergo nox efficitur, cum sublatis eis qui electi sunt, solus antiquus hostis eternis ignibus gehenne mancipatur. Bene autem dicitur: Nec laude digna. Cum enim humanum genus erroris tenebris pressum deos lapides crederet, per hoc quod ydolis serviebat, quid aliud quam seductoris sui facta laudabat? Unde bene per psalmistam dicitur: Omnes ... Quia nichil est ydolum, sed que immolant gentes demoniis immolant. Cum ergo ydolorum veneratione subtracti sunt, quid aliud quam noctis tenebras laudaverunt? Sed ecce iam cernimus quia nox illa non esse laude digna comprobatur, cum a corde humano que ydolorum veneratio reprobatur, et solitaria nox relinquitur. Quia cum dampnato apostata spiritu ad tormenta non itur. Sequitur: Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare leviathan. Iuxta translacione veri non ita dicitur. Sed quia

ledicat eam qui maledicunt diem qui capturus est grande cetum. Quibus verbis aperte ostendit quod a sancto viro in fine mundi ventura antichristi perdicio previdetur. Malignus namque spiritus qui promeritum nox est, diem se in mundi fine simulat, cum se quasi deum hominibus ostendit, cum claritatem sibi divinitatis fallaciter tribuit et supra omne se quod vel deus dicitur aut colitur extollit. Noctem ergo maledicit, qui maledicit diem. Quia tunc ille eius maliciam destruet illustracione adventus sui. Tunc etiam fortitudinis eius potenciam extinguit. Unde et bene subiungitur: Qui capturus est grande cetum. Huius enim ceti fortitudo in aquis capitur, quia antiqui hostis versucia baptismi sacramento superatur. Sed quod veteri translatione de auctore omnium dicitur, hoc de translatione hac que apud nos de hebreo est arabicoque sermone dictata, de electis eius angelis memoratur. De his namque dicitur: Maledicant ei qui maledicunt diei. Diem se quippe iste superbiens spiritus ostentare etiam angelicis potestatibus voluit, cum se super ceteros quasi in potestate divinitatis extollens, tot post se ad interitum legiones traxit. Sed hii nimirum qui in auctore suo humili corde perstiterunt, cum errorem eius nocte mersum conspicerent, diem claritatis illius de semetipsis humilia senciendo calcaverunt. Quia nunc nobis dolo eius tenebris indicatur quam sit illius despicienda ficta claritas devincunt. Dicat ergo de tenebrosa nocte que humane infirmitatis oculos claudit: Maledicant ei qui maledicunt diei, id est illi electi spiritus erroris eius tenebras dampnando devincant, qui magnitudinem claritatis illius iam ab exordio fictam viderunt. Bene autem subditur: Qui parati

sunt suscitare leviathan. Leviathan quippe interpretatum dicitur additamentum eorum, quorum scilicet nisi hominum. Recte autem additamentum eorum dicitur, quia postquam primam culpam mala suggestione intulit, hanc cottidie augere pravioribus persuasionibus non desistit. Vel certe per ex probricationem leviathan vocatus est, id est additamentum hominum. Deus eos namque in paradiso immortales repperit, sed divinitatem immortalibus promittendo, quasi eis aliquid ultra quam erant se addere spopondit. Sed dum blande non habita se daturum perhibuit, callide et habita subtraxit. Unde eundem leviathan etiam per prophetam describit dicens: Super leviathan serpentem vectem, super leviathan serpentem tortuosum. Ysa. 27 Leviathan quippe iste in eo quod se addere hominibus spopondit, tortuosis ad eum sinibus irrepsit, quia dum falsa et impossibilia promittit, vera et possibilia substulit. Querendum vero nobis est, cur qui serpentem dixerat tortuosum, quod illico subiungebat, interposuit vectem, nisi forte quod in serpentis tortitudine fluxa mollicies, in vecte autem est duricia rigiditatis. Ut ergo hunc durum signaret et mollem, et vectem nominat et serpentem. Durus quippe est per maliciam, mollis per blandimenta. Vectis ergo dicitur quia usque ad necem percutit, serpens autem quia se per insidias molliter infundit. Sed hunc leviathan electorum angelorum spiritus nunc in puteo abyssi clausum premunt, ix m unde scriptum est: Apoc. 20 Vidi angelum descendentem de celo habentem clavem abyssi et cathenam magnam in manu sua et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est dyabolus et sathanas, et ligavit eum per annos

mille et misit eum in abyssum.
Quem tamen in mundi fine ad
apertiora certamina reuocat, et
totum contra nos in suis viribus
relaxat. Unde illic rursum scriptum
est: Cum completi fuerint anni mil-
le soluetur sathanas. Iste enim
apostata angelus, quia ita
conditus fuerat, ut angelorum ceteris
legionibus emineret, ita superbie
deo succubuit, ut nunc stantium
angelorum dicioni substratus sit,
cuius vel nunc ad utilitatem ma-
ius virtutibus religatis lateat,
vel tunc ad probationem nostram eis
relaxatis totis se contra nos
viribus solutus exerceat. Quia
igitur electi spiritus superbum apostatam
deprimunt, qui humiles sunt, sese
noluerunt, ipsique administrantibus
disponitur, ut ad interitum apti
certaminis destruendus funditus
reuocetur, dicitur recte: Qui para-
ti sunt suscitare leuiathan.
Qui tamen hostis callidus
ad aperta bella necdum suscita-
tus est, quomodo quorundam
mentes nox ista latenter obscu-
ret insinuet. Sequitur: Obte-
nebrentur stelle caligine eius.
In scriptura sacra stellarum nomine
aliquando sanctorum iusticia, que in huius
vite tenebris lucet, aliquando vero
hypocritarum fictio demonstratur, qui
bona que faciunt ad percipien-
das laudes hominibus ostendunt.
Si enim recte viuentes stelle
non essent, nequaquam paulus dis-
cipulis diceret: In medio nationis
praue et peruerse, inter quos luce-
tis sicut luminaria in mundo. Rur-
sum si inter eos qui recte agere
videntur quidam de actione sua
retributionem fauoris humani
non quererent, nequaquam stellas
ruere iohannes de celestibus
videret dicens: Misit draco cau-
dam et traxit terciam partem
stellarum. Draconis enim cauda
stellas post se trahit, quia extrema

persuasione antichristi quidam qui
videntur lucere rapientur. Stellas
namque in terram trahere est eos qui
videntur studio vite celestis inhe-
rere, ex amore terreno in iniquitate a-
perti erroris inuoluere. Sunt nam-
que nonnulli qui ante humanos oculos
velut magnis operibus lucent, sed
quia hec ipsa opera a mundo corde
non prodeant, capti in occultis co-
gitationibus noctis huius tenebris
obscurantur, qui sepe ea que mundo
corde non faciunt, etiam opere
amittunt. Quia ergo nox pre-
ualere permittitur, qui inter bona opera
cordis intentionem minime mundant,
dicitur recte: Obscurentur stelle cali-
gine eius, id est, tunc eos qui
ante humanos oculos quasi bonis
operibus splendent, malicia antiqui
hostis obscurari preualeat, et hoc
quod ante humana iudicia susceperunt
lumen laudis deponant. Caligine
quippe noctis obscurantur, cum cor-
ruptionis aperto errore confunduntur, ut
nimirum tales etiam foris in ac-
tione appareant, quales apud semet-
ipsos intus districto pare iudicio
non formidant. Sequitur: Expectet
lucem et non videat nec ortum
surgentis aurore. Incarnata veritas
dicit: Ego sum lux mundi. Sic- Jo. 8
ut autem idem redemptor noster vna
persona est cum congregatione bonorum,
ipse namque est caput corporis,
et nos huius capitis corpus, ita
antiquus hostis vna persona est
cum cuncta collectione reproborum,
quia ipse eis ad iniquitatem caput
supereminet. Illi autem dum ad
usum deseruiunt, velut subiectum
capiti corpus inherent. Quid ergo
de hac nocte id est antiquo hoste
dicitur dignum est ut ad corpus eius
id est in iniquos quosque diriuetur.
Quia igitur redemptor humani
generis lux est, quid est quod de hac
nocte dicitur: Expectet lucem et
non videat, nisi quod sunt nonnulli
qui fidem quam operibus destruunt,

R

Apoc. 12

tene se sermonibus audiunt. De quibus
per Paulum dicitur: Qui confitentur
Tit. 1 se nosse Deum, factis autem negant.
Hii nimirum aut prava faciunt
aut recta opera non recto corde
sectantur. Non enim de summis operibus
retribuciones perpetuas, sed transito
rios favores querunt. Et tanto
qui sanctos laudari se audiunt
esse se sanctos vaciter arbitrantur. Et
quanto se ex multorum estimacione
irreprehensibiles putant, tanto de
districti iudicii securius exspectant.
De quibus bene per prophetam dicitur:
Amos Ve desiderantibus diem Domini.
Quibus beatus Iob debita simi
7 litudine profert predicentis studio, non
optantis voto dicens: Expectet
rp lucem et non videat. Mox quippe
illa videlicet tenebrosus hostis
in tenebris suis lucem exspectat
et non videt, quia hii qui fidem
sine operibus retinent, cum per eadem
fidem in extremo iudicio salvari
se posse confidunt, spes eorum
frustrabitur, quia hanc vivendo
demoliti sunt, quam confitendo
tenuerunt. Vel hii qui per humana
laude in bona actione se exhibet
in cassum a veniente iudice ret
ribucionem bonorum operum sperant, qua
dum hec in ostentatione faciunt
laudis, iam premium ab humano ore
receperunt, veritate attestante que
Mt 6 ait: Amen dico vobis, receperunt
mercedem suam. Ubi recte subditur:
Nec ortum surgentis aurore.
Aurora quippe dicitur ecclesia, que a peccatorum
suorum tenebris ad lucem iusticie
permutatur. Unde et hanc sponsus
Cant 6 in canticorum cantico miratur dicens:
Que est ista que progreditur quasi
aurora consurgens? Quasi aurora
quippe electorum surgit ecclesia,
que pravitatis pristine tenebras
deserit et sese in novi luminis
fulgorem convertit. In illa igitur luce
que in districti iudicis adventu
oritur, corpus dampnati hostis
ortum surgentis aurore non videt.
Quia cum districtus iudex ad
retribucionem venit, iniquus quisque

suorum caligine meritorum pressus
quanta claritate sancta ecclesia
in ceterum lumen surgat ignorat.
Tunc namque electorum mens in altum
rapitur, ut divinitatis radiis illus
tretur, et quo eius respectu perfun
ditur, eo ultra se gratia coruscante
sublevatur. Tunc sancta ecclesia plene
aurora fit, cum mortalitatis atque
ignorantie sue tenebras funditus
amittit. In iudicio ergo adhuc
aurora est, sed in regno dies,
quia et si iam cum restauratione
corporum videre lumen inchoat in
iudicio, eius tamen visum plenius
in regno consummat. Ortus itaque
aurore est exordium clarescentis
ecclesie, quem videre reprobi nequeunt,
quia a conspectu districti iudicis
malorum suorum pondere pressi ad te
nebras pertrahuntur. Unde recte per
prophetam dicitur: Tollatur impius ne Isa 26
videat gloriam Dei. Hinc est quod
de hac aurora per psalmistam dicitur: Abscon
des eos in abscondito vultus tui
a conturbatione hominum. Electus enim
quisque in iudicio per intimam visionem
in vultu divinitatis absconditur,
dum reproborum foris cecitas dis
tricta animadversione iusticie re
pulsa turbatur. Quod etiam ad presens N
non inconvenienter accipimus, si si
mulatorum corda subtilius in
dagamus. Arrogantes namque
et ypocrite bonorum facta extrinsecus
aspiciunt, atque ipsos vel eos in sanctis
suis laudari ab hominibus agnoscunt,
eorumque celebre nomen mirantur,
et quia per bene gesta laudes suscipi
unt vident. Aperta eorum opera
considerant, sed que sola spe in intima
hec operentur ignorant. Qui enim vera
luce iusticie clari sunt, plus a te
nebris interne intencionis in mentium
ut obscuritate intus tremere ap Sic
peticionis plene serviunt, et corda
sua ad superne lucis desideria per
fecte convertunt, ne cum aliis ap
parent lucidi, sint sibimet ob
scuri. Arrogantes ergo quia bonorum
facta considerant, corda non penetrant.

mirantur unde laudari foris valeant, non unde intus ad superne luminis surgant, et quasi ortum surgentis aurore nesciunt, qui in tentatione religiose mentis considerare contempnunt.

xi Potest etiam sanctus vir gratia prophetie spiritu plenus Iudee perfidia redemptore veniente conspicere eiusque cecitatis dampna per verba hec que ex optantis qualitate prophetare, ut dicat: Expectet lucem et non videat nec ortum surgentis aurore. Iudea quippe lucem expectavit et non vidit, quia humani generis redemptorem venturum quidem prophetando sustinuit, sed venientem minime cognovit, et quos ad spem aperuit mentis oculos ad presentia lucis clausit, que et surgentis aurore ortum non vidit, quia infirma illa sancte ecclesie primordia venerari contempsit, unde hanc labefactari suorum operum moribus credidit, ad que fortia perveniret ignoravit. Sed quia deus fidelibus loquens in ipsum caput membra innotuit, ad ipsum rursum in ignorantium caput verba convertit dicens: Quia non conclusit ostia ventris qui portavit me nec abstulit mala ab oculis meis. Quis utique homini venter est nisi hoc universo humano generi exstitit habitaculum illa summa paradisi? Ex ipsa namque humanum genus velud ex ventre prodiit, et quasi ad incrementa corporis sic ad augmenta propaginis foris emanavit. Ibi conceptos interna concluderet, ubi origo hominum homo primus exstitit. Sed huius ventris ostia serpens aperuit, quia persuasione callida in corde hominis mandatum celeste dissolvit. Huius ventris serpens ostia aperuit, quia munita superne mentis claustra irrupit. Beatus igitur vir in pena quam tolerat ad culpam mentis oculos reducit,

doleat de hoc quod tenebrosa nox, id est antiqui hostis tenebrosa suggestio, humanis mentibus intulit; doleat hoc quod suggestioni callide humana mens in sua deceptione consensit, et dicat: Quia non clausit ostia ventris qui portavit me, nec abstulit mala ab oculis meis. Nec moveat quod conclusisse non quivit, que aperuisse paradisi ianuam detestatur. Non conclusit enim dicat aperuit, et mala non abstulit irrogavit. Quasi auferret enim si quiesceret, et quasi clauderet si ab irruptione cessaret. Pensat nam quod de eo quo loquitur et perpendit quod pravo spiritui quasi lucra nobis dedisse fuat, si dampna non intulisset. Sic nos de latronibus loquimur, quia captis suis donant vitam si non abstulerint.

xii Libet hec ab inchoatione repetere atque ex eo ut in usu presentis vite recognoscimus moraliter retractare. Beatus Iob considerans postquam a mentis statu succubuit genus humanum, quanta in rebus prosperis fiducia sublevetur vel quanta ex adversis perturbatione frangatur, ad illum que in paradiso habere potuit incommutabilitatis statum mente recurrit, et mortalitatis lapsum per prospera et adversa variante, quem despicabilem cerneret, maledicendo declaravit dicens: Pereat dies in qua natus sum et nox in qua dictum est conceptus est homo. Quasi dies quedam est cum nobis huius prosperitatis arridet, sed dies iste in noctem desinit, quia sepe temporalis prosperitas ad tribulationis tenebras perducit. Hunc prosperitatis diem propheta despexerat cum dicebat: Diem hominis non concupivi, tu scis. Hanc tribulationis noctem postremo in remuneratione sine tempore passurum se dominus minitabat, cum psalmiste quasi exposito diceret: Usque ad noctem increpuerunt me renes mei. Potest autem per diem presentis delectatio.

p noctem vero cecitas mentis in
telligi. per quam se homo patitur in
culpe perpetratione prosterni. Optat
igitur perire diem, ut omne quod blan culpa
diri cernitur vigore iusticie in
veniente destruat. Optat eciam
perire noctem ut quod cecata mens
eciam per consensum perpetrat. ani
adversione penitentie extinguatur.
Sed querendum nobis est, cur in
die homo natus dicitur et in nocte
conceptus. Scriptura sacra tribus
modis hominem appellat. scilicet aliquando
per naturam, aliquando per culpam, aliquando
per infirmitatem. Homo quippe per
naturam dicitur sicut scriptum est faci
amus hominem ad ymaginem et
similitudinem nostram. Homo vero
per culpam. sicut scriptum est Ego
dixi dii estis et filii excelsi omnes,
vos autem sicut homines moriemini.
Ac si aperte diceret, Sicut delin
quentes obitis. Unde et paulus
ait, Cum sit inter vos zelus et
contencio, nonne carnales estis
et secundum hominem ambulatis. ac si
aperte dicat. Qui discordes men
tes ducitis. Nonne adhuc ex re
prehensibili humanitate peccatis. Ho
per infirmitatem, sicut scriptum est
Homo in die nascitur. sed in nocte
concipitur. quia nequaquam ad delec
tacionem peccati rapitur, nisi prius per vo
luntarias mentis tenebras infir
metur. Ante enim cecus in mente
fit, et post modum se reprobe delecta
cioni substernit. Dicatur ergo, Pereat
dies in qua natus sum, et nox
in qua dictum est conceptus est homo
id est pereat delectacio que in culpa hominem
rapuit. Pereat inconsulta infirmi
tas. que usque ad tenebras perpetrantis
consensus excecavit. Homo enim
dum blandimenta delectacionis
caute non prospicit, eciam in noc
tem nequissime perpetracionis ruit.
Solerter ergo vigilandum est, ut
cum blandiri culpa inchoat, ad
quantum interitum mens trahatur ag
noscat. Unde et apte subditur
Dies ille vertatur in tenebras. Dies

quippe in tenebris vertitur. cum cul
pa in ipso delectacionis exordio,
ad quem perdicionis finem rapiat
videtur. In tenebris diem vertimus
cum nosmetipsos districte puni
entes ipsa delectacionis prave bla
dimenta, per districta penitentie lame
nta cruciamus, cum flendo insec
quimur quod quod in corde taciti
ex delectacione peccamus. Quia
enim fidelis quisque cogitaciones
in iudicio examinari subtiliter non
ignorat. Paulo attestante qui Ro 2
ait Inter se invicem cogitacionum
accusancium, aut eciam defendencium
semetipsum introrsus discu
ciens, animum iudicium vehementer ex
aminat, ut districtus iudex
eo iam tranquillius veniat quo
reatum suum appetere appetit ut quem desiderat
per culpa punitum cernit. Unde
recte subditur Non requirat eum
deus desuper. Requirit deus quod
iudicando discutit, non requirit
que ignoscendo in suo iam iu
dicio impunita derelinquit. Hic
itaque dies id est hec peccati delectacio a
domino non requiritur si animi
adversione spontanea punitur
Paulo attestante qui ait Si 1 cor 11
nosmetipsos diiudicaremus
non utique a domino iudicaremur.
De eo itaque diem nostrum requirere
est, contra mentem nostram in iudicio
omne quod de culpa gratulatur
in dagare, in qua scilicet in conspectu
illum tunc severius percutit que
nunc mollius peccasse deprehen
dit. Bene autem sequitur Et non
illustret lumine suo. In iudicio
namque deus apparens. omne quod
tunc redarguit lumine illustrat.
Quasi enim sub quadam obscu
ritate tegitur quod ab eo tunc in memo
riam iudicis non revocatur. Scrip
tum quippe est Omnia autem que
arguuntur a lumine manifestantur. Quam
quedam tenebre peccati penitenti
um abscondunt. De quibus per
prophetam dicitur Beati quorum remisse

Maledictus homo qui sperat pro post domino
aperte dicit in Infirmitate

sunt iniquitates et quorum tecta
sunt peccata. Quia ergo omne
quod tegitur velut in tenebris
occultatur, in die extremi iudi-
cii non illustrat lumen, quod discu-
tit visione. Actus namque meos
quos tunc iuste punire voluit
ipsa sibi aliquando divina misericordia
parciens abscondit. In luce quippe
ostenditur quidquid tunc in conspec-
tu omnium dampnatur. Hic ergo
dies vertitur in tenebras, ut videlicet
omne quod delinquimus, nos per
punitionem feriamus. Hunc diem
dominus non requirat, et lumen non
illustret, ut saltem nobis culpa
nostram ferientibus, ad visionem non
increpet. Ipse autem iudex ve-
turus est, qui cuncta penetret
cuncta perstringat, quia qui ubi-
que est, locus quo fugiat non
est. Sed quia contricionis nostre
fletibus placatur, solus ab illo
locum fuge invenit, qui post
perpetratam culpam nunc se in
pena abscondit. Unde et apte
adhuc de hoc delectacionis
die subiungitur. Obscuret eum (inquore)
tenebre et umbra mortis. Die
profecto tenebre obscurant, quando
delectacionem mentis inflicta pe-
nitencie lamenta transuberant.
Possunt etiam per tenebras oc-
culta iudicia designari. In
luce namque quod videmus agno-
scimus. In tenebris vero aut
omnino nichil cernimus aut incerto
visu caligamus. Occulta non
iudicia quasi quedam ante nostros
oculos tenebre sunt quia per-
scrutari nequaquam possunt.
xiii p Unde et de deo scriptum est: Po-
suit tenebras latibulum suum.
Et quia ab ipso non meminimus
agnoscimus. Sed penitente
nos divina gratia per occulta iu-
dicia eius liberamur. Diem ergo
tenebre obscurant, cum flendum
nostre delectacionis gaudium
ab illo iuste animadversionis
radio in scrutabilia eius iudicia

ut non sit in vita ita oblivio ... que in tempore agitur

misericordie occultant. Unde et apte
subiungitur: Et umbra mortis. In
scriptura enim sacra umbra mortis
aliquando oblivio mentis accipitur,
aliquando imitacio dyaboli, aliquando
mors carnis. Umbra enim mor-
tis oblivio mentis accipitur,
quia ut superius diximus, sicut
mors hoc quod interficit agit, ut
non sit in memoria. Unde recte
quia Iohannes hebreorum populo
cuius obliti fuerant deum
predicare veniebat, per Zachariam (Luc 1)
dicitur: Illuminare hiis qui in tenebris
et in umbra mortis sedent. In um-
bra enim mortis sedere est ab di-
vini amoris noticia in oblivi-
one lassescere. Umbra mortis
antiqui hostis imitacio accipitur.
Ipse enim qui mortem intulit
mors vocatur Iohanne attestante (Apok)
qui ait: Et nomen illi mors. (6)
Umbra enim mors igitur mortis
eius imitacio designatur, quia
sicut umbra mortis iuxta qualitates
corporis ducitur, ita acciones de-
specie imitacionis eius exprimuntur.
Unde recte ysaias cum gentiles
populos in antiqui hostis cerneret
imitacione deficere, eosque ad veri
ortum solis resurgere, quia certe
futura considerat, quasi ex preteritis
narrat dicens: Sedentibus in tene- (Ysa 9)
bris et in umbra mortis, lux or-
ta est eis. Umbra mortis mors
carnis accipitur. Quia sicut vera
mors est que animam separat
a deo, ita umbra mortis est, qua
caro separatur ab anima. Unde recte
voce martirum dicitur per prophetam: Humi-
liasti nos in loco afflictionis et
cooperuit nos umbra mortis.
Quos enim constat non spiritu, sed
sola carne mori, nequaquam se
vera morte, sed umbra mortis
dicunt operiri. Quid est quod beatus (3)
iob ad obscurandum diem, prave
delectacionis postulat umbram
mortis, nisi quod ad delenda peccata
ante dei oculos et hominum media-

torem requirit / qui solam pro
nobis mortem carnis suscipet /
et utramque mortem delinquentium per
umbram sue mortis delet / ad
nos quippe venit / qui in mor
te spiritus carnisque tenebamur /
unam ad nos sua morte de
tulit / Et duas nostras quas re
perit depulit id est resoluit / Si
enim ipse utramque suscipet nos
a nulla liberaret / Sed unam mise
ricorditer ~~suscepit~~ accepit / et
iuste utramque dampnavit / sim
plam suam duple nostre cotulit
et duplam nostram moriens sub
egit / Unde et non inmerito
uno die in sepulchro et duabus
noctibus iacuit / quia videlicet
lucem sue simple mortis / tene
bris duple mortis nostre ad
iunxit / Qui ergo sola pro nob.
mortem carnis accepit / um
bram mortis pertulit / Et a dei
oculis culpam quam fecimus ab
scondit / Dicatur ergo recte Obscu
rent eum tenebre et umbre
mortis / Ac si aperte dicat ille
veniat / qui a morte carnis
et spiritus debitores eripiat / mor
tem carnis non debens solvat
Sed quia multum peccatum dominum
in ultum relaxat / Aut enim hoc nos
flendo insequimur / aut ipse iudi
cando / restat ut ad emendacionem
suam mens solerter vigilet /
Jugiter ergo sibi quisque in cordis
sub vertere conspiciet / Hoc necesse est
ut confitens tergat / Unde et aperte
subiungitur / Occupet eum caligo /
Quia enim in caligine oculus
confunditur / ipsa peccatorum mentis
nostre confusio / caligo nominatur /
Nam sicut caligo nebulosa con
gerie obscurat diem / ita con
fusio perturbatis cogitacionibus
obruit dictum / Est confusio addu
cens gloriam / Cum enim ad mentem
tem male gesta reducimus
penitendo / gratiam mox merore
confundimur / per strepet in anima
turbata cogitacionum / meror con

terit / anxietas devastat / In e
impiu mens vertitur / Et quasi
quodam nubilo caliginis ob
scuratur / Hec namque caligo con
fusionis eorum mente salubriter
oppresserat / quibus Paulus dice
bat / Quem enim fructum habuistis
in illis / in quibus nunc erubescitis /
Hunc ergo peccati diem caligo
occupet / id est blandimentum
nequitie / afflictio penitentie / digno
merore perverbet / Unde et aperte
subiungitur / Involvatur amari
tudine / Dies enim amaritudine
involvitur / cum ad cogitacionem
mente redeunte peccati blandime
nta cruciatus penitentie sequuntur /
Diem amaritudine involvimus
cum prave delectacionis gaudium
que supplicia sequantur aspicimus /
et asperis hoc fletibus tundamus
Quia enim hoc quod in voluntate ex
latere omnis peccatis operitur / Involvi
dies amaritudine optatur / quotiens
que mala in correctis immineat /
ex omni parte quisque conspiciat /
et voluptatis sue laetitiam tristitie
lamentis tergat / Sed si diem
quam peccati delectacionem diximus tot
ut imperii partibus audivimus / ut
videlicet cruciates fletus expiet
quid quod delectatus animus
per negligentiam delinquit / quanta
animadversione penitentie huius diei nox
ferienda est / videlicet ipse iam
consensus ad culpam / Sit enim
in moris culpe est cum carnalis
mens in delectacione rapitur / sed
tamen delectacioni sue per se ipsam
reluctatur / Ita in moris et plene
est nequitie ad peccati illecebram
non solum delectacione pertrahi
sed etiam consensu famulari / Tan
to igitur acriori manu penitentie
mens in pollucione tergenda est /
quanto se per consensum conspicit sor
didius inquinatam / Unde et aperte
subiungitur / Noctem illam tenebro
sus turbo possideat / quasi enim

quidam turbo tempestatis est
concitatus spiritus meroris. Nam
dum peccatum quisque quod fecit intel
ligit, dum pravitatis sue nequi
ciam subtiliter pensat, merore
mentem obnubilat. Et quasi
concusso serene leticie aere omnem
in se tranquillitatem cordis [illegible]
turbine devastat. Nisi enim re
cognoscentem se animum iste tur
bo contereret, nequaquam propheta
dixisset: In spiritu vehementi conteres
naves Tharsis. Tharsis quippe
exploracio gaudii dicitur. Sed cum
vehemens spiritus [illegible] mentem
occupat, omnes in ea exploratores
reprehensibilis gaudii perturbati,
ut iam nil ei nisi flere libeat,
nichil quod se terere possit atten
dat. Ponit namque ante oculos
illinc districcionem iusticie, hinc
meritum culpe, conspicit quam sup
plicio digna, si parcentis pietas
desit, que plamenta penitencie ab
eterna eruere pena consuevit. Sic
ergo vehemens Tharsis naves
conterit, cum vis compunctionis
valida mentes nostras huic mundo
quasi mari deditas salubri
terrore confundit. Dicatur igitur: Noctem
illam tenebrosus turbo posside
at. id est peccatorum culpe non
blandimenta secure quietis fo
veant, sed pie seviens amari
tudo penitencie irrumpat. Tene
brosus vero est, quia cum peccatum
impunitum relinquimus, a nocte
possidemur. cum enim hoc vero
ad animadversionem flectimus, pme
nimirum nos noctem quam feci
mus possidemus. Sed tunc
peccatum cordis sub iure nostri
cordis possessione reducitur
si cum incipit reprimatur. Unde
et divina voce Caym prava cogi
tanti dicitur: In foribus peccatum
tuum aderit, sed sub te erit
appetitus eius, et tu dominaberis
illius. In foribus peccatum adest
cum in cogitacionibus pulsat, cum
appetitus subiectus est, ei quasi homo
dominatur, si cordis conscientia t specta

cicius premitur. Et prius ad divinam
crescit, reluctantem mente subigat.
Ut ergo luctum suum tamquam animus
senciat, et culpe tyrannidem sub iure
suo puniendo restringat, dicatur
recte: Noctem illam tenebrosus
turbo possideat. Ac si apte dicatur:
Ne captiva mens culpe (?) famulat,
culpa captiva liberam non relinquat.
Et quia quod flendo insequimur, ne
quaquam hoc nobis a venturo iudice
obicienda certe speramus. Bene subditur:
Non conputetur in diebus anni nec
numeretur in mensibus. Remuneracionis
nostre annus tunc perficitur quando
apparente eterno iudice sancte ecclesie
peregrinacionis sue vita completur. Tunc
laboris sui remuneracionem recipit
cum expleto hoc brevi tempore ad pa
triam redit. Unde bene per prophetam
dicitur: Benedices corone anni
benignitatis tue. Quasi enim corona
anni benedicitur, cum finito laboris
tempore virtutum remuneracio confertur.
Dies enim anni sunt singule que
que virtutes, menses autem multi
plicia facta virtutum. Sed ecce cum
per fiduciam mentis erigitur ut speret
quod veniente iudice de virtutibus
remuneretur, occurrit eius memorie
ea que male gesta gessit, et valde
formidat ne districtus iudex, qui
venit ut virtutes remuneret, ea
que illicite gesta sunt, exami
nans subtiliter perimat. Ne cum
annum complet, eciam noctem numeret.
Dicat itaque deleat noctem: Non con
putetur in diebus anni, nec numeretur
in mensibus. Ac si districtum iudi
cem exoret dicens: Cum comple
to sancte ecclesie ipse tempore extimo
te ex anime manifestas, sic dona
que contulisti remunera, ut ma
la que commisimus non requiras.
Si enim nox illa in diebus anni
conputatur, omne quod gessimus ex pu
ritatis nostre estimacione confunditur.
Et dies virtutum iam non lucent
si eos in conspectu suo animata
nostre noctis tenebrosa confusio ob
scuret. Sed si de nocte ira moni
tum inquisicione nolumus, magis

ope mīc cauendum est/ ut nos ī
eius discussione vigilemus/ Ne
quelibꝫ nobis culpa impunita
remaneat/ ne mens p̄ usa q̄
fecit defendē audeat ꝛ defende
do nequicie nequiciā adiungat/
Unde et bñ subdit Sit nox illa
solitaria nec laude digna/ Sunt
B nō nulli qui nequaꝗ deflent
q̄ faciunt/ ꝫ etiam laudare ꝛ
defendē nō desistunt/ Nimirū
cum defendit culpa/ geminatur
Cont q̄ ītē p̄quedā dr/ Pec
Ecc 21 casti/ ne adicias iterū/ Peccatum
q̄ippe peccato addicit/ qui male
gesta etiam defendit/ Et nocte
illam solitariā nō relinquit/
qui culpe sue tenebris etiam
patrocinia defensionis adiungit
hinc est q̄ p̄mus homo der
roris sui nocte requisitus/ eādē
noctem esse solitariā noluit/
quia dum requisicōne ad p̄niā
vocaretur/ ei amiculā excusa
cōnis admixit dicens/ Mulier
Gen 3 quā dedisti michi sociā/ dedit
michi de ligno et comedi/ sal
excessus viciū ī auctore latet
in torqueres/ Ac si diceret/ tu oc
casione delinquendi p̄buisti. q̄
mulierem dedisti/ Hinc est q̄ hū
erroris ramus ī humano gene
ex illa nunc usqꝫ radice p̄trahit
ut q̄ male agit/ adhuc etiam
defendat/ Dicitur g° Sit nox
illa solitaria nec laude digna
Ac si apte exoret dicens Cul
pa quam fecimus sola remane
at/ ne dum laudit ꝛ defendit
ī cōspectu iudicis nos multi
plicius astringat/ Peccare quidē
C nō debuimus/ sed utinā alia
nō iungentes/ vel ea q̄ fecimus
sola deseruimus/ Sed int̄ hoc
sciendū est/ quia ille culpam
suā v̄acit insequit/ qui iam
ad amorē p̄ntis seculi nullo
appetitu instigatur p̄sperītatis/ qui
hui9 mundi blandimenta " fecunda
lenta cōsidat/ fauoresqꝫ eius q̄
quasdā p̄secucōnes pensat/.

De vera pnia·:

" qui
sunt

Unde et bñ subdit Maledicant
ei qui maledicunt diei/ Ac si
apte dicat Illi huius noctis te
nebras perimendo " feriant/ ve"
qui iam locū p̄speritatis seculi
despicientes calcant/ Si enim die
leticiā delectacōis accipimus
ītē de hac nocte dicit Male
dicant ei qui maledicunt diei
Quia nimirū illi v̄ate mala
tūsacta p̄ amaritudinem p̄nie
corrigunt/ qui iam ad bona
fallencia nulla delectacōne ra
piunt/ Nam quos adhuc no
xia alia delectaū " falsum est
q̄ cunt/ quia perpetrata alia de
plorant/ Si ante ut sup̄ dictum
suggestione callidam antiqui
hostis accipimus/ Illi maledicere
nocti ītelligendi sunt. q̄ diei
maledicunt/ quia scilicet illi tūs
actis culpas v̄e puniunt/ qui
maligni seductoris insidias
ī ipsa blanda suggestione dep
hendunt/ Bene aut̄ subdit
Qui parati sunt suscitare leuia
than/ Omnes enim qui ea que
mundi sunt calcant mente/ ꝛ ea
que dei sunt plena ī tencōe D
desiderant/ Leuiathan contra se
suscitant/ quia eius maliciam
instigacōne sue cōuersacōis in
flammant/ Nam qui eius volun
tati subiecti sunt/ quasi q̄eto
tali subiecti sunt/ quasi q̄eto
abitu iure possidet/ ꝛ superbus
eorum rex/ quasi quadā securita
te p̄fruitur/ dum eorū cordibus
ī concussa p̄tate dnāt/ Sz cū
unusquisqꝫ sp̄us ad conditoris
sui desiderium recalescit/ cū tor
porem negligencie deserit ꝛ fri
gus in sensibilitatis pristine
igne sancti amoris accendit
cum libertatis ī genite meminit ꝛ
teneri ab hoste suus erubescit
quia ysdem se hostis cōsidat
despici/ quia vias dei videt
apphendi/ dolet contra se cap
tū remitti/ ꝛ mox zelo accendit
mox ad examen mouet/ mox
ad temptacōnes innumeras contra
rebellantē metem se excitat

atque in omni arte laceracionis
instigat ut temptacionum iacula
in torquendo confodiat cor quod
dudum quieto iure possidebat.
Quasi dormiebat quippe dum
sopitus in pravo corde quiescebat
sed suscitatur in provocacione certa-
minis, cum ius amisit pacifice
dominacionis. Hanc igitur noctem ma-
ledicant qui parati sunt suscita-
re leviathan, id est hii se con-
tra eum(?) fortis intencionis districcio-
nis erigant, qui in suis tempta-
cionibus excitare antiquum adver-
Cap. 2. sarium non formidant. Scriptum
namque est: Fili accedens ad
servitutem dei sta in iusticia et
timore, et prepara animam tuam
ad temptacionem. Quisquis enim
accingi in divino servicio properat,
quid aliud quam contra antiquum
adversarium certamine parat, ut li-
ber in certamine ictus suscipiat, qui
quietus sub tyrannide capti-
vitate serviebat. Sed in eo ipso quo
mens contra hostem accingitur,
quo alia vicia subegit, aliis
reluctatur. Aliquando de culpa quod-
dam tamen non valde nocentia re-
manere permittitur. Et sepe mens
que adversa superat in vita mul-
ta et fortia, unum in se confortans(?)
se minimum quamvis magna in-
tencione invigilet non expug-
nat. Quod divina nimirum dispen-
sacione agitur, ne ex omni parte
virtutibus splendens in elacionem
sublevetur, ut dum in se parvum
quid reprehensibile videt, sed tamen
hoc subigere non valet, nequaquam
quod sibi, sed auctori victoriam
tribuat in hiis que subigere
fortiter valet. Unde bene subiungitur:
Obtenebrentur stelle caligine eius.
Stelle quippe huius noctis ca-
ligine tenebrantur, cum hii qui
magnis virtutibus iam splendent
adhuc de obscuritate culpe
aliquid renitentes sustinent,
ut etiam magna vite claritate
luceant, et tamen adhuc noctis
reliquias nolentes trahant.

Minima peccata in homine remanent ut eum humiliet.

Idem in fine pastoralis

hoc adhuc, sicut dictum est, ideo agitur
ut mens proficiens celsitudine iusti-
cie sua melius in firmitate robo-
retur, et inde verius in bonis lu-
ceat. Unde etiam eam nolentem
prava reprehensibilia habere ob-
scurant. Unde et bene cum israhelitico
populo precepta repromissionis terra Iosue
preberetur, Effraym tribui chananeus 16
gentilis populus non occisus, sed factus
tributarius dicitur. Sicut scriptum
est: Habitavit chananeus in medio
Effraym tributarius. Quid enim
chananeus gentilis videlicet populus
nisi vicium signat? Et sepe magnis
virtutibus terram repromissionis ingre-
dimur, quia spe intima de eternis
roboramur. Sed dum in ea acta sub-
limia, vicia quedam parva re-
tinemus, quasi chananeum vivere
in terra nostra concedimus, qui tamen
tributarius efficitur. Quia hoc ipsum
vicium quod subigere non possumus, ad
usum nostre mortalitatis humiliter
retorquemus, ut eo de se mens
in summis vilia senciat, quo
suis viribus eciam parva que
appetit non expugnat. Unde
bene rursum scriptum est: Hee sunt Iud
gentes quas dominus dereliquit ut
erudiret in eis israhelem. Ad hoc 3
etiam namque quedam minima vi-
cia nostra retinentur, ut sese nostra
intencio sollicitam in certamine sem-
per exerceat. Et eo de victoria non su-
perbiat, quo vivere in se conspicit
hostes a quibus adhuc vinci
formidat. Israhel ergo restan-
tibus gentibus eruditur, cum quibus-
dam minimis viciis elacio virtu-
tis nostre comprimitur. Et in parvis
sibi resistentibus discit, quia ex
se maiora non subigit. Hoc tamen
quod dicitur: Obtenebrentur stelle ca-
ligine eius, intelligi et aliter potest.
Nox quippe ista videlicet consensus
ad culpam, que ad nos primi parentis
est ex consensu propagata, mentis nostre
oculum tanta obscuritate perculit,
ut in huius vite exilio certitudinem

sue tenebris pressus quantalibet
in eternitatis lumine intendere
penetrare non possit. Post pe
nam namque dampnati peccatoris
peccatores nascimur, atque ad hanc
vitam cum mortis nostre merito
venimus. Et cum ad superne lucis
radium aciem mentis erigimus,
ipsa infirmitatis nostre obscuritate
caligamus. Et quidem multi in
hac infirmitate carnis tanta
virtute roborati sunt, ut sple
dere mundo quasi stelle po
tuissent. Multi in tenebris vite
presentis dum superiora de se ex
empla exhibent, astrorum more
nobis desuper lucent. Sed quantalibet
conversacione operis fulgeant, quan
talibet se igne compunctionis ac
cendant, nimirum constat quia
dum corruptibili adhuc carne
gravati sunt, eterni luminis sicut
est nequaquam videre possunt. Dicatur
ergo: Obtenebrentur stelle caligine
eius, id est eciam illi qui in contem
placione sua antique noctis ad
huc tenebras senciunt. De quibus
nimirum constat, quod quamvis gm
in huius vite caligine conversacionum
suarum iam radios expandant,
quia etsi mente iam ad summa
exiliunt, adhuc tamen infi
mis proprie culpe pondere gravantur.
Unde fit ut foris extra lucis velut
astra prebeant, sed tamen intus
usque ad fixe visionis certitu
dinem positi noctis caligine non
ascendant. Sepe autem ita mens
accenditur, ut quamvis in carne
sit posita, in deum tamen omni
subiugata carnali contagione
rapiatur, nec tamen deum sic
ut est conspicit, quia hanc nimi
rum sicut dictum est in carne corrup
tibili pondus prime dampnacionis
xv premit. Sepe ut ita est absor
beri desiderat, ut eciam vitam
si possit fieri, sine interitu cor
poree mortis attingat. Unde
paulus cum ardenti intima lucem
quereret, sed tamen ut tunc exterioris
mortis dampna formidaret,
ait: Quamdiu sumus in hoc tabernaculo
ingemiscimus gravati, eo quod nolu
mus exspoliari, sed supervestiri,
ut absorbeatur quod mortale est
a vita. Sancti igitur viri videre
verum mane appetunt. Et si co
ncedatur eciam cum corpore illud at
tingere lucis intime secretum vo
lunt. Sed quantolibet ardore in
tencionis exiliant, adhuc eis an
tiqua nox gravat, et corruptibi
les humane carnis oculos, quos
hostis callidus ad concupiscentiam ape
ruit, iudex iustus a contuitu
sui intimi fulgoris premit. Unde 6
et bene subditur: Expectet lucem
et non videat nec ortum surgentis
aurore. Cum talibus namque in
tencione adhuc pugnat mens,
satagat videre lucem sicut est, non
valet, quia hanc ei dampna
cionis sue cecitas abscondit.
Ortus vero aurore est illa nova
nativitas resurreccionis qua sancta
ecclesia eciam carne resuscitata
oritur, ad contemplandum lumen.
Si enim ipsa nostre carnis resurrec
cio quasi quedam nativitas non
esset, Veritas non dixisset:
In regeneracione cum sederit filius hominis
in sede maiestatis sue. Esse ergo
eam hunc ortum vidit, qui re
generacionem vocavit. Sed quantalibet
virtute electi nunc fulgeant, pene
trare nequeunt que erit illa no
ve nativitatis gloria, qua tunc
tunc carne ad contemplandum eter
nitatis lumine ascendunt. Unde et
paulus ait: Quod oculus non 1 cor 2
vidit, nec auris audivit, nec
in cor hominis ascendit, que preparavit
deus diligentibus se.
Dicatur ergo: Expectet lucem et non
videat, nec ortum surgentis auro
re. Quia spontaneo vero tene
brata mens infirmitatis, nisi post
per mortem pene sue debitum
solvat, claritatem lucis intime

intime veritatis claritas nostris [illegible] nova a qua
nox [illegible] nubibus non videt [illegible]
[illegible] ad [illegible] lumine quod [illegible]
[illegible] in carne [illegible] corrupti [illegible]
non aspicit [illegible] Aurora surgit
[illegible]
[illegible]
[illegible] qui Expectet lucem et non videat nec
ortum surgentis aurore [illegible]

h non penetrauit. Sequitur. Quia non
conclusit ostia ventris qui portauit
me. nec abstulit mala ab
oculis meis. sicut superius dic-
tum est, non conclusit dicit
aperuit et non abstulit irro-
gauit. Hec itaque nox videlicet
culpa. ostia ventris aperuit
quia conceptum ad peccatum hominis
desideria concupiscencie reserauit.
Ostia quippe ventris sunt de-
sideria concupiscencie carnalis
Math. 6 de quibus per prophetam dicitur. Intra
Ysa. 26 in cubiculum tuum et claude ostia
Cubicula quippe ingredimur
cum secreta mentis nostre intramus.
Ostia quippe claudimus cum de-
sideria illicita cohercemus
Hec itaque concupiscencie carna-
lis ~~desideria~~ ostia, dum con-
sensus noster aperit, ad in nimica
nos corrupcionis mala pertrahit
Vnde etiam nunc sub mortalitatis
pondere gemimus, quamuis ad
hoc arbitrio nostro venerimus
quia et iudicis sic iusticia ex-
igit. Vt quod sponte fecimus in-
uiti toleremus. Sequitur. Quare non
in vulua mortuus sum, egressus
ex vtero non statim perii. Cur
exceptus genibus. Cur lactatus
vberibus. Absit nos credere
quod beatus Iob tanta spiritu sancto
preditus, tanta interni iudicis
attestacione laudatus aborti-
uum se optet interisse, sed quia
sicut per remuneracionem agnoscitur
intus, ita testem sue forti-
tudinis intus, pensanda sunt
I eius pondera locucionis. Quatuor
quippe modis peccatum perpetratur
in corde. Quatuor consummatur
in opere. In corde namque sugges-
tione, delectacione, consensu et
defensionis audacia perpetratur.
Fit enim suggestio per aduersarium
delectacio per carnem, consensus
per spiritum, defensionis audacia
per elacionem. Culpa enim que terrere
debuit mentem extollit et
deiciendo eleuat. Sed quamuis

Nota.
Quatuor modis peccatum
perpetratur in corde

Suggestio
Delectacio
Consensus
Defensio.

eleuando supplantat. Unde et illam
primi hominis rectitudinem antiquus hostis
hijs quatuor ictibus fregit. Nam
serpens suasit, Ewa delectata est,
Adam consensit. Qui eciam re-
quisitus confiteri culpam per audaciam
noluit. Hoc vero in humano genere
cottidie agitur. Quod actum in primo
parente non ignoratur.
Serpens suasit quia occultus hostis
mala cordibus hominum latenter sug-
gerit. Ewa delectata est quia
carnalis sensus ad verba serpentis xvi
mox se delectacione substernit. k
Assensum vero Adam mulieri pre-
positus prebuit. Quia dum caro
in delectacione rapitur, etiam a sua
rectitudine spiritus infirmatus in-
clinatur. Et requisitus Adam con-
fiteri culpam suam noluit, quia
videlicet spiritus quo peccando a veri-
tate disiungitur, eo in ruine sue
audacia nequius obduratur.
Eisdem etiam quatuor modis
peccatum consummatur in opere. Prius
namque latens culpa agitur. Post-
modum vero etiam ante oculos hominum
sine confusione reatus aperitur. De-
hinc et in consuetudine ducitur.
ad extremum quoque vel false spei
seduccionibus, vel obstinacie
misere desperacionis enutritur. Hos
namque peccati modos qui vel in
corde latentes sunt vel parentes
in opere perpetrantur. Beatus Iob consi-
derit et humanum genus in quot
gradibus peccando sit lapsum de-
plorat dicens. Quare non in vul-
ua mortuus sum. egressus
de vtero non statim perii. Cur
exceptus genibus. Cur lacta-
tus vberibus. Prima enim
vulua concepcionis fuit lingua
male suggestionis. Sed peccator
in vulua moreretur, si moriturus se
homo in ipsa suggestione agnosceret
Qui tamen ex vtero egressus
est, quia postquam in peccato eum sug-
gerens lingua concepit, foras mox
etiam delectacio rapuit. post

Quatuor modis peccatum
perpetratur opere.

egressionem non exceptus genibus
quia cum ad delectationem carnis
pervenit, nimirum culpa per consensionem
spiritus subiectis cunctis sensibus
quasi suppositis genibus confirmatur.
Sed genibus exceptus et uberibus
est lactatus. In consensu enim
culpe, additis spiritus sensibus
multa cassę fiducie argumenta
subsecuta sunt, que natam in
peccato animam virulento lacte
nutrirent et ne aspera mortis
supplicia metueret, hanc blandis
ex cogitationibus foverent. Unde et
Gn 3 primus homo post culpam auda-
cior extitit dicens: Mulier
quam sociam dedisti michi de-
dit michi de ligno et comedi.
Qui quidem per timorem se ipsum
absconsurus fugit, sed tamen
requisitus innotuit, quantum
etiam timens tumebat. Cum enim
exorta pena metuitur et
amissa dei facies non amatur,
timor ex tumore est, non ex hu-
militate. Superbit quippe qui penam
si liceat non premi non deserit.
Sed hiis sicut dictum est modis
quatuor culpa in corde agitur,
etiam opere perpetratur. Aut enim Quare
non in vulva mortuus sum? Egres-
sus ex utero non statim perii.
Vulva quippe peccantis hominis est
culpa latens, que occulte peccatorem
concipit. Et reatum suum ad-
huc in tenebris abscondit. Vul-
va autem ex utero egreditur, cum
peccator que in occulto commiserit,
hoc etiam in aperto committere non
erubescit. Quasi enim ab occul-
tationis sue latibulo processerant
Ysa 3 de quibus propheta dicebat: Et pec-
catum suum quasi sodoma predi-
caverunt nec absconderunt. Cur
exceptus genibus? Quia nimi-
rum peccator cum iam de iniquitate
sua non confunditur, in iniquitate
etiam eadem ad incrementis pessime
consuetudinis roboratur. Quasi
genibus peccator fovetur ut crescat

dum culpa consuetudinibus
firmat ut vigeat. Cur lactatus
uberibus? Quia dum perverse
culpa in usum cepit, nimirum
se vel falsa spe divine misericordie, vel
aperta miseria desperationis pascit,
ut eo nequaquam ad correctionem
redeat, quo vel securitatem simul
pium sibi inordinate simulat,
vel hoc quod fecit inordinate
formidat. Beatus igitur vir lapsum
humani generis aspiciat
et quibus precipiciis visum sit
in foveam iniquitatis intendat
dicens: Quare non in vulva mor-
tuus sum, id est in ipsa occulta per-
petratione peccati, cur actus me
vita mortificat me nolim? E-
gressus ex utero non statim
perii, id est postquam ad apertam
iniquitatem exivi, cur me saltem xvii c
perditum non cognovi? Perisset
quippe in suo iudicio, si se per-
ditum cognovisset. Quare ex-
ceptus genibus, id est etiam post
apertam culpam, cur me etiam in
ea consuetudo suscepit, ut
valentiorem ad nequitiam red-
deret et pravis me usibus susti-
nens foveret? Cur lactatus uberi-
bus, id est postquam in culpe consuetudines
veni, cur me ad atrociorem ne-
quitiam, vel falsa spei fiducia
vel lacte miserie desperationis enu-
trivi? Cum enim culpa in usum
venit, ei iam animus etiam si
appetat debilius resistit. Quia
quot vitiis prave frequentationis
mens astringitur, quasi tot vincu-
lis ad mentem ligatur. Unde fit ut
in terminis animus cum solvi non
valet, ad quedam se solacia
false consolationis inclinet, quatenus
eventurum sibi iudicem tante sibi
misericordie spondeat, ut eos etiam quos
arguendos invenit, penitus non
occidat. Cui rei hoc deterius ac-
cidit, quod ei multorum stultorum lingua
consentit, cum etiam male gesta
laudibus exaggerant. Unde fit

Ier(onimus) ad paulinum. Nihil deformius malo adulatore(?) ... [illegible] ... ad laudem sui ... letatur.

Seneca de [struck through] ... li. 8 ... blanditur ... placet sepe ... [illegible]

ut incessanter crescat culpa favoribus nutrita, tanto autem vulnus negligitur quanto dignum premio laudis videtur. Unde bene per Salomonem dicitur: Fili mi si te lactaverint peccatores ne acquiescas eis. Peccatores enim lactant cum vel perpetranda mala blandimentis inferunt vel perpetrata favoribus extollunt. Unde sacra(?) rursum per psalmistam dicitur: Quoniam laudatur peccator in desideriis anime sue et qui iniqua gerit benedicitur. Sciendum quoque est quod illi tres mortui per catervam mixta descensus sui ordine facilius corrigunt. Tertius vero iste difficilius emendatur. Unde et redemptor noster puellam in domo, iuvenem extra portam, in sepulchro autem Lazarum suscitat. Adhuc quippe mortuus in domo iacet qui latet in peccato. Iam quasi extra portam educitur cuius iniquitas usque ad inverecundiam publice perpetrationis aperitur. Sepulture vero aggere premitur qui in perpetratione nequitie etiam usu consuetudinis pressus gravatur. Sed hos ad vitam misericors revocat, quia plerumque divina gratia non solum in occultis sed etiam in apertis iniquitatibus mortuos et mole male consuetudinis pressos respectus sui lumine illustrat. Tertium vero mortuum redemptor noster nunciante discipulo agnoscit nec tamen suscitat, quia valde difficile est ut is quem post usum male consuetudinis etiam adulantium lingue excipiunt a mentis sue morte revocetur. Unde bene dicitur: Sine mortuos ut sepeliant mortuos suos. Mortui enim suos mortuos sepeliunt cum peccatores peccatorem favoribus premunt. Quid enim aliud quam occultare est, sed qui peccantem laudibus prosequitur extinctum sub verborum suorum

aggere abscondunt. Erat autem et Lazarus mortuus, sed tamen non a mortuis sepultus. Fideles quippe eum mulieres obruerant que eius mortem vivificatori nunciabant. Unde et protinus ad lucem redit, quia cum in peccatis animus moriens ad vitam reducitur, si super hunc pie cogitationes vivunt. Aliquando autem sicut et supra dictum est falsa spes mente non incipit, sed hanc deterius desperatio configit, que dum omnem spem venie funditus interimit, erroris animam uberius lacte nutrit. Consideret ergo sanctus vir post primam culpam quanta deterius mala commisit homo postquam paradisum perdidit usque ad quanta exilii huius prerupta descendit et dicat: Quare non in vulva mortuus sum? ac si aperte: Cum prima suggestio me peccatorem conciperet tunc utinam que me mors sequeretur cognovissem, ne usque ad delectationem suggestio raperet et morti actionis ligaret. Egressus ex utero non statim perii? Ac si dicat: Utinam ad exteriorem delectationem exiens quod interiori hinc perurebar agnovissem. Et saltim in ipsa delectatione occubuissem, ne pro consensum mors actionis perimeret. Cur exceptus genibus? Ac si dicat: Utinam mentem me consensus subiectis pravitate sensibus excepisset, ut ipsa me consensio ad actionem deterius raperet. Cur lactatus uberibus? Ac si dicat: Utinam blandiri michi saltem post mala perpetrata noluissem, ne tanto me nequius culpe astringerem quanto me illo mollius ferirem. Sub huius itaque reprehensionis suavis vocibus in parte primo se peccasse redarguit. Sed si ad erumpnam huius exilii nequaquam sic proclivius descenderet dicit qua perfrui quiete potuisset. Sequitur: Nunc enim dormiens silerem et somno meo quiescerem.

Valerius li. 8: Nulla est tanta humilitas que dulcedine glorie non tangatur.

Pro(verbiorum) 1

Difficile emendatur peccatum quod lingua peccatum(?) intrat

No(ta)

puella
Adolescens
Lazarus

sepelire

Ieronimus: hodie hoc vicium regnat ... adulari nescius ... invidus ... [illegible]

Adulacionibus quod deductus(?)
Difficile a peccatis revocatur

Adhuc in paradiso homo positus fuerat et si se ad conditoris sui obedientiam vinculis caritatis astringeret ad celestem angelorum patriam quandoque sine carnis morte transiret. Sic namque est immortalis conditus ut tamen si peccaret mori potuisset / et sic mortalis est conditus ut tamen si non peccaret mori non potuit / atque ex merito liberi arbitrii beatitudinem illius regionis attigeret in qua vel peccare vel mori non posset / Ubi igitur post redemptionis tempus carnis morte interposita electi transeunt illuc procul dubio parentes primi si in conditionis sue statu perstitissent, etiam sine morte corporis transire potuissent. Dormiens igitur silerem et somno suo homo requiescerem, dum ad eterne patrie requiem ductus quasi secessum quendam a clamore hoc humane infirmitatis inveniret / post peccatum namque qui clamans vigilat quia contentionem carnis proprie repugnans portat / Hoc quietis silentium homo conditus cum contra liberum voluntatis arbitrium accepit. Cum quia sua sponte hostem suum succubuit mox dese que contra se perstreperet invenit mox in clamore infirmitatis tumultus repperit / Et quamvis in pace silentii ab auctore fuerat conditus hosti tamen sponte substratus clamores de pugna tolleravit. Ipsa enim carnis suggestio quasi quidam clamor est contra quietem mentis, quam ante transgressionem homo non sensit, quia minimum quid de infirmitate posset tollerari non habuit / Postquam vero se sponte hosti subdidit, astrictus culpe se sue vinculis in quibusdam ei etiam nolens servit, et clamores in mente patitur, dum caro spiritui reluctatur / Annon clamores intrinsecus audiebat qui prave contra se legis verba tollerabat dicens / Video aliam legem in membris

meis repugnantem legi mentis mee, et captivum me ducentem in lege peccati, que est in membris meis / Contemplatur igitur vir sanctus in quanta cordis pace requiesceret si persuadentis verba suscipere homo noluisset. et dicit: Nunc enim dormiens silerem, et somno meo requiescerem, id est in tranquillitate secretum mentis ad conditoris contemplationem secederem, nisi me extra me temptationum tumultibus confusus primi parentis culpa perdidisset / Huius autem quietis gaudiis, cum quibus esset sociis perfruiturus adiungit dicens Cum regibus et consulibus terre.

De ordine universi

Ex rebus sensibilibus discimus quid de insensibilibus atque intelligibilibus sentiamus / Terra namque aere fecundatur, Aer autem ex celi qualitate disponitur / Sic iumentis homines, hominibus vero angeli, archangeli vero angelis presunt / Nam quod iumentis homines presunt, et visu cernimus et psalmi verbis docemur qui ait Omnia subiecisti sub pedibus eius oves et boves universas, insuper et pecora campi / Quia vero angeli hominibus presunt per prophetam testatur angelus dicens / Princeps persarum regni restitit mihi. Quod vero angeli superiorum angelorum potestatibus dispensentur Zacharias propheta perhibet qui ait / Ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur et alius angelus egrediebatur in occursum eius et dixit ad eum Curre et loquere ad puerum istum dicens / Absque muro habitabitur Ierusalem. Si enim in ipsis officiis sanctorum spirituum, neque potestates summe infimas disponerent, nullo modo hoc quod homini diceret angelus ab angelo cognovisset. Quia igitur auctor conditor omnium omnia per semetipsum tenet, et tamen ad distinguendam pulchre universitatis ordinem alia aliis dispensantibus

Daniel

Zacharie

XX
R

Prelati sunt { Reges / Consules

regit. Non inmerito reges specie an-
gelorum accipimus, qui in quo
auctori omnium familiarius proximant
eo subiecta aptius regunt. Cum
regibus ergo dormiret qui
nimirum iam cum angelis homo
quiesceret, si persuasoris lingwam
sequi noluisset. Quos bene etiam
consules vocavit, quia spiritualis rei-
publice consulunt, dum nos
sibi ad regnum socios iungunt.
Bene consules vocati, quia dum
ipsis nunciantibus voluntatem
conditoris agnoscimus, terris pro-
cul dubio consultum habet an-
gustia nostre tribulacionis in erumnis.
Sed quia beatus Iob sancte trinitatis
spiritu impletus, cui fuisse vel fu-
turum esse eternitatis non habet, cum
nimirum nec preterita transeunt, nec
futura subveniunt, quia cuncta
presens videt, potest futuros predi-
catores ecclesie in presencia spiritus
contemplari, qui postquam de corpori-
bus transeunt, nequaquam per morarum
spacia sicut antiqui patres
a celestis patrie percepcione dif-
feruntur. Mox quippe ut carnis
colligacione exeunt, in celesti
sede requiescunt, Paulo at-
testante qui ait: Scimus quia
si terrestris domus nostra huius
habitacionis dissolvatur, quod edifica-
cionem ex deo habemus domum non
manufactam eternam in celis. Prius
autem quam redemptor noster morte
sua humani generis penam solveret,
eos etiam qui celestis patrie
vias sectati sunt, post egressum
carnis, inferni claustra tenue-
runt, non ut pena quasi peccatores
plecteret, sed ut eos in locis remo-
cioribus quiescentes, quia necdum
intercessio redemptoris advenerat,
ab ingressu regni reatus prime
culpe prohiberet. Unde iuxta huius
redemptoris nostri testimonium, dives
qui aput inferos torquetur, in sinum
Abrahe Lazarum quiescentem contemplatur,

Predicatores mox ut moriuntur evolant

qui profecto si adhuc in ymis non
essent, hos ille in tormentis positus
non videret. Unde et idem redemptor
prime culpe debito occumbens inferna
penetravit, ut suos qui ei inhe-
serant ad celos reduceret. Sed
quo nunc homo redemptus ascen-
dit, illuc profecto si peccare noluis-
set, etiam sine redempcione pertigisset.
¶ Consideret ergo vir sanctus, quia si
non peccasset, illuc etiam non redemp-
tus ascenderet, ad quod predicatores
sanctos post redempcionem necesse est
cum magno labore pervenire.
Et cum quibus iam nunc quiesceret in-
sinuet dicens: Cum regibus et
consulibus terre. Reges quippe sunt
sancti predicatores ecclesie, qui et
commissos sibi recte disponere et sua
regere corpora sciunt. Quia dum deside-
riorum in se motus temperant, super
subiectis cogitacionibus lege virtutis
regnant. Quos etiam bene consules
terre vocat. Reges enim sunt, quia
sibimetipsis president, terre autem
consules, quia ex cunctis percontanti-
bus vite consultum prebent. Re-
ges sunt quia semetipsos regere
sciunt, terre autem consules sunt
quia terrenas mentes per exhorta-
cionis sue consilium ad celestia per-
trahunt. An certe consul non erat
qui dicebat: De virginibus autem
preceptum non habeo, consilium autem do.
Et rursus: Beatior erit si sic
permanserit secundum consilium meum.
Bene autem subditur: Qui edificant
sibi solitudines. Omnes enim qui
nil illicita sibi appetunt, nec in
hoc mundo aliquid videri no-
lunt, densis cogitacionum tumul-
tibus in corde comprimuntur. Dum quasi
desideriorum in terra se turbas ex-
citant, prostratam mentem pede
immisse frequentacionis calcant. Alius
namque animum se luxurie subdit,
atque eius mentis oculos scema-
ta turpium perpetracionum fingit, et
cum affectus non tribuitur operis, hoc
crebrius agit in tectione cogitacionis.

Luxuria

voluptatis perfectio queritur, et cum ipsa
evenerit animus, fiunt inde et ipso
satius et temptatus occasionum nequis-
sime explecionis imaginatur. Mens
itaque hec quasi quedam populi patitur
que in insolenti cogitacionum tumultu
vastatur. Alius se ire dicioni subicit
et quid in corde nisi iurgia exaggerat
que desunt peragit. Hic sepe pre-
sentes non videt, absentibus contra-
dicit, sicque intra semetipsum contume-
lias profert et recipit, receptas autem
durius reddit. et cum qui obviet
nullus assit, magnis clamori-
bus rixas in corde componit.
Turbam itaque hic intus sustinet
que pondus vehementis inflammate
cogitacionis premit. Alius iuri se
avaricie tradit et fastidiens propria
aliena concupiscit. Hic plerumque
concupita adipisci non valens
dies quidem in ocio, nocte vero
in cogitacione insistit, torpet ab
utili opere, quia fatigatur illicita
cogitacione. Consilia multiplicat
et sinum mentis cogitacionum ene-
arbus latius expandit, pervenire
ad concupita satagit, atque ad
obtinenda hec quosdam secretis-
simos causarum meatus querit, qui
mox ut in causis aliquid subtile
se invenisse estimat, iam se ob-
tinuisse quod concupierat exultat.
Iam quid eciam adepte rei ad-
iungat excogitat, atque ut in me-
liori statu debeat extolli pertrac-
tat. Quam quia iam quasi possidet
et quasi ad meliorem speciem addu-
cit, mox insidias invidencium
considerat, et quid contra se iurgii
moveat pensat. Exquirit quid
respondeat. Et cum rem iam nullam
teneat, iam in defensione rei
quam appetit vacuus litigator e-
laborat. Avarus enim nichil de
concupita re cepit, habet tamen
in corde iam fructum concupiscencie
laborem rixe. Gravi itaque populo
premitur, qui in stringentis avaricie
tumultu ~~[illegible]~~ vastatur. Alius
se tyrannidi superbie subiciat et cor
miserum dum contra homines erigit

vicio substernit, honorum sublimium
infulas appetit, ex altari exces-
sibus exquirit, totum quod quod esse
desiderat sibi apud semetipsum
in cogitacionibus depingit. Iam
quasi tribunal presidet, iam sibi
parere obsequia videt subiectorum.
Iam ceteris eminet, iam aliis
mala irrogat, aliis que irro-
gaverint recompensat, iam apud
semetipsum stipatus turmis ad
publicum procedit. Iam quibus
obsequiis fulciatur enumerat. qui
tamen hec cogitans solus re-
pit. Iam alia conculcat, alia sub-
levat. iam de se conculcatis sa-
tisfacit odiis. iam de se suble-
vatis recipit favores. Cum ergo
tot fantasmata cordi imprimit,
quid iste aliud quam sompnium
vigilans videt? Quia ergo tot
rerum causas quas fingit tole-
rat, nimirum in tusectis natis quot
(Q) desideriis turbas portat.
Alius iam illicita refugit, sed
tamen bonis mundi carere perti-
mescit. Concessa tenere appetit.
videri inter homines minor eru-
bescit, et curat summopere ne inops
in domo sit, ne despectus in
publico. Exquirit quid sibi
sufficiat, quid utilitas sub-
iectorum petat, atque ut sufficiens
iura patrocinatus subditis
expleat, Patronos querit quibus
ipse famuletur. Sed hiis dum fa-
miliaris iungitur, eorum procul dubio
causis implicatur, quibus sepe
consentit in illicitis. et mala que
propter semetipsum non appetit, com-
mittit propter alia que non dere-
linquit. Nam sepe dum hono-
rem suum in hoc mundo immi-
nui trepidat, ea apud ma-
iores personas approbat, que iam per
proprium iudicium dampnat. Is
dum sollicite cogitat quid pa-
tronis debeat, quid subiectis,
quid sibi augeat, quid affinibus
prosit, quasi tacita frequencia
turbarum premitur, quanta curarum t

Ira . Avaricia . Superbia . Ambicio

portunitate lateat? Ac contra
sancti viri, quia nichil huius
mundi appetunt, nullis procul
dubio in corde tumultibus pre
muntur. Omnes quippe inordina
tos motus, aculeis cordis ma
nu sancte consideracionis eiciunt.
Et quia transitoria cuncta despi
ciunt, ex hiis nascentes cogitacio
num insolencias non paciuntur. So
lam namque eternam patriam ap
petunt, et quia nulla huius
mundi diligunt, magna mentis
tranquillitate perfruuntur. Unde nunc
dicitur: Edificant sibi solitudines.
Solitudines quippe edificare
est a secreto cordis terrenorum
desideriorum tumultus expellere,
et una intencione eterne patrie
in amore intime quietis anhelare.
Ab eo cunctos a se cogitacionum
tumultus expulerat qui dicebat:
Unam pecii a domino hanc requiram
ut inhabitem in domo domini.
A frequencia quippe terrenorum desi
deriorum fugerat ad magnam vide
licet solitudinem, semetipsum, ubi
eo tucius nichil extraneum con
spiceret, quo incompetens nichil a
maret. A tumultu scilicet rerum
temporalium magnum quendam secessum
petierat, qui eciam mentem in qua
quanto purius deum cerneret,
tanto hunc cum se solo inveniret.
Bene autem hii qui sibi solitudi
nes construunt, eciam consules
vocantur. Quia sic se in solitu
dine mentis edificant, ut tamen
in quo prevalent aliis per utilitatem
consulere minime desistunt. Hunc
ergo quem modo protulimus consulem
paulo subtilius perpendamus, quo
ad prebenda vite sublimioris ex
empla, subiectis populorum innumeros
virtutum calculos spargat. Ecce adi
mitandam retribucionem boni pro
malo in semetipso fatetur dicens:
Si reddidi retribuentibus michi
mala, decidam merito ab inimi
cis meis inanis. Ad delectacionem
conditoris insinuat excitando

dicens: Michi autem adherere deo
bonum est. Ad formam sancte humilitatis
imprimendam secreta cordis sui in
dicat dicens: Domine non est exal
tatum cor meum, neque elati sunt
oculi mei. Ad imitandum zeli
rectitudinem exemplo suo nos ex
citat dicens: Nonne qui oderunt
te domine, sive deus, oderam
et super inimicos tuos tabesce
bam? Perfecto odio oderam illos, et in
imici facti sunt michi. Ad eterne
patrie desiderium nobis succeden
dum vite presentis longitudinem
deplorat dicens: Heu michi quia
incolatus meus prolongatus est.
Largitate nimirum consulatus emi
cuit, quia exemplo conversacionis
proprie, tot nobis virtutum calculos
spargit. Sed iste consulens qualiter
sibi et solitudinem edificet narrat.
Ait enim: Ecce elongavi fugiens
et mansi in solitudine. Fugiens
elongat qui a turba desideriorum
temporalium in alta dei contemplacione sub
levat se. Manet vero in solitudine
quia perseverat in remota mentis in
tencione. Hanc bene solitudinem
Jeremias domino ait: A facie manus
tue solus sedebam, quia comminacione
replesti me. Facies quippe manus xiij
dei est, illa percussio iusti iudicii, x
qua superbientem hominem a paradiso re
pulit, et in hac cecitate presentis
exilii exclusit. Comminacio vero
eius est terror adhuc supplicii se
quentis. Post faciem igitur manus
adhuc nos mine terrificat, quia
per experimentum iudicii iam nos et
pena presentis exilii percutit, et si
peccare non desistimus, eternus suppli
cius adhuc addicit. Considerat ergo
vir sanctus perfectus huc unde
homo cecidit, atque hunc post ista
pertimuit, quo adhuc iusticia iudi
cantis rapit, et cunctas a se desi
deriorum temporalium turbas eiciat, seque
in magna mentis solitudine abscon
dat dicens: A facie manus tue so
lus sedebam, quia comminacione re-

plesti me. Ac si aperte dicat, Dum considero quod nunc perpetim iudicii patior, a tumultu desiderio temporalium trepidus mentis secessum peto, quia et adhuc actionis illa que minaris eterna supplicia formido, Bene igitur de regibus et consulibus dicitur Qui edificant sibi solitudines, quia hii qui et se bene regere et consulere aliis sciunt, qui presentem mundum illi intime coniungi non possunt, habent apud semet ipsos per studium mentis tranquille unitatem, Sequitur Cum principibus qui possident aurum et replent domos suas argento, Quos alios principes nisi sancte ecclesie rectores vocat, quos in desinentes in loco predicatorum succedentium divina dispositio surrogat, de quibus eidem ecclesie psalmista ait, Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram, Quid vero aurum nisi sapientia appellatur de qua per Salomonem dicitur, Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Aurum nempe sapientiam vidit, quam thezaurum vocavit, Bene et vere auri appellacione signatur Quia sicut auro temporalia ita sapiencia bona eterna mercantur, Si aurum sapientia non esset, nequaquam Laodicie ecclesie diceretur ab angelo Suadeo tibi emere a me aurum ignitum, Aurum quippe emimus, cum acceptum sapientiam prius obedienciam prebemus, ad quem videlicet contractum nos bene quidam sapiens excitat dicens, Concupiscens sapientiam serva mandata, et dominus prebebit eam tibi, Quid autem per domos nisi conscientie designatur, Unde sanato dicitur, Vade in domum tuam. Ac si aperte dicatur, Post exterius miraculum ad conscientiam redeunte, et qualem te intus teipsum deo exhibere debeas perpende, Quid vero per argentum nisi eloquia divina figurantur, de quibus per psalmistam dicitur, Eloquia domini eloquia casta. argentum igne examinatum, Eloquium domini argentum igne examinatum dicitur Quia sermo dei si in corde figitur tribulacionibus probatur, Vir igitur sanctus spiritu eternitatis plenus queque futura sunt colligit, et quod post longe venturum scit agnoverit laxato mentis sinu apprehendat, et magna admiracione considerat cum quibus electis sine labore in eternitate quiesceret si per appetitum superbie nemo peccasset et dicat, Nunc enim dormiens silerem et sompno meo requiescerem cum regibus et consulibus terre qui edificant sibi solitudines, aut cum principibus qui possident aurum et replent domos suas argento Quia enim si parentem primum nulla peccati putredo corrumperet, nequaquam ex se filios iehenne generaret, Sed hii qui nunc per redempcionem salvandi dei sunt soli ab illo electi nascerentur eorumque electos aspiciat. atque cum eis quo quiescere potuisset intendat. Videat sanctos apostolos sic susceptum eciam regem ut predicacionis verbo non desinat consultum prebere, eosque reges et consules appellet videat, Post hos eodem loco rectores exsurgere, qui et sapientes vivendo aurum possideant et aliis vitam predicando argento sancte locucionis emitescunt, eosque principes repletis conscienciarum domibus auro et argento divites memoret, Sed quia aliquando prophetico spiritu nequaquam sufficit ut ventura provideat, nisi cordi prophantis eciam preterita et antiqua et reputet, Sanctus vir insuper supque oculos aperit, et non solum ventura conspicit, sed eciam transacta ad memoriam reducit, Vel primus adiungit, aut sicut abortivum absconditum non subsisterem. vel qui concepti non viderunt lucem, Abortivum dicit, quem ante plenum tempus

Per: Aurum Sapientia
Argentum. Eloquia divina

Abortivum

originis Et extinctum primus occultatur. Quos igitur sanctus vir abortivos vocat cum quibus se requiescere potuisse confidat nisi electos quosque qui ab ipso mundi primordio ante redemptionis tempus exorti sunt et tamen huic mundo semetipsos mortificare curaverunt. Qui conscripte legis tabulas non habentes quasi ab utero mortui sunt quia auctorem suum mali perpetrare timuerunt. Et eum venturum mediatorem suum credentes studuerunt sepe mortificando voluptatibus etiam que scripto non acceperant precepta servare. Tempus

xxiii

itaque illud quod incepta mundi in eorum mortuos huic seculo pres... protulit quasi abortivi uteris sunt. Ibi namque abel qui occidenti se fratri restitisse non legitur. Ibi enoch qui talem se exhibuit ut ambulaturus cum domino tolleretur. Ibi noe qui per hoc quod divino examini placuit huic mundo mundo superstes fuit. Ibi abraham qui dum peregrinus est seculo factus est amicus dei. Ibi ysaac qui caligantibus carnis oculis per etatem quidem presentia non vidit sed per futurum prophetie spiritus in futuris etiam seculis magis videndi luce radiavit. Ibi iacob qui iram fratris humiliter fugit clementer edomuit qui prole quidem fecundus extitit sed tamen spiritus ubertate fecundior. eandem plenitudinem sub prophetie sue vinculis astrinxit. Bene autem abortivum hoc absconditum dicit quia a mundi primordiis dum quosdam paucos moyse scribente cognoscimus pars nobis maxima humani generis occultatur. Neque enim tot iustos solum non usque ad acceptam legem extitisse credendum est quot moyses brevissima descriptione perstrinxit. Quia ergo

a mundi primordio edita multitudo bonorum ex magna parte notitie nostre subtrahitur, abortivum quasi absconditum vocat, quod non esse substitisse dicit, quia eius vitas paucorum frequentia nullo apud nos scripto retinetur. Recte vero additur: Vel qui concepti non viderunt lucem. Hii namque qui post acceptam legem in hoc mundo nati sunt auctori suo eiusdem legis sunt ad monitione concepti, sed tamen concepti lucem minime viderunt quia adventum domini incarnationis quamvis hanc fideliter crederent tamen pervenire nequiverunt. In incarnatione quippe domini dixit: Ego sum lux mundi. Atque ipsi lux ait: Multi prophete et iusti desideraverunt videre que videtis et non viderunt. Concepti igitur non viderunt lucem quia ad spem mediatoris venturi aptis prophetarum vocibus excitati nequaquam potuit ... eius in incarnatione. In hiis itaque conceptus in eorum forma fidei edidit sed hanc usque ad ceptam visionem non perduxit divine presentie. quia prius hos a mundo mors interveniens rapuit quam manifesta mundum vita illustravit. Vir igitur sanctus spiritu eternitatis plenus magnum cordis amicti labentia ad memoriam astringit. Et quia angusta est omnis creatura creatori per eundem spiritum qui nichil ipse ut ... se aliud nisi semper esse habet hoc quod erit hoc quod preterit conspicit ac iustum superata quae mentis oculum tendit in venientia ut transacta considerans ad eternum esse medullitus inardescit dicens: Nunc enim dormiens silerem. Nunc quippe futuris est tempus. Et quid est stantem semper in presenti quietem querere nisi ad illum cui nichil venit nichil preterit gaudium eternitatis anhelare. Ex numirum vitis semper ... sunt ut nobis utrumque insinuet moyses

Patres ante Mediatorem crediderunt ... plurimi quorum scripta ...

mediante insinuat dicens: Ego sum qui sum. Et: Dices filiis Israel: Qui est misit me ad vos. Sed ecce quia habentia conspicit, quia semper praesens gaudium quaerit, quia venturae lucis meminit, quae electorum eius ordines enumerans pensat, praesertim iam nobis apparens quietem huius lucis insinuet. Et quid apud illum cottidie de perditorum constitutione agit, nobis manifestationibus demonstret: Ibi impii cessaverunt a tumultu, et ibi requieverunt fessi a robore. Paulo iam ante diximus quia corda in pectoribus per hoc quod strepitus desideriorum possidet, gravis cogitationum instigatione tumultus premitur. Sed in hac luce quam contempti minime vident a tumultu suo impii cessare prohibentur, quia mundi mediatoris adventum, quem patres in lege positi diu praestolati sunt, Advenire sine requie ipsi gentiles invenerunt Paulo attestante qui ait: Quod quaerebat Israel, hoc non est assecutus, electio autem consecuta est. Iubar itaque lucis impii a tumultu cessarunt, dum pravorum mentes virtute cognita labori ostensi mundi desidia fugiunt et tranquillitate in sinu amoris adquiescunt. An non ad cessationem vocat lux ipsa quae ait: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos et discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est et onus meum leve. Quid enim grave mentis nostrae cervicibus imponit, qui vitari omne desiderium quod perturbat praecipit? Quid grave subiectis iubet, qui declinare laboriosa huius mundi itinera admonet? Attestante autem Paulo: Christus pro impiis mortuus est. Sed idcirco

Ro xi
Mt xi
Ro 8

dignata est ipsa lux pro impiis occumbere, ne impii in tenebrarum suarum tumultu remanerent. Contempletur ergo vir sanctus quod [illegible] pro in carnationis suae mysterio ex quanto labore impios eripuit, dum ab eorum cordibus desidia praemittit egit. Contempletur quod pro iustis quoque quiete quam percipere in aeternitate desiderant, hic iam pro tranquillitatem mentis degustant et dicat: Ibi impii cessaverunt a tumultu, et ibi requieverunt fessi robore. Omnes enim qui in hoc mundo fortes sunt robore quasi fortes sunt non robore defessi. Qui vero in auctoris sui amore roborantur, quo magis in contuitu dei fortitudine convalescunt, eo a propria virtute deficiunt, et quo robustius aeterna appetunt, eo a temporalibus salubri defectione lassantur. Hinc psalmista amoris sui robore fessus dicebat: Defecit in salutare tuo anima mea. In salutari enim dei proficiendo deficiebat, quia aeternitatis lucem desiderans a carnis iam fractus fiducia anhelavit. Hinc rursum dicit: Concupiscit et deficit anima mea in atria domini. Cum minimum tum diceret: Concupiscit, recte subdidit: et deficit. Quia valde minor est divinitatis concupiscentia, quam non mox etiam sequitur proprius defectus. Qui enim ad appetenda aeternitatis atria accenditur, dignum profecto est ut ab hoc temporalitatis amore lassetur, ut tanto frigescat ab studio saeculi, quanto surgit ardentior in amore dei, quem scilicet si perfecte arripit, mundum etiam plene delinquit. Et eo funditus temporalibus moritur quo ad superna vitam altius afflatu aeternitatis animatur. An non robore suo fessum se invenerat quae dicebat: Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est. Quia

lux

Mayora snt celi gaudia qm nra desideria

Cah 7

nimirum mens dum occulte locutionis aspiratione tangitur, a statu sue fortitudinis infirmata, ipso quo absorbetur desiderio liquatur / Et inde se apud semetipsam fessam invenit, unde ultra se esse conspicit, fortitudinem quam contendit / Hinc propheta
Dan 8 cum visione dei se conspexisse diceret, adiunxit: Elanguivi et egrotavi fugiens per dies plurimos / quia cum ad virtutem mens stringitur, a fortitudine propria caro lassatur / Hinc Jacob qui ange-
Ge 31 lum tenuit, uno mox pede claudicavit, quia qui vero amore sublimia respicit, iam in hunc mundum duplicibus desideriis incedere nescit / Uno enim pede innititur qui solo dei amore roboratur / Et necesse est ut alius marceat, quia mentis virtute crescente oportet procul dubio ut carnis fortitudo torpescat / Beatus igitur Iob alta fidelium corda respiciat, atque perpendat, que sinum interne quietis inveniunt, dum prius actibus in deum proficiendo lassantur, et dicat: ibi requieverunt fessi robore. At si apte in sinu et dicens: Illic regimes lucis remanent, quos hic in terris retrectans profectus fatigat / Nec more debet lucere
''sed xxx ... noscitur, nequaquam subdidit in hac ibi ... quam enim continue electos conspicit, quasi locum unum esse sancte deprehendit, unum perpetuo cum in commutabilitate eternitatis conspicit dicens: Tu
3. autem idem ipse es, et anni tui non deficient / Hinc electorum locum esse denuntiat subdens: Filii servorum tuorum habitabunt ibi / Deus enim qui sine situ omnia continet, nobis ad se venientibus locus non localis manet / Quem locum dum pertingimus etiam in hac vita mentis nostre tranquillitas, quanta sit perturbatio videmus, quia et si iam iusti in hac parvorum perturbatione quieti sunt, in estimatione tamen quietis omnimode quieti non sunt / Unde et bene subditur: Et quondam vincti pariter sine molestia / Iustos enim quamvis nullus desideriorum carnalium tumultus possideat, durus tamen eos vinculis in hac vita positos sue molestia corruptionis ligat / Scriptum quippe est:
Sap 9 Corpus quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem / Eo itaque ipso quo adhuc mortales sunt et corruptionis sue pondere gravantur, et astricti molestia vincti sunt, quia nulla adhuc libertate vite in corruptibilibus non exsurgunt / Aliud namque de mente aliud de corpore tolerant, et contra semetipsos cottidie in interno certamine desudant / Animo enim molestie vinculo ligantur, quorum nimirum mens sine labore in ignorantia solvitur, et non nisi cum studio laboris eruditur / Eo acta eruditur libens iacet, ab infimis vix levatur, et tamen elevata per imus labitur, semetipsam laboriose vincendo superna conspicit, sed reverberata lumen quod se irradiabat refugit / Animo enim molestie vinculo ligantur, quos tamen accessus spiritus ad sinum pacis interne pleno desiderio pertrahat, sunt etiam interne caro perturbat / Que etsi iam cum faciem velud ex paradiso acie erecta ... videat, adhuc tamen amentis dorso quasi captiva subministrat. Et quamvis tempus do sed tamen turpi strepitu in corde spem pulchre quietis fedat / Electi igitur et si valent omnia superant, tamen securitate pacis in tune desiderant, gravis est enim molestia adhuc habere quod vincunt / Qui hiis exceptis ea etiam vincula sustinent, que gemitus extrinsecus

necessitas astringit/ Esurire quippe
sitire lassescere vincula corrupcio-
nis sunt. Que scilicet solui ne-
queunt, nisi cum in illa immortalitatis
gloria nostra mortalitas permutatur/
Replemus etenim corpus ne ex-
tenuatum deficiat et tenuamus
abstinencia ne nos repletum pre-
mat/ Vegetamus hoc motibus
ne situ immobilitatis intereat/
sed citius hoc collocando sistimus
ne ipsa sua vegetacione succum-
bat. Adiumento hoc vestium
tegimus ne frigus interimat
Et quesita indumenta proicimus
ne calor exurat/ Tot ergo ad-
uersitatibus occurrentibus quid agimus
nisi corruptibilitati seruimus/ ut
saltem multiplicatis impensis ob-
sequii corpus sustineant quod an-
xietas mutabilitatis grauat. Unde
bene per Paulum dicitur/ Vanitati enim
Ro. 8 creatura subiecta est non volens
Sed propter eum qui subiecit in spe ca
quia et ipsa creatura liberabitur
a seruitute corrupcionis in libertatem
filiorum glorie dei/ Vanitati quippe
creatura non volens subditur/
quia homo qui ingenite constancie sta-
tum volens deseruit/ pressus
iuste mortalitatis pondere nolens
mutabilitatis sue corrupcioni seruit/
Sed creatura hec tunc a seruitute
corrupcionis eripitur cum ad filiorum
dei gloriam incorrupta resurgen-
do subleuatur. Hic itaque electi
molestia vincti sunt/ quia ad-
huc corrupcionis sue pena depri-
muntur. Sed cum corruptibili carne
exuimur/ quasi ab hiis quibus
nunc astringimur molestie vincu-
lis relaxamur. Presentari namque
iam deo cupimus/ sed adhuc
mortalis corporis obligatione prepe-
dimur/ Iure ergo vincti dicimur
quia adhuc incessum nostri desiderii
ad deum liberum non habemus. Unde
bene Paulus eterna desiderans/ sed
tamen adhuc corrupcionis sue

sarcinam portans vinctus clamat/ Phil. 1
Cupio dissolui et esse cum Christo
Dissolui enim non quereret/ nisi se
procul dubio vinctum videret/ Hec
autem vincula quia certissime
rumpenda in resurreccione conspexerat/ iam
quasi rupta gaudebat propheta
cum diceret/ Disrupisti vincula mea
tibi sacrificabo hostiam laudis
Contempletur ergo vir sanctus/ quod
cum ipsos peccatores suos in terra reci-
piat et dicat. Ibi impii cessauerunt
a tumultu/ Contempletur quod
sancti desiderii excitacione fa-
tigati · alcius in illo intimo sinu
requiescunt et dicat/ ibi requieuerunt
fessi robore/ Contempletur
quod cunctis simul corrupcionis
sue vinculis absoluti · ad illa
libertatis gaudia incorrupti per-
ueniunt et dicat/ Et quondam vincti
pariter sine molestia/ Bene autem
dicitur/ quondam vincti/ quia
dum illa perhennis leticia cernitur/ quod
erit et desinit/ quasi preteritum
iam videtur/ Dum enim rerum
finis attenditur/ omne quod preterit
quasi iam fuisse pensatur/ Sed
omnes hii quos illuc requies
eterna suscipiet/ hic interim quid
egerint narret/ Sequitur. Non
exaudierunt vocem exactoris
Quis alius debet nomine ex-
actoris intelligi/ nisi importu-
nus ille persuasor/ qui humano
generi semel mutuum · decepcionis
contulit/ et ab hoc cottidie mor-
tis debitum non desistit expetere ·
Qui in paradiso homini peccati
pecuniam commodauit/ Sed in
iniquitate crescente hanc cotti-
die cum usuris exigit/ De hoc
exactore veritas in euangelio dicit
Et iudex tradet te exactori/
Huius igitur exactoris vox est
temptacio misere suggestionis
Audimus vocem exactoris cum xxvi
eius temptacione pulsamur. Sed
non exaudimus si pulsanti re-
sistimus/ Audit enim qui temp-
tacionem sentit/ exaudit vero

qui temptacioni consentit. Dicitur
itaque de iustis: Non exaudierunt
vocem exactoris, quia suggestionem
eius etsi audiunt quia temptantur,
non exaudiunt quia consentire
contempnunt. Sed quia quod valde
mens amat, etiam in sermone
sepius replicat, beatus Iob quam
eterne pacis frequenciam diligens
conspirat, districcionem eius iterum
asserit dicens: Parvus et mag
nus ibi sunt, et servus liber
A a domino suo. Quia in hac
vita nobis est districcio operum
erit in illa procul dubio districcio
dignitatum, ut quo hic alius
alium merito superat, illic alius
alium retribucione transcendit.
Ioh. 14. Unde in evangelio veritas dicit: In
domo patris mei mansiones
multe sunt. Sed in eisdem multis
mansionibus erit aliquomodo
ipsa retribucionum diversitas con
cors, quia tanta vis in illa
pace nos sociat, ut quod in se
quisque non accepit, hoc se accepisse
pisse in alio exultet. Unde et
non eque laborantes in vinea,
Mt 20. eque cuncti denarium sortiuntur.
Et quidem apud patrem mansio
nes multe sunt, et tamen eundem
denarium dispares laborantes
accipiunt, quia una cunctis
erit beatitudo leticie, quamvis
non una sit sublimitas vite.
Parvum et magnum in hac luce
conspexerat, qui ex voce capitis
dicebat: Imperfectum meum viderunt
oculi tui et in libro tuo omnes
scribentur. Parvum et magnum con
spexerat cum dicebat: Benedixit
omnes timentes se dominus
pusillos cum maioribus. Bene autem
B subdit: Et servus liber a domino
suo. Scriptum quippe est: Omnis
Io. 8. qui facit peccatum servus est peccati. Quia
nimirum quisquis se pravo desiderio
non subicit iniquitatis domi
nio dudum liberam mentis colla
supponit. Sed huic domino

contradicimus, cum iniquitati que
nos ceperat reluctamur, dum con
suetudini violente resistimus
et desideria perversa calcantes, contra
hanc ius nobis libertatis in
genite vendicamus, cum culpam
penitendo percutimus, et maculas
sordium fletibus lavamus. Ple xxvii
rumque autem iam quidem mens
perverse se egisse meminit deplorat,
iam prava acta non solum de
serit, sed amarissimis etiam la
mentis punit. Sed tamen cum
que dum egit reminiscitur, gravi
de iudicio pavore terretur. Iam
perfecte se convertit, sed adhuc per
fecte in securitate se non erigit
quia dum quanta sit distri
ctio extremi examinis pensat
inter spem ac fortitudinem sollicita
trepidat, quia iustus iudex ve
niens quid de perpetratis repetet
quid relaxaret ignorat. Nam
quam prava commiserit meminit,
Sed ~~videlicet~~ an commissa digne de
fleverit nescit. An ne culpe in
manitas modum penitentie transcendat
metuit, et plerumque culpam iam
veritas relaxat, sed mens afflicta
adhuc de venia dum valde
sibi est sollicita trepidat. Servus
ergo hic iam fugit dominum, sed
liber non est, quia peccatum suum
homo iam corrigendo et peni
tendo deserit, sed tamen dis
trictum iudicem de eius retribucione
pertimescit. Ibi ergo servus a do
mino liber erit, ubi iam de
peccati venia dubietas non erit,
ubi iam securam mentem culpe
sue memoria non addicit, ubi
non sub reatu animus trepidat
sed de eius indulgentia liber
exultat. Sed si nulla ibi homo
peccati sui memoria tangitur, erep
tum se unde gratulatur? Aut
quomodo largitori gratias refert de
venia quam accepit, si in memorie
oblivione transacte nequicie

pene esse se debitorem nescit Neque
enim neglecte p[re]teriendum est q[uo]d
psalmista ait Misericordias tuas d[omi]ne
in eternum cantabo Quo enim modo
in eternum cantat si se fuisse miserum
non meminit Et si miserie transacte non
ignorat Unde largitori nunc laudes
reddit Sed rursum querendum
est quomodo electorum mens perfecta in
beatitudine esse poterit si hanc in
gaudio memoria reatus sui tangit Aut quomodo perfecte lucis clarescit gloria cum reducta ad
animum obumbrat culpa Sed
sciendum est quia sicut sepe nunc
tristium reminiscimur ita tunc transacte nequitie sine lesione nostre
beatitudinis recordamur Plerumque
enim in columitatis tempore ad memoriam dolores preteritos sine dolore reducimus Et quo egros
recolimus eo nos incolumes
plus amamus Erit ergo in illa
beatitudine culpe memoria non
que mentem polluat sed que nos
letitie artius astringat ut dum
doloris sui animus sine dolore
reminiscitur et debitorem se medico
verius intelligat et eo magis
acceptam salutem diligat quo
de molestia meminit quod evasit
In illa itaque letitia sic tunc sine
tedio mala nostra conspiciemus
sicut nunc in luce positi sine
ulla cordis caligine animo tenebras videmus Quia et si
obscurum est quod mente tenemus
dum dicto est hoc lumus non
de passione cecitatis Et in eternum
ergo laudem nunc largitori nostro
dicimus Nequaquam miseria
consistit gratiam quia dum mala
nostra sine aliquo mentis malo
respicimus et nunquam erit quod corda
laudantium de transactis iniquitatibus
polluat et semper erit quod hec ad
laudem liberatoris accendat Ea
ergo in tue lucis requies sic ipse

magnos sublevat ut tamen
parvulos non derelinquat Dicitur
ite Parvus et magnus ibi sunt
Quia aut sic ibi conversi peccato
ris animus culpe sue memo
ria tangitur ut tamen nulla e
iusdem memorie confusione
premat Cognitione subiungit et
servus liber a domino suo

Cum incipit liber octavus c[apitulum] p[rim]o d[e].
Cum valde occulta sint divina
iudicia cur non nunquam in hac
vita bonis male sit malis
bene Tunc occultiora sunt cum
et bonis hic bene est et malis male Nam cum bonis male est
malis bene hoc fortasse deprehenditur Quia et boni si qua
deliquerunt hic recipiunt ut ab
eterna plenius damnatione liberentur
Et mali bona que pro hac vita
faciunt hic inveniunt ut ad
sola in posterum pertrahantur Unde — tormenta
et ardenti in inferno diviti dicitur
Memento fili quia recepisti — Luc 16
bona in vita tua et lazarus
similiter mala Et cum bonis hic
bene est et malis male incerta
valde. Utrum boni ideo bona
accipiunt ut provocati ad aliquid
melius crescant An iusto
latentique iudicio hic suorum
operum remunerationem accipiant ut
a premiis vite sequentis inanescant
Et utrum malos ideo adversa
feriant ut ab eternis suppliciis
corrigentia defendant An hic
eorum pena incipiat ut quandoque
complenda eos ad ultima iehenne tormenta perducat Quia ergo
inter divina iudicia gravi incertitudinis sue caligine humana
mens premitur Sancti viri cum — E
sibi suppetere prospera huius mundi
conspiciunt pavida suspicione
turbantur Timent enim ne hic laborum suorum fructus recipiant
Timet ~~enim~~ ne quod divina iustitia
latens in eis vulneris aspiciat
et exterioribus eos muneribus

Sci ply
timent
p[er]i[cul]a q[uan]t[um]
ad ...

Plus prospera quam adversa sublimitatem impedit :-

cumulans ab intimis repellat. Cum vero tanti cogitant, quod vs bona agant, nisi ut soli deo placeant, nec in ipsa affluencia sue prosperitatis exultant. Quamquam quidem de prosperis occulta contra se iudicia metuunt. Sed tamen eadem prospera, quia se ab intima intencione impediunt, egre ferunt et moleste presentis vite blandimenta tollerant, quia per hoc se utrumque tardari [illegible] in tuo desiderio non ignorant. Plus enim in hoc mundo honor quam despectio occupat, et magis prosperitatis sublimitas quam necessitas adversitatis gravat. Per hanc namque non nunquam cum homo exterius premitur, ad concupiscenda que intus sunt liberior relaxatur. Pillam vero animum dum multa parte cogitur adesidii sui eis retinetur. Unde fit ut sancti viri in hoc mundo magis prospera quam adversa formident. Sciunt namque quia dum mens blanda occupacione premitur, aliquando libero ad exteriora decurrat, sciunt quia sepe sit hac clandestina cogitatio decipit, ut quo premitur ignoret. Pensant ante que sunt in terra, et que cupiunt et cognoscunt quod nichil sit omne quod blandum temporaliter arridet, cuncta que huius mundi prospera mens eorum eo egre tollerat, quo superne felicitatis est amore sauciata, tanto quam magis in presentis dulcedinis appetitione erigitur, quanto hanc conspicit, quia fortune sibi in eterne glorie despectu blanditur. Unde beatus Iob cum superna requiem contemplatus diceret: Parvus et magnus ibi sunt, et servus liber a domino suo, illico adiungit: Quare data est misero lux? In scriptura enim sacra non nunquam lucis appellatione pro-

speritas, noctis aut nomine huius mundi adversitas designatur. Unde et per psalmistam dicitur: Sicut tenebre eius ita et lumen eius. Quia enim sancti viri ita prosperitatem despicientes calcant seculi, sicut et adversitatum eius calamitates tollerant, per magnam mentis celsitudinem, quasi sibi et adversa et prospera substernentes dicunt: Sicut tenebre eius ita et lumen eius. Ac si aperte dicant: Sicut in tencionis vestre fortitudine eius tristicia non premunt, ita hanc nec blanda corrumpunt. Sed quia hec ut diximus bonorum mente eciam cum non sublevant perturbant, Sancti viri qui se in erumpna huius exilii miseros agnoscunt clarescere in eius prosperitate refugiunt. Unde bene nunc dicitur: Quare data est misero lux? Lux enim misero datur quando hii qui sublimia contemplantes se esse in hac peregrinatione miseros agnoscunt claritatem transitorie prosperitatis accipiunt, et cum valde defleant quia tarde ad patriam redeant, tollerare insuper honoris onera compelluntur. Amor eos eternorum compellit, et gloria de temporalibus arridet, qui dum cogitant que sunt que in finibus tenet, et que sunt que de sublimibus non vident, que sunt que se in terra fulciunt, que aut de celestibus perdiderunt prosperitatis sue merore mordentur. Quia et si vident nequaquam se ab ea funditus opprimi, tamen pensant sollicite cogitationes sui in amore dei et in eius dispensatione partiri. Unde bene cum dicit: Quare data est misero lux, protinus adiungit: Et vita hiis qui in amaritudine anime sunt. In amaritudine quippe anime sunt omnes electi, quia et peccare non desinunt flendo que delinquunt et gravi se merore affigunt, quo

v.

a facie conditoris proiecti, in eterne patrie
gaudiis non sunt. De quorum corde bene
Pro. 14 per Salomonem dicitur: Cor quod novit
amaritudinem anime sue, in gaudio
6. illius non miscebitur extraneus. In
amaritudine namque sunt et corda
reproborum, quia ipsis etiam pravis
suis desideriis affliguntur, sed eandem
amaritudinem nesciunt, quia per se ipse
quod tolerant sponte sua excecati
non possunt. At contra cor bonorum
amaritudinem suam novit, quia
erumpnam exilii qua proiectus iacet
intelligit, et que sunt tranquilla que
perdidit, quam confusa in quibus cecidit
sentit. Sed hoc amaritatum cor
ad gaudium suum quandoque reducitur, at
que in eius gaudio extraneus non
miscetur. Quia is qui nunc ab huius
interiore cordis foris se per desi
deria eicit, seclusus tunc ab illa
intima plenitudine remane
bit. Hii itaque qui in amaritudine
anime sunt, mori mundo funditus
concupiscunt, ut sicut in seculo ipsi
nichil appetunt, ita iam a seculo
h nulla obligatione teneantur. Et
plerumque contingit ut iam homo
mundum mente non teneat, sed
tamen mundus hominem occupando
astringat. Et ipse quidem iam
mundo mortuus est, sed ipsi mundus
adhuc mortuus non est. Quasi
enim vivus adhuc eum mundus
conspicit, dum alio intentum suis
actibus rapere contendit. Unde
bene Paulus, cum et ipse seculum
perfecte despiceret, et talem se factum
videret, quem iam hoc seculum con
cupiscere omnino non posset, ruptis
huius vite vinculis liber dicit:
gal 6 Michi mundus crucifixus est et ego
mundo. Mundus quippe ei crucifi
xus fuerat, quem huius cordi suo
iam mortuum non amabat, sed
et se ipsum mundo crucifixerat,
quia talem se ei exhibere studuit,
ut ab eo quasi mortuus concu
pisci non posset. Si enim in uno
loco sit mortuus et vivens, etsi
mortuus vivum non videt, vivus
tamen mortuum videt. Si vero

utrique sint mortui, alter alterum
non videt. Ita qui iam mundum
non amat, sed tamen ab illo
vel nolens amatur, etsi ipse
velut mortuus mundum non videt,
hunc tamen mundus adhuc non
mortuus videt. Si vero nec
ipse in amore mundi retinet,
nec rursum in amore mundi re
tinetur, vicissim sibi utrique ex
tincti sunt, quia dum alter
alterum non appetit, quasi mortuum
mortuus non attendit. Quia
igitur nec Paulus gloriam que
rebat, nec mundi gloria ipsum
querebat, et se mundo et sibi mundum
crucifixum esse gloriatur. Et quia multi
appetunt, sed tamen usque ad culmen
extinctionis omnimode non assur
gunt, recte gementes dicunt:
Quare data est misero lux
et vita hiis qui in amaritudine
anime sunt. Vita quippe ama
ritatis datur, cum huius mundi
gloria tristibus gementibusque tri
buitur. In qua nimirum vita per
se validissimi timoris afficiuntur,
quia et si ipsi mundum non tenent,
adhuc tamen tales se esse
metuunt quia a mundo teneantur.
Quia nisi ei qualitercumque vi
veret, hos ad usum suum procul
dubio non amaret. Mare enim
viva corpora in semetipso reti
net, nam mortua extra se
protinus expellit. Sequitur: Qui m
expectant mortem et non venit.
Desiderant quippe mortificari se J
funditus, atque ab omni vita glorie
temporalis extingwi. Sed occultis
sepe dei iudiciis, vel preesse in
regimine, vel occupari in cunctis
honoribus compelluntur, atque in
ter hec mortificationem plenissi
mam in desiderio expectant. Sed
expectata mors non venit, quia
usus eorum temporalis glorie etiam
nolens vivit. Qui tamen pro
divino timore tolerant, et intus
quidem servant desiderium pietatis,
foris autem explent ministerium

ordinis quibus nec affectione per
intentionem recedant, nec dispo
sitioni conditoris per superbiam con
tradicant. Magna enim divine
pietate agitur cum is qui perfecto
corde ad contemplationem tendit
humanis ministeriis occupatur, ut
in multis infirmioribus eius mens
perfecta proficiat, et quo semet
ipsum in perfectum respicit, inde ad
humilitatis culmen perfectior assur
gat. Non magna tamen viri
sancti unde desideriorum suorum
detrimenta tolerant, inde ma
iora lucra consiliis reportant. Qua
dam eis vacare ut appetunt
non licet, sepe secum alios quos
admiscentur libet. Fit ergo mira
dispensatione pietatis ut unde
se destructores estimant, inde
locupletiores ad celestis patrie
constructionem surgunt. Nonnumquam
vero idcirco ad concepta desideria
minime perveniunt, ut ipsa interve
niente tarditate ad eadem de
sideria largiori mentis sinu di
latentur, et que extenuari for
tasse impleta poterant, magna
dispensatione agitur ut repulsa
crescant. Sic quippe mortifica
ri appetunt, ut iam perfecte si
liceat conditoris sui contemplentur.
Sed eorum desiderium differtur
ut proficiat, et tarditatis sue si
nu nutritur ut crescat. Unde bene
sponsa in sponsi sui desiderio
anhelans clamat: In lectulo
meo per noctem quesivi quem dili
git anima mea, quesivi illum
et non inveni. Abscondit se
sponsus dum queritur, ut non
inventus ardentius queratur,
et differtur querens sponsa ne in
veniat, ut tarditate sua ca
pacior reddita multiplicius
quandoque inveniat quod querebat. Un
de beatus Iob cum [quereret] diceret: Ex
pectant mortem, et non venit,
ut hoc ipsum querentium desiderium
sublimius expleret illico ad
iunxit: quasi effodientes thesaurum.

Omnes namque qui fodientes
thesaurum querunt, cum fodere altius
ceperint, ad laborem instantius
inardescunt, quia quo se thesauro
abscondito iam iamque appropinquare
estimant, eo in effodiendo enixius
laborant. Qui ergo plene mor
tificationem suam appetunt quasi
effodientes thesaurum querunt, quia
quanto sunt memores ad finem,
tanto se exhibent ardentiores in
opere. Laborando ergo non deficiunt,
sed magis ad usum laboris crescunt,
quia quo iam premia propinquiora
considerant, eo in opere delectabilius
insudant. Unde bene Paulus qui
busdam absconditum eterne vite
thesaurum querentibus dicit: Non
deserentes collectionem nostram, sicut
est consuetudinis quibusdam,
sed consolantes, et tanto magis
quanto videritis appropinquare diem.
Laborantem quippe consolari est
parem in labore persistere, quia sub
levatio laboris est visio laboran
tis, sicut cum in itinere comes in
geritur, via quidem non attingitur
sed tamen de societate comitis la
bor itineris levigatur. Dum itaque
Paulus consolantes se in labore
quereret, adiunxit dicens: Tanto
magis quanto videritis appropin
quare diem. Ac si diceret: Eo
labor crescat quo ipsa iam premia
laboris appropinquant. Velut si aperte
dicat: Thesaurum queritis, sed eo fodere
ardentius debetis, quo iam iuxta
quesitum aurum fodiendo pervenistis.
Quamvis hoc quod dicit: Exspectant
mortem et non venit, quasi effo
dientes thesaurum, intelligi et aliter
potest. Perfecte enim cum perfecte mori
mundo non possumus, nisi intra
mentis nostre invisibilia a visibi
libus abscondamur. Recte qui
mortificationem suam appetunt
thesaurum effodientibus comparantur.
Mundo enim per invisibilem sepulturam
morimur. De qua per Salomonem dicitur:
Si quesieris illam quasi pecuniam,
et sicut thesauros effoderis illam.

Sanctorum desideria differuntur ut augeantur.
q. in Registro c. 178
et in 16 c. 2
Cap 3
k
heb. x
iiii l.

qu. 2

Sapientia quippe in rerum superficie non latet, et tunc mortificatione inventa sapientiam contingentes comprehendimus, si relictis visibilibus in invisibilibus abscondamur. Sic hic thesaurum cor effodientes quaerimus, ut omne quod terrenum mens cogitat a semetipsa manu sanctae discretionis eiciat, et thesaurum virtutis qui se latebat agnoscit. Facile enim in se thesaurum quaesitum invenit, si eam quae se male presserat molem a se terrenae cogitationis repellit. Quia ante quaesitam mortem sic thesaurum dixit, recte subiungit: Gaudentque vehementer cum invenerint sepulchrum. Sicut enim sepulchrum locus est quo absconditur corpus, ita divina contemplatio quoddam sepulchrum est mentis quo absconditur anima. Quasi enim huic adhuc mundo vivimus, cum mente in eum foris vagamur; sed mortui in sepulchro abscondimur, cum mortificati exterius in secreto interne contemplationis celamur. Sancti igitur viri ab importunitate desideriorum temporalium a tumultu inutilium curarum ac clamore perstrepentium perturbationum semetipsos sacri verbi gladio mortificare non desinunt, atque intus ante Dei faciem in sinu mentis absconduntur. Unde per psalmistam dicitur: Abscondes eos in abscondito vultus tui a conturbatione hominum. Quod quamvis perfecte postmodum fiat, etiam nunc ex parte magna agitur cum a temporalium desideriorum tumultibus delectatione interiora rapimur, ut mens eorum dum in amorem Dei tota tenditur, nulla mundi perturbatione laceretur. Hinc est quod Paulus per contemplationem mortuos et quasi in sepulchro absconditos discipulos viderat, quibus dicebat: Mortui enim estis et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.

Col. 3.

Qui mortem quaerit gaudet dum sepulchrum invenit, quia qui mortificari appetit valde ad inventam requiem contemplationis hilarescit, ut exstinctus mundo lateat, et cunctis exteriorum rerum perturbationibus intra sinum se intimi amoris abscondat. Sed non adhuc quod thesaurum abscondit dicit, etiam sepulchri inventio subinfert. Hoc notandum est, ut intento ma conspiciat quod antiqui mortuos cum divitiis obruebant. Qui ergo thesaurum quaerit gaudet cum sepulchrum invenit, quia sapientiam perquirentes cum sacrae scripturae paginas volvimus, cum exempla praecedentium perscrutamur, quasi ex sepulchro gaudium sumimus, quia mentis divitias apud mortuos invenimus. Quia qui huic mundo perfecte exstincti sunt, in occulto cum divitiis requiescunt. Sepulchrum ergo dives efficitur qui exempla maiorum contemplationis virtute sublevat. Sed cum requirens dicit: Quare data est misero lux? Cur hoc ipsum requirere persuasit, insinuat dicens: Viro cuius abscondita est via, et circumdedit eum Deus tenebris. Via enim sua homini abscondita est, quia et si iam magna sit vitae qualitate considerat, adhuc tamen ad quem finem tendat ignorat. Et si iam superna appetit, et si haec plenis desideriis quaerit, et adhuc si in eisdem desideriis permaneat nescit. Recta quippe dissentes ad iustitiam tendimus, et unde venimus novimus, sed quo perveniamus ignoramus. Quid hesterna die fuimus scimus, sed quid contingat cras nescimus. Via ergo suo viro abscondita est, quia sit pedem post opus, ut tum proinde nequeat

exitum consummationis. Est et alia
vie nostre absconsio, quia non
nunquam ea ipsa que recte nos agere
credimus, an in districti iudicis
examine recta sint ignoramus.
Sepe enim sicut et longe superius
diximus, opus nostrum causa dampnacionis est, et provectus putatur
esse virtutis. Sepe unde placari
iudex creditur, inde ad irascendum placandus instigatur, Salomone attestante qui ait: Est
Pro 16 via que videtur hominibus recta
et novissima eius ducunt ad
mortem. Unde sancti viri cum
mala superant, sua etiam bene
gesta formidant, ne cum bona
agere appetunt, de actionis ymagine fallantur, ne pestiferam tabes putredinis sub boni specie
latent coloris. Sciunt enim quod
corrupcionis adhuc pondere gravati discernere bona subtiliter
nesciunt, et dum ante oculos
extremi examinis regulam deducunt, nec ipsi in se nonnunquam
et que approbant metuunt, et tota
quidem mente intima desiderant, sed tamen de incertitudine
operum trepidi quo tendunt ignorant. Unde bene postquam dictum
est: Quare datur misero lux,
adiungitur: Viro cuius abscondita
est via. Ac si dicatur: Cur huius
vite successus accipit, qui sub
qua sit estimacione iudicis etiam
sui operis nescit? Bene autem subditur: Et circumdedit eum deus tenebris. Tenebris namque homo
circumdatur quia quamvis celesti desiderio ferveat, quomodo de semet
ipso sit dispositum intrinsecus ignorat, valde metuit ne quid ei
in iudicio obviet, quod se nunc
in desiderio boni fervor latet.
Tenebris homo circumdatur, quia
ignorantie sue caligine premitur.
An tenebris circumdatus non est
qui plerumque preteritorum non meminit,
futura non invenit, presentia vix
cognoscit? Tenebris se circumdatum
quidam sapiens viderat cum dicebat: Que in prospectu sunt invenimus cum labore, et que in celis
sunt quis investigabit? Hinc propheta se tenebris circumdatum viderat, cum dispositionis intime penetrare misteria non poterat dicens: Posuit tenebras latibulum suum. Auctor enim noster qui nobis in hoc
exilio deiectis lucem sue visionis obtulit, sese nostris oculis
quasi in tenebrarum latibulo abscondit. Quas nimirum cecitatis
nostre tenebras cum studiose conspicimus, mentem ad lamenta provocamus. Flet enim cecitatem quam
foris patitur si humiliter meminit quod
interioribus luminibus privatur. Cumque
tenebras quibus circumdatur respicit
splendoris intimi ardenti se desiderio affligit, omnique in temptatione
amissi semetipsam conterit, ut
supernam lucem quam conditam desperant
repulsa querat. Unde fit plerumque
ut in ipsis precibus fletibus in tanti
gaudii claritas erumpat, et mens
que in corpore prius tecta iacuerat,
ad inspectionem fulgoris intimi
suspiriis vegetata convalescat.
Unde bene sequitur: Antequam comedo
suspiro. Comedere namque est mentem P
superne lucis contemplacionibus pasci.
Suspirat ergo antequam comedat,
quia prius gemitibus tribulacionis
afficitur et postmodum contemplacionis
refectione saciatur. Nisi enim suspiret non comedit, quia qui se
in hoc exilio pro desideriorum
celestium lamentis non humiliat,
interne patrie gaudia non degustat.
Ab eternitatis enim pabulo ieiuni sunt
qui in hac peregrinacionis miseria letantur. Suspirat autem qui comedit, quia quos amor veritatis
afficit, eorum refectio contemplacionis pascit. Suspirans propheta
comedebat cum diceret: Fuerunt michi
lacrime mee panes. Luctu enim
suo anima pascitur, cum ad superna

gaudia flendo suspirandoque sublevat, et mentis quidem doloris sui gemitum tolerat, sed eo refectionis pabulum percipit quo vis amoris per lacrimas emanat. Unde et eandem lacrimarum vim adhuc beatus Iob sequitur dicens: *Et quasi inundantes aque sic rugitus meus.* Aque cum inundant, cum impetu veniunt, et crescentibus multiplicate voluminibus intumescunt. Electi vero

vi a dum mentis sue oculis divina iudicia opponunt, dum de occulta super se sententia trepidant, dum se ad eam pervenire posse confidunt, sed tamen ne non perveniant metuunt, dum perpetratorum scelerum recolunt que deflent, dum que sibi adhuc futura sunt, quia nesciunt, pertimescunt, quasi quedam sibi aquarum more per lacrimas volumina colligunt, que meroris rugitus quasi in subiecta littora defluunt. Vir igitur sanctus vidit coniuncta sint in lamentis parturientis volumina cogitationum atque ipsas meroris undas inundantes aquas vocavit dicens: *Et quasi inundantes aque sic rugitus meus.* Non numquam vero iusti sicut in parvulis

b supinus diximus, in ipsis bonis operibus trepidant, ne ne in eisdem occulto aliquo errore displiceant, continuis vacant. Cum nos cum divina

lamentis subito flagella corripiunt, auctoris sui se graviter offendisse suspicantur, quia vel in infirmitatibus impediti, vel amaritudinibus pressi adimpendenda proximis pia opera non assurgunt, et cor in lamentum vertitur, quia corpus ad exhortationis sue ministerio retardatur. Cumque se incedere non agere considerant, etiam transacta opera displicere formidant. Unde bene tunc beatus Iob rugitum suum quasi inundantes aquas diceret, illico

c admovit: *Quia timor quem timebam evenit michi et quod verebar accidit.* Iusti igitur viri deflent et pavent et magnis se lamentis cruciant, quia deseri se formidant, et quamvis de correptione sua gaudeant, eorum tamen trepidam mentem correptio ipsa perturbat, ne malum quod tolerant non pia percussio discipline sit, sed tantum animadversio iuste vindicte. Unde bene psalmista considerans ait: *Quis novit potestatem ire tue.* Potestas quippe ire divine non potest humana mente comprehendi, quia eius dispensatio occultis super nos dispositionibus sepe unde estimatur deserere, inde nos recipit, et unde nos recipere creditur, inde derelinquit, ut plerumque hoc fiat gratia quod ira dicitur, et hoc aliquando ira sit quod gratia putatur. Non nullos enim flagella corrigunt, non nullos ad impatientie vesaniam perducunt, et alios prospera quia demulcent, ab insania mitigant, alios quoque elevant funditus, ab omni spe conversationis evellunt. Cunctos autem ad divina ima pertrahunt. Sed tamen quidam eo abyssus facilius recedunt, quo se tenebris commisisse altius erubescunt, et semper virtutes ad superna sublevant, sed non numquam quidam dum timorem de virtute concipiunt, per ipsum tramitem ascensionis cadunt. Quia ergo potestas divine ire minime cognoscitur, in cunctis necesse est ut sine cessatione timeatur. Sequitur:

vii b *Nonne dissimulavi? nonne silui? nonne quievi? et venit super me indignatio.* Quamvis quolibet in loco positi cogitando, loquendo, agendo peccemus, tunc tamen propter tria animum effrenatus rapit, cum mundi huius prosperitate sublevatur. Nam cum pre ceteris se potestate celsiorem conspicit, alta de se elate cogitationis sentit, et cum auctoritate vocis a nullo resistitur, lingua licentius per abrupta diffrenatur, cumque facere

Prosperitas est … pericul…

me

quodlibet licet, iuste sibi omne existimant licere quodlibet. Sed sciendum (?) cum [struck] multi huius potestatis fulciuntur, tanto sub maiori virtutis disciplina se redigunt, quanto sibi per impacienciam potestatis suaderi illicita quasi licencius sciunt. Cor namque a consideranda sua gloria reprimunt, linguam ab immoderata locucione restringunt, opus ab inquietudinis vacacione custodiunt. Sepe enim qui in potestate sunt, ea que recte faciunt, quia elate cogitant amittunt, dumque se ad cuncta utiles estimant, etiam impense utilitatis sibi meritum dampnant. Ut enim cuilibet sua dignior sit, necesse est ut ei semper aput se semper indignus videatur, ne eadem bona actio agentis cor sublevet, et sublevando plus auctorem de elacione deiciat. Hinc est enim quod rex Babylonie dum elata mente apud se volvit dicens: Nonne hec est Babylon magna quam ego edificavi, in irracionabile animal protinus versus est. Meritum (?) enim sue fiat (?) perdidit, quia humiliter noluit dissimulare quod fecit, et quia elacione cogitacionis se super homines extulit, ipsum quem communem habuit hominibus sensum hominis amisit. Sepe vero qui in potestate sunt, ad subditorum passim contumelias erumpunt, et hoc quod invigilantes regimini sunt, per lingue procacitatem perdunt, magni scilicet formidinem iudicis verba pensantes, quia qui sine causa fratri dixit fatue, iehenne se ignibus addicit. Sepe hi qui in potestate sunt, dum sese a licitis retinere nesciunt, ad illicita opera et inquieta dilabuntur. Solus enim in illicitis non cadet, qui se aliquando a licitis restringit caute. Quam videlicet constrictionem religiosam bene se Paulus insinuat dicens: Omnia

Opus apud deum dignius quod humilius

Dan. 4

Gregorius in Registro [illegible]

Sapientis [illegible] [illegible]

2 Cor. 6

mihi licent, sed non sub ullius redigar potestate. Cum enim mens concepta desideria sequitur, fluxis rebus coniungitur quarum amore superatur. Sed Paulus cum cuncta liceant, se sub nullius potestate redegit, quia semetipsum etiam a licitis restringendo, ea que delectata premerent despecta transcendit. Beatus igitur Iob ut nos erudiat qualis in potestate fuit innotescit dicens: Nonne dissimulavi? Potestas namque cum geritur et cogitanda est ad utilitatem, et dissimulanda propter timorem, quatenus is qui ea utitur et ut prodesse se debeat posse sciat, et ut extolli non debeat posse se nesciat. Qualis vero in ore fuit adiungit dicens: Nonne silui? Potestate pollere et quiescere adhuc subtilius libet perscrutari. Silere namque est mentem a terrenorum desideriorum voce restringere. Vis enim magni clamoris est tumultus cordis. Quiescunt bene quoque qui bene in potestate sunt, cum terrenarum actionum strepitus pro divino amore intermittendo postponunt, ne dum prima indesinenter occupant cor funditus a summis cadat. Sciunt quia nequaquam mens ad superna attollitur, si curarum tumultibus continue in infimis occupatur. Quid enim de deo occupata obtineat, que de illo apprehendere aliquid etiam vacuis laborat? Bene autem per psalmistam dicitur: Vacate et videte quoniam ego sum Deus, quia qui vacare deo negligit, suo sibi iudicio lumen eius visionis abscondit. Hinc enim per Moysen dicitur: Ut pisces non habent non edantur. Pisces namque qui [struck] habent pennulas, saltus dare super aquas solent. Soli ergo in electorum corpore quasi cibus transeunt, qui in eo quod infima deserunt, aliquando superna conscendere mentis

Levit. 11

saltibus sint, ne semper in profundis curarum lateant, et nulla eos amoris summi quasi liberi aeris aura contingat. viij Qui non rebus temporalibus occupantur, tunc bene exteriora disponunt, cum sollicite ad interiora refugiunt, cum nequaquam foris perturbationum strepitum diligunt, sed apud semetipsos intus tranquillitatis sinum requiescunt. Pravorum etenim mentes temporalium rerum tumultus intra semetipsas nequiter non cessant, etiam cum vacant. In cogitatione enim formant depicta que amant, et quamvis exterius nichil faciant, apud semetipsas tamen sub pondere inquiete quietis elaborant. Quibus si earundem rerum administratio prebeatur, semetipsas funditus deserunt, et fugitiva hec temporalia per intentionis cursum continuis cogitationum passibus sequuntur. Pie autem mentes et que desunt non querunt, et que sunt etiam cum assunt ferunt, quia per exteriorum curarum a se exire pertimescunt. Quod bene illa duorum fratrum vita signatur, de quibus scriptum est: Factus est Esau vir gnarus venandi et homo agricola; Gen 27 Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Vel sicut in alia translatione dicitur: Habitabat domi. Quid enim per venationem Esau, nisi eorum vita figuratur, qui in exterioribus voluptatibus fusi carnem sequuntur? Qui etiam agricola esse describitur, quia amatores huius seculi tanto magis exteriora colunt, quanto interiora sua inculta derelinquunt. Iacob vero vir simplex in tabernaculis vel in domo habitare perhibetur, quia nimirum omnes qui in curis exterioribus spargi refugiunt, simplices in cogitatione atque in conscientie sue habitatione consistunt. In tabernaculis enim aut in domo habitare est se intra mentis secreta restringere, et nequaquam exterius per desideria dissipare, ne dum ad multa foris inhiant, a semetipsis alienatis cogitationibus recedant.

Dicat ergo beatus vir et ex actibus in prosperis dicat: Nonne dissimulavi? Nonne silui? Et nonne quievi? Ut enim supra diximus, sancti viri cum eis transitoria prosperitas arridet, favorem mundi quasi nescientes dissimulant, et forti contemptu mentis hoc unde exterius sublevantur calcant. Silent autem, quia nullis prave actionis clamoribus perstrepunt. Omnis namque iniquitas habet apud secreta Dei iudicia voces suas. Unde scriptum est: Clamor Sodomorum et Gomorre multiplicatus est. Quiescunt enim cum non solum nullo cupiditatum temporalium turbulento appetitu rapiuntur, verum etiam curis presentis vite necessariis immoderatius occupari refugiunt. Sed hec agentes prava adhuc flagella sentiunt, ut tanto perfectiores ad hereditatem veniant, quanto eos pie feriens disciplina cottidie etiam de minimis purgat. Iusta itaque indesinenter faciunt, sed assidue dura patiuntur. Quia sepe ipsa nostra iusticia, ad examen divine iusticie deducta, iniusticia est, et sordet in districtione iudicis, quod in estimatione fulget operantis. Unde Paulus cum diceret: Conscius michi sum, protinus adiunxit: Sed non in hoc iustificatus sum. 1 Cor 4 Qui et causam mox cur non sit iustificatus insinuans ait: Qui autem iudicat me Dominus est. Ac si dicat: Ideo in eo quod nichil michi conscius sum iustificatum me abnego, quia ab eo qui me iudicat examinari me subtilius scio. Dissimulanda ergo sunt que exterius favent, reprimenda que interius perstrepunt, declinanda que quasi necessaria involvunt, et tamen his omnibus adhuc districti examinis flagella

exteriora involuit quia

Iusticia nostra iniusta est apud deum

metuenda, quia et ipsa nostra perfectio
culpa non caret, nisi hanc se-
verus iudex in subtili lance
examinis misericorditer penset.
ix Bene autem subditur: Et venit super-
x me indignacio. Magna quippe
arte doctrine dictinus verba
protulit recte facta, ut hinc unus-
quisque recte consideret, quid perituri-
bus postmodum supplicia ma-
neant, si etiam iustos tam vali-
da hic flagella castigant. Hinc
est enim quod Petrus ait: Tempus
est ut iudicium incipiat a domo
1 pet 4 dei, et si iustus vix salvabitur
impius et peccator ubi parebunt.
Hinc Paulus cum multa in
Thessalonicensium laude dixisset
2 thes 1 protinus adiunxit: Ita et nos ipsi
in vobis gloriamur in ecclesiis dei pro pa-
ciencia vestra et fide in omnibus
persecucionibus et tribulacionibus
vestris quas sustinetis in exemplum
iusti iudicii dei. Ac si diceret:
Dum tot dura tolleratis, qui
tam recte agitis, quid aliud quam
iusti iudicis dei exempla da-
tis, quia ex vestra pena colligen-
dum est quo feriat quibus
irascitur, si sic vos affligi pa-
titur in quibus letatur, aut quomodo
illos percussurus est, quibus iustum
iudicium exhibet, si etiam vos
sic cruciat, quos pie redargu-
ens fovet. Prima igitur beati Iob
locucione terminata, vicissim se
Ca. iii textus amici eius consolaturi venerant
et peractis eius increpacionibus addi-
cunt et inique ad correctionis verba
prosiliunt, etiam per quam venerant
causam pietatis amittunt. Qui
quidem non perversa hoc inten-
cione faciunt, sed quamvis affectum
percusso exhiberent, percussum tamen
non nisi pro iniquitate credide-
runt. Dumque in rectorum consonum
nequaquam locucio temperata perseverat,
ipsa pietatis proposicio in transgres-
sionis vicia vertitur. Pensandum

namque esset cui et quando loqueretur.
Iustus quippe erat ad quem ve-
nerant, et divinis verberibus tinctus.
Ex ante acta ergo eius vita de-
buerant ea que intelligere non
valebant illius verba pendere,
et ex flagellis presentibus non illum
redarguere sed de sua vita formi-
dare, seque flagellato iusto non ra-
tiocinando erigere sed flendo so-
ciare, ut nequaquam se eorum sciencia
per verba ostenderet, sed loqui recte
linguam consolancium magister
dolor erudiret, quia et si qua
forsitan diversa sentiret, dignum
profecto erat ut hec humiliter di-
cerent, ne percussa vulnera per immo-
derata verba cumularet. Se- y
pe enim quod intelligi non valet
deterioribus displicet, vel factum
vel dictum meliorum, sed ea a deterioribus
non temere reprehendenda sunt, que
apprehendi veraciter nequaquam possunt.
Sepe aliquid a maioribus dissi-
mulatorie agitur, quod a minoribus
error putatur. Sepe multa a
fortibus dicuntur, que ideo in-
firmi diiudicant, quia ignorant.
Quod bene bobus calcitrantibus
inclinata illa testamenti archa 2 Reg
significavit, quam quia casuram 6
credens levites erigere voluit,
mox sentenciam mortis accepit.
Quid est namque mens iusti,
nisi archa testamenti, que gesta-
ta bobus calcitrantibus inclinatur,
quia nonnumquam etiam qui bene
preest, dum subiectorum populorum
confusione concutitur, ad dispensa-
cionis condescensionem ex sola
dilectione permovetur. Sed hoc quod dis-
pensatorie agitur, inclinacio ipsa
fortitudinis casus imperitis putatur. 2ª
Unde et nonnulli subditi contra
hanc manum reprehensionis mit-
tunt, sed a vita protinus ipsa sua
temeritate deficiunt. Levites
ergo quasi ad iuvandum manum

Iudicat temerarie
[illegible] de Mayoribus

extendit, sed delinquens vitam
perdidit. Contra autem nonnunquam infirmi qui-
que fortium facta corripiunt, ipsa-
que vincentium forte reprobant. Aliquando
etiam sancti viri quedam minus
condescendentes dicunt. Aliquando vero
summa contemplantes proferunt, dum
que vim vel condescensionis vel
altitudinis nesciunt, audacter
hec stulti reprehendunt. Et quid
est istum desuper condescensio-
ne velle corrigere, nisi in elatam
arcam superba reprehensionis
manum relevare? Quid enim est insti-
dem cognita locutione reprehen-
dere, nisi motum eius fortitudinis
erroris lapsum putare? Sed
perdit vitam qui arcam dei
tumide sublevat, quia nequaquam
quis sanctorum corrigere recta presu-
meret, nisi de se prius meliora
sensisset. Unde et leniter isdem
recte ora dicit, quod videlicet robusti
dum inter pro, Contra presumptores
quosque nisi audacia mente robus-
tos se in deo crederent, nequaquam
meliorum facta vel dicta velut
infirma iudicaret. Amici ergo
Iob dum eum quasi iudicii defen-
sione presumunt, dum preceptis regu-
lam superbientes excedunt. Cum
vero quedam facta meliorum
detioribus displicent, nequaquam
hoc quod mentem monet reticen-
dum est, sed cum magna humilitate
proferendum. Cuius intencio pre-
senciens, eo vero prebet formam
rectitudinis quo per iter graditur
humilitatis. Et libere ergo dicenda
sunt que sentimus, et valde humiliter
promenda que dicimus, ne et que
recte intendimus, hec elate pro-
ferendo non recte faciamus. Paulus
auditoribus suis multa humiliter
dixerat, sed de ipsa exhortatione
humili placare eos ad huc humiliter
satagebat dicens: Rogo vos
fratres ut sufferatis verbum solacii
etenim paucis scripsi vobis. Ephe-
sus quoque Mileti valedicens
afflictis ac gementibus humili-
tatem suam ad memoriam
revocat dicens: Vigilate me-
moriam mei retinentes, quod
per triennium nocte ac die non
cessavi cum lacrimis monens
unumquemque vestrum. Eisdem rursus
per epistolam dicit: Obsecro vos
fratres ego vinctus in domino
ut digne ambuletis vocatione
qua vocati estis. Hinc ergo
colligat, si quando aliquid recte
sentit, humilitate debeat quan-
ta magistro loqui discipulus,
Si ipse magister gentium in his
que cum auctoritate predicat
tam submisse discipulos rogat.
Hinc unusquisque colligit in
eis agnitionibus bene vivendi
exempla percipit, hoc quod bene
intelligit dicat humiliter, si
Paulus illis humili se voce sub-
didit, quos adventu ipse suo
excitavit. Elyfath autem qui primus
amicorum loquitur, quamvis ad
consolandum pietate veniat, hu-
militate locutionis deserens re-
gulam consolationis ignorat,
qui dum loquendi custodiam
negligit, usque ad afflicti con-
tumelias excedit dicens: Tygris
periit, eo quod non haberet predam, rugi-
tus leonis, et vox leene, et
dentes catulorum leonum dissipa-
ti sunt. Beatum videlicet Iob no-
mine tygridis quasi vicio va-
rietatis notans, per leonis ru-
gitum eiusdem terrorem viri,
per leene vocem loquacitatem
coniugis, per dissipatos vero den-
tes catulorum leonum destructum
filiorum edacitatem et audaciam
significans. Unde et bene amicorum
sensum qui in tumida correpcione
se extulit, summa divina repre-
hendit dicens: Non estis lo-
cuti coram me rectum sicut

Act 20
Eph 4
Heb 13

seruus meus iob. Sed querendum nobis est cur paulus illorum sententijs tanta auctoritate utitur, si eorum sententie diuina reprehensione cessantur. Elyphath quippe uerba sunt que corinthijs intulit dicens: Scriptum est, Comprehendam sapientes in astucia eorum. 1 cor 3 Quo ergo quasi praua respuimus que paulus ex auctoritate astruit. Aut quo attestatione pauli recta putabimus, que per semetipsum dominus non recta diffiniuit. Sed utraque hec citius quam non sint diuersa cognoscimus si eiusdem diuine sententie subtiliter uerba pensemus, [illegible] dicit non estis locuti rectum coram ✠ magnitudinis pondus premit. Quia a quibusdam forte frustra iaculum mittitur, ut dura saxa feriant. Eo namque obtusum longius desilit, quo in tortum fortius uenit. Igitur amicorum beati iob dicta licet in quibusdam sint ualde fortia, tamen sancti uiri fortem uitam feriunt, tanquam sui acuminis mucrone retundunt. Que ergo et in semetipsis magna sunt, sed contra beatum iob assumi minime debuerunt. Et paulus hec ex uirtute pensans in auctoritate proferat, et iudex quia in tante prolata sunt ex persone qualitate reprehendat. Sed quia eosdem amicos beati iob hereticorum speciem superius diximus tenere, nunc eorum uerba quomodo hereticis congruunt indagemus. Quedam namque ualde recta sentiunt, sed tamen inter hec ad peruersa dilabuntur.

Proprietas hereticorum.





Habent quippe hoc heretici proprium, ut malis bona permisceant, quatenus facile sensum audientis illudant. Si enim semper praua dicerent, citius in sua prauitate cogniti, quod uellent minime persuaderent. Rursum si semper recta sentiret, profecto heretici non fuissent. Sed dum fallendi arte ad utraque deseruiunt, et ex malis bona, ut recipiantur abscondunt. Sicut qui ueneni poculum porrigit, ora poculi dulcedine mellis tangit, dumque hoc quod dulce est primo attactu delibatur, etiam illud quod est mortiferum indubitanter absorbetur. Itaque heretici permiscent uera peruersis, ut ostendendo bona auditores sibi attrahant, et exhibendo mala latenti eos peste corrumpant. Aliqui tamen predicatione sancte ecclesie atque exhortatione correcti, ab hac sua diuersitate saluantur. Unde et amici Iob reconciliationis sue sacrificium eiusdem uiri sancti manibus offerunt, atque ad superni iudicis gratiam non nisi adducti reuocantur. Quos bene in euangelio illa decem leprosorum mundicia designat. luce 18 In leprosis quippe et pars cutis in fulgore ducitur, et pars in colore sano retinetur. Leprosi itaque hereticos exprimunt, quia dum recta prauis permiscent, colore sanum maculis aspergunt. Unde bene ut saluentur clamant: Ihesu preceptor. Quia enim in uerbis errasse se significant, hunc saluandi humiliter preceptorem uocant. Cumque ad cognitionem preceptoris redeunt, mox ad formam salutis recurrunt. Sed quia in amicorum dictis prefacionem paulo longius diximus, ipsa iam eorum subtiliter uerba pensemus.

Capitulum iiij.

Respondens Elyphaz themanites dixit: Si ceperimus loqui tibi forsitan moleste accipies. Iam superius dicta sunt, que hiis uocabulorum interpretacionibus exprimantur. Quia ergo festine ad discussa tendimus, prolata repetere deuitamus. Hoc itaque est solerter intuendum, quod hii qui hereticorum speciem tenent loqui modeste inchoant dicentes: Si ceperimus tibi loqui

✠ me rectum illico adiunxit sicut seruus meus job. Liquet ergo quia quedam in eorum dictis recta sunt, sed in meliorum comparatione superantur. Nam multa [illegible] irrationabiliter dicunt uelut ad beatum job [illegible] fortes proferunt [illegible] fortioribus in [illegible] amittit, quia [illegible] multa que dicunt [illegible] uel aduersitate dicunt. In semetipsis igitur magna sunt, sed contra sancti uiri [illegible] respectum [illegible]

v

forsitan moleste accipies. Ex asspe
ritate quippe heretici auditores suos
in exordio locutionis metiunt ne
vigilanter audiant, eorum quam valde
tristicia declinat ut negligenciam
accipiat et pene semper blanda prius
que proponunt, sed aspera que post-
quedo sibi inferunt. Unde et nunc
amici iob arenencia mansuete
locutionis incipiunt, sed usque ad acu
cula asperrime invectionis erum
punt. Quia radices spinarum
molles sunt, sed tamen ex ipsa
sua mollicie cum proferunt depun
gunt. Sequitur. Sed conceptum sermonem
tenere quis possit. Tria sunt hominum
genera que gradatim ductis a
se qualitatibus dissident. Sunt
namque alii qui et ad loquendi
prima concipiunt, et allocutione
sua nulla silencii gravitate re
frenantur. Et sunt alii qui cum pri
ma concipiunt, magno se silencii
vigore restringunt, et sunt non
nulli qui virtutum usu roborati
ut ad eam celsitudinem pervehuntur
ut ad loquendum ne in corde qui
dem perversa concipiant quod silen
do compescant. Eliphaz itaque ex
quo sit ordine ostenditur qui con
ceptum sermonem tenere se non posse
testatur. Quia in re et illud ino
tuit, quod se loquendo offensurum
novit. Neque enim retinere verba
que non potest vellet, nisi se plus
vltra in fre prenoscet. Bonum enim
viri freno consilii retinet preci
pitationem verbi, et tante considerunt,
ne relaxates lingue lascivia
auditorum consciam in tanta locu
cione transfigant. Unde bene per
Salomonem dicitur. Qui dimittit
aquam, caput est iurgiorum. A
qua quippe dimittitur, cum lingue
fluxus effrenatur. Sed dimissor
aque caput iurgiorum efficitur, quia
per lingue incontinenciam discordie
origo propagatur. Quia igitur sicut primi
tiis leves sunt, ita et locucione

precipites et reticere per cautelam ne-
gligunt que loquantur, sed quod levius
consciencia concipit levior lingua
protinus prodit. Unde nunc Eliphaz
suo experimento colligit, quod de
pari de omnibus sentit dicens,
Sed conceptum sermonem tenere
quis possit. Sequitur. Ecce docu
isti plurimos, et manus lassas
roborasti, vacillantes confir
maverunt sermones tui, et genua
trementia confirmasti. Cum ipse
hystorie textus aspicitur, magne
est lectionis utilitatis, quod ab amici
cis iurgantibus beato iob placa=
tione vicorum virtutum precomia
proferuntur. Nunquam quippe tam
robustum vite testimonium quam quod ille
laudanda loquitur qui in genere
certamen conatur. Pensemus autem
cuius celsitudinis vir iste fuit,
qui et doctos docens, lassos ro
borans, vacillantes quoque confirmans
inter curas domus, inter multipli
cium rerum custodiam, inter asscus
pignerum, in studia tot labo
rum erudiendis se ceteris impendit,
et illa quidem occupatus exerunt,
sed tamen liber magisterio doctrine
militavit, terrena regendo dis
posuit, eterna predicando innotuit,
vite rectitudinem et agendo in
dicantibus ostendit, et loquendo
audientibus ingessit. Sed sive he
retici sive perversi quilibet cum bona
nostrorum resistunt, hoc in argumen
tum criminis inflectunt. Unde nunc
Eliphaz contra beatum iob occasionem
ob iurgationis colligit, unde
laudanda narravit. Nam sequitur.
Nunc autem venit super te pla
ga et defecisti, tetigit te et con
turbatus es. Perversi quippe du
obus modis impetunt bonorum
vitam. Quia aut prava eos di
cere asserunt, aut recta non servare quod
dicunt. Unde et beatus iob infe
rius ab amicis suis de locu
cione reprehenditur, nunc autem recta

Mali vitam bonorum
impetunt dupliciter

dixisse, sed hoc non sensisse lateat.
Ergo ab iniquis bonorum modo locucio
modo actio reprobatur. Actus autem
reprehensa lingwa taceat, aut
eiusdem lingwe sue ad iudicata
testimonio in eius vita succum-
bat. Et nonnumquam qui prius laudes
lingue inferunt, et post modum
de lingwe vite que in sinistrate con-
sinunt. Iniqui etenim ne publi-
ce praui uideantur, locuntur aliquando
bona de iustis, que esse intrin-
secus cognita et aliis nouerunt. Sed
sicut per diuinum hec ipsa prius
ad cumulum reatus pertrahunt, et
credendum sibi in contrariis ex eo
quod prospera loquebantur ostendunt, tan-
to namque mala quasi verius in-
sinuant, quanto et bona quasi
verius laudant. Ad usum ergo
in torquent omnes voces fauo-
rum, dum iustorum vitam in deteri-
ius voluerint. Unde etiam
paulo ante speciebus defende-
bant. Sepe autem eorum bona que
prius sibi despiciunt sed post-
modum quasi perdita mirantur.
Unde et elyphaz sancti viri virtu-
tes quia amissas asserit, com-
mendando subiungit dicens, Timor
tuus fortitudo tua. Paciencia tua
et perfectio viarum tuarum. Que nimi-
rum cuncta ei sine subrogit, quia
premisit dicens Nunc autem venit
super te plaga et defecisti, tetigit
te et conturbatus es. Omnia ergo
simul intercisse asserit in eo quod
beatum iob turbatum flagello re-
prehendit. Sed intuendum valde
est, quia quamuis inconueniens
increpat, congrue tamen virtutum
ordines narrat. Quatuor quip-
pe gradibus vitam beati iob
virtutes enumerando distinxit, dum
et timori fortitudinem et fortitu-
dini pacienciam, et paciencie perfectionem
iunxit. In via etenim a timore dei
incipitur ut ad fortitudinem veniatur.
Nam sicut in via seculi audacia
fortitudinem, ita in via dei au-

Timor
fortitudo
paciencia
perfectio

dacia debilitatem parit. et sicut
in via seculi timor debilitatem,
ita in via dei timor fortitudinem
gignit Salomone attestante qui
ait, In timore domini fiducia forti- Prov. 18
tudinis. Timori quippe domini
inesse fiducia fortitudinis dicitur
quia nimirum mens illius tanto
valenter terrores rerum temporalium de-
spicit, quanto se auctori eorundem
temporalium vacuus per formidinem subdit
que in timore domini constituta non
inuenit extra quod metuat. Quia
dum recto metu conditori omnium
iungitur, per rem quandam super omnia
subleuatur. Fortitudo autem non
nisi in aduersitate ostenditur. Unde et
mox post fortitudinem paciencia sub-
rogatur. Tanto enim se vnusquisque
ad fortitudinem profecisse veracius
demonstrat, quanto aliena mala
robustius tollerat. Nam minus
ipse conualuit, quem aliena in-
iquitas strauit. Qui in eo quod con-
trarietatem ferre non valet, pu-
sillanimitatis sue gladio confossus
iacet. Quia vero perfectio de pa-
ciencia nascitur, statim post pacienciam
perfectio viarum subinfertur. Ille enim
vere perfectus est, qui erga proximum
in perfectionem impaciens non est.
Nam qui aliena imperfectionem ferre
paciencia non valens deserit, ipse est testis
est quod perfecte necdum proficit.
hinc in evangelio veritas dicit In paciencia Luc 21
vestra possidebitis animas vestras.
Quid est enim animas possidere
nisi in omnibus perfecte viuere, cunctis-
que mentis motibus ex arce
dominari. Qui ergo pacienciam tenet,
animam possidet, quia inde contra
aduersa omnia fortis efficitur, unde
sibi met ipsi vincendo dominatur
et quo se laudabiliter frangit, eo
infractum se fortius erigit, quia
cum in suis se voluptatibus superat,
se ad contraria invictum parat. Sed
quia semper reprehendo corripiunt

(Eliphaz)

nit aliqua velut exhortando
B subiungit dicens Recordare ob-
secro quis umquam innocens perit
aut quando recti deleti sunt. Si-
ve heretici quorum amicos beati
Iob tenent speciem divinus, sive per-
versi quilibet, quia inordinate
redarguunt, tamen reprehensibiliter
exhortantur. Ait namque. quis
umquam innocens periit. aut qui
recti deleti sunt. Sepe quippe
hic innocentes pereunt, recti quoque
funditus delentur, sed tamen ad eternam
gloriam pereundo servantur. Si enim
nullus innocens periret propheta
non diceret Iustus perit et nemo
est qui recogitet. Si rectos deus
providendo non raperet nequaquam
de iusto sapientia diceret Raptus
est ne malicia mutaret intellectum
eius. Si iustos animadversio nulla
percuteret. petrus minime prenunciaret
dicens Tempus est ut incipiat
iudicium de domo dei. Illi ergo
veraciter recti sunt. qui amore superne
patrie ad cuncta presentis vite ad-
versa preparantur. Nam qui pertinus
bonis mala hic metuunt perfecti
videlicet recti non sunt. Sed eliphaz
vel deleri rectos vel innocentes
hic perire non estimat, quia sepe
hii qui non spe celestis glorie
sed presenti retribucione deo servi-
unt, ipsi sibimet fingunt quod querunt
et docere presumentes curam terrenam
securitate pro ~~—~~ dicunt, cunctis
suis laboribus ostendunt quod amant
xiii. Sequitur. Quin pocius vidi eos
qui operantur iniquitatem et seminant
dolores et metunt eos, flante deo
C periisse. et spiritu ire eius esse consumptos.
Dolores seminare est fraudulenta
dicere. Dolores autem metere est di-
cendo prevalere. Vel certe dolores
seminant qui perversa agunt, dolo-
res metunt, cum de eadem per-
versitate puniuntur. fructus quippe
doloris. est retribucio dampnacio-
nis Sed cum protinus subinfertur
Quia qui dolores seminant et
metunt, flante deo pereunt. et ire

eius spiritu consumuntur. hoc loco
doloris messio, non iam pena
sed adhuc perfectio iniquitatis ostenditur
quia ex dampnacione ire spiritu eiusdem
messionis pena subrogatur. Se-
minat ergo hic dolores et me-
tunt, quia iniqua sunt que faciunt
et ipsa iniquitate prosperantur. Sicut
de iniquo per psalmistam dicitur
Polluuntur vie eius in omni tempore
auferuntur iudicia tua a facie eius
omnium inimicorum suorum dominabitur.
De quo paulo post subdit Sub
lingwa eius labor et dolor.
Dolores itaque seminat. cum perversa
agit, dolores metit, cum ex eisdem
perversitatibus temporaliter excrescit. quo-
modo ergo flante deo pereunt. qui ple-
rumque diu hic subsistere et iustis
felicius permittuntur. Hinc namque
de illis psalmista dicit In laboribus
hominum non sunt, et cum hominibus
non flagellabuntur. Hinc Ieremias
ait Quare via impiorum prosperatur.
D Quia enim sicut scriptum est dominus
paciens redditor est. Sepe
diu tollerat, quos in perpetuum
dampnat. Non numquam vero con-
cite percutit, quia pusillanimitati
innocentium consulendo succurrit.
Aliquando ergo deus omnipotens diu
prevalere iniquos patitur ut inno-
centium iugiter vita purgetur.
Aliquando vero iniustos celeriter truci-
dat, eorumque interitu innocentum
corda confirmat. Si enim nunc
omnes mala agentes percuteret
extremum iam iudicium quibus
exhiberet. Si autem nullum omnino
percuteret. quis deum res humanas
curare credidisset. Non numquam ergo
iniquos ferit ut ostendat quia
multa mala non deserit. Non-
numquam vero iniquos diu tollerat
ut considerantibus innuat ad
quod eos iudicium reservat. Hec
itaque sententia de electis iniquorum
si non cum fine presentis seculi detinetur
generaliter dicitur, ex parte magis pro-
culdubio virtutis intuitu enunciatur.

Sed tunc vera erit cum iam
in iniquitatis dilacio non erit
Quo hoc fortasse modo intelli
gi rectius potest, quia nec inno
cens perit, nec rectus deletur
quia et si carne hic atteritur
in conspectu veri et eterni iudicis
vera salute reparatur. Et qui se
minant dolores et metunt
flante deo pereunt, quia quanto
hic alienis pravitate agendo pro
ficiunt, tanto durius subsequente
xiii c dampnacione feriuntur. Sed cum
eidem sententie premittit recor
dare, videlicet patet, quia
transacta res ad memoriam re
ducitur, non autem futura monstratur
Tunc ergo eliphaz verius diceret
si hec de iniquis qualiter fieri
extrema animadversione crederet
dixisset. Sed hoc quod flare deus dicitur
urget ut subtilius discutiatur.
Nos quippe cum flamus aerem
ab exterioribus introrsus tra
himus, et introrsus tractum
hunc exterius reddimus. Flare
ergo deus in vindicte retri
bucione dicitur, quia ab exterioribus
causis introrsus iudicii con
silium concipit, et ab interno con
silio extrorsus sententiam emittit.
Quasi flante deo ab exteriori
bus aliquid introrsum trahitur
quando foris mala nostra con
spicit, et intus iudicium dis
ponit. Et rursum quasi flante
deo ab interioribus spiritus ex
trorsus emittitur, quando ab in
terno concepto consilio exterius
iudicium dampnacionis infertur.
Bene itaque dicitur, Qui do
lores seminant, flante deo
pereunt, quia unde foris prava
fecerunt, inde ab intimis recte
feriuntur. Vel certe cum flare deus
dicitur, quia et statim ire eius
spiritus subinfertur. Appellatione
flatus illius potest etiam ipsa
eius animadversio designari. Nos
quippe cum irascimur flatu fundi
mur flamus. Ut ergo vindictam cogi
tantis domini demonstraret, fla
re irascendo dicit, non quo ipse
in natura sua mutabilitatis vici
situdinem recipiat, sed quo post
longam patientiam, quam vindictam
peccatoris exsequitur, is qui in semet
ipso tranquillus est, peccantibus tur
bulentus esse videatur. Mens quippe
reproba quia ad usum suis actibus
iudicem conspicit, quasi commotus
ei ostenditur, quia in conspectu eius
reatu suo ipsa turbatur. Sed post
quasi clementer admonuit apte
increpacionis verba subiungit dicens
Rugitus leonis et vox leene et xiiii
dentes catulorum leonum contriti sunt. ff
Quid enim rugitum leonis appellat
nisi ut paulo ante premisimus, seve
ritatem viri, quid vocem leene
nisi loquacitatem coniugis, quid
dentes catulorum leonum nisi eda
citatem filiorum. Quia enim filii con
vivantes extincti sunt, dentium
contricione significatur. Que cuncta
cum contrita eliphaz rigidus exul
tat quasi iure dampnata denun
ciat, cuius adhuc duricia incre
pacionis ingeminat cum subiungit
Tigris periit, eo quod non haberet
predam, et catuli leonum dissipati
sunt. Quo enim nomine tygridis xv
nisi beatum iob nota varietatis
signat, velut asserens maculis
simulacionis. Omnis namque simu
lator in eo quod videri rectus appe
tit, mundum se per omnia non ostendit
Quia dum virtutes quasdam
ypocrisim assumit, et occulte
semetipsum subicit viciis, quedam
latencia vicia repente in faciem
erumpunt, et superducte simulacionis
quasi visionis eorum ex admixtione
sua varium ostendunt, ut plerumque
mirum sit, cur homo qui tantis
virtutibus pollere cernitur, etiam tam
reprobis actibus inquinetur. Qui

Et portis

minimi omnis ypocrita tygris
est, quia dum mundus color
de simulatione ducitur, viciorum
nigredine intervenente variatur.
Sepe enim dum de castitatis iusti
cia extollitur, sorde avaricie
fedatur. Sepe dum de virtute
largitatis speciosus ostenditur, luxu
rie maculis inquinatur. Sepe
dum castitate atque decore ves
titur, velut ex zelo iusticie cru
delitatis atrocitate fuscatur. Sepe
largitate castitate pietate expoli
tus visione induitur, sed in tumore
ob securitate superbie notatur. Sic
que fit ut in se mixtis viciis dum
mundam in se speciem ypocrita non
ostendit, quasi unum colorem tygris
habere nequaquam possit. Que videlicet
tygris rapit predam, quia humani
sibi favoris usurpat gloriam.
Cui enim rapta laude extollitur,
quasi preda satiatur. Bene autem
ypocritarum laus preda dicitur. Preda
quippe est cum aliena violenter ra
pitur. Omnis autem ypocrita qua
vitam iusticie simulans iustorum
sibi laudem arripit, alienum
profecto est quod tollit. Elyphaz itaque
qui beatum Iob in colomitatis sue
tempore laudanda egisse cognovit,
passione subsequente hec illum
tenuissime per ypocrisim credidit
dicens: Tygris periit eo quod non
haberet predam. Ac si aperte dicat:
Varietas tue simulationis exstinc
ta est, quia et adulatio laudis
ablata, etiam tua ypocrisis
laudem non habet, quia per passi
onem dimissus humanis favoribus laude
caret. In translatione autem septua
ginta interpretum nequaquam dicitur
Tygris, sed Myrmicoleon periit
eo quod non haberet predam. Myrmi
coleon quippe parvum valde est
animal formicis adversum, quod
se sub pulvere abscondit et for
micas frumenta gestantes interficit

interfectasque consumit. Myrmicoleon
latine dicitur vel formicarum leo,
vel certe expressius formica pariter
et leo. Recte autem formica et leo
nominatur. Quia sive volatilibus
seu quibuslibet aliis minutis
animalibus formica est, ipsis autem
formicis leo. Has enim quasi leo
devorat, sed ab aliis quasi formica
devoratur. Cum igitur Elyphaz dicit
mirmicoleon periit, quid in beato
Iob sub mirmicoleonis nomine
nisi pavorem et audaciam repre
hendit? Ac si aperte dicat: Non
iniuste percussus es, quia contra
erectos timidus, contra subditos
audax fuisti. Ac si aperte dicat:
Contra astutos te formido
pressit, contra simplices temeri
tas inflavit. Sed predam iam
mirmicoleon non habet, quia ti
mida tua elatio dum uberi
bus premitur, ab aliena lesione
cohibetur. Sed quia amicos beati xvi
Iob hereticorum tenere speciem diximus, 6
urget necessario ut hec eadem
Elyphaz verba, quo etiam typice
sentienda sint, intimemus. Ru
gitus leonis et vox leene et
dentes catulorum leonum dissipa
ti sunt. Quia vero uniuscuius
que rei ex diversitate componitur,
in sacro eloquio per rem qualibet
litate diversa figuratur. Habet
quippe leo virtutem, habet et seviciam.
Virtute quoque dominum, sevicia dyabolum
signat. Hinc enim de domino dicitur:
Vicit leo de tribu Iuda radix Apok 7
David. Hinc de dyabolo scriptum
est: Adversarius vester sicut leo
rugiens circuit querens quem 1 pet 7
devoret. Leene autem nomine ali
quando Babylonia designatur, [illegible]
Pro eo enim quod contra adversa
audax est, leena etiam dicitur,
sicut eiusdem beati Iob verbis 21
approbatur, quia delicta ab eterna
iudeam in dictis ait: Non
calcaverunt eam filii institorum

Mirmicoleon sit [illegible]

nec pertransiit praedam leaena. Ali-
quando vero leaenae nomine huius
mundi civitas id est Babylonia
exprimitur, que contra vitam in-
nocentium in immanitate crudelitatis
effrenatur, que antiquo hosti
quasi sevissimo leoni sociatur,
per ipse persuasionis eius semina
concipit, et reprobos ex se filios
ad similitudinem illius quasi
crudeles catulos gignit. Catuli
autem leonum sunt quilibet re-
probi, ad iniquam vitam ma-
lignorum spirituum errore generati, qui
et simul omnes unum sunt in di-
versitate qua perdiximus Babylo-
niam faciunt, et tamen hii
idem singuli Babylonie filii
quasi non leaena, sed leaene ca-
tuli vocantur. Sicut enim Syon
tota simul ecclesia dicitur, filii
autem Syon sanctorum quique singuli
memorantur. Ita et filii Babylo-
nie singuli quique reproborum et
eadem Babylonia simul omnes
reprobi vocantur. Sed sancti viri
qui dum in hac vita sunt semet-
ipsos sollicita circumspectione custo-
diunt, ne leo rugiens insidiando
surripiat, id est antiquus hostis
sub alia ymagine veniens occidat,
ne leaene vox auribus obstre-
pat, id est ne Babylonie glorie
sensum ab amore patrie celestis
avertat, ne catulorum dentes
mordeant, id est ne reproborum
persuasio in corde convalescat. At
contra heretici iam quasi de sancti-
tate securi sunt, quia vite sue
meritis cuncta se superasse suspicant.
Unde nunc dicitur. Rugitus leonis
et vox leaene et dentes catulorum
leonum contrita sunt. Ac si aperte
diceret: Nos ideo nullis fla-
gellis atterimur, quia et virtutem
antiqui hostis et cupiditatem
terrene glorie et persuasionem repro-
borum omnium vite merito superando
calcamus. Unde adhuc subditur:
Tygris periit eo quod non haberet

praedam, et catuli leonum dissipati sunt.
Hunc vocabulo tigris repetit, quem
leonis appellatione signavit. Sa-
than quippe et propter crudelitatem
leo dicitur, et propter multiformis as-
tutie varietatem non incongrue ty-
gris vocatur. Modo enim se sicut est
perditus humanis sensibus obicit,
modo quasi angelum lucis ostendit,
modo stultorum mentes blandiendo
persuadet, modo ad culpam terrendo
pertrahit, modo suadere vicia aperte
nititur, modo suis suggestionibus
sub virtutis specie palliatur. Hec
itaque belua que tanta varie-
tate aspergitur, iure tygris vocatur.
Quam apud lxx interpretes ut praefati
sumus mirmicoleon dicitur, quod vi-
delicet animal absconsum pulvere
formicas ut diximus frumenta
gestantes interficiat, quia nimirum
apostata angelus in terram de celis
proiectus iustorum mentes, que
bonorum sibi operum refectionem pre-
parant in ipso actionis itinere obsi-
det. Cumque has per insidias su-
perat, quasi formicas frumenta
gestantes improvisus necat. Re-
cte autem mirmicoleon dicitur, id est
formica et leo, formicis enim
ut diximus leo est, volatilibus
formica. Quia nimirum anti-
quus hostis sicut contra consenci-
entes fortis est, ita contra resis-
tentes debilis. Si enim eius sug-
gestionibus assensus prebetur, quasi
leo tolerari nequaquam potest. Si
autem resistitur, quasi formica atteritur.
Aliis ergo leo est, aliis formica,
quia crudelitatem illius mentes
carnales vix tollerant, spirituales
vero infirmitatem illius pede venti-
lant. Heretici igitur quia de sanctitatis
presumptione superbiunt, quasi exultan-
tes dicunt: Mirmicoleon vel
certe tygris periit eo quod non haberet
praedam. Ac si aperte dicant: Vetus-
tus adversarius praedam in nobis

non habet quia quantum ad virtutum studia iam virtus iacet. Ideo autem mirmicoleonis appellatione vel tygridis repetitur, quia contritus iam leonis rugitus fuerit designatus, quia quod per gaudium dicitur sepe replicatur. Voces quippe ingeminat animus cum exultat. Unde et veritatis leticia psalmistam crebro repetit hoc quod se exauditum cognoscit. Dicit: Exaudivit Dominus vocem fletus mei. Exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam suscepit. Sed sancti viri cum de

xvii quibusdam vitiis se ereptos hylarescunt, magno se metu etiam in ipsa exultatione constringunt, quia et si iam de quibuslibet procella tempestatis erepti sunt, esse se adhuc in mediis maris dubiis fluctibus sciunt, et sic sepe exultant ut pavore trepident, sic pavore trepidant ut spei fiducia exultent. Unde per eundem psalmistam dicitur: Servite Domino in timore et exultate ei cum tremore. At contra hii qui de specie sanctitatis intumescunt, cum unum quodlibet vitium superant, mox mente in superbia eriguntur, et quasi de imo sui profectus gloriantur, et pro eo quod fortasse semel a periculo tempestatis erepti sunt, iam quia in mari navigant obliviscuntur; magnos se in omnibus estimant, et vicisse se antiquum adversarium funditus putant, in fine se victos inspiciunt, quia per sapientiam se transcendere omnes arbitrantur. Unde et subditur: Porro ad me dictum est verbum absconditum. Verbum absconditum heretici audire se simulant, ut auditorum mentibus quandam predicationis sue reverentiam obducant. Unde et latenter predicant, quatenus eorum predicatio tanto sanctior quanto et occulta videatur. Commendant autem sanctam hec fingunt ne ceteris equales estimentur, et quedam nova semper exquirunt, que dum alii nesciunt, apud imperitorum mentes ipsi de sciencie singularitate glorientur. Quia ut diximus occultam insinuant, quia satis ut nimia ostendere valeant, hinc se latenter percepisse confirmant. Unde apud Salomonem mulier hereticorum speciem tenens dicit: Aque furtive dulciores sunt, et panis absconditus suavior. Unde hic quoque subditur: Et quasi furtive suscepit auris mea venas susurrii eius. Furtive susurrii venas percipiunt, quia sociales sentencie gratiam deserentes, ad hanc nequaquam per ostium ingrediuntur, Domino attestante qui ait: Qui non intrat per ostium in ovile sed ascendit aliunde, ille fur est et latro. Venas utique divini susurrii furtive suscipit, qui ad percipiendam veritatis eius notitiam deserens publicum predicationis ostium, prave intelligentie rimas querit. Quia vero fur et latro qui intrat aliunde et tenebras diligit, et claritatem lucis perhorrescit, recte subiungit: In horrore visionis nocturne quando solet sopor occupare homines. Sepe heretici dum altiora dicere conantur, ipsi sibi testes sunt quia que proferunt vera non sunt. In nocturna quippe visione dubie cernitur. Rimas ergo susurrii in pavore nocturne visionis se percepisse asserunt, quia ea que docent alta absconditant, vix ea se posse capere denuntiant. Sed hinc colligendum est quo audientibus certa esse poterunt, que ipsi dubie vident. Miro igitur ordine cum alta loquentes perseverunt in patefactione stulticie, ipsis sue altitudinis vocibus ligantur. Quantum vero de singularitate levantur sapientie, ond-

Pro. 9
Jo. 9

Hereticorum conditio superbia :-

cum pertimus subditur Quando solet
sopor occupare homines. Ac si
ab hereticis apte dicetur Cum homines
in terrenis dormiunt, nos ad per
cipienda superna vigilamus, que
ea nobis nota sunt, ad que
videlicet cognoscenda ceterorum hominum
corda torpencia non assurgunt
Ac si aperte dicant In quibus
intelligencia nostra se erigit, velut
quorum hominum sensus dormit
Non nunquam vero cum hoc despi
ci ab auditore conspiciunt, semet
ipsos simulant timere quod dicunt
Unde subditur Pavor tenuit
me et tremor et omnia ossa
mea perterrita sunt. Quia enim
de doctrine sue altitudine mira
videri appetunt, quasi perti
mescunt que fingunt, et cum
maioris laboris sit audire quam
dicere, ad eam perferenda audaces
sunt que scilicet asserunt quia
ipsi vix audire potuerunt Unde
adhuc subditur Et cum spiritus me
presente transiret inhorruerunt pili
carnis mee stetit quidam
cuius non cognoscebam vultum
ut incomprehensibilia se cognovisse
indicet, non stetisse sed transisse
coram se spiritum narrant et vultum
se incognitum vidisse simulant
ut esse sibi cognitum, quod ab
humana mente cognosci non
valet ostendant, ubi adhuc sub
ditur, Ymago coram oculis meis
et vocem quasi aure lenis au
divi. Sepe heretici deum sibi
ymaginabiliter fingunt, que in
tueri spiritualiter nequeunt, eiusque
vocem quasi aure lenis au
dire se perhibent, quia ad secreta
illius cognoscenda quasi esse
se ceteris familiares gaudent Non
enim ea docent que deus publice
loquitur, Sed que eorum animis
latenter aspirat. Hec igitur di
ximus ut quid sub hereticorum specie
in eliphaz sermonibus sentiendum sit
intimemus. Sed quia amici

1202

beati iob tanti viri amici non
essent nisi manifeste aliquid
de virtute didicissent, quia quamvis
in sententiis correctionis errant in
virtutis tamen cognicione non ti
tubant hec eadem paulo superius
verba replicamus ut sublimius dis
cutiamus, quo ea que de percepti
one virtutis dicunt, a recte sentien
tibus proferri veraciter possunt. Non
nunquam vero heretici vera quedam
et sublimia locuntur, non quo hec
ipsi divinitus perceperint, sed quo hec
sancte ecclesie contentione didicerunt
neque hec ad provectum conscientie
sed ad scientie ostentacionem trahunt
Unde et plerumque fit ut aliqua sci
endo dicant, sed unde dicunt
nesciant. Sumentur igitur ex hereticorum
specie videlicet non virtutem sciencie
sed umbras verba tenentium seu etiam
ex persona amicorum beati iob qui
ex cognicione virtutis potuerunt
procul dubio percipiendo experiri
quod scripserint docendo eloqui
hec eadem que tristrimo subti
lius dicta disseramus, ut dum
simplicitate eliphaz sermo discutitur, qui
te sancte sint demonstret quamvis
in eadem sancta humilitate non tene
at qui commune bonum sibi specialiter
arrogavit. Ait namque Porro
ad me dictum est verbum abscon
ditum. Verbum quippe abscon
ditum invisibilis filius vocitur
de quo Iohannes ait In principio erat
verbum, Quod ipse quoque abscon
ditum insinuat dum subiungit
Et verbum erat apud deum et deus
erat verbum, Sed hoc verbum ab
sconditum electorum deus cum patris
unigeniti filii credentibus mani
festat. Potest etiam per verbum
absconditum allocutio interne as
piracionis intelligi, de quo Iohannes
dicit Unccio eius docet nos
de omnibus, que nimirum aspira
cio humana mente contingendo
sub levat, et temporales cogitaciones

iij

xvm

Verbum
absconditum.

despiciens, eternis hanc desideriis
inflammat, ut nichil ei iam nisi
que superna sunt libeat, et cuncta
que inferius de humana perstre
punt corruptione contempnat.
Absconditum ergo verbum audire est
locutionem sancti spiritus corde con
cipere, que profecto sciri non potest
nisi a quo haberi potest. Unde et
veritas voce de hac abscondita
locutione dicit: Ego rogabo pa
trem et alium paraclitum dabit vo
bis ut maneat vobiscum in eternum
spiritum veritatis quem mundus non
potest accipere. Dicit enim idem
paraclitus est post mediatoris
ascensum, alius humani generis
consolator in semetipso invisibilis
est, ita omnem quem repleverit
ad desideranda invisibilia accen
dit. Et quia mundana corda sola
visibilia appetunt diligunt, hunc
mundus non accipit, quia ad di
ligenda invisibilia non assurgit.
Seculares enim mentes quanto
se foris per desideria dilatant, tan
to ad receptionis illius sinum cor
dis angustant. Et quia valde in
humano genere pauci sunt qui
a desideriorum carnalium sorde pur
gati ad perceptionem spiritus sancti ipsa
hac purgatione dilatantur, verbum
hoc absconditum dicitur, quia illud
a quibusdam procul dubio in corde
percipitur, quod a maxima homi
num parte nescitur. Vel certe hec ipsa
afflatio sancti spiritus abscondita
verbum est, quia sentiri potest, sed
strepitu locutionis exprimi non potest.
Cum ergo divina aspiratio cum
strepitu mentem sublevat, verbum
absconditum audit, quia sermo
spiritus in aure cordis silenter sonat
verum et subditur: Et quasi furtive
suscepit auris mea venas su
surri eius. Venas superni susu
rri auris cordis furtive suscu
pit, quia subtilitatem locutionis
intime afflata mens et rap
tim et occulte cognoscit. Nisi
enim se ab exterioribus deside
riis abscondat, interna non
penetrat, et occultatur autem
ut audiat, et audit ut oc
cultetur, quia et subtracta vi
sibilibus invisibilia conspicit
et repleta invisibilibus, visibi
lia perfecte contempnit. Notandum
vero quod non ait: Quasi furtive
suscepit auris mea susurrium
eius, sed venas susurri eius.
Susurrium quippe occulti verbi
est, hec ipsa locutio aspirationis
intime. Vene autem susurri di
cuntur causarum origines, quibus
hec ipsa aspiratio ad mentem
ducitur. Quasi enim venas su
surri sui aperit cum nobis de
latentis insinuat, quibus modis
ad aurem intelligentie veniat.
Aliquando enim nos amore, aliquando
terrore compungit, aliquando presentia
quam nulla sint ostendit, et ad eterna
diligenda desiderium erigit, ali
quando prius eterna indicat, ut post
temporalia vilescant, aliquando nostra
nobis mala aperit, et ad hoc
nos usque ut de alienis etiam
malis doleamus extendit,
aliquando aliena mala nostris ob
tutibus obicit, et compunctos
mirabiliter a nostra pravitate nos
corrigit. Venas itaque divini
susurri furtive audire est
occultos divine aspirationis mo
dos tenuiter et latenter agnoscere.
Quamvis adhuc vel susurrium
vel venas susurri intelligere
aliter valeamus. Qui enim su
surrat occulte loquitur, et vocem non
exprimit sed imitatur. Nos igitur
quousque carnis corruptione
premimur, claritatem nullo modo
divine potentie sicut in se in
commutabilis manet videmus,
quia acies infirmitatis nostre non sustinet

hoc quod de claritatis eius radio super nos incommutabiliter fulget. Cum ergo se nobis omnipotens Deus per rimas contemplationis indicat, nequaquam nobis loquitur sed susurrat, quia et si se non plane intimat, quiddam de se tamen humane menti manifestat. Tunc vero nequaquam iam susurrat, sed loquitur, cum nobis eius species certa revelatur. Hinc est enim quod in evangelio Veritas dicit: Palam de Patre meo annuntiabo vobis.
Jo 16 Hinc Johannes dicit: Videbimus eum
1 Jo 3 sicuti est. Hinc Paulus ait:
1 cor 13 Tunc cognoscam sicut et cognitus sum. Nunc autem et divini susurrii tot ad nos venas habet, quod creatis omnibus ipsa divinitas presidet. Dum enim que sunt cuncta creata cernimus, in creatoris admirationem sublevamur. Nam sicut aqua labitur leniter fluens rimata per venas queritur ut augeatur, tantoque vastius funditur quanto venas capaciores invenit, ita nos dum studiose divinitatis notitiam ex creature eius consideratione colligimus, quasi susurri illius ad nos venas accipimus, quia per hoc quod factum cernimus virtutem creatoris admiramur, et per ea que sunt in publico illud ad nos emanat quod latet in occulto. Quasi enim per quendam ad nos sonitum erumpit, dum considerandam nobis sua opera ostendit, quo semetipsum intuentibus indicet, dum quantum sit incomprehensibilibus manifestat. Quia igitur considerare eum digne non possumus, non eius vocem sed vix susurrium audimus. Plene enim comprehendere neque ipsa que sunt creata sufficimus. Recte dicitur: Quasi furtive suscepit auris mea venas susurri eius. Proiecti quippe a paradisi gaudiis et cecitatis pena multati vix susurri venas apprehendimus, quia ipsa quoque mira eius opera raptim tenuiterque pensamus. Sciendum vero est quia quanto virtute illius mens sublevata considerat, tanto eius celsitudine repressa formidat. Unde et recte subditur: In horrore visionis nocturne. Horror nocturne visionis est pavor occulte contemplationis. Humana etenim mens que se altius elevat, atque que sunt eterna considerat, eo de se temporalibus cunctis tremefacta formidat, quia quanto se vera cernit verius, tanto se ab illo lumine discrepasse quod super se intentat conspicit. Sicque fit ut illuminata plus metuat, quia magis aspicit a veritatis regula per quantum discordat. Eamque in formidine sinus ipse provectus quatiat, que prius quasi securius nichil videbat, quamvis quantalibet virtute proficiat, non tamen manifeste aliquid de eternitate comprehendit, sed adhuc sub enigmatum caligine imaginationis conspicit. Unde et hec eadem nocturna visio dicitur. In nocte quippe sicut superius diximus dubie, in die autem constanter videmus. Quia igitur ad contemplandum interni solis radium nubes sese nostre corruptionis interserunt, nec ad infirmos mentis nostre oculos illud sicut est incommutabile lumen erumpit, adhuc Deum in nocturna visione cernimus, cum per dubium sub incerta contemplatione caligamus. Sed quamvis ex nimio de illo aliquid mens conceperit, in consideratione tamen eius magnitudinis inhorrescit et magis metuit, quia prius contemplationis eius vestigiis se imparem sentit, atque ad se relapsa eum altius diligit, cuius miram dulcedinem ferre non valens vix hanc sub incerta visione gustavit. Sed quia ad huius sublevationis culmen minime pertingitur, nisi prius desideriorum carnalium importune perstrepens turba reprimatur, recte subditur: Quando sopor solet homines occupare. Cuius

omnibus ea que mundi sunt appetit a-
gere quasi vigilat. quisquis vero in-
ternam quietem querens huius mundi
strepitum fugit velut obdormiscit.
R Sed prius sciendum est quod in scriptura sacra
figurate positus tribus modis sopnus
accipitur. Aliquando enim sopno mors car-
Sopnus nis, aliquando torpor negligencie, ali-
quando vero exprimitur calcatis terrenis
desideriis quies vite. Sopni namque
vel dormitionis nomine mors car-
nis intimatur. Sicut paulus ait:
Nolumus vos ignorare de dormientibus.
1 thess 3 Et paulo post. Ita et deus eos qui
dormierunt per ihesum adducet cum eo.
Sopno vero torpor neglige-
ncie designatur sicut ab eodem pau-
lo dicitur. Hora est iam nos de sopno
Ro 13 surgere. Et rursum. Evigilate iusti
et nolite peccare. Sopno quoque
1 cor 15 calcatis desideriis carnis quies
vite figuratur. Sicut sponsi voce in
canticorum cantico dicitur. Ego dormio
Can 5 et cor meum vigilat. Quia videlicet
sancta mens que se ab strepitu temporalis
concupiscencie comprimit, eo verius
interna cognoscit, et tanto clarius
ad intima vigilat, quanto se ab
exteriori inquietudine occultat. Quod
bene per iacob intus dormientem
figuratur, qui ad caput lapide posito
et obdormivit. Atque statim celo
Ge 28 inherentem innixam scale dominum as-
cendentes quoque et descendentes angelos
vidit. In itinere quippe dormire est
in hoc presentis vite transitu a rerum
temporalium amore quiescere. In itinere
dormire est in diem labentium cursu
ab appetitu visibilium mentis oculos
claudere, quos primus hominibus seduc-
tor aperuit, qui dixit: Scit enim
Ge 3 deus quod in quocumque die comederitis ex eo
aperientur oculi vestri. Unde et paulo
post subditur: Tulit quoque de fructu
illius et dedit viro suo qui co-
medit et aperti sunt oculi amborum.
Culpa quippe oculos concupiscencie
aperuit, quos innocencia clausos
tenebat. Angelos vero ascendentes
et descendentes cernere est, cives superne
patrie contemplari. Vel quanto amore

suo auctori super semetipsos inhereant
vel quanta compassione caritatis
nostris infirmitatibus condescendant.
Et notandum valde est, quod ille dor- xxj
miens angelos conspicit, qui in la-
pide caput ponit. Quia nimirum
ipse ab exterioribus operibus cessans in- 6
terna penetrat, qui intenta mente
quod principale est hominis imitatione sui
redemptoris observat. Caput quippe
in lapide ponere est mente christo
inherere. Qui enim a presentis vite actione
remoti sunt, sed ad superna nullo
amore rapiuntur dormire possunt,
sed videre angelos nequeunt, quia caput
in lapide tenere contempnunt. Sunt
namque nonnulli qui mundi quidem
actiones fugiunt, sed nullis virtuti-
bus exercentur. Hi nimirum torpore
non studio dormiunt. Et ideo circo
eterna non conspiciunt, quia caput non
non in lapide sed in terra posuerunt.
Quibus plerumque contingit ut quanto
securius ab exterioribus actionibus
cessant, tanto laxius in munde in
se cogitationis strepitum per ocium con-
gerunt. Unde sub iudee specie per
prophetam torpens ocio anima defletur
cum dicitur: Viderunt eam hostes et de- Tr. 1
riserunt sabbata eius. Precepto etenim
legis ab exteriori opere in sabba-
to cessatur. Hostes ergo videntes sab-
bata irrident, cum maligni spiritus
ipsa vacationis ocia ad cogitationes
illicitas pertrahunt. Ut unaqueque reproba
anima quo remota ab exterioribus
actionibus deo servire creditur, eo magis
eorum tyrannidi illicita cogitatione
famuletur. Sancti autem viri quia
mundi operibus non torpore sed
virtute sopiuntur laboriosius dormi-
unt, quam vigilare potuerunt. Quia
in eo quod actiones huius seculi deseren-
tes superant, robusto conflictu cot-
tidie contra semetipsos pugnant,
ne mens per negligenciam torpeat,
ne subacta ocio ad desideria in-
munda frigescat. ne in ipsis bonis
desideriis plus iusto inferveat,
ne sub discrecionis specie sibimet

percipiendo affectione languescat /
Agit hec / et ab huius mundi inquieta
concupiscentia se penitus subtrahit
ac terrenarum actionum strepitum de-
serit / et per quietis studium virtutibus
intenta vigilans dormit / Neque
enim ad contemplanda eterna per-
ducitur nisi ab hiis que exterius
implicant studiose subtrahatur.
Hinc est enim quod per semetipsam
veritas dicit: Nemo potest duobus
dominis servire / Hinc Paulus ait /
2 ad Thi 2 Nemo militans deo implicat se
negociis secularibus, ut ei pla-
ceat cui se probavit / Hinc per
prophetam dominus admonens ait: Va-
cate et videte quoniam ego sum deus.
Mens igitur nequaquam notitiam in-
terna conspicit nisi ex tota implica-
cione cesset / Recte nunc ubi ab-
sconditi verbi susurrium tempus
exprimit cum dicitur: In horrore
visionis nocturne, quando solet
sopor occupare homines. quia
nimirum mens nostra nullo modo
ad vim interne contemplationis
rapitur, nisi studiose prius a terreno-
rum desideriorum tumultu sopiatur.
Sed humanus animus cum sue con-
templationis machina sublevatus,
quo super se altiora conspicit eo
in semetipso terribilius contremis-
cit. Unde et apte subditur: Pavor
tenuit me et tremor et omnia
ossa mea perterrita sunt. Quid
per ossa nisi fortia acta signantur
de quibus per prophetam dicitur: Dominus cus-
todit omnia ossa eorum. Et sepe
ea que agunt homines esse alicuius
momenti estimant / quia districtionis
interne quam sit subtile iudicium
ignorant. Sed cum per contemplationem
raptim superna conspiciunt, ab ipsa
aliquo presumptionis sue securitate
liquescunt / Et tanto magis in divino
conspectu trepidant, quanto nec
bona sua digna eius examini
que conspiciunt pensant. Hinc est
enim quod is qui fortia operando per-
fecit / per spiritum sublevatus clamabat /

Omnia ossa mea dicent: domine quis
similis tibi. Ac si diceret: Carnes mee
verbum non habent, quia infirma mea
apud te funditus silent, ossa autem
mea tue magnitudinis laudem dicunt
quia ipsa quoque que esse in me
fortia credidi tua consideratione con-
Judic 13 tremiscunt. Hinc est enim quod Manue
viso angelo pertimescens ait: Mor-
te moriemur quia vidimus deum.
Quem uxor prius consolatur dicens:
Si dominus nos vellet occidere de ma-
nibus nostris holocausta et liba-
menta non suscepisset. Quid est
autem quod ad visionem angeli vir fit
timidus et mulier audax, nisi
quod nobis quoties celestia demon-
strantur, spiritus quidem pavore concu-
titur sed tamen spes presumit. Inde
namque spes ad maiora audienda
se erigit / Unde turbatur spiritus quia ea
que supra sunt prior vidit. Cum
igitur in altiora secretorum celestium
sublevata mens conspicit, cuncta
humanarum virium soliditas contre-
miscit / Recte nunc dicitur: Pavor
tenuit me et tremor et ossa mea
perterrita sunt. Ac si aperte diceret:
Subtilitatis interne archana
percipiens vidi me apud me forte
credidi in conspectu iudicis in-
terni titubabam / Districtionem quippe di-
vine iusticie contemplantes etiam
de ipsis operibus nostris pertimescimus
que nos egisse fortia putabamus.
Ducta namque ad internam regulam no-
stra rectitudo si districtum iudicium
invenit, multis curvitudinibus suarum ×
sensibus in intima rectitudinem
impingit. Unde et bene Paulus
cum et virtutum ossa habere se cerneret
et timens sub districto examine
hec eadem ossa eius trepidarent
1 Cor 4 ait: Michi autem pro minimo est ut
a vobis iudicer aut ab humano
die / sed neque me ipsum diiudico. nichil
michi conscius sum / Sed quia iudicis
venit verbi susurrium hec eadem ossa
eius tremuerunt / illico adiunxit

× fortitudinum

Sed ne in hoc iustificatus sum, quia
qui iudicat me dominus est. Ac si aperte
dicat: Recte egisse me recolo et tamen
de meritis non presumo, quia ad eius
examen vita nostra ducitur, sub quo
nostre fortitudinis et ossa tremunt.
Sed cum mens in contemplatione
suspenditur, cum carnis angustias
superans speculationis vim de liber-
tate aliquid in tante securitatis
rimatur, stare diu super semetipsam
non potest. Quia et si hanc spiritus
ad summa vehit, caro tamen ipsa
adhuc corruptionis sue deorsum
premit. Unde et subditur: Et cum spiritus
me presente transiret, inhorruerunt
pili carnis mee. Nobis presentibus
spiritus transit cum invisibilia cognos-
cimus, et tamen hec non solide sed
raptim videmus. Neque enim in
suavitate contemplationis intime diu
mens figitur, quia ad semetipsam
ipsa immensitate luminis reverberata
revocatur. Cumque intimam dulcedinem
degustat, amore estuat, ire super se-
metipsam nititur, sed ad infirmitatis
sue tenebras fracta relabitur. Magna
virtute proficiens videt, quia videre
non possit hoc quod ardenter diligit, nec
tamen ardenter diligeret nisi aliquatenus
videret. Non ergo stat sed transit spiritus,
quia supernam lucem nostra nobis
contemplatio et inhiantibus aperit et
mox infirmantibus abscondit. Et
quia in hac vita quantalibet quis
virtute proficit, adhuc tamen cor-
ruptionis sue stimulos sentit, quia corpus
quod corrumpitur aggravat animam,
et deprimit terrena inhabitatio sen-
sum multa cogitantem, recte subditur:
Inhorruerunt pili carnis mee.
Pili enim carnis sunt quelibet
superflua humane corruptionis. Pili
carnis sunt vite veteris cogitatio-
nes, quas si a mente recidimus,
pilos a carne incidimus. Per pilos
rigidos iudicat cogitationes ab-
scidi, ut de amissione carnis nullo
dolore fatigentur. Bene autem per
Moysen dicitur: Levite radant omnes

pilos carnis sue. Levita quippe
assumptus vocatur. Oportet ergo
levitas omnes pilos omnes carnis
radere, quia is qui in obsequiis
divinis assumitur debet ante
dei oculos a cunctis carnis co-
gitationibus mundus apparere,
ne illicitas cogitationes mens
proferat et pulchritudinem anime specie
quasi pilis fructificantibus defor-
mem reddat. Et quantalibet
in divinis conspiratione vita sancte
conversationis excrevit, adhuc tamen
ei de vetustate vite nascitur
quod tollatur. Unde et ipsi levitarum
pili radi precepti sunt non evelli.
Rasis enim pilis in carne radi-
ces remanent, et crescunt iterum
ut recidantur. Quia magno quidem
studio superflue cogitationes am-
putande sunt, sed tamen amputari
funditus nequaquam possunt.
Semper enim caro superflua generat
que semper spiritus ferro sollicitudinis
recidat. Sed hec in nobis tunc
subtilius conspicimus, cum spe-
culationis altius penetramus. Unde
recte mox subditur: Cum spiritus me
presente transiret, inhorruerunt pili
carnis mee. Humana etenim mens
in contemplationis arce sublevata,
tanto semetipsam durius de
superfluis cruciat, quanto minus
subtilis conspicit esse quod amat.
Et cum pulchrum intuetur hoc quod
super se appetit, districte iudicat
quicquid ipse in infirmo prius tran-
quille tollerabat. Transeunte ergo
spiritu pili perhorrescunt, quia ante
conspectionis vim superflue co-
gitationes fugiunt, ut nichil
fluxum, nichil iam remissum
libeat, quia afflatam mentem
etiam contra semetipsam visita-
tionis intime severitas inflammat.
Cumque hoc quod in corde illicitum
nascitur contemplationis districtione re-
secatur, fit plerumque ut negotia
mens paulo altius radio

sue speculationis inhereat et pene
figat spiritum qui cernebat nec tamen
habet ipsa contemplationis mora
diuturnitatis vim plene aperit, quia
eius immensitatis humanas vires
auctoris sublevatusque transcendit.
Unde et bene subditur: Stetit quidam
cuius non cognoscebam vultum.
Quendam namque non dicimus
nisi de eo utique quem expri-
mere aut nolumus aut non va-
lemus. Sed quia mente hoc lo-
co dicitur quidam, ut exponitur
cum subiungitur cuius non cogno-
scebam vultum. ~~Humana quippe ma~~
Humana quippe anima primorum
hominum vicio a paradisi ~~a paradisi~~
gaudiis expulsa lucem invisi-
bilium perdidit et totam se in amo-
rem visibilium fudit, tantoque ab
interna speculatione ceca est
quanto foris deformiter sparsa.
Unde fit ut nulla noverit nisi ea
que corporeis oculis ut ita
dixerim palpando cognoscit. Homo
enim qui si preceptum servare vo-
luisset, etiam carne spiritualis
futurus erat, peccando etiam factus
est mente carnalis, ut sola co-
gitet que ad animum per ymagines
corporum trahit. Corpus quippe
est celi terre aquarum animalium cunc-
torumque visibilium, quas indesinen-
ter intuetur in quibus dum tota
se delectata percipit, ab interne intelli-
gentie subtilitate grossescit. Et
quia iam erigere se ad summa non
valet, in hiis in infirma libenter
iacet. Cum nisi miris cogitatio-
nibus se ab hiis erigere nititur,
magnum valde est si ad cogitationem
suam repressa corporali specie anima
perducitur, ut semetipsam sine cor-
porea ymagine cogitet et cogi-
tando se viam sibi usque ad con-
siderandam eternitatis substantiam paret.
Hoc autem modo quasi quadam scala
sibi exhibet semetipsam per quam
ab exterioribus ascendendo in se
transeat et a se in auctorem tendat.

Cum enim corporeas ymagines de-
serit in semetipsam intus veniens
non modicum ascendit. Sed quamvis
incorporea sit anima, quia tamen
corpori inhesit eo ipso quod sine qualitate lo-
calis esse cognoscitur que carnali lo-
co retinetur, que dum obliviscitur
scita, incognita cognoscit, meminit
oblivioni mandata, hilarescit post
tristitiam, adducitur post leta ipsa sui
diversitate indicat quantum a substan-
tie incommutabilitate distat,
que semper ut est idem est, ubique presens,
ubique invisibilis, ubique tota, ubi-
que incommutabilis, ubique incompren-
sibilis. Per illuminate mentem sine as-
pectu cernitur, sine dubio auditur, sine
motu suscipitur, sine corpore tangitur, sine
loco retinetur. Hinc nimirum est quod
cum animus cogitat assuetus rebus
corporalibus, diversarum ymaginum fan-
tasmata sustinet, que dum ab inten-
tionis sue oculis abigit manu dis-
cretionis postponens ei omnia in
quibus conspicit, quod si nec dum quid
sit apprehendit, agnoscit certe quid
non sit. Quia ergo dum assueta
mens rapitur cum divinitatis essentiam
rimatur recte nunc dicitur: Stetit quidam
cuius non cognoscebam vultum. Bene autem
dictum est stetit. Omnis quippe crea-
tura quia ex nichilo facta est, per
semetipsam ad nichilum tendit, non
stare habet sed defluere. Rationalis
vero creatura eo ipso quod ad ymaginem
auctoris condita est, ne ad nichi-
lum transeat figitur. Irrationalis autem
nequaquam figitur, sed donec visionis
sue misterium universitatis speciem
impleat transeundo tardatur. Nam
si celum ac terra in eternum permanet
ex semetipsis nunc tamen ad nichilum
properant, sed peracto usu quibus serviunt
in melius mutata pervenient. Stare
ergo solius creatoris est per quem cuncta
non transeuntia transeunt, et in quo ali-
qua ne transeant retinentur. Unde et
redemptor noster quia divinitatis eius
status capi ab humana mente non potest

hunc nobis ad nos veniens creatus natus mortuus sepultus resurgens atque ad celestia rediens quasi transeundo monstravit. Ad peccatorem namque illuminato ceco transiit, cui tamen bene auditum prebuit, sed stans oculos
Luc 18 reparavit. Per humanitatem quippe dispensationis transire habet, per divinitatis vero potentiam, quia ubique presens est, stare. Voces igitur cecitatis nostre dominus audire transiens dicitur, quia humane miserie factus homo miseretur; stans autem lucem reparat, quia infirmitatis nostre tenebras ex virtute divinitatis illustrat. Bene ergo postquam dictum est: Cum spiritus me presente transiret, subditur: Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum. Ac si aperte diceretur: Eum quem per visitationem sensi, non transire deprehendi. Ipse est ergo qui transit, ipse qui stat. Transit enim quia teneri cognitus non valet; stat autem quia quantum cognoscitur incommutabilis apparet. Quia ergo raptim is qui semper idem est cernitur, simul deus et transiens et stans videtur. Vel certe stare eius est nulla mutatione variari. Sicut ad moysen
Exo 3 dicitur: Ego sum qui sum. Et sicut Jacobus insinuat dicens: Apud
Jac 1 quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Quia vero quisquis aliquid iam de contemplatione eternitatis apprehendit, hanc per coeternam eius speciem conspicit, recte subiungitur:
A Ymago coram oculis meis. Ymago quippe patris filius est. Sicut de condito homine moyses insinuat dicens: Creavit deus hominem
Gen 1 ad ymaginem dei fecit illum. Et sicut per expressionem sapientie de dei filio quidam sapiens dicit: Candor est
Sap 7 enim lucis eterne. Et sicut Paulus ait: Qui cum sit splendor glorie
Hebr 1 ac figura substantie eius. Cum ergo eternitas eius cernitur per infinitatem nostre passibilitatis admittitur, ymago eius mentis nostre oculis infertur. Quia tamen vere imperium credimus,

hunc quantum accipimus per similem ymaginem id est per filium videmus et per eam speciem que de ipso sine initio nata est, eum aliquomodo cernere, qui nec cepit nec desinit, conamur. Unde et hec eadem veritas in evangelio dicit: Nemo venit
ad patrem nisi per me. Bene autem Jo 14
subditur: Et vocem quasi aure lenis audivi. Quid enim per vocem XXV B
aure lenis nisi cognitio sancti spiritus figuratur, qui de patre procedens et de eo quod est filii accipiens nostre tenuitatis notitie infirmitatis infunditur, qui tamen super apostolos veniens per exteriorem sonum tamquam vehementem spiritum demonstratur, cum
dicitur: Factus est repente de celo Act 2
sonus tamquam advenientis spiritus validi. Spiritus enim sanctus cum se notitie infirmitatis humane insinuat, et sonitu vehementis spiritus et voce aure lenis exprimitur, quia videlicet veniens et vehemens est et lenis. Lenis quia notitiam suam quibus cognosci ut utcumque valeat nostris sensibus temperat. Vehemens quia quamlibet hanc temperet, adventu tamen suo infirmitatis nostre cecitatem illuminando perturbat. Illustratione enim sua nos leniter tangit, sed in copia nostra immaniter concutit. Vox ergo dei quasi aure lenis auditur, quia in hac adhuc vita positis contemplatoribus suis nequaquam se divinitas sicuti est insinuat, sed suspectibus nostre mentis oculis claritatem suam tenuiter demonstrat. Quod bene ipsa legis acceptione signatur cum dicitur: Quia moy-
ses ascendit et dominus in monte Exo 19
descendit. Mons quippe est ipsa nostra contemplatio in qua nos ascendimus ut ad ea que ultra infirmitatem nostram sunt videnda sublevamur. Sed in hac

dominus descendit, quia nobis multum proficientibus parum de se aliquid sensibus nostris aperit. Si tamen in illo dici vel primum vel aliquid potest, quia unus semper et idem permanens, intelligi particularis non potest et tamen suis fidelibus participari dicitur, cum in eius substantia per nullatenus admittatur. Sed quia hunc exprimere perfecto sermone non possumus, humanitatis nostre modulo quasi in faucibus imbecillitate prepediti, eum aliquatenus balbuciendo resonamus. Quia vero et in magna contemplatione sublevati subtile quid de eternitatis cognitione perstringimus, sacre hystorie verbis ostenditur, cum de cognitione dei propheta nobilis helyas edocetur. Cui cum transituro ante eum se dominus promitteret dicens: Ecce dominus transit, spiritus grandis et fortis subvertens montes et conterens petras ante dominum, illico adiungitur: Non in spiritu dominus. Et post spiritum commotio. Non in commotione dominus. Et post commotionem ignis. Non in igne dominus. Et post ignem sibilus aure tenuis.

3 Reg 19

Spiritus quippe ante dominum euntes montes et petras conterit, quia pavor qui ex adventu eius irruit, et altitudinem cordis nostri deicit et duriciam liquefacit. Sed spiritum commotionis et ignem in esse non dicitur dominus, esse vero in sibilo aure tenuis non negatur, quia nimirum mens cum in contemplationis sublimitate suspenditur, quidquid perfecte conspicere prevalet deus non est; cum vero subtile quid conspicit, hoc est quod de incomprehensibili substantia eternitatis audit. Quasi enim sibilum tenuis aure percipimus, cum sapore incircumscripte veritatis contemplatione subita subtiliter degustamus. Tunc ergo verum est quod de deo cognoscimus, cum plene nos aliquid de illo cognoscere non posse sentimus. Unde bene illic subditur: Quod cum audisset helias, operuit vultum suum pallio et egressus stetit in ostio spelunce. Post aure tenuis sibilum vultum suum propheta pallio operuit, quia in ipsa subtilissima contemplatione veritatis, quanta ignorantia homo tegatur agnoscit. Vultum namque pallio superducere est, ne altiora mens querere audeat, hac ex consideratione proprie infirmitatis velare, ut nequaquam oculos intelligentie ultra se precipitanter aperiat, sed ad hoc quod apprehendere non valet reverenter claudat. Quem hec agens in spelunce ostio stetisse describitur. Quid namque spelunca nostra est, nisi hec corruptionis nostre habitatio, in qua adhuc ex vetustate retinemur? Sed cum aliquid percipere de cognitione divinitatis incipimus, quasi iam in spelunce nostre ostio stamus. Quia enim progredi perfecte non possumus ad cognitionem veritatis, inhyantes iam de libertatis aura captamus. In egressu ergo spelunce stare est, repulso nostre corruptionis obstaculo, ad cognitionem veritatis incipere exire. Unde et nube in tabernaculum descendente israelite eloquium cernentes in papilionum suorum ostiis stetisse memorantur.

Exo 33

Quia hii qui adventum divinitatis veraciter conspiciunt, quasi iam ex habitaculo carnis procedunt. Quia igitur humana mens quantalibet sublimitate se extendit, vix dei tenuis extrema cognoscit, recte nunc dicitur: Et vocem quasi lenis aure audivi. Sed quia dum de se saltem parum nobis divina cognitio exhibet, infirmitatis nostre ignorantiam perfecte docet, qui vocem aure lenis audivit dicat que ex ipsa hac audicione didicit. Sequitur: Numquid homo dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir? Humana iusticia divine

iustitie comparata iniustitia est, quia et lucerna in tenebris fulgere cernitur, sed in solis radio posita tenebratur. Quid ergo Eliphaz raptus in contemplatione cognovit, nisi quod iustificari homo Dei comparatione non possit? Quamquam credimus que exterius operamur. Sed tunc intime interna cognoscimus, quasi in solis radio positi caligamus. Cum vero illa utcumque percipimus, ista non utcumque iudicamus, quia tanto quisque de tenebris subtilius iudicat, quanto ei verius claritas lucis constat. Qui enim lucem videt, scit quid de tenebris existimet. Nam qui candorem lucis ignorat, et obscura pro lucidis approbat. Bene autem: aut factore suo purior erit vir? Qui ipse de percussione immurmurat, quid aliud quam iustitiam ferientis accusat? Puriorem ergo se vir factore suo estimat, si contra flagellum querelam parit, eumque sibi procul dubio preponit, cuius iudicium de sua afflictione redarguit. Ut ergo homo prophete non audeat iudicem culpe, hunc humiliter cogitet auctorem nature, quia qui mire hominem ex nichilo fecit, factum impie non affligit. Quid tunc Eliphaz didicit cum vocem quasi lenis aure audivit? In consideratione videlicet divine magnitudinis discitur quod humiliter in sua animadversione timeatur, et qui superna degustat, in fortia eminentis tolleat, quia plene intus conspicit quam estimet quod foris agit. Male enim se erectum putat qui regulam summe rectitudinis ignorat. Et sepe lignum rectum creditur si ad regulam non ducatur. Sed cum regule iungitur, per quantam tortitudinem tumescat invenitur. Quia nimirum rectitudo absidens increpat quod oculus deceptus approbat. Elyfaz itaque quia ad superna conspexit, districtum iudicium de inferioribus exerit, et quamvis beatum Iob non recte

redarguit, in comparatione tamen creatoris omnem creature modum describit dicens: Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles, et in angelis suis reperit pravitatem; quanto magis hii qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum consumentur velut a tynea. Natura angelica et si contemplatione auctoris in stando instituto suo immobiliter permanet, eo ipso tamen quo creatura est, et in semetipsa vicissitudinem mutabilitatis habet. Mutari autem ex alio in aliud ire est, et in semetipsa stabilem non esse. Unaquaeque enim res quasi tot passibus ad aliud tendit, quot mutabilitatis sue motibus subiacet. Sola autem natura incomprehensibilis statu suo moveri nescit, que ab eo quod semper idem est nescit immutari. Nam si angelorum substantia a mutabilitatis motu fuisset aliena, bene a conditore suo condita, nequaquam in reprobis spiritibus a beatitudinis sue arce cecidisset. Mire autem Deus omnipotens naturam summorum spirituum bonam sed mutabilem condidit, ut et qui permanere nollent ruerent, et qui in conditione persisterent, tanto iam dignius, quanto ex arbitrio starent, et eo maioris apud Deum meriti fierent, quo mutabilitatis sue motum voluntatis studio fecissent. Quia ergo ipsa quoque natura angelica est in semetipsa mutabilis, quam videlicet mutabilitatem vicit per hoc quod ei qui semper idem est vinculis amoris alligatur, recte dicitur: Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles, atque eiusdem primus mutabilitatis documentum adiungitur, cum de apostatis spiritibus subinfertur: Et in angelis suis reperit pravitatem. Bene in firmitatis humane considerationem colligit, cum illico subnectit: Quanto

splendit
fixissent
6

magis qui habitant domos
luteas, qui terrenum habent fun-
damentum consumentur velut a
tinea. Luteas quippe domos
habitamus, quia in corporibus
terrenis subsistimus. Que bene paulus
considerans ait: Habemus thesaurum
2 cor v et 7 istum in vasis fictilibus. Et rursum:
Scimus quia si terrestris domus
nostra huius habitationis dissolvatur,
quod edificationem ex deo habemus
domum non manufactam. Terrenum
quoque fundamentum est substantia carnis,
quam in se sollicite psalmista con-
spexerat cum dicebat: Non est
occultatum os meum a te quod
fecisti in occulto et substantia
mea in inferioribus terre.
Tinea autem de veste nascitur
et eandem vestem de qua oritur
oriendo corrumpit. Quasi quedam
vero vestis anime caro est,
sed hec nimirum vestis habet
tineam suam, quia ab ipsa car-
nalis temptatio oritur ex qua
laceratur. Quasi enim quadam sua
tinea vestis nostra consumitur,
cum caro corruptibilis temptationes
gignit et per hanc ad interitum
pervenit. Velut a tinea homo
consumitur cum de se oritur
unde conteratur. At si apte dicitur:
Si illi qui prius extra se incommutabi-
les esse nequeunt qui nulla car-
nis infirmitate se homines in
bono permanere constituunt estimantur,
quos in eo quod in celestibus ad summa
in velut carnalis infirmitatis a
gravatis impedit, ut corruptionis
unam in semetipsis habeant unde
ab imo tinea novitate veterascant.
Possunt quoque per angelos sancti
doctores intelligi, sicut per prophetam
dicitur: Labia sacerdotis custodiunt
scientiam et legem requirunt ex ore
eius, quia angelus domini exerci-
tuum est. Qui quantalibet virtu-
te fulgeant, esse omnino sine
culpa nequeunt, cum iter presentis

Deprimunt quia temeritate

h.

illecebrose vite gradiuntur. Quia cor-
pus nimirum gressus tangitur aut luto
illiciti operis aut pulvere cogitationis.
Domos autem luteas habitant, qui de
illecebrosa hac vita exultant. Hanc
domum luteam paulus habitare con-
tempserat cum dicebat: Nostra
ph. 3 autem conversatio est in celis. Dicitur ergo:
Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles
et in angelis suis repperit pravitatem,
quanto magis hi qui habitant
domos luteas, qui terrenum habent
fundamentum consumentur velut a ti-
nea. At si apte dicitur: Si puritatis
vite viam illi sine contagione tran-
sire nequeunt, qui etiam incaute
sese contra temporalia attingunt, que
detrimenta sibi sustinent, qui esse
in carnalis delectationis voluptatibus
gaudent, qui enim serviunt ei non
sunt stabiles, quia cum mens ad
alta mittitur, carnis sue contagione
dissipatur, ita ut sepe animus dum
in summis habitat, dum sola celes-
tia expectat, subita carnali de-
lectatione percussus a semetipso scissus
iacet, et qui se in summitatis sue
molestias superasse gaudebat, repe-
tino vulnere prostratus gemat. Sum-
mitatis ergo et in angelis repperit, dum
ipsos quoque qui virtute mirantur non
nunquam surreptionis fallacias generat.
Si ergo hi etiam mundi huius
iniquitate feriuntur, quos contra
eum in tenero sancta erigit, quibus
ictibus illi penetrantur quos ante
eius iacula ipsa in summitatis sue
delectatio sternit. Quam bene velut
a tinea consumi describuntur. Tinea
quippe dampnum facit et sonitum non
facit. Ita iniquorum mentes, quia
dampna sua considerare negligunt,
integritatem quasi nescientes perdunt.
Amittunt namque a corde innocen-
tiam, ab ore veritatem, a carne
continentiam, et per accessum temporis ab
etate vitam. Sed hec se in desinent

xxv
I.

o. Et qui in conditione persisterunt tanto in ea iam digniores quanto exercitato starent
et eo maioris apud deum meriti fierent, quo mutabilitatem sue motu volun-
tatis sue statione fixissent. Creatura ergo ipsa quamvis natura angelica sit in semetipsa muta-
bilis, quam videlicet immutabilitatem dicit propheta quod est vinculis amoris illigatur.
Require supra. Ecce qui etc.

amittere nequaquam conspiciunt, cum
toto desiderio curis temporalibus oc-
cupantur. Quasi ergo tynea consu-
muntur, quia sine sonitu culpe mor-
sum tolerant, dum quanta detri-
menta vite et innocentie pa-
ciantur ignorant. Unde recte subditur:
De mane usque ad vesperam succidentur.
k A mane usque ad vesperam peccator suc-
ciditur, dum a vite sue exordio
usque ad terminum iniquitatis perfec-
tione vulneratur. Quidam namque tempore repro-
bi per augmentum malicie contra se ipsos
ingemiscunt quibus succisi in pro-
fundum ruunt. De quibus bene
psalmistam dicit: Viri sanguinum
et dolosi non dimidiabunt dies
suos. Quippe dimidiare est, tempus
vite male in voluptatibus ductum
ad penitentie lamenta dividere, atque hoc
ad bonum usum pertinendo reparare.
Sed iniqui dies suos nequaquam
dimidiant, quia pravitatem mentem
nec in extremo tempore immutant.
Quo contra paulus bene ammonet
dicens: Redimentes tempus quoniam
dies mali sunt. Tempus quippe
redimimus quando ante actam
vitam quam lasciviendo perdidimus
flendo reparamus. Sed et quod nullo
l intelligit vel eorum qui pereunt vel
eorum qui perditos per eorum mores
imitatur. Unde alias scriptum est:
Justus perit et nemo est qui reco-
Isa gitet in corde suo, et viri mise-
71 colliguntur quia non est qui in-
telligat. Iniqui ergo dum sola
temporalia appetunt, et que bona electis
in eternum remaneant scire contemp-
nunt, dum iustorum afflictionem con-
spiciunt, sed que sit afflictionis re-
tributio non agnoscunt, actionis
sue pedem per suum profundum porrigunt,
quia a luce intelligentie sponte
sua oculos claudunt. Multi enim
male voluptatibus decepti, dum
que vident temporalia diligunt a se-
metipsis alienati non videt ubi
m in eternum vivunt. Potest etiam mane

prosperitas vespere huius mundi ad-
versitas designari. De mane
usque ad vesperam reprobi succiduntur,
quia et per prospera lasciviuntes de-
pereunt et per adversa impacientes
ad insaniam exsurgunt. Quos
de mane usque ad vesperam ne-
quaquam culpa succideret si vel
prosperitati semetipsos crederent, vel
ad versa sectionem suam vulnus esti-
maret. Sed quia nequaquam
sic humani generis multitudo
deserit, ut cuncti ad intentionem
tendere permittat. Sunt non
nulli qui presentis vite oblecta-
menta despiciunt, eciam cum
assunt transitoria esse considerant,
atque hec ex amore eternitatis
calcant. Cumque in hoc primo gradu
iudicium gressum ponunt, vege-
taciores ad altiora perveniunt, ut
cuncta temporalia non solum quia
citius sunt amittenda despi-
ciant, sed in hiis inherere non
appetant, etiam si eterna esse
potuissent. Et a pulchritudine condite
amorem subtrahunt, quia in
ipsum auctorem pulchritudinis
cordis passibus tendunt. Et
sunt non nulli qui bona vite
presentis diligunt, sed tamen nullatenus
hec assequuntur qui rebus temporalibus
totis desideriis inhiant, mundi
gloriam querunt, sed adipisci ne-
quaquam possunt. Hos ut ita
dixerim cor ad mundum pertra-
hit, mundus ad cor repellit.
Nam sepe contingit ut ipsis
suis adversitatibus fracti ad
mentem redeant, et in semet
ipsis reversi considerent, quam sint
vana que querebant, seseque pro
tam stulto desiderio protinus ad
lamentum convertunt, et tanto vale-
cius eterna desiderent, quanto se
stultius laborasse pro temporalibus
dolent. Unde bene descriptis
reprobis subditur: Qui autem
reliqui fuerint auferentur ex
eis. Quos ante reliquos nisi xxix / o

huius mundi despectos accipi-
quos dum prius sciri ad mun-
dus glorie usum elegit, quasi
minimos in dignos que dereliquit
Sed mundi reliquos aufire dns
1 Cor. 1 dicit, quia despectos huius seculi
elige dominum dignatur. Paulo
attestante qui ait: Non multi
sapientes secundum carnem. non multi
potentes. non multi nobiles,
sed que stulta sunt mundi ele-
git deus ut confundat fortia
Unde bene in libro regum egip
1 Reg. 30 tio puero in via lassescente
scriptum est: quem amalechita in itinere
egrotum deserit, David vero
inuenit cibo reficit, ducem
sibi itineris facit, amalechi-
tam persequitur epulantem inuenit
repit et funditus extinguit,
Quid est enim quod egyptius a
malechyte puer in via lassatur
nisi quod amator presentis seculi
peccati nigredine opertus sepe ab
eodem seculo infirmus de-
spectusque relinquitur, ut cum eo
nequaquam currere valeat, sed fixus
tus aduersitate torpescat, Sed
David hunc inuenit, quia re-
demptor noster verace manu fortis
non inutiliter quos despectos a
mundi gloria respicit in suo amo
re conuertit, cibo pascit, quia verbi
sciencia reficit, ducem itineris
elegit, quia suum eciam predicato-
rem facit, et qui amalechitam
sequi non valuit, dux David
efficitur, quia eos quos indignos
mundus deserit non solum
conuersus in sua mente dominus
recipit, Sed predicando hunc
eciam usque ad aliena corda
perducit, Quo videlicet duce
David amalechytam conuiuantem
inuenit et extinguit, quia
ipsis Christus predicatoribus mundi le-
ticiam destruit, quos mundus
comites habere despexit, Quia
igitur plerique quos mundus

despicit dominus elegit, recte nunc
dicitur: Qui reliqui fuerint auferentur
ex eis, Sequitur: Morientur et non in sapiencia
Quid est quod superius reproborum interitum p
pertulit dicens: quia nullus intelligit
in eternum peribunt, Et de electis dei
illico admixit, Qui reliqui fuerint
auferentur ex eis, et hoc proprium quod eisdem
electis non conuenit subdit dicens Mo-
rientur et non in sapiencia, Si enim are-
probis dumtaxat auferuntur, quo pacto
mori non in sapiencia dicuntur, Sed nimirum
sacre scripture consuetudo est, ut cum
aliquid narrat, in posita alterius
cause sentencia ad superiora protinus
redeat, Nam postquam dixit, Quia
nullus est qui intelligat in eternum
peribunt, electorum mox sortem subin-
tulit dicens, Qui reliqui fuerint
auferentur ex eis, Et rursum sentencie
sue ordinem tenens quem prodixerat in
ritum reproborum mittens subito
admixit, morientur et non in sapiencia
Ac si diceret: hii quos dixi, quia non
intelligentes in eternum pereunt, proculdubio
dubio non in sapiencia morientur, Sed
hunc esse non nunquam morem sacri elo-
quii melius ostendimus, si ex eo
aliquam vel huius similitudinem
proferimus, Paulus namque apostolus xxx
cum dilectum discipulum, dein sanctitudinis
1 Tim. 5 dis ecclesie officiis admonet, ne quos
forte ad sacros ordines inordinate
proueheret dixit, manus cito nemini
imposueris, neque communicaueris peccatis alie-
nis, te ipsum castum custodi, Qui
ad infirmitatem eius corporis protinus
verba conuertens ait: Noli adhuc
aquam bibere, sed modico vino utere
propter stomachum tuum et frequentes in
firmitates tuas, Statimque admixit
dicens: Quorundam hominum peccata ma-
nifesta sunt precedencia ad iudicium,
quorundam autem et subsequuntur, Quid
ergo ad aliud pertinet quod a bis firmo
aquam bibi prohibuit, hoc quod de peccatis
absconditis quorundam hominum mani-
festisque subiunxit nisi quod interposita
de eius morte sua ad hoc in-

extremo redit quod superius dixit
Manus cito nemini imposueris, neque
communicaveris peccatis alienis. Ut enim
hec eadem peccata sollicitudine perqui-
renda essent ostendit, in exposita
contra infirmitatis molestiam
discretionis admonitione protinus in-
tulit quod aliis patescunt et aliis la-
tent dicens: Quorundam hominum
peccata manifesta sunt precedentia
ad iudicium, quosdam autem et
subsequuntur. Sicut ergo et per hanc
sententiam Paulus non eisdem verbis
cognitur quibus etiam loquens de
Thimotheo infirmitate subiunxit,
sed ad illud redit quod superius in-
mittendo narravit. Ita hoc loco
Eliphaz cum de electis diceret: Cum
reliqui fuerint auferentur ex eis, illico
adiungens: morientur et non in sapientia,
Ad illud protinus rediit quod superius
de reprobis protulit dicens: et quia
nullus intelligit in eternum peribunt.
Idcirco autem reprobi electos despiciunt
quod ad vitam invisibilem per visibilem
mortem tendunt. De quibus nunc
bene dicitur: Morientur et non in sapientia.
Ac si aperte diceretur: Mortem quidem
et sapientiam pariter fugiunt. Sed sapientiam
penitus deserunt, mortis autem
laqueos non evadunt, et qui quique
moriturum vivere moriendo poterant,
dum mortem que procul dubio ven-
tura est metuunt, et vitam simul
et sapientiam perdunt. At contra iusti
in sapientia moriuntur, quia mortem
quam devitare funditus nequeunt
cum pervitate imminet differre con-
tempnunt, eamque dum equanimiter
ferunt, penam propaginis in instru-
mentum virtutis vertunt, ut inde debe-
at vita recipi, unde prime culpe
meritum cogitur finiri. Sed quia hec
Eliphaz contra iniquos veraciter pro-
tulit, beatum Iob reprehensibilem esti-
mans de fastu se sapientie inflavit.
Unde et post predicamenta tante rec-
titudinis irrisionis verba subiungit

dicens: Voca ergo si est qui respon-
deat. Omnipotens enim deus sepe
eius preces in perturbatione deserit
qui precepta eius in tranquillitate
~~deserit~~ contempnit. Unde scriptum
est: Qui avertit aurem suam
ne audiat legem, oratio eius
erit execrabilis. Vocare autem
nostrum est humili prece deum de-
poscere, respondere vero est dei effectum
votis prebere. Ait ergo: Cap vi.
Voca si est qui respondeat tibi.
Ac si aperte dicat: qualitulibet
afflictus clames, deum respondentem
non habebis, nec habes. Ea vox
in tribulatione non invenit, que
mens in tranquillitate contempsit.
Ubi adhuc deridendo sub-
iungit: Et ad aliquem sanctorum
convertere. Ac si despiciens dicat:
sanctos quoque in afflictione adiuto-
res invenire non vales, quos
habere socios in hylaritate nolu-
isti. Qui post irrisionem protinus
sententiam protulit dicens: Virum
stultum interficit iracundia et par-
vulum occidit invidia. Que
nimirum sententia vera esset si illata
contra tanti viri patientiam non
fuisset. Sed nos pensemus quod di-
citur quamvis ab auditoris virtute
elidatur, ut ostendamus quam rectum
est quod premittit, si non in beato Iob
iniuste premitteretur. Cum scriptum sit:
Tu autem domine omnia cum tran-
quillitate iudicas. Sciendum
nobis magnopere est quia quo-
tiens turbulentos motus animi
sub mansuetudinis virtute re-
stringimus, redire ad similitudinem
redemptoris conamur. Nam cum
tranquillitatem mentis ira diver-
berat dilaniatam quodammodo
scissamque perturbat ut sibimet
ipsi non cognoscat, atque vim inti-
me similitudinis amittat. Quanta
ergo sit iracundie culpa pensemus,
per quam mansuetudo amittitur,
superne ymaginis similitudo

Nota 28

Deus malos
tribulatos
non exaudit

S

Cap 12

xxi
c

Ira:

vivat. Per iram sapientia perditur, ut quid et quo ordine agendum sit omnino nesciat. Sicut scriptum est: Ira in sinu stulti requiescit. Quia nimirum intelligentiae lumen subtrahit, cum mentem permovendo confundit. Per iram vita amittitur, et si sapientia teneri videatur, sicut scriptum est: Ira perdit etiam prudentes. Quia scilicet confusus animus nequaquam explet, etiam si quid intelligendo prudenter valet. Per iram iustitia relinquitur, sicut scriptum est: Ira viri iustitiam Dei non operatur. Quia dum perturbata mens iudicium suae rationis exasperat, omne quod furor suggerit rectum putat. Per iram gratia vitae socialis amittitur. Sicut scriptum est: Noli assiduus esse cum homine iracundo, ne discas semitas eius et sumas scandalum animae tuae. Quia qui se ex humana iracundia non temperat, necesse est ut bestialiter vivat solus. Per iram concordia rumpitur. Sicut scriptum est: Vir animosus parat rixas, et vir iracundus effodit peccata. Iracundus quippe peccata effodit, quia etiam malos quos incaute ad discordiam provocat, peiores facit. Per iram lux veritatis amittitur. Sicut scriptum est: Sol non occidat super iracundiam vestram. Quia cum menti iracundia confusionis tenebras incutit, huic Deus radium suae cognitionis abscondit. Per iram sancti Spiritus splendor excluditur, quo contra iuxta vetustam translationem scriptum est: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos. Cum enim humilem diceret, quietum protinus adiunxit. Si ergo ira quietem mentis subtrahit, suam sancto Spiritui habitationem claudit. Cuius recessione animus vacuus ad apertam mox insaniam perducitur, et usque ad superficiem ab intimo cogitationum fundamento dissipatur. Nam irae suae stimulis accensum cor palpitat, corpus tremit, lingua se praepedit, facies ignescit, exasperantur oculi, et nequaquam recognoscuntur noti. Ore quidem clamorem format, sed sensus quid loquatur ignorat. In quo itaque iste ab arrepticiis longe est, qui actionis suae conscius non est? Unde fit plerumque ut usque ad manus ira prosiliat, et quo ratio longius recedit, audacior exsurgit. Seque ipsum retinere animus non valet, quia factus est potestatis alienae; et eo furor membra foras ictibus exercet, quo intus ipsam membrorum dominam captivam tenet. Aliquando autem manus non exerit, sed in maledictionis iaculum linguam vertit. Fratris namque interitum precibus exposcit, et hoc Deum perpetrare expetit, quod ipse perversus homo vel facere metuit vel erubescit. Fit itaque ut voto et voce homicidium peragat, etiam cum a laesione proximi manibus cessat. Aliquando ira perturbato animo quasi ex iudicio silentium indicit, et quo se foras per linguam non exprimit, intus deterius ignescit, ut iratus quisque collocutionem suam proximo subtrahat, et nihil dicendo quod sit aversus dicat. Et nonnumquam haec silentii severitas per disciplinae dispensationem geritur, si tamen sollicite in intimis discretionis forma teneatur. Nonnumquam vero dum accensus animus a consueta locutione restringitur, per accessum temporis penitus a proximi dilectione separatur, et acriores stimuli ad mentem veniunt, causaeque fortius exasperantes oriuntur, atque in irati oculo festuca in trabem convertitur, dum ira in odium permutatur. Plerumque ira per silentium clausa intra mentem vehementius aestuat, et clamosa taciturnitate voces format, verba quibus exasperatur

Probat et quasi in cause examine
posita durius exasperata iudicet
Quod Salomon breviter insinuat
dicens Prostolacio impiorum furor
Pro 9 Sicque fit ut perturbatus animus
maiorem strepitum silencii sui sen-
ciat / cumque gravius clause ire
flamma consumat / Unde bene an-
te nos quidam sapiens dixit / Cogi-
taciones iracundi vipperee sunt ge-
neraciones / quia mentem comedunt
xxv matrem suam. Sciendum vero est
v quod nonnullos ira citius accendit /
facilius deserit / Nonnullos vero
tarde quidem commovet sed diutius
1 tenet / Alii namque accensis calamis
similes dum vocibus perstrepunt /
quasi quandam accensionis sue so-
2 nitus reddunt / Citius quidem
flammam faciunt sed protinus in favilla
frigescunt / Alii autem lignis gra-
vioribus durioribusque non dispa-
res accensionem tarde suscipiunt sed
tamen accensi semel difficilius
extinguuntur. Et quia se tardius
in asperitate concitant / furoris sui
diutius ignem servant. Alii autem quod
3 est nequius et citius iracundie
flammas accipiunt et tardius de-
ponunt / Nonnulli vero et has
4 tarde suscipiunt et citius amit-
tunt / In quibus nimirum quatuor
modis liquido lector agnoscit /
quia et ad tranquillitatis bonum ultimus
plus quam primus appropinquat et in
malo secundum tercius superat / Sed quid
prodest quod iracundia quo mentem
teneat dicimus / Si non etiam qualiter
compesci debeat exprimamus / Duobus
enim modis fracta possidere animum
1 ira desuescit / Primus quippe est
ut mens sollicita antequam agere quod
libet incipiat / omnes quas sibi
pati potest contumelias proponat
quatenus redemptoris sui probra cogitans
ad ad adversa se preparet / Que nimirum
venientia tanto forcior excipit /
quanto se cautius ex presciencia
armavit / Qui enim improvidus

ab adversitate deprehenditur quasi
ab hoste dormiens invenitur eum-
que citius inimicus necat / quem
non repugnantem perforat / Nam
qui mala imminencia per sollicitudinem
prenotat / hostiles incursus quasi
in insidiis vigilans expectat /
et inde ad victoriam valenter
accingitur / unde nesciens deprehendi
putabat / Solerter igitur animus
ante actionis sue primordia / cunc-
ta debet adversa meditari ut
semper hec cogitans / semper contra
hec torace paciencie munitus / et
quicquid accidit providus superet
et quicquid non accidit lucrum putet /
Secundus autem servande mansuetudinis 2
modus est ut cum alienos ex-
cessus aspicimus nostra quibus
in aliis excessimus delicta cogi-
temus / Considerata quippe in-
firmitas propria mala nobis
excusat aliena / Patienter namque
illatam iniuriam tolerat quia
pie meminit quod fortasse adhuc
habeat in quo debeat ipse tole-
rari / quasi ignis aqua extin-
guitur / cum surgente furore animi
sua cuique ad mentem culpa re-
vocatur / quia erubescit peccata
non parcere / qui vel deo vel pro-
ximo se recolit parcendo peccas-
se / Sed inter hec solerter sciendum
quod alia est ira quam ~~que~~ impa-
ciencia excitat / Alia quam
zelus format / Illa ex vicio
hec ex virtute generatur / Si enim
nulla ira ex virtute surgeret
divine animadversionis impetum Num 27
Phinees per gladium non placasset
Hanc iram quia Heli non habuit 1 Reg 2
motum contra se implacabiliter
superne ultionis excitavit / Nam
quo contra subditorum vicia
tepuit / eo contra illum districcio
eterni rectoris exarsit / De qua
psalmista dicit Irascimini et nolite

Quatuor modi ire.
Duo modi quibus ira compescitur.

Due ire

peccare. Quod nimirum non recte
intelligunt. qui irasci nos no
bis tantummodo non proximis
etiam delinquentibus volunt
Si enim sic proximos ut nos
amare precipimur. restat ut sic
eorum erratibus sicut nostris viciis
irascamur. Hinc per Salomonem
dicitur. Melior est ira risu quia
per tristiciam vultus corrigitur animus
delinquentis. Hinc iterum psalmista
ait. Turbatus est pre ira oculus
meus. Ire quippe vicium oculum
mentis excecat. ira autem
per zelum turbat. quia quo sal
tem recti emulacione concutitur
ea que nisi tranquillo corde
percipi non potest contemplacio dis
sipatur. Ipse namque zelus rectitu
dinis. quia inquietudine mentem
agitat eius mox aciem ob
scurat. ut altiora in commocione
non videat. que bene prius tran
quilla cernebat. Sed inde sub
tilius ad alta reducitur unde
ad tempus ne videat reverberatur.
Nam ipsa recti emulacione eadem
post paululum in tranquillitate
largius aperit. que hec interim
per commocionem claudit. et unde
mens turbatur ne videat. inde
proficit ut ad videndum verius
clarescat. Sicut infirmanti
oculo dum collirium inmittitur
lux penitus negatur. sed inde
eam post paululum veraciter recipit
unde hanc ad tempus salubriter
amittit. Nunquam vero commocioni
contemplacio iungitur. nec prevalet
mens perturbata conspicere ad quod
vix tranquilla valet inhiare.
quia nec solis radius cernitur
cum commote nubes celi faciem
obducunt. nec turbatus fons
aspicientis ymaginem reddit.
quam tranquillus proprie ostendit
Quia quo eius unda pal
pitat eo in se speciem similitu
dinis obscurat. Sed cum per ze
lum animus movetur curandum

summopere est. ne hec eadem que
instrumento virtutis assumitur menti
ira dominetur. ne quasi domina preeat sed
velut ancilla ad obsequium parata
a racionis tergo nunquam recedat
Tunc enim robustius contra vicia
erigitur. cum subdita racioni famulatur.
Nam quantumlibet ira ex zelo rectitu
dinis surgat. si inmoderata mentem
vicerit. racioni protinus servire con
tempnit. et tanto se impudencius
dilatat. quanto impaciencie vicium
virtutem putat. Unde necesse est
ut ante hec omnia qui zelo recti
tudinis movetur attendat. ne ira
extra mentis dominium transeat
sed in ulcione peccati tempus modum
que considerans. surgentem animi per
turbacionem subtilius tractando
restringat. animositatem reprimat
et motus fervidos sub equitate
disponat. ut eo fiat iustior ultor
alienus. quo prius extitit victor
suus. quatenus sic culpas delinquen
cium corrigat. ut ante ipse qui
corrigit per pacienciam crescat. et fer
vorem suum transcendendo diiudicet
ne intemperanter ipso zelo rectitudinis
longe a rectitudine aberret. Sed
vero ut diximus etiam laudanda
boni emulacio mentis oculum
turbat. recte nunc dicitur. Virum
stultum interficit iracundia. Ac si
aperte diceretur. Ira per zelum sapientes
turbat. ira vero per vicium stultos
trucidat. Quia illa sub racione
restringitur. hec vero irracionabiliter de
victe menti dominatur. Bene autem
subditur. Et parvulum occidit in
vidia. Invidere enim non possumus
nisi eis quos nobis in aliquo me
liores putamus. Parvulus ergo
est qui livore occiditur. quia ipse
sibi testimonium perhibet quod ei minor
sit cuius invidia torquetur. Hinc
est enim quod hostis callidus primo
homini invidendo surripuit. quia

amissa beatitudine mortem se immor
talitate illius agnovit. Hinc est
quod Cain ad perpetrandum fratricidium cor
Gen. 4 ruit, quia despecto suo sacrificio
praelatum sibi infremuit cuius Deus
oblatam hostiam suscepit, et quem meliorem
se esse exhorruit ne utcumque esset
amputavit. Hinc Esau ad persecu
Gen. 27 tionem fratris exarsit, quia benedictionem
primogeniturae perditam, quam tamen esu
lenticulae ipse vendiderat, maiorem
se ei quem nascendo praeibat inge
muit. Hinc Ioseph fratres sui Isma
Gen. 37 helitis transeuntibus vendiderunt, quia
cognito revelationis mysterio ne se
melior fieret eius provectibus obvia
re conati sunt. Hinc Saul David
subditum lanceam intorquendo per
1 Reg. 18 sequitur, quia quem magnis cotidie
augeri virtutibus sensit, ultra se
excrescere expavit. Parvulus itaque
invidia occidit, quia nisi ipse in
ferior existeret, de bono al
terius non doleret. Sed inter haec
sciendum est quia quamvis per omne
vitium quod perpetratur humano cordi
antiqui hostis virus infunditur, in
hac tamen nequitia tota sua vis
cera serpens concutit, et imprimendae
nequitiae pestem vomit. De quo
nimirum scriptum est: Invidia dyaboli
Sap. 2 mors introivit in orbem terrarum. Nam
cum devictum cor livoris putredo
corruperit, ipsa quoque exteriora in
dicant quam graviter animum vesania
instigat. Color quippe pallore affi
citur, oculi deprimuntur, mens accenditur,
et membra frigescunt, fit in cogitatione
rabies, in dentibus stridor, cumque in
latebris cordis crescens absconditur,
odium dolore caeco (?) cerebrat conscientiam
vulnus inclusum. Nichil laetum
de propriis libet, quia tabescentem men
tem sua poena sauciat, quam felici
tas torquet aliena, quantoque ex
tranei operis in altum fabrica ducitur,
tanto fundamentum mentis lividae pro
fundius suffoditur, ut quo alii ad
meliora currunt, eo ipsa deterius
ruat. Qua videlicet ruina etiam
illud destruitur quod in aliis actibus
perfecto opere surrexisse videbatur.
Nam cum invidia mentem ta
befecerit, cuncta quae invenerit
bene gesta consumit. Unde bene
per Salomonem dicitur: Vita carnium Prov. 14
sanitas cordis, putredo ossium
invidia. Quid enim per carnes
nisi infirma quaedam et tenera,
quid per ossa nisi fortia acta
signatur? Et plerumque contingit ut
quidam cum innocentia cordis in no
centia in nonnullis suis actibus
infirmi videantur. Quidam vero
iam quaedam ante humanos ocu
los robusta exerceant, sed tamen
erga aliorum bona intus invidiae
pestilentia tabescunt. Unde ergo
dicitur: Vita carnium sanitas
cordis. Quia si mentis innocentia
custoditur, etiam si qua foris in
firma sunt quandoque roborantur.
Et recte subditur: Putredo ossium
invidia. Quia per livoris vitium
ante Dei oculos pereunt etiam
fortia acta virtutum. Ossa quippe
per invidiam putrescere est quae
dam etiam robusta deperire.
Sed cur haec de invidia dicimus,
si non etiam qualiter eruatur
innotescimus? Difficile namque est
ut hoc alteri non invideat quod
adipisci alter exoptat. Quia
quicquid temporale percipitur, tanto fit
minus singulis quanto divi
ditur in multis. Et idcirco desi
derantis mentem livor excru
ciat, quia hoc quod appetit aut
funditus alter accipiens adimit
aut a quantitate restringit. Qui
ergo livoris peste plene ca
rere desiderat, illam hereditatem
diligat quam coheredum numerus
non angustat, quae et omnibus
una est et singulis tota, quae
tanto largior ostenditur quanto ad
hanc percipientium multitudo di
latatur. Imminuto ergo livoris
est affectus surgens in hac dul
cedine, et plena mors eius

est. perfectius amor caritatis
Nam cum mens ab eius rei
appetitu retrahitur que accipien
tium animos pertrahit, tanto magis
proximum diligit, quanto minus
ex provectu illius sua dampna
pertimescit. Que si perfecte in amo
re celestis patrie rapitur plene
etiam in proximi dilectione soli
datur, quia cum nulla terrena de
siderat, nichil est quod erga eius
proximum caritati contradicat.
Que nimirum caritas quid est
aliud quam oculus mentis. Qui
si terreni amoris pulvere tangitur
ab intime lucis mox intuitu
lesus reverberatur. Quia autem
parvulus est qui terrena diligit,
magnus qui eterna concupiscit
Potest etiam sic non inconveni
enter intelligi, parvulum occidit
invidia. quia huius pestis lan
guore non moritur nisi qui
adhuc in desideriis infirmatur.

Liber sextus C. I.

Servata hystorie veritate
beati iob dicta amicorum
que illius mistica exposicionis inter
pretatione discutere. quia cunctis veri
tatis liquet, quod redemptorem
mundi totis suis allegationibus
curat sacra scriptura premittere
Cunctosque per electos omnes ut per eius
scilicet studuit membra signare.
A. Hinc est quod beatus iob latino elo
quio dolens dicitur. ut per eius et
nomine et vulnera redemptoris
nostri passio designetur. De quo per
prophetam ait, Vere languores
nostros ipse tulit et dolores no
Isa 53 stros nostros ipse portavit. Cum
temptator ablatis omnibus et
servos et filios occidit. quia
non solum in dayan populum ex
timore sequente. sed ipsos apostolos
quoque in solo amore regnantes
passionis eius tempore. telo perfi
die perculit. Vulnere beati iob
corpus attigitur. quia redemptor
noster configi clavis in crucis pa
tibulo non dedignatur. A planta

autem pedis usque ad verticem vulnera
suscepit. quia sanctam ecclesiam que corpus
eius est. non solum per extrema
et ultima. sed usque ad summa membra
persecucione seviens temptator afflixit. Unde etiam Paulus dicit
Compleo ea que desunt passionum
Christi in carne mea. Cum suadet
uxor ad maledicendum invitat, quia
carnales quique intra sanctam
ecclesiam adiutores callidi tempta
toris existunt. Que enim eum ad
maledicendum provocat vitam carna
lium designat. quia ut superius iam
diximus. intra sanctam ecclesiam in cor
rectis moribus positi. quo per fidem
bonis iuncti sunt. eo per vitam durius
premunt. Quia enim quasi fideles
vitari nequeunt a fidelibus. tanto
deterius. quanto et intimus tolerantur.
Amici vero illius qui quasi ad
consolandum venerunt. sed ad verba
asperitatis in vectionis excedunt, hereti
corum speciem tenent, qui sub specie bonos
cum deum defendere nituntur offendunt.
Hec itaque supernus latius dicta sunt
nunc breviter studium ex mistica
designatione succingere. ut lector
meus ex ipsa hac replicatione
meminerit me in hoc opere spiri
tuali intellectum desinere, et cum
eum utilitatis usus postulat. subtiliter
quoque studeo hystorie verba discu
tere. cum vero necesse est simul
utrumque complector. ut spirituales
fructus allegoria germinet, quos
tamen ex radice hystorie veritas
producat. Amicos vero beati iob spe
hereticorum speciem habere diximus, in
dictis suis nequaquam per omnia repro
bamus, Quia dominum per semetipsum
sententiam contra eos dicit. Non estis
locuti coram me rectum. et pro tinus
addidit. Sicut servus meus iob,
profecto liquet. quia non omnino
despicitur quod ex melioris comparatione
reprobatur. In reprehensione quippe eius
in cautione dilabuntur. sed tamen quia
tanti viri amici sunt ex sanctitatis

[c]haritate illius mystici multa dixerunt. Unde sicut superius diximus,
eorum verbis etiam Paulus utitur
et hec in assertionis adiutorium sue
assumens prolata ex veritate testatur.
Que tamen veritas recte reprehendit
quia quolibet fortis sua contra
sanctum virum proferri non debuit.
Possunt ergo mystice Eliphaz verba
pensari quibus ad beatum Iob
loquitur dicens: Ego vidi stultum
firma radice et maledixi pul-
chritudini eius statim. Stultus
V quippe iudeorum populus extitit qui
ipsum in carne presentiam eterne
sapientie sprevit. Qui quasi firma
radice convaluit, quia electorum vitam
temporaliter extinguendo superavit. Sed
hunc Eliphaz maledicendo despicit,
quia nimirum omnis heretica quorum
tenere speciem amicos beati Iob diximus
cum de nomine Christi gloriantur in
deorum perfidiam ex auctoritate repre-
hendunt. De quo stulto protinus
subditur: Longe fient filii eius a
salute. Filii huius stulti sunt omnes
qui perfidie illius predicatione gene-
rantur, qui scilicet a salute longe sunt,
quia et si temporalem vitam sine
afflictione perceperint, etiam graviori
ultione feriuntur. Dicit de eis
Mt 23 filiis illius Dominus dicit: Ve vobis
scribe et pharisei hypocrite, qui circuitis
mare et aridam ut faciatis unum
proselitum, et cum fuerit factus facitis
eum filium gehenne duplo quam vos.
Sequitur: Et conterentur in porta et non
erit qui eripiat. Quid aliud porte
nomine nisi mediator Dei et hominum
debet intelligi qui ait: Ego sum
Io x ostium, per me si quis introierit sal-
vabitur. Filii ergo huius stulti extra
portam perierunt et in porta contenti
quia prius iudeorum soboles ante
adventum mediatoris in legis ob-
servatione floruit, sed in ipsa redempto-
ris sui presentia admittit obsecro
perfidie sue meritis repulsa ceciderunt.
Quos nimirum non est qui eripi-
at, quia stulti dum ipsum re-

demptorem extinguere persequendo
conati sunt, oblatum sibi reme-
dium ereptionis abscederunt. De
quo bene subditur: Cuius messem
famelicus comedet et ipsum ra-
piet armatus. Huius enim stulti
messis fuit sacri seges eloquii.
Que dicta nempe spicarum sua sunt
verba prophetarum, que stultus habuit
sed non comedit, quia iudaycus po-
pulus legem quidem litteratenus
tenuit, sed pro fatuitate fastidium
ab eius intellectu ieiunavit.
Huius vero stulti messem fameli-
cus comedit, quia nimirum
gentilis populus legis verba intel-
ligendo edidit, atque plebs
iudaica sine intellectu laborat.
Huius famelicos fidei Dominus pro-
vidit, cum per euangelium dixit: Beati Mt 7
qui esuriunt et sitiunt iustitiam,
quoniam ipsi saturabuntur. De hys sta-
tim Anna prophetante dicitur: 1 Reg 2
Repleti prius pro panibus se loca-
verunt, et famelici saturati sunt.
Sed quia messem perdidit, recte
subiungitur qualiter etiam ipse stul-
tus perit cum dicitur: Et ipsum
rapiet armatus. Antiquus
hostis iudaycum populum armatus
rapuit, quia in eo vitam fidei
fraudulente suggestionis iaculis
extinxit. Ut unde se inherere
Deo crederet, inde eius ordi-
nationi repugnaret, quod profecto
discipulos veritas premonet
dicens: Venit hora ut omnis Io 16
qui vos interficit arbitretur ob-
sequium se prestare Deo. Sequitur:
Et bibent sitientes divitias
eius. Huius stulti divitias si-
tientes bibunt, quia fluenta
sacre locutionis que iudaycus
populus in superbie ostentatione
possederat, totum se gentilium men-
tes irrigant. Unde et eis per prophetam Ysay 55
dicitur: Omnes sitientes venite
ad aquas, et qui non habetis argen-
tum properate. Quia enim argen-
ti vocabulo eloquia divina

significatur psalmista testatur dicens
Eloquia domini eloquia casta ar-
gentum igne examinatum. Qui
ergo argentum non habent, ad aquam
vocantur, quia minimorum gentilitas
que sacre scripture precepta non
acceperat, sacri eloquii predicatione
satiatur, quam tanto nunc au-
dius potat, quanto hanc diu
siciens siccabat. Eadem quoque divina
eloquia, et messis et divicie vo-
cantur. Messis quia reficiunt me-
tem, divicie quia magnos
nos mores venustate componunt.
Eadem et comedi dicuntur et bibi,
quia minimorum dum quedam in eis
obscura sunt, que non nisi
in exposita intelligimus, hec quasi
mandendo glutimus, dum ad
intelligendum vero quedam facilia
ita sumimus ut invenimus, ea
quasi non mansa bibimus, que
non fracta sorbemus, hec sub
mistico intellectu brevi locutione
transcurrimus, nequid forsitan pre-
m · d teriisse videamur. Sed quia beati
Iob amici esse non possent, nisi
in quibusdam quoque magna
morum honestate fulgerent, res-
tat ut in eorum libris utentem
sensum moralem inquiramus,
quatenus dum locutionis eorum
pondus discutitur, cuius doctrine
fluminis (?) undat. Ego vidi stul-
tum firma radice et maledi-
xi pulchritudini eius statim.
Quasi firma radice stultus
in terra figitur, quia totis deside-
riis in terreno amore solidatur.
Unde et primus Cayn civitatem
in terra construxisse describitur,
ut aperte monstraretur quia ipse
fundamentum in terra posuit, qui
a soliditate celestis patrie alienus
fuit. Quasi firma radice stul-
tus attollitur, quando hic temporali
prosperitate fulcitur, ut omne quod
appetit assequatur, adversa nulla
sustineat, contra infirmos
sine repugnatione prevaleat. hy-

Cayn primus civitatem struxit.

agentibus ex auctoritate contradicunt
ad maiora commoda ex peiori se
actione perveniat, et unde vivere vite
deserit, inde ad tempus felicior
vivat. Sed cum malos florere in
firmum conspiciunt trepidant, et apud
semetipsos peccatum prosperitate librati
in suis gressibus mente nutant. Ergo
profecto speciem suscepit psalmista cum
dicit: Mei autem pene moti sunt pe-
des, pene effusi sunt gressus mei,
quia zelavi in peccatoribus pacem peccatorum
videns. Cum vero eorum gloriam
fortes aspiciunt, protinus que post
gloriam pena sequatur attendunt,
et alta intus cogitatione despiciunt
hoc quod superbi foras fastu vane e-
lationis intumescunt. Bene ergo dicitur:
Ego vidi stultum firma radice et
maledixi pulchritudini eius statim.
Pulchritudini quippe stulti male-
dicere est eius gloriam ex conside-
rata dampnatione iudicare, quia eo
atrocius in tormentis obruitur,
quo altius in peccatis elevatur, quia
transit quod extollitur, permanet quod
punitur, quia honoratur in via, in
perventione dampnabitur, et quasi per
amena prata ad carcerem pervenit,
qui prosperis vite presentis ad interitum
vadit. Notandum vero quod cum stulti
pulchritudine maledixisse se di-
ceret, protinus addidit: Statim.
Mos namque humane infirmitatis
est, ut cum carum rerum quas respi-
cit qualitate, variatur sepe eius
iudicium, cum ipsa prosperis rei spe-
cie dicitur, et iuxta hoc quod aspicit
intentio illius sensus quoque formetur. Nam e
plerumque nos multi dum quorundam
gloriam cernunt, eiusdem glorie as-
pectibus delectantur, hanc magnum
aliquid existimant, et ut talia
mereantur exoptant, cum vero gloriosos
quosque aut deiectos subito aut
fortasse etiam morientes aspici-
unt, quia humana gloria omnino
nichil sit, cum gemitu fatentur.

ita ut proximus dicant / Ecce quam
nichil est homo / Cum hoc nimi
rum rectius dicent · si cum in glo
riam homines cernerent / tunc eius in statum
cogitantes · transeuntem potentiam nichil
esse / Tunc quippe est humana elatio
pensanda quam nichil sit / cum sese
super celos successibus extollit /
Tunc consideranda est · quo cursu
felicitatis transuolet / cum ante humana
nos oculos quasi permanens pol
let / Nam gloriam morituri vel
ce · in ipsa iam morte pensare
infirmi quilibet possunt / Tunc enim
etiam illi derogat qui habet et
usque ad mortem sequentes amat /
Bene itaque dicitur / Ego vidi stultum
firma radice et maledixi pul
chritudini eius statim / Ac si a
perte dicat / Contra stulti pulchri
tudinem · mortis in maledictione
non habui / quia cum habet talem /
simul etiam penam sequentem vi
di · Non enim statim maledicerem
si quam me glorie illius delectatio
tenuisset / sed sine tarditate ma
ledixi / quia supplicia mansura
conspiciens / eius potentiam sine
dubitatione reprobaui / Et quia in
iniquitate quisque quo plus in hoc mun
do proficit / plures secum ad interi
tum trahit / recte subdit / Longe fient
filij eius a salute / Filij quippe
huius stulti sunt / qui in ambitione
huius seculi · ex eius imitatione
nascuntur / qui profecto a salute tanto
longius fiunt / quanto in perpetratione
nequicie nulla in firmitate fer
untur / De quibus bene addit / et
conterentur in porta et non erit qui
eripiat / Nam sicut vrbis aditus
porta dicitur / ita est dies iudicij porta
regni / quia per eam electi omnes
ad celestis patrie gloriam intrant /
Vnde et hunc diem · cum ad retri
butionem sancte ecclesie salomon pro
spiciens conspiceret dixit / Nobilis in
portis vir eius quando sederit cum
senatoribus terre / Vir quippe ecclesie
humani generis redemptor / qui in
portis nobilem se ostendit / quia
despectus prius in contumelijs
extitit / sed in ingressu regni sub
limis apparebit / Qui tamen
certe cum senatoribus residet / quia
iudicij sententiam · cum sanctis eiusdem
ecclesie predicatoribus decernit / Sicut
ipse in euangelio dicit / Vos qui secuti
estis me in regeneratione cum sede
rit filius hominis in sede maiestatis
sue sedebitis et vos super sedes
duodecim iudicantes tribus israel · Quos
ex patre prius remunerans / quosque longe
ante ait / Dominus ad iudicium ve
niet cum senioribus populi sui /
Dehinc portis salomon iterum
dicit / Date ei de fructu ma
nuum suarum · et laudent eum in
portis opera eius / Tunc quippe
sancta ecclesia de fructu manuum
suarum accipiet cum eam ad perci
pienda celestia laboris sui
retributio attollit / Tunc eam
sua opera in portis laudant /
quando eius membris in ipso regni
aditu dicitur / Esuriui et dedistis
michi manducare · sitiui et
dedistis michi bibere · hospes
fui et collegistis me · nudus
et cooperuistis me / Filij ergo huius
stulti ante portam elati sunt / sed
in porta conteruntur / Quia amato
res huius seculi in presenti vita super
biunt / sed in ipso regni aditu eterna
animaduersione feriuntur / Bene autem
subditur / Et non erit qui eripiat /
Illos quippe veritas ab eterna
aduersitate eripit quos in tempora
libus pressuris per disciplinam premit /
Qui ergo nunc renuunt premi /
tunc non valent eripi / quia tanto
eum quem per disciplinam habere
negligunt patrem / afflictionis sue
tempore per adiutorium non inueniunt
ereptorem / Sequitur / Cuius messem
famelicus comedet · Sit etiam
stultus messem · quam umquam congregans
domum recte intelligentie accipit /

Mt 19
pu ulto
m j s
Mt 25
Significatum salarie est correctio in palo

Scripture sacre sententiis docetur
Bona loquitur sed tamen nullo
modo hoc quod dicit operatur. verba
dei profert. nec tamen diligit
laudando exaggerat vive-
do calcat. Quia ergo stultus
iste verum intelligit et dicit sed
tamen hec operando non amat
messem habendo ieiunat. quam
nimirum famelicus comedit. quia
is qui ad deum sanctis desideriis
anhelat discit quid audit
agit quod didicit, et dum doctorum
preceptum verbi predicatione reficitur
quid aliud quam stulti fruge saci-
atur. An non famelicos suos
veritas ut stulti messem come-
derent admonebat. cum per dis-
cipulos sancta flagiciis de
Mt. 23 phariseis precepit dicens Que
dicunt facite. iuxta vero opera
eorum nolite facere. Ac si aperte
diceret. Ubi messem loquendo
excolunt, sed hanc male vi-
vendo minime contingunt. Ve-
stram ergo famem messis ista
reficiat. quia vobis hanc pro
fatuitate sue fastidium faciunt.
Bene subditur. Et ipsum rapiet ar-
J matus. Antiquus ergo hostis
quasi inermis vincitur cum
mala aperte suggerens. humane
menti bona omnia simul de-
strue conatur. Sed armatus ve-
ro qui ~~mala~~ bona alia intacta
defendens latenter alia corrumpit.
Nam sepe quosdam in intellectu
non temptat, eisque in sacri
eloquii meditatione non obviat.
sed tamen eorum vitam in operatione
supplantat. Qui dum de scientie
virtute laudantur. nequaquam suorum
operum dampna respiciunt, et
dum in favoris delectatione
animus ducitur, vite sue
vulnera non medetur. Hunc ergo
armatus hostis rapuit quem
fraude tectus in alia defendens
ex alia parte superavit. Et sepe

Et bibent sitientes divicias eius. R
Sepe stultus habet in tantum legis
fonte sed non bibit. quia in genium
quidem intelligentie accepit, sed
tamen veritatis sententias cognoscere
legendo contempnit, sicut quia in-
telligere studendo prevalet, sed ab
doctrine studio studiosus cessat.
Divicie quoque mentis sunt verba
sacre locucionis. sed has divicias
stultus oculis aspicit, et in or-
namentum sui usum minime assumit
quia verba legis audiens. magna
quidem esse considerat, sed ad compre-
hendendum nullo studio amoris
elaborat. At contra alius sitim
habet, ingenium non habet. Amor
hunc ad meditandum pertrahit, sed prius
ebitudo contradicit, et se in divine
legis erudicione. quicquid per studium
intelligit, quod per negligenciam inge-
niosus nescit. Hii ergo stulti
divicias sitientes bibunt, dum
precepta dei que ingeniosi fasti-
dientes nesciunt, hebetes aman-
tes assequuntur. Qui huius nimirum te- V
nebris hebitudinis illustrat a-
moris oculus. Nam hec tardi- P.
oribus sitis aperit. quod velocioribus
fastidium claudit, qui et ideo ad
intelligentie alta pervenerunt, quia
agere que intellexerunt, vel minima
vel nulla contempserunt, et dum sensu
minimus adiuvat, se se ultra
altitudinem ingeniosorum levavit.
Unde bene per Salomonem dicitur. Stellio
Pv 30 manibus nititur et moratur in
edibus regum. Plerumque enim
aves quas ad volatum penne
sublevant in vepribus resident, et
stellio qui ad volatum pennas non
habet, nitens manibus regis e-
dificium tenet. Quia nimirum se-
pe ingeniosi quique dum per ne-
gligentiam torpent in pravis actibus
remanent, et simplices quos in-
genii penna non adiuvat. ad ob

timenda etiam regni menia virtus
operationis levat. Ex tellio ergo dum
manibus nititur, in regis edibus
moratur, quia illo simplex pertin-
gitur unde operis peruenit, quo ingenio-
sus nunc ascendit. Ex quibus
auditis questio nostro cordi subori-
tur, ut negligenti intelligentie
donum tribuitur, vel studiosus quisque
sensus sui tarditate impeditur.
Ad quam citius videtur, dum per-
tinus subditur: Nichil in terra fit
sine causa. Ideo enim sepe desi-
diosus ingenium accipit, ut in-
geniosus a negligentia iustius
puniatur, quia quod sine labore as-
sequi potuit, scire contempsit. Et ideo
studiosus non magis tarditate in-
telligentie premitur, ut eo maiora
premia retribucionis inveniat, quo
magis in studio inventionis ela-
borat. Nichil ergo fit in terra sine
causa, quando et studioso tardi-
tas ad premium proficit, et desidioso
velocitas ad supplicium crescit. Sed
intelligendum, quia que inter sunt
aliquando laboris studio, aliquando
vero doloris percussione erudimur.
Unde cum dictum sit: Nichil in
terra fit sine causa, apte protinus
additur: et de humo non egre-
dietur dolor. Dolor namque quasi
VII de humo egreditur, cum homo ad
ymaginem dei conditus de rebus
insensibilibus flagellatur.
Sed quia per occulta mentium me-
rita apta perdere flagella pe-
narum, de humo dolor non egre-
ditur, quia sensus nostri maliciam ex-
igit, ut a rebus insensibilibus
feriatur. Ecce enim cum quod ad cor-
reptionem nostram exspectatur, ymber
ab arenti terra suspenditur, et cali-
gosus aer in ardescente sole sic-
catur, mare procellis tumescentibus
fervet, et alios ad transmeandum sus-
ceptos intercipit, alius desidera-
tum iter erecta in cumulis unda

contradicit. Terra non solum
germina fecunditatis imminuit, sed
etiam semina accepta consumit.
In quibus nimirum cunctis patenter
aspicitur hoc quod quidam sapiens
de domino testatur dicens: Et pugna- Eccl 7
bit pro eo orbis terrarum contra insensa-
tos. Orbis quippe terrarum cum
domino contra insensatos pugnat,
quia in pena delinquencium et
elementorum ad usitatis mutat.
Sed tamen de humo dolor
non egreditur, quia res quelibet
insensibilis ad afflictionem nostram
stimulo nostre actionis excitatur.
De humo dolor non egreditur,
quia nequaquam pena deceat nas-
citur. Creatura que percutit, sed
decet procul dubio quod peccando
vim percussionis extorsit. Et
curandum magnopere est, ut cum
in rebus exterioribus pondere
doloris afficimur, per hec ad super-
na tendimus, quatinus eo mens
ad alta perveniat quo nos
exterior pena castigat. Unde
et apte subiungitur: Homo ad VI.
laborem nascitur et avis ad N.
volatum. Ad laborem quippe
homo nascitur, quia nimirum
is qui acceptum perditus est
racione, considerat quod valde
sit impossibile, ut hec peregrina-
tionis sue tempora sine gemitu
evadit. Unde bene paulus cum
tribulationes suas discipulis
enarraret, ad iunxit: Ipsi enim 1 thess 3
scitis quod in hoc positi sumus.
Sed eo quod caro flagellis affi-
citur, mens ad appetenda alcio-
ra sublevatur. Paulo rursus
attestante qui ait: Licet is 1 cor 4
qui foris est noster homo corrumpitur,
tamen is qui intus est de
die in die renovatur. Homo
ergo ad laborem nascitur et avis
ad volatum. Quia inde mens
ad summa evolat, unde caro in
infimis durius laborat, per-
quoque appellatione hominis car-

nalium vitam significat. Unde paulus ait / Cum enim sit inter vos
1 cor 3 zelus et contencio nonne carnales estis // Quibus paulo
post subiecit dicens / Nonne
homines estis / Iuxta itaque vitam
homo ad laborem nascitur. quia
carnalis quisque cum transitoria
appetit desideriorum suorum se pondere affligit / Gravis quippe
labor est. hanc ipsam presentis
vite gloriam querere. quesitam
quandoque percipere. et perceptam cum
omni circumspectione custodire /
Gravis labor est cum magna
fatigatione apprehendere. quod is qui
apprehendit noverit diu stare
non posse / Sancti ergo viri
quia transitoria non amant /
non solum nulla temporalium desideriorum pondera tolerant. Sed
et si qua adversa consurgunt in
ipsis suis pressuris et laboribus
non laborant / Quid enim flagellis
durius. et tamen de flagellatis
Act 7 apostolis scriptum est / Ibant gaudentes a conspectu concilii quoniam
digni habiti sunt pro nomine Ihesu
contumelias pati / Quid ergo
eorum mentibus labor est / quibus
in pena ubertas laboris non est.
Homo ergo ad laborem nascitur /
quia ille huius mundi mala
veraciter sentit / qui eius bona
inhianter appetit / Nam cum
mens ad alta suspenditur. sub
ipsa est quidquid exterius contra
ipsam movetur / Bene itaque subditur / Et avis ad volatum /
quia tanto animus a labore
afflictionis se subtrahit / quanto
per spem ad summa sustollit / Annon
quasi avis paulus ad volatum natus fuerat / qui tot adversa sustinens dicebat / Nostra
conversacio in celis est / Et rursum
ph 2 Scimus quoniam si terrestris domus
nostra huius habitacionis dissolvatur

quod edificationem ex deo habemus domum
non manu factam eternam in celis / Velut avis ergo yma transcenderat
quem adhuc corpore in terra demorantem iam in sublimibus spei
penna sublevabat. Sed quia nullus
suis viribus valet se in alta sustollere ut cum a visibilibus affligitur ad invisibilia sublevetur recte
mox subditur / Quam ob rem ego
deprecabor dominum et ad deum ponam
eloquium meum. Ac si aperte dicat
12 iogo illum per quem hec tribui scio / Sed
quia hec per se habere credidit deprecari
deum non indiget / Sequitur /
Qui facit magna et inscrutabilia et mirabilia absque numero / Quis
omnipotentis dei mirabilia perscrutari sufficiat quod cuncta ex nichilo
creavit / quod ipsa mundi fabrica mira
potencie virtute disposita et super
aera celum suspenditur / et super
abyssum terra libratur / quod ex rebus
invisibilibus ac visibilibus omnis
hec universitas existit quod hominem
fecit ut ita dixerim in brevi colligens mundum alterum sed racionalem /
quod hunc ex anima et carne constituens investigabili virtutis dispositione permiscuit spiritum et lutum
Ex hiis itaque aliud novimus / et
aliud sumus. Sed tamen mirari negligimus. quia ea que incomprehensibili indagatione mira sunt
humanis oculis usu viluerunt /
Unde fit. ut si mortuus homo
suscitetur in admiracionem omnes
exiliant / et cottidie homo qui
non erat nascitur / et nemo miratur / dum procul dubio omnibus
constet / quia plus sit creari
quod non erat quam reparari quod erat /
Quia arida virga aaron floruit. cuncti mirati sunt / cottidie
ex arente terra arbor producitur /
virtusque pulveris in lignum vertitur
et nemo miratur / Quia quinque
sunt panibus. quinque milia hominum

vi

saciari / crevisse escas in dentibus
cuncti mirati sunt / cottidie spi
grana seminum plenitudine mul
tiplicari spicas. et nemo miratur
Cuncta itaque sunt omnia que mira
homines negligunt / quia ad consi
derandum ut predixim(us) usu tor
pescunt / Bene autem cum diceret
Qui facit magna. adiunxit statim
et inscrutabilia. Minus enim
fiat magna facere / si tamen ea que
facta sunt perscrutari potuissent
et ita subditur / Et mirabilia abs
que numero. quia minoris esset ma
gnitudinis. si que inscrutabilia
condidit pauca fecisset / Sed inter
hec sciendum est / quod divina mira
cula / et semper debent considerari
per studium / et numquam discuti per intel
lectum / Sepe namque humanus animus
dum quorundam rerum rationem querens
non invenit / in dubitationis se vo
ragine mergit / Unde fit ut non
nulli homines mortuorum corpora
in pulverem redacta considerent /
dumque virtutis vim ex ratione col
ligere non possunt / hec ad statum pristinum
redire posse desperent / Mira igitur
que ex fide credenda sunt / perscru
tanda ratione non possunt / quia si
hec nostris oculis ratio expanderet
mira non essent / Sed cum in hiis
fortasse animus titubat necesse
est ut ea que per visum novit
nec tamen rationem colligit / ad
memoriam reducat / quatenus rei similis
argumento fidem roboret / quam
labefactari sua sagacitate depre
hendit / Considerato quippe humane
carnis pulvere. quorundam mens con
cussa desperat / quando pulvis ad car
nem redeat / et rediviuum corpus
per membrorum lineamenta componat / quasi
illa terre ariditas per virencia membra
viredescat / ac sese per eorum species formis
que distinguat / hoc nimirum compre
hendi ratione non potest / sed tamen

credi facile per exemplum potest
Quis enim ab uno grano seminis
in immensam surgere arborem crederet /
nisi certum hoc experimentum teneret /
In tantilla namque unius grani parte
et pene nulla sui dissimilitudine
ubi latet ligni duricia / et in
ligno tenerior vel durior / me
dulla. asperitas corticis. viditas
radicis. sapor fructuum. suavi
tas odorum. colorum diversitas / mo
licies foliorum / et tamen quia hec
per experimentum novimus ex uno
grano seminis prodire omnia non
dubitamus / Quid ergo est dif
ficile ut pulvis in membra re
deat / dum cottidie conditoris
potentiam cernimus. quia ex grano
ligna mirabiliter / et adhuc mi
rabilius fructus ex lignis
creat / Dicat ergo / qui facit
magna et inscrutabilia et mi
rabilia absque numero. quia divino
rum operum magnitudo / nec ex
qualitate valet discuti. nec
ex quantitate numerari / Unde adhuc
subditur / Qui dat pluviam
super faciem terre. et irrigat a
quis universa. qui ponit humi
les in sublimi. et merentes
erigit sospitate. quia amicos
beati Iob eruditos eius societate
credimus. necesse est ut hec
eliphaz verba mistice disseramus
Omnipotens enim deus terre plu
viam tribuit / cum arentia cor
da gentilium superne gracia
predicationis infudit / et aquis
universa irrigat. quia sterili
tatem perditi hominis replendo
spiritus ad fructificationem fortis
Sicut per semetipsam veritas dicit
Qui biberit ex aqua quam ego
dabo ei non sitiet in eternum /
Universitatis autem nomine homo
signatur / quia in ipso et vera
species et magis communio unanimi
tatis ostenditur / Omne namque quod
est / aut est et non vivit / ve

vij

Spa dum ... ... dis... (marginal note, faint)

vij · p

Q.

No &

Homo est universitas et omnis creatura

Resurrectionis probacio.

est et vivit, sed nequaquam sentit,
aut est et vivit et sentit, sed non
intelligit et nec discernit. Aut
est et vivit, sentit et intelligit
et discernit. Sunt namque lapides
nec tamen vivunt, sunt arbusta
vivunt quidem nec tamen sentiunt.
Herbarum namque atque arborum vita
viriditas vocatur. Sic Paulus
de seminibus dicit: Insipiens tu
1 cor 15 quod seminas non vivificatur nisi
prius moriatur. Sicut bruta
animalia vivunt et sentiunt, et tamen
non intelligunt nec discernunt.
Homo itaque quia habet commune
esse cum lapidibus, vivere cum
arboribus, sentire cum animalibus,
discernere cum angelis, recte univ-
ersitatis nomine exprimitur,
in quo iuxta aliquid universi-
tas tenetur. Unde et discipulis
veritas dicit: Euntes in mundum
Mr ulto universum predicate evangelium
omni creature. Omnem vide-
licet creaturam solum intelligi
hominem voluit, cui commune
aliquid cum omnibus creavit.
Quamvis hoc loco universa intel-
ligi possunt. Sancti enim
spiritus gratia, cum sibi divi-
tes subicit, pauperes non repel-
lit, cum fortes humiliat, veni-
re ad se debiles non recusat,
cum nobiles colligit simul et
ignobiles apprehendit, cum sapi-
entes suscipit, in peccatorum stulticia
non contempnit. Universa ergo
hec deus aquis irrigat, qui
dono sancti spiritus ex omni genere
hominum ad suam cognitionem vocat.
R Possunt autem universorum nomi-
ne similitudines designari.
Alius namque elatione erigitur,
alius pondere timoris inclinatur,
alius libidine estuat, alius
avaricia anhelat, alius remis-
sione se deicit, alius ira tor-
pescit. Sed per doctrinam sacri
eloquii dum superbo humilitas
tribuitur, timido confidencia prebetur,
luxuriosus per castitatis
studium ab immundicia tergitur,

avarus per continenciam ab ambicionis
estu temperatur, remissus zeli rectitudine
erigitur, iracundus a precipitacionis
sue excitatione refrenatur. Universa
deus aquis irrigat, quia verbum sui
sermonis in singulis iuxta morum di-
versitatem formiat, ut hoc in eius
eloquio quisque inveniat per quod utiliter
necessarie germen ferat. Unde
Sap 6 per quendam sapientem de manne dul-
cedine dicitur: Paratum panem de celo
prestitisti eis illis sine labore, omne
delectamentum in se habentem, atque omnis
saporis suavitatem. Manna quippe
omne delectamentum et omnis sapo-
ris suavitatem in se habuit, quod vide-
licet in ore spiritualium iuxta voluntatem
edencium saporem dedit, quia divino
sermo et omnibus congruens et a se-
metipso non discrepans, qualitati
audiencium condescendit. Cum du-
electus quisque utiliter iuxta modum
suum intelligit, quasi acceptum
manna in voluntarium saporem vertit.
Et quia laborem boni operis gloria
sequitur retribucionis, post aquarum
irrigacionem recte subiungitur: Qui po- B
nit humiles in sublimi, et merentes
erigit sospitate. In sublimi humiles
ponuntur, quia tunc hii qui nunc
pro dei amore despecti sunt, tunc
tum deo iudices veniunt. Sicut
hoc quod paulo ante iam diximus
eisdem humilibus veritas pollicetur
Mt dicens: Vos qui secuti estis me
19 in regeneracione cum sederit filius
hominis in sede maiestatis sue
sedebitis et vos super sedes duo-
decim iudicantes duodecim
tribus israhel. Tunc merentes
dominus sospitate erigit, quia
hii qui eius desideriis accensi
prospera fugiunt, adversa paciuntur,
cruciatus per sequenciam tolerant, seque
ipsos per lamenta castigant, tanto
sublimiori tunc sospitate recipi-
unt, quanto nunc acrius mundi
gaudiis devote moriuntur. Hinc
est enim quod per Salomonem dicitur:
Cor quod novit amaritudinem

Pº ix

anime sue. in gaudio eius non mis-
cebitur extraneus. Humana etenim
mens amaritudine anime sue sat(iatur)
cum eterne patrie desideriis accensa
peregrinationis sue penam flendo con-
gnoscit; sed in eius gaudio extraneus
non miscebitur, quia qui nunc a me-
rore compunctionis alienus est, tunc
particeps ad leticiam consolationis non
est. Hinc est quod in eiusmodi veritatis dicit
Amen amen dico vobis quia plo-
rabitis et flebitis vos. mundus
[Jo 16] autem gaudebit. Vos autem contristabimini
sed tristicia vestra vertetur in gaudium
et rursum Vos igitur nunc quidem
tristiciam habetis. iterum autem vide-
bo vos et gaudebit cor vestrum
et gaudium vestrum nemo tollet a
vobis. Depositite ergo mentes do(lentium)
erigit dicit quia per se afflictos re-
parabit vera salute consolationis. Ad
tamen de elatis etiam dici intellecta
vita nil obstat intelligi. In sub-
limi quippe humiles ponuntur quia cum
se ex humilitate substernunt, alte in
iudicio cuncta temporalia transcendunt. Cum-
que se indignos in omnibus estimant
recte cogitationis examine huius
mundi gloriam transcendentes cal-
cant. Videamus humilem paulum
certe discipulis dicit. Non enim
nosmetipsos predicamus, sed Ihesum
[2 cor 4] Christum dominum nostrum. nos autem servos
vestros per Ihesum. Videamus hunc
humilem in sublimi iam positum
cum ait. An nescitis quia ange-
[1 cor 6] los iudicabimus. Et rursum Con-
resuscitavit et consedere nos fecit
in celestibus. Fortasse hunc extrin-
[Ephe 2] secus cathena religabat, intus
tamen positus in sublimibus
stabat. quia iam prosperi sue certitu-
dinem in celestibus sedebat. Sa-
ncti itaque viri foris despecti sunt
et velut indigni omnia tolerant.
Sed dignos se supernis sedibus con-
fidentes eternitatis gloriam cum certi-
tudine expectant, cumque laborant
foris adversitate persecutionis ad emi-
nentiam recurrunt in intuitus certam

mentis, et unde cuncta subse-
quentia despiciunt, inde que transire
corporaliter etiam semetipsos timent
minas non metuunt. quia et
tormenta patiendo contempnunt
Hinc enim per Salomonem dicitur [Pro 28]
Iustus quasi leo confidens abs-
que terrore erit. Hinc ab eo iterum [Pro 12]
scriptum est. Non contristabit ius-
tum quidquid ei acciderit. Nam
cum isti quoque in alto intencionis
sue vertice siti sunt, dum mor-
tem moriendo non sentiunt,
animo eos reproborum iacu-la
et feriunt. et non contingunt. In
sublimi ergo sunt humiles
positi. quia unde se in omnibus
despiciunt, inde contra omnia
superiores fiunt. Quo contra [Ysa 47]
sub babilonis specie recte per
prophetam menti reprobe dicitur.
Descende sede in pulvere filia
virgo babylon sede in terra
Non est solium filie chaldeorum [v]
Hoc enim loco humana mens
virgo non incorrupta ut arbi-
tror dicitur, sed infecunda. Et quia
babylon confusio interpretatur. recte
infecunda mens babylonis
filia vocatur. que in eo quod nequ-
quam bona opera generat. dum
nullo ordine recte vite componitur
quasi confusione nutrita generatur.
Sin autem virgo non infecunda
dicitur sed incorrupta, postquam
statum salutis sue perdidit ad
confusionis sue cumulum appella-
tur quod fuit. Cui apte per increpationem
divina voce dicitur. Descende. In
alto quippe humanus animus
stat. qui supernis retributionibus
inhyat. Sed ab hoc statu de-
scendit, cum turpiter victus
se se de fluctibus mundi de-
sideriis subicit. Cui bene mox
additur. Sede in pulvere. De-
scendens enim in pulvere residet
quia celestia deserens terrenis
cogitationibus appressus in in-
fimis vilescat. Ubi adhuc in

gemendo subiungitur. Sede tacens.
Ac si aperte exprobrans dicat: Qua
celesti conversatione noluisti te
erigere, sub temetipsa prostrata in
terrenis actibus humiliare. Quod
et necessario protinus addit:
Non est solium filie Chaldeorum.
Caldei namque feroces interpre
tantur. Valde autem feroces sunt
qui voluntates proprias sequentes
nec sine parte mortibus serviunt.
Ferocia sunt terrena desideria
que non solum contra precepta con
ditoris, sed sepe etiam contra
Possessionum libera dominium atque in
sensibilem mentem reddunt. Sed
filia ferocium solium non habet quia
mens que ad amorem mundi
ex primis desideriis nascitur, atque
eisdem desideriis obduratur,
in eo quod se terrenis concupiscen
tiis subicit, sedem iudicii amit
tit, nulloque aput se solio presidet,
quia examine districtionis ca
ret, et quasi a iudicii sui sessio
ne repellitur, quia per exteriores
concupiscentias vagatur. Liquet
enim quod mens que intus sedem
consilii perdidit, foras se per desi
deria innumerabilia spargit, et qua
agit intellectu dissimulat
tecta, vere etiam ut nesciat
quid agat, et sepe iniusto iudicio
in sua ipsa voluptate relinquitur,
et sub ea que amore appetit
laboriosa mundi iusticia relaxat.
Unde apte illic subiungitur: Quia
non vocaberis ultra mollis et
tenera. Tolle molam et mole
farinam. Constat nimirum
quod tenere sue filie parentes parcunt,
nec duris atque servilibus hanc
operibus affligunt. ¶ Omnipotens ergo
Deus quasi teneram filiam
vocat, quando dilectam unicui
que animam a laboriosis
huius mundi servitiis revocat,
ut dum exterioribus actibus
afficitur ab internis desideriis
induretur. Sed Chaldeorum filia mollis
et tenera non vocatur, quia primis
mens desideriis dedita in eo quod amore
appetit huius seculi labore relinquitur,
ut foris mundo velut ancilla serviat
que intus deum ut filia nequaquam
amat. Unde et molam tollere
et farinam mollere iubetur. Mola
in gyro ducitur et farina profertur.
Una quaque autem huius mundi actio
mola est, que dum multas curas
congerit, humanas mentes quasi
per gyrum vertit, atque ex se velut
farinam proicit, quia seducto corde
semper minutissimas cogitationes
gignit. Non iniqua vero qui quietem
aliquam esse nulli credidit, potius in
qualibet actione denudatur. Unde
illic protinus subinfertur: Denuda
turpitudinem tuam. Discooperi humerum,
revela crura, transi flumina. In ad
ministratione quippe operis turpitu
do denudatur, dum mens vilis
abiectaque in actionis ostentatione
cognoscitur, que quieta prius magna
putabatur. Humerum mens dis
cooperit, quando opus suum quod igno
rabatur ostendit. Crura revelat
quia desideriorum quibus passibus lu
cris mundi inhereat manifestat. Flu
mina etiam transit, quia actio
nes huius seculi que cottidie
ad terminum defluunt indesinenter
appetit, dumque alias relinquit
alias assumit, quasi semper de
flumine ad flumen tendit. Hec
paucis per excessum diximus
ut mens a proposito sancte intentionis
excussa quo iaceat monstraremus,
quia si ad ea que super ipsam sunt
inhiare cessaverit, sub semetipsam
etiam indesinenter ruit. In alto
autem figitur si amore celestium
defixus ad spem incommutabilis
eternitatis religatur. Bene ergo dicitur:
Qui ponit humiles in sublimi.
Atque apte subiungitur: et merentes
erigit sospitate. Sepe in hoc mundo

ecciam leti quilibet erecti sunt de
exspectacione glorie siue prosperitate intumes
cunt / Sed merentes dominus sos
pitate eriget / quia afflictos suos
ad gloriam vere leticie soliditate
sustollit / Sospitate quippe non in
sania erecti sunt qui in bonis ac
tibus positi spe in deo firma gra
tulantur / Non nulli enim sicut dixi
et iniquitatem perpetrant et gaudere
non cessant / De quibus Salomon
dicit / Letantur cum male fecerint
Prover. 2 et exultant in rebus pessimis
Et rursum / Sunt impii qui ita
securi sunt ac si iustorum facta ha
Eccl. 8 beant / Hii nimirum non sospitate
eriguntur sed insania quia superbiunt
dum affligi debuerint / et inde
miseri in exultacione desiliunt /
unde a bonis deflentur / Freneticorum
videlicet sensibus similes /
qui insaniam quam prevalent
virtute putant / quia ex morbo
esse nesciunt / Hoc quod amplius
sanis possunt / et qui crevisse se
viribus estimant / dum ad vite
terminum per inquietum languoris
appropinquant / Certa qui racionis
sensum non habent flent et rident
et tanto in magna se exultacione
dilatant / quanto et insensibiles
malum quod paciuntur ignorant
Sospitate ergo dominus merentes
erigit / quia electorum mens non
desperatis vite insania / Sed certi
tudine eterne salutis illarescit /
Unde apte mox de hac ipsa pravorum
destructione subiungit / Qui dissipat
cogitaciones malignorum ne possint
implere manus eorum quod ceperunt /
7 Reproborum mentes pravis cogitacionibus
semper invigilant / sed plerumque eis
etiam superna dispensacio obviat /
et quamvis pravitatem consilii non
fracti adversitatibus corrigit / ne
tamen contra bonos prevaleant
eorum vires refrenat / Nonnumquam
miro iudicio agitur / ut effectu
quidem pravi operis careat / et

tamen iuste sentencie iudicio
reos constricta addicat / Qui ergo
mala cogitant / quod ipsi fa
cere cupiunt / qui vero mala im
plere nequeunt / hii contra quos
cogitaverant defenduntur / Unde
ad hunc bene subditur / Qui com
prehendit sapientes in astucia
eorum / et consilia pravorum
dissipat / Sepe enim non nulli
sapientia humana inflati dum
desideriis suis divina iudicia
contraire conspiciunt / astutis ea
reluctari machinacionibus co
nantur / et quod ad votum suum
superne dispensacionis intorqueant /
callidis cogitacionibus insistunt / Divina consilia
subtiliora consilia exquirunt implentur cum eis
sed inde voluntatem dei resistitur.
peragunt / unde hanc immutare Id. in c. xii
contendunt / atque omnipotentis
dei consilio dum resistere
nituntur obsequuntur / Quia hoc
sepe eius disposicioni militat /
quod ei pravum studium frivole
resultat / Sapientes ergo dominus
in ipsa eorum astucia comprehen
dit / quando eius consiliis humana
facta / eciam tunc congrue
serviunt cum resistunt / Quod XI
melius ostendimus / si pauca
admodum gestarum rerum exem
pla proferamus / Joseph somp Joseph
nium viderat quod suo manipulo
fratrum eius se manipuli sub
sternebant / Sompnium viderat Ge. 37
quod sol et luna secum reliquis
stellis adorabat / Que cum pa
tri ac fratribus retulit / eorum cor
da protinus fraterne dilectionis
invidia pavor quoque perculsit /
cumque ad se hunc venire con
spicerent / malicia seviente di
xerunt / Ecce sompniator ille
venit / venite occidamus
eum / et videamus quid illi
prosint sompnia ~~[illegible]~~ sua
Cumque se dominio eius sub Ge. 37
ici metuunt / sompniatorem in
puteum deponunt / eumque ysma

Gre. in ho. 16
et 17

helitis transeuntibus venditur.
Cum in egyptum ductus domi-
ni subditus. luxurie accusacione
dampnatus. castitatis merito
adiutus. prophecie iudicio excep-
tus omni egipto prelatus est, per sup-
Gen. 41 nam vero sapienciam prouidus fru-
menta congessit. et futuro periculo
necessitatis obuiauit. Cumque
Gen. 42 in orbem fames irruit de ali-
mentorum preparacione solicitus
Iacob filios in egyptum misit
frumentorum dispensatorem prepositum
Joseph nescientes inueniunt,
atque ut mererentur alimenta per-
cipere eorum dispensatorem com-
pulsi sunt pronis in terram cerui-
cibus adorare. Pensemus igitur
geste rei ordinem. pensemus
quomodo sapientes in ipsa sua
astucia vis diuina comprehendit
Ideo a fratribus Joseph venditus
fuerat. ne adoraretur, sed ideo est
adoratus. quia venditus. As-
tute namque aliquid agere visi
sunt ut dei consilium mutaretur
sed diuino iudicio quod declinare
conati sunt renitendo fecerunt
Inde quippe coacti sunt dei
voluntatem peragere. unde hanc
moliti sunt astute commutare.
Sic ~~[illegible]~~ diuinum consilium dum
deuitatur impletur, sic humana
sapiencia dum reluctatur comprehenditur
Timuerunt fratres ne Joseph
super eos excresceret, sed hoc quod
diuinitus dispositum fuerat, ca-
uendo actum est ut eueniret
Humana ergo sapiencia in se ipsa
comprehensa est. que voluntati
dei unde per intencionem restitit,
inde eius impletioni militat
David Sic saul dum dauid sub-
iectum cottidiano succrescere vir-
1 Reg. 18 tutum successu conspiceret, suam
ei in coniugio filiam spopondit
atque in eius dotem centum ab
eo dari phylistinorum preputia
peciit, ut cum per vocatus miles
ultra se excrescere quereret inimicorum
gladiis traditus vitam finiret sicut
scriptum est. Non habet rex neces-
se sponsalia nisi tantum centum preputia
phylistinorum ut fiat ulcio dei de
inimicis regis. Porro saul cogi-
tabat tradere dauid in manibus
phylistinorum. Sed dauid disposicio-
nis ~~[illegible]~~ in tanto fauore robo-
ratus centum se dare prohibuit
et ducenta reportauit. Cuius nimirum
operis saul argumento superatus, su-
perna prouidencia in sapiencie sue con-
silio est comprehensus. Quia unde
succrescentis militis vitam se ex-
tinguere credidit virtutis eius glo-
riam inde cumulauit. Sed quia
non nunquam astute se aliquid sa-
pere eciam electi moliuntur, libet ad [illegible]
medium [illegible] alium sapientem ad-
ducere, in quo interni consilii pro-
uidencia astucia mortalium compre-
hendatur demonstrare. Prudenter quippe
Jonas sapere voluit cum ad predican-
dam niniuitarum penitenciam missus,
Jone 1 quia electis gentibus iudeam
deserere timuit, predicacionis officium
implere recusauit. Nauem petiit
fugere tharsis elegit, sed protinus
tempestas exoritur. sors mittitur
~~ut videlicet~~. ut videlicet cognoscatur
cuius mare culpa turbetur. Jonas
in culpa deprehenditur, in profundum
mergitur, ceto sorbente deuoratur
atque illuc gestante belua peruenit
quo ire sponte contempsit. Ecce
fugitiuum dei tempestas inuenit
sors ligat. mare suscipit. belua
includit, et quia auctori suo
obedire renititur, ad locum quo
missus fuerat. suo reus carcere
reportatur. Iubente deo ministrare
homo prophetiam noluit. aspirante
deo belua prophetam vomuit. Com-
prehendit ergo sapientes dominus
in astucia eorum, cum et hoc in usum
sue voluntatis redigit per quod
sibi voluntas humana contradicit
Perscrutemur adhuc hebreorum [illegible]

Prius.

sapiam ut videamus quid pro
videntia deo prohibuit. quid prohi
bendo provocavit. Certe cum ad re
demptoris nostri miracula creden
cium turba confluerat/ Cum sacer
dotes iudeorum invidie facibus suc
censi mundum post eum ire pro
clamarent dicentes. Videtis quia
nichil proficimus. Ecce mundus
totus post eum abiit. ut ab
Io 2 illo vim tante concursionis ab
scinderent. funditus eius potenciam
morte conati sunt dicentes
Expedit ut unus homo moriatur
pro populo et non tota gens pereat/
Sed redemptoris nostri mors ad
coniunccionem sui corporis id est ecclesie
valuit non ad separacionem/ Unde et
per legem turturis vel columbe
Leuit 7 in figura nostri sacrificii iubetur
secari precipitur/ Et non penitus ab
scidi. ut et post mortem corpori
caput inhereat/ Quia videlicet me
diator dei et hominum .i. caput omnium
nostrum. et verum emundationis hostia
Unde pro nobis mortem pertulit inde
nobis verius inhesit/ Post sec
tionem ergo caput turturis suo cor
pori inheret quia xpm ab ecclesia
nec mors interveniens dividit/ Per
secutores igitur peregerunt hoc quod
pernitiose moliti sunt et tulerunt
mortem ut ab eo abscinderent fi
delium devocionem/ Sed inde fides
crevit unde hanc se extinguere
infidelium crudelitas credidit/ Et
quod se existimaret eius miracula
persequendo abscindere. hec nimirum
compulsi sunt nesciendo dilatare
Comprehendit ergo sapientes deus
in astucia eorum. quando hec et ad
pietatis sue obsequium redigit que
contra illum humana crudeli
tas exarsit. Iustus namque et
nunc ore mortalium acta dispo
nens alia concedit propicius/ alia
permittit iratus/ atque ea que per
mittit sic tolerat ut hec in sui
consilii usum vertat/ Unde miro
modo fit ut et quod sine voluntate
dei agitur/ voluntati dei contrarium

non sit.

Quia dum in bonum usum ma
la facta vertuntur/ eius consilio
militant etiam que eius voluntati
repugnant/ Hinc enim per
psalmistam dicitur/ Magna opera
domini exquisita in omnes volunta
tes eius/ Sic quippe eius opera
magna sunt. ut et per omne
quod ab hominibus agitur eius vo
luntas exquiratur/ Nam sepe
inde perficitur unde repelli puta
batur/ Hinc rursus dicitur Omnia
quecumque voluit dominus fecit in
celo et in terra/ Hinc salomon ait
Non est prudencia non est sapientia Pro 21
non est consilium contra dominum.
Restat ergo ut in cunctis que
agimus vim superne voluntatis
inquiramus/ cui videlicet et co
gnite debet nostra actio devote
famulari et quasi duce sui
itineris persequi/ Ne ei etiam
nolens serviat/ si hanc superbiens
declinat/ Vitari enim vis superni
consilii nequaquam potest/ Sed ma
gna sibi virtute hanc temperat
qui se sub eius nutibus re
frenat/ eiusque sibi ponderi
levigat. qui hanc subiecto
cordis humero volens portat/.
Sed quia persecutorum superius me
moriam fecimus. qualiter
ea que subiuncta sunt eorum
cecitati congruunt ostendamus
Sequitur. Per diem incurrent te xiii
nebras. et quasi in nocte sic B
palpabunt in meridie/ Per diem
tenebris incurrunt/ quia ipsa
virtutis presencia perfidie errore
ceciti sunt/ Clare quippe per
diem cernitur. per noctem vero
nostra acies obscuratur/ Perse
cutores igitur nostri redemptoris
dum divina virtutis miracula
cernerent/ Et tamen de eius divinitate
dubitarent/ in die tenebras passi
sunt. quia visum in luce perdi
derunt/ Hinc est quod eos lux
ipsa admonet dicens Ambu
late dum lucem habetis ne vos Io 12
tenebre comprehendant/ Hinc

Je 17 est quod de iudea dicitur. Occidit
ei sol cum adhuc esset dies.
hinc est quod vocem penitencium
in se propheta iterum sumit dicens.
Impegimus in meridie quasi in
tenebris in caliginosis quasi mor-
21 tui. hinc item dicitur. Custos quid
de nocte custos quid de nocte
dixit custos. Venit mane et
Ysa 29 nox etenim de nocte custos venit.
Quia humani generis protector
et manifestus in carne apparuit,
et tamen hunc presso perfidie sue te-
nebris iudea minime cognovit.
Ubi et bene voce custodis ad-
ditur. Venit mane et nox.
Quia per eius presenciam et nova
lux mundo iam claruit. Et tamen
in corde infidelium vetusta ce-
citatis remansit. Bene autem
dicitur quasi in nocte sic pal-
pabunt in meridie. Hoc quippe
palpando exquirimus quod oculis
non videmus. Iudei autem aper-
ta eius miracula viderunt
et adhuc eum quasi palpantes
inquirebant eum dicentes. Quo-
Jo x usque animam nostram tollis. si
tu es christus dic nobis palam.
Ecce miraculorum lux ante oculos
aderat. Et tamen in cordis
sui tenebras offendentes ad-
huc requirendo palpabant. Quos
nimirum cecitas ad crudelitatem,
crudelitas etiam ad aperta opera
persecucionis exarsit. Sed redemp-
tor humani generis persecutorum suo-
rum manibus diu teneri non
potuit. Unde et protinus subditur.
Porro salvum faciet de gladio
oris eorum et de manu violenti
pauperem. Ipse quippe iste pauper
est, de quo per paulum dicitur.
2 cor 8. Qui propter nos egenus et pauper factus
est, cum esset dives. Et quia
iudei eum accusando tradi-
derunt, quem traditum genti-
les occiderunt. Potest per oris
gladium lingua signari. De qua per
psalmistam dicitur. Filii hominum
2 cor 8 dentes eorum arma et sagitte
et lingua eorum machera acuta.

Qui in ewangelio eam teste clama-
Jo 19 verunt. Crucifige crucifige. Per vio-
lenti vero manum ipsa crucifigens
gentilitas exprimitur, que in redempto-
ris morte hebreorum voces ope-
re implevit. Deus itaque hunc pau-
perem et de manu violenti et de
oris gladio salvum fecit. Quia
videlicet et redemptor noster et vires
gentilium et linguas iudeorum mo-
riendo ex humanitate pertulit. Sed
ex divinitatis sue potencia resur-
gendo superavit. Quia videlicet
vivere quid aliud agit, nisi ut
ad spem vite subsequentis infirmi-
tas nostra roboretur. Unde et bene
mox subditur. Et erit egeno spes.
Erepto quippe paupere egenus ad
spem reducitur, quia humilis fide-
lium pluralitas redemptore moriente
pavore concutitur, sed resurgente
solidatur. Ipsos namque primos huius
seculi pauperes, electos fidei videlicet
predicatores visa eius mors percu-
lit, sed resurrectio ostensa reparavit.
Salvato igitur paupere spem egenus
~~recepit sine~~ recepit. Quia resur-
gente in carne domino, fidelis
quisque ad eterne vite fiduciam con-
valescit. Sed ecce iam in manifesta
ostensione veritas venit, iam
carnis mortem pertulit, eam que
resurgendo destruxit. Iam re-
surrectionem gloria ascensionis hono-
ravit, et tamen hebreorum lingua
adhuc eum contumeliis lacessere
non desinit. Quos nimirum eg-
nimis tolleravit ut alios tolle-
rando converteret. Atque alios in-
ne conversos quandoque districtius
feriat. Tunc enim lingua infide-
lium ab effrenatione sue loquacitatis
obmutescit, cum venire eum ius-
tum iudicem viderit, quem
nunc ut iniuste iudicatum. Unde bene
subditur. Iniquitas autem contrahet
os suum. Os enim suum nunc adhuc
iniquitas dilatat, quia humani
generis redemptore lingua infidelium

continuelis lacessere nequaquam cessat
Sed tunc ab eo contrahit cum hoc quod
non vult per studium per supplicationem clau
dit. Quod tamen bene accipi etiam
de conversis persecutoribus potest.
Salvato enim paupere de gladio oris
ad spem redit, eo tracto ore iniqui
tas obmutescit. Quia omnis eius
clarescente miraculo, dum copio
sa multitudo fidelium credidit a
redemptoris sui in miris continue
linguis cessavit. Os enim suum quod diu
deridendo aperuit, iam formida
do contradixit. Libet hoc mora
xiiij E lis postposita iudeorum significatione
discutere, atque apertius quonam mo
do agantur in dagrare (?). Iniquorum homi
num quippe mentes cum quedam a pro
ximis bona gesta conspiciunt, ex tego
livoris sui eculeo torquentur, et
grave malicie sue penam sustinet
cum bona in aliis tabescentes vi
dent. Unde iterum dicitur. Per diem incur
runt tenebras. Quia mens eorum
cum de aliena melioritate affli
gitur, de radio lucis obscuratur.
Quia sepe in proximis dum bona
aperta considerant, si qua mala
lateant investigant et solicitis in
quisitionibus laborant. Ubi quod forte
accusare possint inveniant.
Sana quidem membra conspiciunt
sed clausis cordis oculis vulnus
palpantes querunt. Unde et bene
subditur. Et quasi in nocte sic
palpabunt in meridie. Dies boni
operis in proximo exterius lucent.
Sed quasi in nocte palpabunt quia
livoris sui intus tenebras to
lerant, pervenire ad aliqua que
reprehendant satagunt, deceptionis
aditum querunt, sed quia huic
invenire non valent, ceci exte
rius tenent. Quod bene exprimitur
cum loth protegentibus angelis in do
mo eius ostium sodomite non
invenerunt. Sicut scriptum est. Vim
faciebat loth vehementissime iam
prope erat ut effringerent fores
et miserunt viri manum, et in
troduxerunt ad se loth clause
runtque ostium, et eos qui erant
foris percusserunt cecitate a mi
nimo usque ad maximum. Ita ut
ostium invenire non possent.
Quid est quod malis ad insurgen
tibus intra domum loth re
ducitur non minuitur nisi quod iu
stus quisque dum pravorum insidias
sustinet, ad mentem redit et
protectus manet. Sodomite
aut viri in domo loth inve
re ostium non valent, quia
corruptores mentium, contra
vitam iusti nullum excusatio
nis aditum deprehendunt, per
cussi enim cecitate quasi domum
circueunt. Quia invidentes dum
facta eius perscrutantur. Sed quia eis
de vita iusti foris undique
atque laudabilis actio obviat
errantes nichil aliud quam pariete
palpant. Bene ergo dicitur
Quasi in nocte sic palpabunt
in meridie. Quia dum bonum
est quod vident accusare ne
queunt. ceci et malicia malum
quod non vident ad accusa
tionem querunt. Unde recte sub
iungitur. Porro salvum faciet
de gladio oris eorum. et de manu ff
violenti pauperem. Pauper quippe
est quisque apud semetipsum
elatus non est. Unde per semetipsum
veritas dicit. Beati pauperes ap^t 7
spiritu. quoniam ipsorum est regnum celorum.
Duobus autem modis ad culpa
unusquisque pertrahitur, aut de
lectatione ducitur, aut terrore
superatur. Gladius namque oris
est instigatio persuasionis
manus autem violenti est ad
versitas potentis, sed quia valde
humilis qui hoc loco pau
per vocatur, quo nulla huius
mundi prospera appetit, eo ar
denter etiam ad nulla contemp
nit. Unde dicitur. Salvum faciet

de gladio oris eorum. et de manu violenti pauperem. Ac si aperte diceret. Sic in se deus mentes humilium solidat ut eas ad perpetranda nequitiam nec blandimenta suasionum pertrahant, nec dolores suppliciorum frangant. Spes quippe eternitatis animum erigit. Et ideo nulla mala exterius que tolerat sentit.
xv G. Unde et subdit. Et erit egeno spes. Ad cuius spei videlicet fructum cum pauper venerit omnis elatus obmutescit. Unde et adhuc subditur. Iniquitas autem contrahet os suum. Reprobi nunc ante mala bonis derogant. et ea que agere negligunt, hec in aliis obtrectando lacerare non cessant. Sed dum iniquitas os suum contrahet. cum iniustis quanta suppetat gloria retributionis agnoscit. Tunc enim eloquii contra bonos non vacat, quia malorum suorum digne retributione lingua tormenta ligant. Unde bene anna prophetante dicitur. Pedes sanctorum
1 Reg 2 suorum servabit. et impii in tenebris conticescent. Sed ut electus quisque etiam supplicia evadat et ad perhennem gloriam ascendat debet hic assiduis flagellis atteri. quatenus in iudicio valeat purgatus inveniri. Ipso namque infirmitatis nostre pondere deorsum cottidie ducimur. et miro manu artificis per subvenientia flagella relevamur. Unde et subditur. Beatus homo qui corripitur a domino. Prima virtus est ne perpetrari debeant peccata. Secunda autem saltem perpetrata corrigere. Sed plerumque culpas non solum committentes minime vitamus. Verum etiam nec commissas agnoscimus, et peccantis mens tantum altius tenebrescit quantum nec damnum cecitatis intelligit. Unde fit plerumque divinis muneris largitate. ut culpas pena subsequatur, et flagella oculos delinquentis aperiat. Quos inter vicia securitas cecabat. Torpens quippe animus percussione tangitur ut excitetur. Quatenus qui statum sue rectitudinis securus perdidit afflictus consideret quo iacet. Hinc itaque ipsa asperitas correptionis origo fit luminis. Unde et paulum dicitur.
Eph 5 Omne quod arguitur lumine manifestatur. Argumentum ergo salutis est vis doloris. Hinc est enim quod Salomon ait. Curatio faciet cessare
Eccl 10 peccata maxima. Hinc iterum dicit.
Prov 3 Quem diligit deus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Hinc voce angelica dicitur ad iohannem loquitur. Ego quos amo
Apok 3 redarguo et castigo. Hinc paulus ait. Omnis autem disciplina in presenti
hebr 12 quidem non videtur esse gaudii sed meroris. Postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iusticie. Quia ergo convenire simul nequaquam dolor et beatitudo possunt recte nunc dicitur. Beatus homo qui corripitur a domino. Quia per hoc quod peccator dolore correptionis premitur, quandoque ad beatitudinem que sine interventu doloris est eruditur. Sed Increpationem ergo domini ne reprobes. xvi H
Quisquis pro culpa percutitur, sed in querela sue percussionis elevatur. Increpationem domini reprobat quia iniuste hanc se perpeti accusat. Quia autem non purgatione criminis. sed probatione fortitudinis percutiuntur. Cum causas sue percussionis inquirunt. nequaquam increpationem domini reprobare dicendi sunt. Quia in semetipsis satagunt invenire quod nesciunt. Unde et beatus iob adlibitatis verba erumpens tanto de se intimus iudicia ferientis inquirit. quanto in se verius causas

Deus quem diligit corrigit. 1 Reg. c. 63.

passionis ignorat. Electi itaque quia sunt percussi non probationis examine, sed purgationis estimant, dum libere in se flagella loquitur, reprobasse dei in acceptatione credidit. Quem apte etiam hereticorum speciem tenere diximus. Quia omne quod agitur etiam recte agitur, apud iudicium suum semper ad arcem rectitudinis inflectitur. Quia vero bona intentione ad loquendum ducitur, sed non curat discere cui loquatur. Ad hoc superne dispensationis modestiam predicendo subiciat dicens:

nota Quia ipse vulnerat et medetur, percutit et manus eius sanabunt.

I Duobus modis omnipotens deus vulnerat quos reducere ad salutem curat. Aliquando enim carnem percutit et mentis duritiam suo pavore tabefacit. Vulnerando ergo ad salutem revocat, cum electos suos affligit

.1. exterius exterius, ut interius vivant. Unde per Moysen loquitur dicens: Ego occidam et vivere faciam; percutiam et ego sanabo. Occidit autem ut vivificet, percutit ut sanet. Quia ideo foris verbera admovet, ut intus vulnera delictorum curet. Aliquando autem etiam si flagella exterius cessare videantur,

.2. interius interius vulnera infligit. Quia mentis nostre duritiam suo desiderio percutit, sed percutiendo sanat. Quia et terroris sui iaculo transfixos ad sensum nos rectitudinis revocat. Corda enim nostra male sana sunt cum nullo dei amore sauciantur, cum peregrinationis sue erumpnam non sentiunt, cum erga infirmitatem proximi nec quolibet minimo affectu languescunt. Sed vulnerantur ut sanentur. Quia amoris sui spiculis mentes deus insensibiles percutit. Mox quas sensibiles per ardorem caritatis reddit. Unde et sponsa in cantico canticorum dicit:

Can 7 Vulnerata caritate ego sum. Male enim sana anima atque in huius exilii ceca securitate prostrata nec videbat deum nec videre desiderabat quem fugiebat. Percussione ergo

spiritualis vulneratur, in intimis affectu pietatis ardet desiderio contemplationis, et miro modo vivificatur ex vulnere. Que prius mortua iacebat in salute, estuat, anhelat et iam videre desiderat quem fugiebat. Percussione ergo ad salutem reducitur, que ad securitatem quietis interne amoris sui perturbatione revocatur. Sed cum sauciata mens anhelare in deum ceperit, cum cuncta huius mundi blandimenta despiciens ad supernam patriam se per desiderium tendit, ad temptationem ei protinus vertitur quod quondam amicum prius in seculi blandimentis putabatur. Nam qui peccantem prius amare consueverat, recte vincentem crudelius impugnat. Et certus in deum animus carnis sue bella tolerat, in qua prius vitiis prioribus delectabiliter iacebat. Voluptates pristine ad memoriam redeunt et contradicentem mentem gravi certamine affligunt. Sed quia dum transitorio labore atterimur, a perpetuo dolore liberamur, apte subiungitur: In sex tribulationibus liberabit te, et in septima non tanget te malum. P

Quid enim per septenarium numerum, quem septimus sequitur, nisi presentis vite operatio discursusque signatur? Sexto Ge. ii quippe omnia perficiens hominem condidit, et septimo die requievit. Qui scilicet septimus vesperam non habet, quia sub se quietem requiem nullus iam terminus claudit. Perfectis ergo omnibus requies sequitur. Quia post bona vite presentis opera retributio eterne quietis invenitur. In sex itaque tribulationibus nos deus liberat, ne in septima malum tangat. Quia paterne pietatis eruditione prius vite labore nos atterit,

sed in adventu medici a vulnere
abscondit, ut tanto tunc ad
salutem certiores exhibeat, quanto
nunc nos flagella divina secant.
Quam apte mox et mala vitae
praesentis et adiutoria supernae
protectionis enumerans subdit: In fa-
me eruet te de morte, et in bel-
m lo de manu gladii. Sicut fames
carnis est subtractum subsidium
corporis, ita fames mentis est
silentium divinae locutionis. Unde
Amos 8 recte per prophetam dicitur: Emittam
famem in terram, non famem pa-
nis neque sitim aquae, sed famem
audiendi verbum Domini. Et quia
humanam mentem cum locutio
divina deserit, contra eam car-
nis temptatio invalescit, apte
subiungitur: Et in bello de manu
gladii. Bella quippe patimur
tum carnis nostrae temptationibus
impugnamur. De quo nimirum
bello propheta David dicit: Obumbrabit
caput meum in die belli. Quia
igitur reprobi dum fame verbi
Dei deficiunt, etiam belli gladio
transfiguntur. Electos suos Dominus
et in fame a morte eripit, et
in bello a gladio abscondit.
Quia eorum mentes dum verbi
sui pabulo reficit, contra tem-
ptationes corporis fortes reddit.
xviii n Sed sunt nonnulli, qui ex
divino eloquio abunde iam se fa-
me reficiunt, et si iam contra
temptationum proelia continentiae
virtute fulciuntur. Adhuc tamen
pavidi humanis detractionibus
metuunt. Et saepe dum linguarum
iacula formidant, peccati se la-
queo strangulant. Unde apte sub-
ditur: A flagello linguae abscon-
deris. Flagellum linguae est ex-
probratio contumeliae illatae. Fla-
gello linguae bonos feriunt, qui
eorum opera irridendo persequuntur.
Saepe enim lingua a bono opere
dum vituperat revocat, et quasi
flagellum se exerit, quia de-

orsum et timidae mentis cedit. Hoc
flagellum linguae electorum mentibus is-
dem propheta conspexerat, cum superni
adiutorium pollicens dicebat: Ipse
liberabit te de laqueo venantium et a
verbo aspero. Venantes autem nil aliud
quam carnem quaerunt. Sed a venantium
laqueo et a verbo aspero eripimur,
quando et insidias carnalium et ir-
risionum probra despiciendo superamus.
Aspera quippe eorum verba sunt quae
bonis nostris itineribus adversantur.
Sed asperitatem ubi evadere est irrisio-
nes detrahentium dissimulando cal-
care. Sancta ergo anima a fla-
gello linguae absconditur, quia dum
in hoc mundo honorem laudis non
quaerit, nec contumelias detractionis
sentit. Sed sunt iam nonnulli qui o
derogantium verba despiciunt, ita ir-
risiones pro nihilo attendunt. Ad-
huc tamen poenas corporis cruci-
atusque pertimescunt. Antiquus namque
adversarius, ut a recta nos inten-
tione retrahat, multiformiter im-
pugnat, et temptationum nostras modo
ubi fame, modo carnis certamine,
modo calamitate persecutionis aggre-
ditur. Sed quia pectus quisque cum
in se ipso vitia vicerit, statim meter-
etiam contra aliena passione ac-
cingit. Apte subiungitur: Et non
timebis calamitatem cum venerit.
Sancti enim viri quia contra multiformem p
adversarium se pugnare considerant,
semetipsos contra eum multipliciter parant.
Habent enim contra famem divini
verbi pabulum, contra bellum gladii
continentiae scutum, contra flagellum
linguae protectionem patientiae, contra persecu-
tionis calamitatem clipeum intus
amoris adiutorium. Unde miro
modo agitur, ut quo eos hostis
callidus immanius temptat, eo contra
spectu Dei milites virtutibus dicio-
res fiant. Et quia electi quique
dum praesentis vitae certamina fortiter
tollerant, in timore sibi venturi iu-
dicii securitatem parant, recte subiungitur:

xi. In vastitate et fame ridebis. Tunc quippe
reprobi vastitatem et famem passuri sunt
cum dampnati extremo iudicio ab
eterni panis visione separantur. Scriptum
namque est: Tollatur impius ne videat
Ysa 26 gloriam dei. Et per semetipsum dominus dicit:
Ego sum panis vivus qui de celo
descendi. Bene autem simul vastitas fames
Jo 6 que hos cruciat qui non solum foris
tormenta sustinent sed intus etiam in-
edie peste moriuntur. Vastat gehen-
na quia concremat, fames interficit
quia illis suam redemptor abscon-
dit. Bene namque retributorem in iustis
examine recipiunt qui et cogitando
nimis et operando deliquerunt. Unde
per prophetam dicitur: Pones eos ut cliba-
num ignis in tempore vultus tui; dominus
in ira sua conturbabit eos et devo-
rabit eos ignis. Quod enim ab igne
devoratur ab exteriori parte accenditur,
clibanus vero intus inflammatur.
In tempore ergo vultus domini iniusti omnes
et ut clibanus ponuntur et ab igne
devorantur, quia apparente iudice
cum a visione illius corporum multitu-
do repellitur, et intus per desiderium
ardet conscientia, et foris carnem cru-
xviii x ciat gehenna. Potest etiam flagel-
lo lingue superna ultionis animadversio-
nis intelligi, quia districtus iudex re-
probis dicit: Discedite a me male-
dicti in ignem eternum qui paratus est diabolo
et angelis eius. Iustus autem a fla-
gello lingue atque a calamitate
venientis absconditur, quia in tanta
districtione sibi blanda tunc iudi-
cis voce respondetur cum dicitur: Esuri-
vi et dedistis mihi manducare, sitivi
Mt 27 et dedistis mihi bibere, hospes eram et
collegistis me, nudus et operuistis me,
infirmus et visitastis me, in carcere
eram et venistis ad me. Quibus
premittitur: Venite benedicti patris mei,
percipite paratum vobis regnum a con-
stitutione mundi. In vastitate ergo
et fame iustus ridebit, quia cum
iniquos omnes extrema ultionis percutit
tempore de gloria digne retributionis hyla-
rescit. Nec dampnatis iam tunc ex

humanitate compatitur, quia divine
iusticie presentem inherens, iudicio
cuiusdam districtionis intime vigore
solidatur. Electos namque in claritate
superne rectitudinis elevatos nulla
miseria afficit, quia hos a mi-
seriis altitudo beatitudinis alie-
nas reddit. Unde bene etiam per psalmistam
dicitur: Videbunt iusti et timebunt
et super eum ridebunt et dicent: Ecce
homo qui non posuit deum ad-
iutorem sibi. Iniquos enim
tunc iusti vident et metuunt,
tunc visuri sunt et ridebunt.
Quia enim modo labi ad eorum
imitationem possunt, hinc sunt
formidine. Quia vero dampna-
tis tunc prodesse nequeunt, illic
non sunt compassione. Et ideo in
eorum suppliciis deditis non esse
miserendum ipsi quia beati iusti
iudicium legunt. Qui ergo suppli-
cari seris non se qualitatem
sibi precepte felicitatis innuunt
si in regno positi volunt quod im-
plere nequaquam possunt. Sed quisque
quisque ad vite precepta se dirigit
prosperitatis premia etiam percipiat, sic
iam initia securitatis interne
securitatis degustat, ut cum
qui hostem non metuat ut
imminente mortis articulo
violentos eius impetus inulta-
tem perhorrescat. Iustus namque
in remuneratione est ipsa
plerumque in obitu securitatis
mentis. Unde et recte subiungitur:
Et bestias terre non formidabis. xix
Callidus quippe adversarius be-
stia terre dicitur, quia adrepti-
endis mortis tempore peccatorum
animas violencia crudelitatis
efferatur. Quos enim viventes bla-
diens decepit, morientes seviens
rapit. Quo contra de electorum
etiam per prophetam dominus pollicetur
dicens: Mala bestia non transi- Isa 37
bit per eam. Illi ergo terre bestiam
morientes timent qui conditorem non timent
suum in potentia viventes. Sancti
etenim viri quia dum sunt formidine
medullitus sua dicunt

Sancti non dolent sed gaudent de dampnatione reproborum
mentes
Nota viventes deum timent dyabolum morientes non timent :·

omne de adventu timoris pondus adversarii abstulerunt. Hinc est enim quod psalmista divinum exorat dicens: Ne quando rapiat ut leo animam meam. Hinc rursum ait:
//mea Exaudi Deus orationem meam cum deprecor; a timore inimici eripe animam meam. Vincentes quippe perfecte timent iudicium, ne monentes metuant accusatorem. Bene ergo dicitur: Et bestias terre non formidabis. Ac si aperte diceretur: Quia gladiante hoste intus non vinceris, hunc sequente postmodum non timebis. Sed cum bene vivitur, valde cavendum est ne mens despectis ceteris gloria singularitatis elevetur. Unde ad concordiam apte bonum sociale reducitur, cum protinus subinfertur: Sed cum lapidibus regionum pactum tuum erit.
R Quasi distincte in mundo regiones sunt ecclesie gentium, que in una fide posite morum figuris ex distinctione dividuntur. Quid ergo regionum lapides nisi ecclesiarum electos accipimus? Quibus primi instructoris voce dicitur:
1 pet. 2 Vos autem tamquam lapides vivi superedificamini; de quibus sancte ecclesie per prophetam pollicetur Dominus dicens:
Isa 54 Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos. Qui igitur recte vivit, pactum cum lapidibus regionum iungit, quia recto quod mundi desideria superat, vitam suam procul dubio ad priorum predicantium imitationem ligat. Sed cum a mundi actione distringitur, malignorum spirituum impugnationes crescunt, que tamen quo magis in mercede quemquam atterunt, eo conditori humilius subdunt. Unde et subiungitur:
xix Et bestie terre pacifice erunt tibi.
v Notandum prius est quod non ait pacate, sed pacifice. Ut non quia pacem habent, sed quia pacem faciunt. Hostes quippe callidi dum insidiantur, affligunt; sed afflicta mens tanto magis ad eternam patriam reditum diligit quanto in hoc erumnoso exilio laborio-

sius vivit, et verius se gratie sui adiutoris hereat, cum contra se insidias hostium acriores pensat. Terre ergo bestie pacifice fiunt, quia maligni spiritus cum bonorum corda adversantes deprimunt, hoc nolentes ad amorem Domini impellunt. Inde ergo cum Deo pax robustior oritur, unde nobis ab adversariis durior pugnatur. Possunt etiam per terre bestias motus carnis intelligi, qui dum mentem nostram irrationabilia suadendo lacessunt, contra nos bestialiter insurgunt. Sed cum cor sub divina lege premitur, etiam carnis incentiva detumescunt, ut etsi temptando submurmurat, nequaquam tamen ad ipsum effectum operis quasi ad apti morsus rabiem exsurgunt. Quis enim adhuc in hac corruptibili carne subsistens has plene terre bestias edomat, cum ille ad tertium celum raptus egregius predicator dicat:
Ro. 7 Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee et captivum me ducentem in lege peccati que est in membris meis. Sed aliud est has bestias in campo operis sevientes aspicere, aliud intra cordis caveam frementes tenere. Redacte namque intra claustra continentie, etsi adhuc temptando rugiunt, usque ad morsum tamen, ut diximus, actionis illicite non excedunt. Pacifice itaque sunt et terre bestie, quia motus carnis etsi per desideria palpitant, apta nos tamen contradictione operis non impugnant. Quamvis per hoc ipsum quod pacifice dicuntur, etiam id quod de malignis spiritibus diximus non inconvenienter accipitur. Motus etenim carnis pacem nobis cum Deo faciunt, cum temptando contradicunt. Nam ipsa mens in Deo quod ad superna dirigitur ex corruptibili corpore, quo bello fatigatur; que etsi quando a desideriis celestibus huius mundi qualibet minima delectatione tardatur, ipso bello sue temptationis impellitur

ut aliud toto corde diligat quod contradictio nulla perturbat. Unde fit ut quietem intimam ad memoriam revocet et carnis suae illecebras noscat, et ad illam pleno amore suspirans fugiens redeat. Considerare enim ex temptatione compellitur unusquisque unde quo cecidit. Cum postquam pacem Dei deseruit, rixam sibi contra se consurgere per semetipsum sentit, et tunc veraciter videt desertum Dei delectationem quid perdidit, cum adversa dilapsus suam in se contumeliam invenit. Pacem vero nobis esse bestiae faciunt, cum motus carnis dum nos temptando lacessunt, ad amorem aeternae quietis impellunt. Bene autem subditur: Et scies quod pacem habeat tabernaculum tuum. In scriptura sacra alia pax inchoata, alia plena dicitur. Atque alia inchoata. Inchoatam quippe Veritas discipulis dederat cum dicebat: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et plenam Simeon desideraverat cum exoraret dicens: Nunc dimittis servum tuum Domine secundum verbum tuum in pace. Pax enim nostra ex desiderio conditoris inchoatur, ex visione perficitur. Plena itaque tunc erit cum mens nostra nec ignorantia caecatur, nec carnis impugnatione concutitur. Sed quia eius exordia tangimus, cum aut mentem Deo vel carnem menti subiugamus, tabernaculum nostrum pacem habere dicitur, quia videlicet corpus quod mente inhabitat, a pravis desideriorum motibus sub iustitiae dispositione refrenatur. Sed quid prodest per continentiam carnis restringi si mens se per compassionem nesciat in proximi amorem dilatare? Nulla namque est castitas carnis quam non commendat suavitas mentis. Unde post pacem tabernaculi apte subiungitur: Et visitans speciem tuam non peccabis. Species quippe hominis est alter homo, recte enim species nostra dicitur proximus noster, quia in illo cernimus quod ipsi sumus. Corporali enim visitatione ad proximum gressu incedimus, spirituali vero non gressu sed affectu ducimur. Speciem ergo suam visitat quisquis ad eum quem sibi per naturam similem conspicit passibus amoris tendit, ut in alto sua considerans ex se ipso colligat qualiter infirmanti alteri condescendat. Speciem suam visitat qui cum in se alterum reficiat se in altero pensat. Hinc enim Veritas per Moysen cum gesta describeret gerenda signabat dicens: Protulit terra herbam virentem et afferentem semen iuxta genus suum lignumque faciens fructum et habens unumquodque sementem secundum speciem suam. Lignum quippe per speciem suam semen producit cum mens nostra ex sua consideratione se in altero colligit et recti operis germen parit. Hinc quidam sapiens dicit: Quod tibi non vis fieri alii ne feceris. Hinc et in evangelio Dominus dicit: Quaecumque vultis ut faciant vobis homines, et vos eadem facite illis. Ac si aperte diceret: Speciem vestram in altero visitate et ex vobismetipsis agnoscite quid vos oporteat aliis exhibere. Hinc Paulus ait: Factus sum Iudaeis tamquam Iudaeus ut Iudaeos lucrifacerem, et his qui sub lege sunt quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege, ut eos qui sub lege erant lucrifacerem. Et his qui sine lege sunt quasi sine lege essem, cum sine lege Dei non essem, sed sub lege essem Christi. Et paulo post: Omnibus omnia factus sum ut omnes facerem salvos. Neque enim egregius praedicator ut quasi Iudaeus fieret ad perfidiam erupit, neque ut quasi sub lege esset ad carnale sacrificium rediit, neque ut omnibus omnia fieret simplicitatem mentis terroris varietate commutavit, sed condescendendo appropinquavit infidelibus non cadendo, ut videlicet singulos in se suscipiens et se in singulis transfigurans compatiendo

Gen. 1

Tho.

1 Cor. 9

De pace duplici: Inchoata — Mentis deo subiectione, et carnis menti subiectione; Perfecta — ad Deum videndo

colligeret / si ita ipse ut illi esset
quod impendi sibi ab aliis vere
voluisset. Et tanto verius vin-
cula errantis concutit, quanto sa-
lutis eius modum ex propria
consideratione didicisset. Unde et
dicitur: Et visitans speciem tuam
non peccabis. Quia tunc peccatum
plene vincitur cum ex sua simili-
tudine unusquisque pendit quo-
modo proximi dilectione dilatetur. Cum
vero a vitiis caro restringitur, cum
mens virtutibus excitatur, restat
ut loquendo quemque doceat vita
quam moribus format. Ille namque
uberes predicationis fructus col-
ligit qui semina bone operationis
premittit. Unde post pacem taber-
naculi et speciei iure visitationem
recte subiungitur: Et scies quoniam
xxi multiplex erit semen tuum. Pro-
3 pacem quippe tabernaculi post-
speciei iure visitationem semen iusti
multiplex surgit. Quia quanto
nimium maceratione carnis ac mo-
rum magnitudine, tanto ei
fecundius ubertas predicationis tri-
buitur, quanto hec terra pectoris
per studium operis ex aratione procedit.
Ille namque verbi loquendi fecundia
assequitur qui sinum cordis ad
perfecte vivendi studia extendit.
Nec loquentem conscientia impediat,
cum vitam lingua antecedit.
Hinc est quod Egyptii famis tempore pu-
blico Ioseph dispensante subiecti
tam viri regis servi se posse reddentes
humiliant, frumenta etiam
ad semen recipiunt. Fruges quippe
ad esum etiam liberi accipimus,
cum et sacro eloquio pascimur, et
tamen quedam que intus modo
appetimus in nostris voluptatibus
versamus. Sed servi facti et ad
semen frumenta percipimus, quia
dum plene deo subditur etiam
verbo predicationis replemur. Et quoniam
magna plebs fidelium sequitur
cum sancti predicatoris progenies post
multiplicitatem seminis recte sub-
iungitur: Et progenies tua sicut
herba terre. Iusti progenies herbe terre
comparatur, quia quod de eius imitatione
nascitur, dum arente presentis vite
gloriam deserit, spe in eterna virescit.
Vel certe iusti progenies sicut herba
oritur, quia dum vivendo monstrat
quod predicando asserit, multitudo sequen-
tium exsurgit innumerabilis. Sed quisquis
qui iam terrena desideria despicit,
quamvis se per active vite opera extendit,
nequaquam ei sufficit magna exterius
agere, etiam nisi valeat per contempla-
tionem interna penetrare. Unde apte pro-
tinus subinfertur: Ingredieris in a-
bundantia sepulchrum, sicut infertur acer-
vus tritici in tempore suo. Quid enim
sepulchri nomine nisi contemplativa
vita signatur? Que nos quasi ab hoc
mundo mortuos sepelit, dum a
terrenis desideriis susceptos in in-
timis abscondit. Vel exteriori
quippe vita mortui etiam sepulti
per contemplationem fuerant, quibus Pau-
lus dicebat: Mortui enim estis et
vita vestra abscondita est cum Christo
in deo. Activa quoque vita sepul-
chrum est, quia a pravis nos mo-
ribus tegit. Sed contemplativa per-
fectius sepelit, quia activa moribus
actionibus funditus occidit. Quisquis
ergo iam in se contumelias carnis
edomuit, superest ut mentem per
studia sancte operationis exerceat, et
quisquis iam mente per sancta opera
dilatatur, superest ut hanc usque ad
secreta intime contemplationis exten-
dat. Neque enim perfectus predicator est
qui vel propter contemplationis studium
operanda negligit, vel propter operationis
instantiam contemplanda postponit.
Hinc est enim quod Abraham coniugem
Gn 23 in sepulchro duplici mortuam
sepelit. Quia nimirum perfectus quisque
predicator extinctam a pravis desi-
deriis animam suam sub bone opera-
tionis regimine et contemplationis
abscondit, ut a carnali concupiscentia
sub activa contemplativaque vita quasi
insensibilis lateat. Que prius
mundi desideria sentiens mortifica-

predicator maceratus carnis predicet

De vita dupplici: Activa / Contemplativa

vivebat. Hinc est quod humani generis
redemptor per diem miracula in urbi-
bus exhibet, et ad orationis studium
in monte pernoctat, ut perfectis videlicet
predicatoribus innuat, quatenus activam
vitam nec amore speculationis
funditus deserant, nec contemplatio-
nis gaudia penitus operationis ni-
mietate contempnant, sed quieti con-
templantes sorbeant, quod occupati erga
proximos loquentes refundant. Spe-
culando quippe in Dei amore sur-
gitur, sed predicando ad proximi uti-
litatem reditur. Unde et apud Moy-
sen Dominus in sacrificio vaccam mac-
Num 19 tari offerri cum ligno et ysopo
cedrino bis tinctus coccus precipitur.
Vaccam quippe mactamus, cum carnis
lasciviam sue voluptatis extinguimus,
quam cum ysopo ligno quoque cedrino
ac cocco offerimus. Quia cum ma-
ceratione carnis sacrificium fidei
spei et caritatis adolemus. Ysopus
quippe in terra natus mundare con-
suevit. Et Petrus dicit: Fide mun-
Act 17 dans corda eorum. Lignum cedrinum
nulla putredine deficit, quia
spem celestium terminus non con-
sumit. Unde et per Petrum dicitur:
1 pet 1 Regeneravit nos in spem vivam per re-
surrectionem Jhesu Christi ex mortuis in
hereditatem incorruptibilem et incontami-
natam et inmarcescibilem. Coccum
xxii rubeo colore flammescit, quia quem
3 implet caritas accendit. Unde
et Veritas in evangelio dicit: Ignem
luc xii veni mittere in terram. Sed bis tinc-
tus coccus offerri precipitur, ut vi-
delicet ante internum iudicis oculos
caritas nostra Dei et proximi dilec-
tione coloretur, quatenus conversa mens
nec sic pro amore Dei quietem
diligat, ut curam proximi utili-
tatemque postponat, nec sic pro
amore proximi occupata inhiat
ut quietem funditus deserens
ignem in se superni amoris ex-
tinguat. Quisquis ergo semet-
ipsum Deo iam sacrificium obtulit,
si perfecta desiderat curet necesse

curare

est, ut non solum se ad operationis
latitudinem, verum etiam ad culmina con-
templationis extendat. Sed inter
hec magnopere sciendum est, quia
inter se diverse sunt conspersiones animorum.
Nonnulli namque homines ita ociose
mentis sunt, ut si eos labor
occupationis excipiat, in ipsa operis
inchoatione succumbant. Et nonnulli
ita inquieti sunt ut si vaca-
tionem laboris habuerint, gravius
laborent, quia tanto deteriores
cordis tumultus tolerant, quanto
eis licentius ad cogitationes vacat.
Unde necesse est ut nec quieta mens
ad exercitationem se inmoderati operis
dilatet, nec inquieta studium con-
templationis angustet. Sepe enim
qui contemplari Deum quieti po-
terant occupationibus pressi ceciderunt,
et sepe qui occupati bene
humanis usibus viverent, gladio
sue quietis extincti sunt. Hinc
namque est, quod nonnulli inquieti
spiritus dum plus exquirunt con-
templando quam capiunt, usque ad per-
versa dogmata erumpunt, et dum
veritatis discipuli esse humiliter
negligunt, magistri errorum fiunt.
Hinc per semetipsam veritas dicit: Mt 18.
Si oculus tuus dexter scandalizat
te, erue eum et proice abs te. Bonum
tibi est cum uno oculo in vitam
intrare, quam duos oculos habentem
mitti in gehennam ignis. Due
quippe vite, activa videlicet et contem-
plativa, cum fuerint in mente, quasi
duo oculi habentur in facie. Dexter
namque oculus contemplativa vita est,
sinister activa. Sed sunt nonnulli,
ut diximus, qui districte invisi-
bilia et spiritualia nequaquam possunt,
et tamen alta contemplationis as-
sumunt, atque ideo in perfidie fo-
veam in sensibus pravi errore
dilabuntur. Hos itaque contempla-
tiva vita ultra vires assumpta
facit a cognita veritate cadere, quos
in statu sue rectitudinis humiliter
potuit sola activa vita custodire

quibus recte quod per semet simul veritas
dicit / Si oculus tuus dexter
scandalizat te. erue eum et proice
eum abs te / Bonum tibi est cum
uno oculo in vitam intrare quam
duos oculos habentem mitti in
iehennam ignis / Ac si aperte dicat
Cum ad contemplativam vitam ydo
nea discretione non sufficis, solam
securius activam tene, cumque in hoc
quod pro magno eligis deficis, eo con
tentus esto quod pro minimo atten
dis, ut si per contemplativam vitam
a cognitione veritatis compelleris
cadere, per solam activam valeas sal
tem luscus intrare in regnum celorum
Hinc rursum dicit / Qui scan
dalizaverit unum de pusillis istis
qui in me credunt, expedit ut
suspendatur mola asinaria in
collo eius, et demergatur in profundum
maris / Quid per mare nisi se
culum, quid per molam azynariam
nisi actio terrena signatur? que dum
colla mentis per stulta desideria
stringit, hanc in laboris circuitum
mittit / Sunt itaque nonnulli
qui dum terrenas actiones de
serunt, et ad contemplationis studium
humilitate postposita ultra intel
ligencie vires surgunt / Non solum
se in errore deiciunt, sed infirmos
quosque a gremio veritatis di
vidunt / Qui ergo unum de mi
nimis scandalizat, melius illi
fuerat. ligata asynaria mola
collo in mare proici / Quia ni
mirum perverse menti expediencius
esse potuisset, ut occupata mundo
terrena negocia ageret quam per
contemplationis studia ad multorum
perniciem vacaret / Rursum
nisi quibusdam mentibus contem
plativa vita potius quam activa
congrueret / Nequaquam dominus per
xxiij psalmistam diceret / Vacate et
videte quoniam ego sum dominus / Sed
inter hec sciendum est quia sepe
et pigras mentes amor ad opus
excitat, et inquietas in contem
platione timor refrenat / An

chora enim cordis pondus est timo
ris / Et plerumque fluctu cogitacionum
quatitur / Sed disciplinae sue vinculo
retinetur, neque hanc tempestatis sue
inquietudinis ad naufragium per
trahat / quia in dei amoris lit
tore perfecta caritas astringit / Unde
necesse est ut quisquis ad contempla
tionis studia properat, semetipsum
prius subtiliter interroget quantum amat /
Machina quippe mentis est vis
amoris. que hanc dum a mundo ex
trahit / aut amando comprehendere /
aut non comprehensum timendo venari
In contemplatione enim mentem, si
amor non excitat teporis sui
torpor obscurat / Sed timor non
agitat, sepius hanc per inania ad
nebulam erroris levat / et cum clau
sa ei ianua secretorum tardius aperitur
ab ea longius ipsa sua presumptione
repellitur. quia irrumpere appetit hoc
quod non inveniens quesivit / Cumque superba
errore pro veritate percipit, quo quasi
intus ~~veritate percipit~~ gressum porri
git foris tendit / Hinc est enim
quod legem daturus dominus in igne
fumoque descendit / Quia et humiles
Exo per claritatem sue ostensionis illuminat,
19 et superborum oculos per caliginem erro
ris obscurat / Prius enim mens ab
appetitu glorie temporalis / atque ab omni
carnalis concupiscentie delectatione re
genda est, et tunc ad aciem con
Exo templationis erigenda / Unde cum
27 lex accipitur, populus a monte prohibetur.
Ut videlicet qui infirmis adhuc men
tibus terrena desiderant, considerare
sublimia non presumant / Ubi recte
dicitur. Si bestia tetigerit montem
lapidabitur / Bestia etenim montem
tangit, cum mens irrationabili
bus desideriis dedita. ad conte
mplationis alta se erigit / Sed
lapidibus percutitur quia summa
non sustinens, ipsis superni
ponderis ictibus necatur / Qui igitur cul
men perfectionis apprehendere nititur
cum contemplationis arcem tenere
desiderat, prius se in campo operis

per exercitium proveniunt, ut sollicite sciant
si nulla iam proximis mala ino-
gerunt, si inrogata a proximis equa-
nimiter perferunt. Et oblatis bonis
temporalibus nequaquam mentes leticia
solvuntur, si subtractis non nimio
merore sauciantur, ac deinde perpen-
dant, si tamen ad semetipsos
introrsus redeuntes in eo quod spiritalia
rimantur, nequaquam secum rerum temporalium
umbras trahunt, vel fortasse
tractas manu discretionis abigunt,
si in contuitu luminis videre cupi-
entes, cunctas circumscriptionis sue y-
magines deprimunt, et in eo quod super
se contingere appetunt, vincunt quod
sunt. Unde recte nunc dicitur: Ingredieris
in habundancia sepulchrum. Vir quippe
sepulchrum in habundancia ingreditur,
cum prius active vite opera con-
gregat, et postmodum carnis sensum
per contemplacionem mortuum huic mundo
funditus occultat. Unde et apte
subditur: Sicut infertur acervus tritici
in tempore suo. Actionis namque tempus
primum est, contemplacionis extremum.
Unde necesse est ut perfectus quisque prius
virtutibus mentem exerceat, atque
hanc postmodum in horreum quietis con-
dat. Hinc est enim quod is quem legio
demonum, domino iubente, dereliquit,
Luc 9 ad salvatoris sui pedes resedit,
verba doctrine percipit, et de regione
sua discedere cum salutis sue auc-
tore concupiscit. Sed tamen ipsa
que ei salutem contulit veritas
dicit: Revertere primum ad tua et
narra quanta fecit tibi dominus.
Cum enim quamlibet parum de divina
cognitione percipimus, redire ad
humana iam nolumus, et proximorum
necessitatibus onerari refugimus, quietem
contemplacionis querimus, nichilque
aliud nisi hoc quod sine labore
reficit amamus. Sed sanatos nos
a vitiis ad domum mittit,
enarrare que nobiscum acta sunt
precipit, ut videlicet prius mens de-
sudet in opere, et postmodum refici
debeat per contemplacionem. Hinc est

quod iacob pro rachel serviens et lyam
accepit, cui dicitur: Non est con- Ge 29
suetudinis in terra nostra ut mino-
res ante tradamus ad nuptias
quam maiores. Rachel namque
visum principium, lya autem labori-
osa dicitur. Et quid per rachel nisi
contemplativa vita, quid per lyam
nisi activa vita signatur? In con-
templacione quippe principium quod
deus est queritur. In operacione autem
sub gravi necessitatis fasce la-
boratur. Unde rachel pulchra sed
sterilis, lya autem lippa est sed fecun-
da, quia nimirum mens cum
contemplandi ocia appetit, plus
videt, sed minus deo filios generat.
Cum vero ad laborem se predi-
cationis dirigit, minus videt
sed amplius parit. Post lye
ergo complexus ad rachelem
iacob pervenit, quia perfectus
quisque ante active vite ad fecun-
ditatem iungitur, et post contempla-
tive ad requiem copulatur.
Quia enim contemplativa minor
quidem tempore, sed multo maior
est quam activa, sacri evange-
lii verbis ostenditur, in quo due
mulieres diversa egisse referuntur. Luc 10
Maria quippe redemptoris nostri
verba audiens ad pedes illius
residebat. Martha autem cor-
poralibus ministeriis insistebat.
Cumque contra marie ocium quereretur,
audivit: Martha martha
sollicita es et turbaris erga plu-
rima. Porro unum est tibi ne-
cessarium. Maria optimam partem
elegit, que non auferetur ab ea. Quid
enim per mariam, que verba domini
residens audiebat, nisi con-
templativa vita exprimitur? Quid
per martham exterioribus obsequiis
occupatam nisi activa signatur?
Sed marthe cura non repre-
henditur, marie vero eciam laudatur,
quia magna sunt active vite
merita, sed contemplative poci-
ora. Unde nec auferri unquam ma-
rie pars dicitur, quia active
vite opera cum corpore transeunt,
contemplative autem gaudia

melius ex fine convalescunt. Quod bene et breviter Ezechiel propheta exprimit, cum volantia animalia contemplans ait: Et similitudo manus hominis sub pennis eorum erat. Quid enim per pennas animalium nisi contemplationes possimus accipere sanctorum, quibus ad summa transvolant et terrena deserentes sese in caelestibus librant? Quid per manus nisi operationes accipimus? Quia cum in proximi amore se dilatant, bona quae praevalent etiam corporaliter administrant. Sed manus eorum sub pennis sunt, quia actionis suae opera virtute contemplationis vincunt.

A Potest etiam per sepulchrum non solum in hac vita vita contemplationis, sed quies intimae et aeternae retributionis intelligi, in qua tanto verius quiescitur, quanto in nobis corruptionis vita perfectius necatur. In abundantia ergo sepulchrum ingreditur, qui post vitae praesentis congesta opera immutabilitati suae plene mortuus in secreto veri luminis occultatur. Unde et psalmista dicit: Abscondes eos in abscondito faciei tuae

xxiiii B a conturbatione hominum. Quod bene etiam comparatio ad meta commendat cum subditur: Sicut infertur acervus tritici in tempore suo. Frumentum quippe in segete sole tangitur, quia in hac vita humana anima respectu superni luminis illustratur; pluvias accipit, quia veritatis eloquio pinguescit; vento concutitur, quia temptationibus exercetur; et secum crescentes paleas portat, quia nequiorem contra se cotidie vitam peccantium tolerat; atque ad aream deductum tribulationis pondere premitur, ut a paleis conversione solvatur; quia mens nostra caelesti disciplinae subposita, dum correctionis flagella percipit, a societate carnalium mundior

recedit, et relictis paleis ad horreum ducitur, quia foris remanentibus reprobis electa anima ad supernae mansionis gaudia aeterna sublevatur. Unde ergo dicitur: Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur acervus in tempore suo. Quia dum post afflictionem nostri ~~primia~~ praemia patriae caelestis inveniunt, quasi post pressuras ad horrea grana deferunt. Et in aliquo quidem tempore percussiones sentiunt, sed in suo a percussione requiescunt. alicuo Electis quoque tempus alienum est vita praesens, unde quibusdam adhuc infidelibus vitiis dicitur: Tempus meum

Iob nondum advenit, tempus autem vestrum semper est paratum. Et rursum: Haec est

luc hora vestra et potestas tenebrarum.

22 Sepulchrum ergo in tempore suo sicut acervus frumenti ingreditur, quia ille aeternam requiem percipit, qui prius hic ab exurendis paleis liber sit, disciplinae pressuram sentit. Eliphaz vero quia et in locutionis suae serie tabernaculum, lapides, bestias, semen, herbas, sepulchrum quoque nominavit, quod non haec mystice dixit, ipse innuit, qui post cuncta illico subiungit: Ecce hoc ut investigavimus ita est. Liquet profecto quod in verbis nil ab eo mystice suspicandum dicat, quia minimus ante faciem non latet quod investigatur. Quem ergo haec investigasse se indicat, quae in verbis exterioribus interiora conserit demonstrat. Sed post cuncta ad stultitiam iactantiae prorumpit, qui protinus subdit: Quod auditum mente pertracta. Quantalibet doctrina mens polleat, gravis eius imperitia est velle docere meliorem. Unde et ea quae ab amicis recte prolata sunt, ab interno arbitro non recta iudicantur. Iure namque vim suae rectitudinis amittunt, quae auditori non congruunt.

[illegible]
Predicacio verbi dei
debet congruere auditori

quia et medicina vires perdunt,
cum sanis membris apponuntur. In
omne ergo quod dicitur necesse est ut
causa temporis, persona pensetur.
Si verba sententiae viribus roborat,
si hanc tempus congruum postu-
lat, si et virtutem sumere et eo congru-
entiam temporis personae qualitas non im-
pugnat. Ille enim laudabiliter spi-
cula emittit, qui prius hostem quem
feriat conspicit. Male namque arcus
validi tormenta subigit, qui sa-
gittam fortiter dirigens ruinae ferit.

Liber septimus.

Quorundam mentes plus fla-
gella quam convicia trucidant,
quorundam vero plus convicia quam
flagella castigant. Nam saepe
contra nos quibuslibet percussis
durius tormenta verborum sentimus,
cumque nos ad defendendum eri-
gunt, in patientia steterunt. Unde
beato Job ne de esse beneplacito ulla
potuisset, non solum hunc flagella
desuper feriunt, sed duriora plagis
amicorum colloquia affligunt, ut
sancti viri anima hinc inde pulsa-
ta ad motum elationis iracunda
erumperet, et quid sibi intus vi-
xerat, per contumaciam superbe locu-
tionis in quaeret. Sed tactus
plagis gratias retulit, lacessitus
verbis recta vidit. Percussus in no-
tescit quod pro summo carius salutem
habuit, loquens quoque indicavit,
quam sapiens tacebat. Sed quaedam
eius verba admixta sunt, quae
apud humana iudicia patientiae
limitem transire videantur, quae nos
vere intelligimus, si superni sua
iudicis in eorum examinatione pensemus.
Ipse quippe beatum Job et prius contra
adversarium pertulit dicens: Vidisti
servum meum Job, quod non sit ei similis
in terra, vir simplex et rectus et ti-
mens Deum et recedens a malo.
Ipse post prolatum amicos eius
redarguit dicens: Non estis lo-
cuti coram me rectum, sicut servus

meus Job. Restat ergo ut cum
mens in beati Job sermonibus
fluctuat, eorum pondus expen-
dens historiae in initio ac fine
perpendat: ab initio enim iudice
nec casurus laudari potuit,
nec lapsus per finem. Si igitur in tam
ambiguitatum tempestate deprehensi
prima huius historiae et extrema
conspicimus, navis cordis con-
siderationis suae funibus quasi
a prora et puppi reste vincitur,
ne in errores saxa perducatur. Nullis
ergo ignorantiae nostrae procellis
obruimur, sed tranquillum super-
sine littus tenemus. Ecce
enim dicit quod quaestione non mo-
dicam lectoris animum moveat, sed
quis hoc rectum non audeat dicere
quod in auribus Dei rectum sonat.

Utinam (Capitulum i. vi. c.) 1
appenderentur peccata mea
quibus iram merui, et ca-
lamitas quam patior in sta-
tera, quasi arena maris
haec gravior appareret. Quis a- c
lius staterae nomine nisi Dei
et hominum mediator exprimitur,
qui ad pensandum vitae nostrae
meritum venit, ac secum iustitiam
simul et misericordiam detulit. Sed
in statera lancem pondere
culpas nostras parcendo levi-
gavit, in manu etenim patris
quasi statera miri libraminis
stans, hinc in se calamitatem
moriendo in posuit, et apud
nimium leve peccatum esse relaxan-
do monstravit. Ergo per veram
priorum quamvis multa et gra-
vissima sint peccata, per iustitiam
Dei facile relaxantur, et apud
inimicum suam leve esse peccatum
relaxatum minavit. Qui hoc
primo gratie contulit, quod penam
nostram nobis ignoscibilem
fecit. Homo namque ad contem-
plandum auctorem conditus,
sed exigentibus vitiis abiectus 4

gaudijs deiectus in tempore iam
corruptionis lugens, cecitatem
exilij sustinens culpe sue
supplicia tolerabat et nesciebat. ita ut exilium patriam
crederet. et sic sub corruptionis
pondere. quasi in salute libertatis gauderet. Sed cum hec que
intus homo reliquerat. assumpta carne foris apparuit
deus. Cumque se exterius prebuit
expulsum foris hominem ad
interiora reuocauit. ut iam
dampnum suum uideat. iam penam
sue cecitatis ingemiscat. Calamitas ergo hominis in statera
contra eius apparuit, quia mala
quod pertulit nisi non in pretio
redemptoris agnouit. Lucem
quippe nesciens dampnationis
sue tenebras voluptuose tolerabat. Sed postquam uidit quod
diligeret, intelligeret etiam quod doleret. et contrarie sensit quod pertulit. quia dulce innotuit
quod amisit. Hic igitur sanctus
colloquentis amici sententias
i. plenius ac lautius ~~[struck]~~ excussus, et prophetia spiritus affluencia repletus
dicat. sua dicat humani generis
voce. Utinam appenderentur peccata
mea quibus iram merui. et calamitas quam patior in statera.
Quasi arena maris hec grauior appareret. Ac si aperte dicat. Dampnationis mee mala
bene creditur. quia nec dum
redemptoris agnita equitate
perfruitur. Sed utinam ueniat et
cernatur tanti exilij mei sue
lamite suspendat. Et quid post
exilium requiramus edoceat. Si
cut innotescat quod a miseriis
graue esse insinuat quod tolerauimus. Bene autem hec eadem
peccatoris mei calamitas
maris arene comparatur. Arena
etenim maris undarum estu
exterius impellitur. quia et delinquens

homo. quo temptationum fluctus mole
pertulit. eo extra se ab intimis
exijt. Magni autem arena maris
est ponderis. Sed calamitas hominis
arene maris grauior dicitur, quia
dura satis pena ostenditur, dum per
misericordem iudicem culpa leuigata agnoscitur. et quia quisquis
gratiam redemptoris agnoscit celestis
reditum ad patriam diligit. eruditus
sub pondere peregrinationis gemit, postquam desiderium uite subiungitur. Unde
et uerba mea dolore sunt plena
Quia peregrinationem patria diligit
dolorem etiam intimi doloris nescit.
Iusti autem verba dolore sunt plena
quia quo usque in presentia tolerant
ad aliud loquendo suspirant, omne
quod peccatis eo sapienter pertulit conspirat,
atque ut ad statum beatitudinis redeat
sollicite iudicia quibus affligitur
pensat. Unde subdit. Quia sagitte in d.
domini in me sunt. Sagittarum appellatione aliquando predicatorum uerba
aliquando animaduersionis sue designat.
Predicationis namque eloquia sagittis
exprimuntur. quia in eo quod uicia feriunt
male uiuentium corda transfigunt. De
hijs sagittis veniente redemptore
dicitur. Sagitte tue acute potentissime
populi sub te cadent. De quo ysaias
dicit. Mittam ex eis qui saluati
fuerint ad gentes in mare. in affrica
in lidiam tenentes sagittam. in ytaliam
in greciam. Rursum sagittis autem
animaduersionis percussio designatur. sicut
Ioas regi per helizeum dicitur. Iace sagittam. Quo iaciente ait. percucies
syriam. donec consumes eam. Hic
igitur sanctus. quia peregrinationis sue erumpnam
et sub percussionibus diuine animaduersionis ingemiscit dicat. Unde
et uerba mea sunt plena dolore. quia
sagitte domini in me sunt. Ac si aperte
diceret. Ego in exilij dampnatione non
gaudeo, sed sub iudicio positus doleo
quia uim percussionis agnosco. Plerique autem sunt quos tormenta
cruciant sed non emendant. Quo contra aperte subiungitur. quarum indignatio

x Reg 23

E ebibit spiritum meum. Quid enim est
spiritus hominis nisi spiritus elationis.
Sagittae autem Domini spiritum hominis
ebibunt, cum superne animadversionis
sive afflictam mentem ab elatione
compescunt. Sagittae Domini spiritum hominis
ebibunt, quia intentum exterioribus
introrsus trahunt. Epotatus namque
David spiritus fuerat cum dicebat:
Indeficiendo ex me spiritus meus. Et tu
cognovisti semitas meas. Et rursum:
Renui consolari animam meam. Memor
fui Dei et delectatus sum et
exercitatus sum et defecit paululum
spiritus meus. Sagittarum ergo indignatio
iusti spiritum ebibit, quia superne
sive elatos quos in peccatis invenerint,
dum vulnerant immutant, ut du-
riciam suam transfixa mens de-
serat, atque ex sauciato vulnere sanguis
confessionis currat. Pensant
namque unde quo lapsi sunt, pen-
sant agnitam beatitudinem atque cor-
ruptionis sue tormenta in que ceciderunt,
et non solum gemunt in his que susti-
nent, sed insuper metuunt hoc quod
districtus iudex delinquentibus
de gehenne ignibus minatur. Unde
recte subiungitur: Et terrores militant
F contra me. Iustorum mens non
solum perpendit quod tolerat, sed
etiam pavet quod restat; videt que
sua in hac vita patitur, metuit ne post
haec graviora paciatur; luget quia in
huius cecitatis exilio a paradisi
gaudiis cecidit; timet ne etiam cum
exilium relinquitur, mors eterna
subsequatur. Iam ergo sententiam
tolerat in pena, sed minas adhuc
venturi iudicis formidat ex culpa.
Hinc psalmista ait: In me transierunt
ire tue et terrores tui conturbaverunt me.
Iratum quippe iudicis postquam ire
pertransierunt, etiam terrores conturbant,
quia iam aliud de dampnatione
patitur, et adhuc aliud de eterna
ultione formidat. Vir igitur
sanctus perpendens mala que tolerat
dicit: Sagittae Domini in me sunt,
quarum indignatio ebibit spiritum meum,
sed graviora in perpetuum metuens ad-
iungit: et terrores militant adversum
me. Ac si aperte dicat: Percussus
quidem de perditis doleo, sed hoc
in dolore fit gravius, quia et in
pena positus adhuc supplicia
eterna pertimesco. Sed quia iam
sancte in cunctis desiderat, ea ma-
la in quibus humanum genus
cecidit pensat, quamvis in gentili-
tatis natione positus, nimio tamen ardore
prophetie spiritu plenus, quo redemp-
toris adventum ad [?] gentilitas
vel Iudea sitiat, sibi scriptis [?]
denuntiat dicens: Numquid rugiet G
onager cum habuerit herbam? aut
mugiet bos cum ante presepe
plenum steterit? Quid namque
per onagrum, id est agrestem asinum,
nisi gentilis populus designatur?
Quem sicut natura extra sta-
bula discipline edidit, ita va-
gus in voluptatum suarum campo
permansit. Quid per bovem nisi
gens Iudaica figuratur? Que
iugo dominationis superne subposi-
ta ad presepe proselitos colligens,
precordia que valuit iugum legis
traxit. Sed beati Iob vita attes- iiii. h.
tante cognoscimus ut exspec-
tasse redemptoris adventum mul-
tos etiam ex gentilibus credamus,
et nascente Domino Symeone Luc 2
ipsum in templum veniente di-
dicimus quanto desiderio expectabile [?]
israelitica sancti viri in cordis
eius misterium videre cupierunt.
Unde et ipse eundem redemptorem disci-
pulis dicit: Multi dico vobis iusti Mt 13
et prophete desideraverunt videre que vos
videtis et non viderunt. Herba
ergo onagri et fenum bovis est
hec ipsa mediatoris incarnatio,
per qua simul ipsa gentilitas et
Iudea satiatur. Quia enim per
prophetam dicitur: Omnis caro fenum, Ysa 40
universitatis conditor ex nostra
substantia carne sumens fenum
fieri voluit, ne nostra in perpetuum
caro fenum remaneret. Tunc ergo

herbam onager invenit cum
gentilitas presens gratiam divine in
carnationis accepit. Mugit bos
vacuum presepe non habens, cum
plebi iudaice eius carnem
lex exhibuit, que diu ex
spectatam prophetavit. Unde et natus
Luc 2 dominus in presepe ponitur, ut
signaret quia sancta animalia
que diu apud legem ieiuna
inventa sunt, incarnationis eius
feno satiaret. Presepe enim
natus dominus implevit, qui
cibum semetipsum mentibus mor
talium prebuit dicens: Qui
Jo 6 manducat carnem meam et bibit sanguinem
meum in me manet et ego in eo.
Sed quia diu et electorum vota gentilium
dilata sunt, et ex hebraico
populi sancti quique longo tempore
redemptionem suam exspectando
gemuerunt, bene beatus Iob
prophetie mistica enuntians contra
ex narratione cause afflictionis
insinuat dicens: Numquid
rugiet onager cum habuerit her
bam, aut mugiet bos cum ante
presepe plenum steterit? Ac si aperte
dicat. Ideo gemit gentilitas
quia eam necdum redemptor
sui gratia refecit, atque ideo
iudee mugitus dilatus quia
legem tenens, sed legis auctorem
non videns, stans ante presepe
ieiunat, quia nimirum legem
ante mediatoris adventum ne
quaquam spiritaliter, sed carnaliter te
nebat. Recte itaque subiungitur:
Aut poterit comedi insulsum
I quod non est sale conditum. In lege
sal littere est virtus intelligentie
occulte. Quam quisquis igitur obsequiis
carnalibus intentus hac in
telligere spiritaliter noluit, quid aliud
quam insulsum cibum comedit?
Sed hoc in cibo sal cognita
veritas misit, cum latere in lege
saporem occulte intelligentie
Jo 7 docuit dicens: Si crederetis
Moysi, crederetis utique et michi.

de me enim ille scripsit. Et rursum:
habete sal in vobis, et pacem habete Mar 9
inter vos. Sed quia ante mediatoris
adventum Iudea legem carnaliter
tenuit, preceptis eius diu inhe
tibus gentilitas subdi recusavit,
insulsum ergo cibum comedere no
luit, que prius quo dominicum sensum
acciperet, suavem vim littere expavit. Levit
Quamvis quedam gentilium hoc quod illic preci 28
pitur fieret, filiorum carne pro obsequiis
religionis incidere, ubi eorum culpas
morte resecare. Unde bene adhuc
subditur: Aut gustare quis potest
quod gustatum affert mortem? Lex
namque carnaliter degustata mor
tem detulit, quia commissi delin
quentem dura animadversione distri
nxit. Mortem detulit quia et per
preceptum culpam innotuit, et hanc
per gratiam non delevit. Paulo at
Hebr 7 testante qui ait: Nichil ad perfectum
adduxit lex. Et rursum: Lex quidem
Ro 7 sancta et mandatum sanctum et iustum et
bonum est. Et paulo post: peccatum
ut appareat peccatum per mandatum
michi operatum est mortem. Ad Christum
vero conversa gentilitas, quia hec
sonare per verba legis intelligit, in
gustata desideriis suis eum que
vehementius diligit, iniuste precepta spi
ritalis respuit. Unde et voce mox
eiusdem per prophetiam spiritum subditur: Que
prius tangere nolebat anima mea V
nunc pre angustia cibi mei sunt. Val K
de enim in errorem labitur qui beati
Iob verba ad solam per litteram hysto
riam supputat. Vir enim sanctus
et tot conditoris sui preconiis suf
fultus, quid magnum, vel potius
quid vim diceret, si insulsum cibum
dixisset comedi non posse, aut ges
qui mortifera alimenta obtulerant
ut subiungat: aut potest aliquis gustare
quod gustatum affert mortem? Que
si de amicorum colloquiis dicta se
timus, ab intellectu hoc sunt sub
mota compescimus, qua ait: Que
prius tangere nolebat anima mea

nunc p angustia cibi mei sunt. Ab
sit enim ut vir sanctus institutus sim
in colomnitate constitutus amicorum
suorum aliquid dicti despexit. qui sicut
ipso attestante didicimus. et sermo
nibus suis. Verba ergo eius amicis eius
non vacant. que sicut ex fine hys
torie discimus. districtus arbiter r
laudat. que nequaquam etiam cum
tanti venatione usque ad iudici
extremum decreverit. si intellectu
mistico consideratione non finisset. Beatus
igitur Job quia membrum est sancte
ecclesie. eius etiam voce loquitur
dicens. que prius tangere nolebat
anima mea. nunc pre angustia ci
bi mei sunt. Quia nimirum amo
ris sui estibus anxia. cibum scripture
veteris conversa gentilitas esurit
quem dudum superba despexit
Que tamen et in hec vocibus cogitur
si paulo considerantius discernitur
Ipsa quippe ex eruditione legis ex
nimis dei cognitione sal habuit
et ceteras gentes non alie quam ut
bruta animalia despexit. Sed quia
societate gentilium adsciscens ipsa
recipere preceptis legis erudita con
tempserat. quid aliud quam insulsum
cibum sumere fastidiebat. Divina
quippe sententia proposita morte
vetuerat. ne plebs israhelitica. fedus
Exo 23 cum alienigenis iungeret. et virtutem
sancte religionis contaminaret. Unde
deut 13 et subditur. Aut gustare aliquis potest
quod gustatum affert mortem
Sed quia ad redemptoris fidem
hec eadem Judea ex electorum parte
conversa est. lucem quam cognove
rant. predicare per sanctos apostolos sine
plebis in fidelibus satagebat. eius
autem predicatoris obsequium hebreorum
superbia repulit. Unde mox ad col
lectorum gentium. exhortationis sue
verba declinavit. Sicut pro eorum
Act apostolos dicitur. Vobis oportebat
primum loqui verbum dei. sed quia repulistis
13 illud et indignos vos iudicatis
vite eterne. ecce convertimur ad gen
tes. Unde hoc loco apte subiungitur

Que prius nolebat tangere anima
mea nunc pre angustia cibi mei
sunt. Judea quippe vitam gen
tilium dedignata. ea dudum
quasi tangere noluit cuius so
cietatem recipere sprevit. sed ad re
demptoris gratiam veniens ab
israhelitis infidelibus repulsa
dum per sanctos apostolos ad collectionem
se gentium dilatavit. quasi hos
in cibo esuriens accepit. quos in
digne prius fastidiosa de
spexerat. Predicatoris enim sue an
gustiae pertulit. que apud he
breos despiciendi quod loquebatur vidit
Sed pre angustia cibos quos
dudum contempserat comedit
que repulsa Judeorum duritia
gentiles suscipere populos quos de
spexerat concupivit. Quia igitur
hec figuraliter diximus. restat nunc
ut moraliter inquiramus. Ad ad- vij l.
ventus redemptoris adventum sub
stantie appellatione desiderantibus
dum se per eloquium aperit. nos
ad videndi studium erudit. dum
sua narrat. Quidam nunc indi
cat. dum de se que recognos
camus insinuat. nos ad spem
trepidos infirmosque confirmat
Jam quippe per fidem mediatoris
vivimus. et timemus adhuc per
expurgatione vitiorum dura ani
madversionis in tempore flagella sus
tinemus. Unde et post statere desi
derium subdit. Quia sagitte
domini in me sunt. quarum indig
natio ebibit spiritum meum. Sed recte
ut supplicius dominum est. et divine
correptionis percussione confrin
gimur. et tamen adhuc illud gravius
est. quod de terrore venturi
iudicii ex eterna animadversione
formidamus. Unde et protinus sub
infertur. Et terrores militant
contra me. Debet tamen amentia
et timore animus exui et
ad sola eterne patrie desideria
extendi. Tunc enim nobilitatem
nostre regenerationis ostendimus. si eum
ut patrem diligimus. quem nunc

simplici mente ut deum formi-
Ro 8 damus. Unde per Paulum dicitur:
Non accepistis spiritum servitutis
iterum in timore, sed accepistis spiritum
adoptionis filiorum, in quo clamamus
abba pater. Pondus itaque for-
midinis mens electi postponit,
in virtute se amoris excitat,
renovationis sue dignitatem desi-
derat, ad conditoris sui speciem
anhelet. Quem quousque con-
spicere non valet, ieiuna eius
recte est, id est intimum cibum suum
esuriens expectet. Unde et apte
subditur: Numquid rugiet ona-
ger cum habuerit herbam,
aut mugiet bos cum ante pre-
vi sepe plenum steterit? Qui alii
onagri appellatione signati
sunt, nisi hii qui in campo fi-
dei constituti nullis officii
loris ligantur? vel quos bo-
vis significatio exprimit, nisi
hos quos intra sanctam ecclesiam
ad predicationis officium suscepti
ordinis iugum premit? Herba
vero onagri et pabulum bovis
est intima refectio panis fidelis.
Alii namque more bovis intra
ecclesiam suscepti officii loris
tenentur, alii more onagri sacri
ordinis stabulum nesciunt, et
in campo proprie voluntatis
degunt. Sed cum quis ex vi-
ta seculari interne visionis
desiderio estuat, tunc refectionis
interne pabulum concupiscit,
cum ieiunum se impugnationis
huius cecitate considerans,
quibus valet fletibus resonat,
quasi herbam querens onager
rudit. Alius quoque necessita-
tem suscepti ordinis tolerat,
in labore predicationis exsudat,
et pretium iam contemplationis
refici appetit. Sed quia re-
demptoris sui speciem nec dum
conspicit, quasi bos ad presepe
vacuum ligatus gemit. Quia
enim longe ab intima sapientia
positi eterne hereditatis vindi-

tatem non cernimus, velut bruta
animalia a desiderata herba ieiunamus.
De qua nimirum herba redemptoris
Io x voce dicitur: Per me si quis introierit
salvabitur, et ingredietur et egredietur
et pascua inveniet. Sed plerumque quia
esse amatoribus cunctis solet simul
bonorum studiis malorum vita con-
tradicit, et cum mens ad celeste
desiderium rapitur, verba cepta in terrenis
intersperentibus stultorum verbis ac moribus
reverberentur, ita ut qui iam per con-
templationis amissum ad summa e-
volant, ad expugnandam pravorum
stulticiam sese in infimis contra cer-
tamina attingit. Unde subditur:
Aut poterit comedi insulsum quod
non est sale conditum? Herba quippe R
mores quosque carnalium quasi cibum noxiis
mentibus ingerit, ut in delectationis
ventre rapiantur. Sed electus quisque
insulsa non comedit, quia pravorum
dicta sensus discretionis ab ore cor-
dis repellit. Paulus ad esum
col x mentium inferri insulsa prohibuit,
cum discipulis dixit: Sermo vester
semper in gratia sale sit conditus.
Et psalmiste quoque verba reproborum
in cordis ore insulsa sapuerant,
cum dicebat: Narraverunt michi in-
iqui fabulationes, sed non ut lex
tua domine. Sepe autem verba car-
nalium, dum se importune inere-
auribus ingerunt, in corde bellum
temptationis generant. Et quamvis hec
et ratio respuat et lingua repre-
hendat, cum labore tamen intus
vincitur quod foris cum auctoritate in-
dicatur. Unde necesse est ut nec ad
aures veniat, quod mens ad cogi-
tationes aditum vigilans repel-
lat. Sancti igitur viri cum eternitatis vii
desideriis anhelant, in ac tanta
altitudine vite se sublevant, ut
audire iam que mundi sunt quasi
onerosi deprimentis ponderis credant.
Valde namque importabile ac intolera-
bile estimant quicquid illud non sonat
quod amant intus. Sed sepe cum mens
per desiderium ad sublimia rapitur

iam funditus a stulta terrenorum ho-
minum locutione separatur. nec tamen
adhuc pro amore veritatis ad per-
ferendos presentis vite cruciatus ac-
cingitur. iam superna appetit. iam
infimis stulta contempsit. sed nec-
dum se ad perferenda adversitatis
tollerantia dirigit. Unde et subditur.
Aut potest aliquis gustare quod
gustatum affert mortem. Durum
quippe est appetere quod cruciat.
sequi quod vitam fugat. Sed plerumque
mens iusti ad tantum se virtutis
culmen extendit. ut et apud se in-
terius victoris arte possideat [illegible]
foris stultitiam tollerando contemnat.
Quos enim ad fortia trahere nit-
imur. compati necesse est ut infirma-
toleremus. quia nec iacentem eri-
git nisi qui statum sui rectitu-
dine per compassionem flectit. Cum
vero aliene infirmitati compatimur
valentius quoque roboramur. ut
amore futurorum mens ad perpetua
se ad ipsa preparet. et cruciatus
corporis. quos timebat expectet
cunctis namque desideriis celes-
tibus angustatur. cumque eterne pa-
trie quanta sit dulcedo considerat
presentis vite amaritudines
ardenter amat. Unde post in sublimi
tibi fastidium. post impossibilem
mortis gustum recte subiungitur
Que prius tangere nolebat anima
mea. nunc pre amaritudine cibi mei
sunt. Mens enim iusti perficiens
quia prius dum sola propria curaret
ferre aliena fastidiebat. quia minus
alienis compatiens convalescere con-
tra adversa non poterat. cum ad tole-
randa proximi infirma se attollit
ad adversa superanda convalescit
ita ut pro amore virtutis presentis
vite cruciatus tanto post fortius
appetat. quanto prius infirma
fugiebat. Inclinatione namque sua
erigitur. altitudine tenditur. compassi-
one roboratur. cumque in amore pro-
ximi se dilatat. quod ex medi-
tatione colligit. quanta forti-
tudine in auctorem surgit.
Caritas namque que nos ad in-
compassionis humiliat. altius in-
time contemplationis levat. et
multiplicata iam maioribus
desideriis estuat. iam pervenire
ad vitam. sursum etiam per cruciatus
corporis anhelat. Que ergo prius
tangere nolebat. hoc est presentis
vite cruciatus. tanto post fortius
pre angustia comedit. quia de-
sideria sua nimis capiens. et
ipsas quas dudum timuerat
iam pro amore celestis patrie
penas amat. Si enim mens
in deum forti intentione
dirigitur. quicquid in hac vita sibi
amarum sit. dulce estimat.
omne quod affligit requiem
putat. transire et per mortem ap-
petit. ut obtinere vitam plenius
possit funditus in infimis ex-
tingui desiderat quo verius
summa contendat. Sed hoc de
cuiuslibet iusti animo hoc debui
Job mente metior. nisi ipse
subiungat. Quis det ut veniat
peticio mea. et quod expecto tri-
buat michi deus. et qui cepit
ipse me conterat. solvat manum
suam et succidat me. et hec
sit michi consolacio ut affligens
me dolore non parcat. Sed for-
tasse hec pro contumacia expetit
fortasse in eo quod se perfecte extingui
desiderat. et iusticiam ferientis
accusat. Absit hoc. Nam qua
mente id expetat verbis sequen-
tibus demonstrat dicens. Nec
contradicam sermonibus sancti. Ne-
quaquam ergo dei iusticia per-
cucientis murmurat. qui percusso-
rem sanctum et inter verbera sanctum
vocat. Sciendum vero est quia ali-
quando nos adversarius. aliquando
autem conterit deus. Ex contri-
tione autem adversarii a virtute
deficimus. per contritionem vero dei
sancti animus in virtute roborantur
hanc contritionem propheta conspe-
xerat cum dicebat. Reges eos

viii x

in virga ferrea et tamquam vas figuli confringes eos. In virga nos dominus regit et conterit, quia dispensationis suae rectitudine cum nos intus reficit, exterius affligit. Quam quo virtutem carnis humiliat, eo intentionem spiritus exaltat. Unde et haec eadem contritio figuli vasi comparatur, sicut et Paulus dicit: Habemus

2 cor x

thesaurum istum in vasis fictilibus. Qui simul contritionem et regimen exprimens ait: Licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renovatur de die in diem. Sanctus igitur vir qui approximare deo etiam per flagella desiderat, per spiritum humilitatis dicat: Qui coepit ipse me conterat. Plerumque enim vitiorum contritionem in nobis dominus agere inchoat, sed cum mens ex ipso exordio profectus extollitur, cumque se iam quasi de virtutibus erigit, saevienti contra se adversario aditum pandit, qui cordis intima penetrans omne quod invenit de studio bonae inchoationis conficit, tantoque se vehementius in eius confractione exhibet, quanto et furens quia vel ad modicum fugatus proiectus dolet. Unde et teste eiusmodi voce veritatis ad

Mt 12

neglectam domum conscientiae spiritus immundus qui solus exiit cum spiritibus septem redit. Ne ergo post divinae correptionis exordia antiquus hostis surripiat atque ante se ad confractionem trahat, vir sanctus exorat dicens: Qui coepit ipse me conterat. Ac si aperte dicat: Hoc quod in me exorsus es perfice feriendo, non desinat, ne me desertum adversario ad contritionem tradat. Ubi aperte

S

subiungit: Solvat manum suam et succidat me. Saepe namque fiducia longe prosperitatis inflati in quodam statu elationis erigimur, cumque nos extolli conditor conspicit, sed amore suum erga nos per ubera exercet, quia ad ferienda nostra vitia manum ligatam tenet. Ad nostros affectus suam manum ligaverat cum per prophetam populo dicebat: Iam non irascar

Eze 16

et zelus meus recessit a te. Solvat ergo manum deus, excitat affatum [illegible] vite aut subiungit et succidat me. Cum enim securos nos aut de virtutum affluentia elatos repentinus vel flagelli dolor vel infirmitatis temptatio percutit, protinus a statu suae arcis mentis elatio succisa cadit, ut de semetipsa nil audeat, sed in firmitatis suae ictu prostrata manum tenentis quaerit. Hinc est quod sancti viri cum de occulta erga se dispositione sunt suspecti, si plus prospera ipsa pertimescunt, temptari appetunt, flagellari concupiscunt, quibus interna mentis metus et dolor erudiat, ne in hac peregrinationis via hoste ex insidiis erumpente sua eadem deterius securitas sternat. Hinc psalmista ait: Ego ad flagella paratus sum. Quia enim sancti viri mentis suae corruptionis vulnus sine putredine non esse considerant, libenter se sub manu medici ad sectiones parant, ut aperto vulnere virus peccati exeat, quod sana cute intus latebat. Unde et adhuc subditur: Et haec mihi sit consolatio ut affligens me dolore non parcat. P

Electi quippe cum perpetrasse se illicita noverint, sed perversitates invenerint, quia nulla prosperitatis adversa perpessi sunt, in mense formidinis tabescunt, pavore aestuant, sinistris agitantur suspicionibus, laborant, ne in aeternum se gratia deserat timent, quos in praesenti vita mala sua retributione nulla castigat. Timent ne ultio quae suspenditur cumulus in fine succrescens feriat

Electi plus prospera pertimescunt quam diligunt

pacta correctione desiderat, et do-
lorem vulneris medicamina salutis
putat. Recte ergo mox dicitur: Haec
mihi sit consolatio ut affligens
me dolore non parcat. Ac si aperte
dicatur: Quia ideo quibusdam hic parcit
ut eos in perpetuum feriat, idcirco
non parcendo in perpetuum parcit, ex af-
flictione enim consolor, quia corruptio-
nis humanae putredinem sciens
ad spem salutis ex vulnere certius
xv reddor. Nec quia non timemus sed
humili mente edidit, subiungendo
ut per dixi... patefaciat dicens: Nec
contradicam sermonibus sancti. Plerumque
quod ad nos verba dei non sint sonitu
dictorum, sed effectu operationum, eo
enim nobis loquitur quod erga nos ta-
citus operatur. Beatus igitur Iob sermonibus
dei contradiceret, si de eius percussio-
nibus murmuraret. Sed quid de eius
percussione senciat indicat, qui sic
enim dixeris, quem ferientem to-
lerat sanctum vocat. Sequitur: Quae
est enim fortitudo mea ut sustineam
aut quis finis meus ut patienter
xvi agam. Sciendum igitur quod alia iustorum
atque alia est fortitudo reproborum.
Iustorum quippe fortitudo est carnem
vincere, propriis voluptatibus contra-
ire, delectationem vitae praesentis extin-
guere, huius mundi aspera pro aeternis
praemiis amare, prosperitatis blandi-
menta contempnere, adversitatis metum
in corde superare. Reproborum vero forti-
tudo est transitoria sine cessatione
diligere, contra flagella conditoris
insensibiliter perdurare, ab amore re-
rum temporalium nec adversitate quiescere,
ad inanem gloriam etiam cum vitae
detrimento pervenire, maliciae aug-
menta exquirere, bonorum vitam non
solum verbis ac moribus sed etiam
gladiis impugnare, in semetipsis
spem ponere, iniquitatem cottidie
sine ullo desiderii defectu perpetrare.
Hinc est quod electis psalmista dicitur:
Viriliter agite et confortetur cor vestrum

omnes qui speratis in domino. Hinc Ysa. 5
reprobis dicitur: Ve qui potentes
estis ad potandum vinum, et viri
fortes ad miscendam ebrietatem.
Hinc per Salomonem dicitur: Ad Can. 3
lectulum quemque sine ulla debilita-
te desiderii in aeternam requiem
contemplantes: En lectulum Salomo-
nis sexaginta fortes ambiunt
ex fortissimis Israel. Hinc passa
contra reprobos in passione posita
voce redemptoris in psalmis ait:
Ecce occupaverunt animam meam,
irruerunt in me fortes. Quam
bene utrique fortitudinis speciem
complexus est dicens: Qui con- Ysa. xl
fidunt in domino mutabunt
fortitudinem. Qui enim nequaquam
sumunt sed mutabunt dixit, pro-
fecto patet innotuit alia esse
quae ponitur, aliam quae inchoatur.
An non etiam reprobi fortes sunt x
qui ad praesentis vitae concupiscentiam
tot laboribus terunt, periculis se
ardenter obiciunt, plures contu-
melias libenter ferunt, ab appeti-
tus sui libidine nulla victi
contrarietate resiliunt, percussionibus
durescunt, et mala mundi tole-
rant pro mundo, eiusque ut ita dixe-
rim gaudia quaerentes perdunt,
nec tamen haec perdendo fatigantur.
Unde bene ex humanitatis generis voce Tr. 3
per Ieremiam dicitur: Inebriavit me
absinthio. Ebrius quippe quod
patitur nescit. Absinthio ergo est
ebrius qui pro amore praesentis saeculi
assensu nominis alienus, dum quid
pro mundo sustinet, bene deputat
laboris amaritudine, quia
tolerat ignorat, quia nimirum de-
lectabiliter ad amara ducitur, et in quibus
penaliter fatigatur. At contra vir
iustus ad mundi pericula pro mundo
toleranda esse debilis studet, fi-
nem suum conspicit, vita praesens
quod sit transitoria attendit, et

Fortitudo duplex: Iustorum / Reproborum

pecca exterius labores proprie re-
nuit, cuius in interius delecta-
tiones vicit. Beatus igitur Iob pre-
sentis vite adversitatibus pressus di-
cat, dicat ecclesia. dicat ex omni
voce iustorum: Que est enim
fortitudo mea ut sustineam,
aut quis finis meus ut pa-
cienter agam? Ac si aperte in se-
met dicens: Mala mundi tole-
rare nequeo. quia iam terrenis
desideriis fortis non sum. Dum enim
presentis vite finem conspicio, cur-
rentis pondus patior, cuius ap-
petitum calco. Et quia intus quan-
tum ut diximus, tanto fortius la-
bores illius perferunt, quanto avi-
dius eius delectatione premuntur.
Sed mox eiusdem fortitudinem
reproborum subdit dicens: Nec for-
titudo mea fortitudo lapidum. nec
caro mea enea est. Quid hoc
loco ere et lapidibus nisi insensi-
bilium hominum corda signantur? qui
sepe et supernos ictus accipiunt
et tamen nulla discipline percussione
molestantur. Quo contra electis
per prophetam pollicetur dominus dicens:
Eze. 36 Tollam a vobis cor lapideum
et dabo vobis carneum. Paulus
quoque ait: Si linguis hominum
1 Cor. 13 loquar et angelorum. caritatem
autem non habeam. factus sum velud
es sonans. aut cymbalum tinniens.
Sciendum autem quod percussi lapides
clarum sonum reddere nesciunt, es
vero cum percutitur canorum valde
sonitum ex eius percussione sor-
titur. Et quia nec lapis vitam
caret, sensum in sonitu non habet.
Et sunt non nulli qui lapidibus
similes ita ad pietatis preceptum
duruerunt, ut cum eos percussio
superne animadversionis exami-
nat, nequaquam sonitum humilis
confessionis reddunt. Quidam
vero metallo eris in nullo discre-
pantes, cum flagella superne
percussionis accipiunt, pie confes-
sionis sonitum emittunt. Sed
quia humilitatis voces ex corde
non proferunt ad statum salutis

reduci nesciunt quod promiserunt. Illi
ergo more lapidum percussi nec vo-
ces habent. isti autem in nullo eris imi-
tatione fugiunt qui in percussione post
bona que non sentiunt loquuntur. Illi
venerationem ferientis et verba denegant.
Isti pollicentes quod non implent
sine vita clamant. Vir igitur sanctus
reproborum duriciam in utroque fugiens
dicat: Nec fortitudo lapidum forti-
tudo mea. nec caro mea enea est.
Ac si aperte fateatur dicens: Reproborum
similitudinem sub disciplina verbere
fugio. quia nec more lapidum
ita obdurui. ut sub percussione sen-
sum nullo ministerio confessionis ob-
mutescam, nec rursum quasi es
vocem conformis resono. et sensum
vocis ignoro. Sed quia ad percussio-
nem tempori debiliter fortes sunt, electi
autem valent in firmum. Beatus Iob
dum forte se presumat non esse asserit.
forte se per statum salutis innotescit.
Quam ergo hanc eandem fortitudinem
percepit insinuat. ne sibi vires quas
habet arrogans pateat ad mortem cum-
pleretur cum virtus habita deterius,
qua si deesset interficit. quia dum
ad sui confidentiam mentem erigit,
hanc elationis gladio transfigit. Cum
quam quasi roborando vivificat
elevando necat. ad interitum videlicet
pertrahit, quam propter propria ab in-
tus [struck through] fiducia evellit. fortitudinis (marginal correction)
Sed quia beatus Iob et virtute pollet, et
in semetipso fiduciam non habet,
atque ut ita dixerim. vires in firmus
habet. Apte subiungit dicens: Ecce
non est auxilium michi in me. Pater
iam ad cuius spem percussi animus
recurrat cum in se sibi auxilium esse
denegat. Sed quia infirmum se in semet-
ipso insinuat. ad maioris adhuc
fortitudinis indicium, quo etiam a pro-
ximis destituatur subiungit. Sequitur:
Necessarii quoque mei recesserunt a
me. Sed ecce despectus extrinsecus
intus solio iudicii presidet. Nam
cum delictum se asserit proximis ad
sinas erupit dicens: Qui tollit

ab amico suo misericordiam timorem Domini
derelinquit. Quis hoc loco amici
nomine, nisi quilibet proximus designatur,
qui eo fideliter nobis iungitur, quo
precepto a nobis boni operis exemplo
ad obtinendam post etiam patriam
veracius auxiliatur? Quia autem duo
sunt precepta caritatis, Dei videlicet
amor et proximi, per amorem Dei a-
mor proximi gignitur, et per amorem
proximi Dei amor nutritur. Nam
qui amare Deum negligit, pro-
fecto diligere proximum nescit, et tunc
plenius in Dei dilectione proficimus,
si in eiusdem dilectionis gremio prius
proximi caritate lactamur. Quia enim amor
Dei amorem proximi generat, declarant
per legem Dominus dicens: Diliges Dominum
Deum tuum ex toto corde tuo. Et proxi-
mum sicut teipsum, ut scilicet in terra
pectoris nostri prius amoris sui ra-
dicem figeret, quatenus per ramos post-
modum dilectio fraterna germinaret.
Et rursum, quia amor Dei ex proximi
amore coalescat, testatur Iohannes dicens:
Qui non diligit fratrem suum quem vi-
det, Deum quem non videt quomodo
potest diligere? Que tamen divina
dilectio per timorem Domini nascitur, sed
in affectum crescendo permutatur. Sepe
vero omnipotens Deus, ut quantum quisque
a caritate eius ac proximi longe sit
vel in ea quantum profecerit innotescat,
miro ordine cuncta dispensans,
alios flagellis deprimit, alios suc-
cessibus fulcit, et cum quosdam prosperitate
deserit, in quorumdam cordibus quod ma-
lum latet ostendit. Nam plerumque ipsi
nos miseros inveniunt qui felices
comparatione (?) coluerunt. Cum enim quis
positus in prosperitate diligitur, incertum
valde est utrum prosperitas an persona
diligatur. Amissio autem felicitatis in-
terrogat vim dilectionis. Unde quidam sa-
piens dicit: Non agnoscitur in bonis
amicus, et non absconditur in malis
inimicus. Nec prosperitas quippe ami-
cum indicat, nec adversitas inimi-
cum celat, quia et ille sepe prosperitatis
sue reverentia tegitur, et iste ex con-
fidentia adversitatis aperitur. Vir igitur
iustus in flagellis positus dicat:
Qui tollit ab amico suo misericordiam
timorem Domini derelinquit. Quia
nimirum qui ex adversitate proximum

probacio dulcaris (?)

despicit, aperte convincitur quod hunc
in prosperis non amavit. Cum autem omnipotens
Deus ideo quosdam percutiat, ut
et percussos erudiat, et non percussis
occasionem boni prebeat operis, quis-
quis percussum despicit, occasionem
virtutis a se repellit, et tanto se
nequius contra auctorem eri-
git, quanto hunc nec per suam sa-
lutem propriam, nec in suo in aliena
salute agnoscit. Intuendum vero
est quod beatus Iob sic sua loquitur,
ut totius quoque populi electi per-
vitam signet. Quia enim eiusdem
populi membrum est, cum que ipse pa-
titur narrat, ea etiam que susti-
net illi denuntiat dicens: Fratres
mei preterierunt me sicut torrens
qui raptim transit in convallibus.
Reproborum mens, quia sola presentia
diligit, plerumque nunc tanto aliena
existit a nobis, quanto post exter-
na remanet ab hereditate. Et su-
perba iustos despicit, quos prima (?)
incordie (?) sevitas affligit. Sepe vero
reprobi eandem fidem qua vi-
vimus tenent vel retinent, eadem
fidei sacramenta percipiunt, eiusdemque
religionis unitate continentur,
sed tamen compassionis viscera
nesciunt caritatis vim, quia in Deum
flagimus (?) et proximum non assurgunt.
Hec ergo et fratres et preterientes
vocantur, quia ex uno nobiscum
gremio per fidem prodeunt,
sed in uno caritatis studio erga
Deum et proximum non figuntur. Unde
apte etiam torrenti qui rapti
transit in convallibus comparantur.
Torrens namque ex montanis ad
yma defluit, et collectus hyema-
libus pluviis estivis solibus
arescit. Qui enim terrena diligit
et spem superne patrie deserit, quasi
ex montibus valles petit. Quos
tamen hyemps presentis vite mul-
tiplicat, sed estas venturi iudicii
exsiccat. Quia cum sol superne
districtionis incanduerit, reproborum
leticia in ariditate vertitur. Bene
autem dicitur raptim transit in convalli-
bus. Torrenti quippe ad convalles
transire est pravorum mentes

Electi cum
reprobis
sunt unita (?)
quos sola dis-
cernit caritas

G. in li. 31
c. 11.

ad yma desideria sine ullo obstaculo ac difficultate descenditur. Omnis namque ascensus in labore est, descensus in voluptate, quia per amissum gressum ad superiora tenditur, praecipitatione vero ad inferiora declinatur. Ad montis namque verticem saxum sub vecte magni laboris est, eumque a summis ad inferiora dimittere labor non est, sine mora videlicet ruit, quod magnis conatibus ad summa pervenit. Longo studio seges surgit, sole atque imbre diutino nutritur, et tamen una et subita scintilla consumitur. Paulisper edificia ad alta proficiunt, sed repentinis casibus terram petunt. Robusta arbor in aera per tarda incrementa se erigit, et quod diu ad alta profecit, semel et simul cadit. Quia igitur ascensus in labore est, descensus in voluptate, recte nunc dicitur: Fratres mei praeterierunt me sicut torrens qui raptim transit in convallibus.

vii 3

Quod tamen sentiri et aliter potest. Si enim convalles yma pro maerore loca sentimus, iniusti quoque sicut torrens raptim ad convalles transeunt, quia in hac vita quam totis desideriis appetunt diu stare nequaquam possunt. Nam quot dies aetatis accipiunt, quasi tot cotidie gressibus ad finem tendunt.

Mors homini cottidie

Augeri sibi optant tempora, sed quia concessa subsistere nequeunt, quot augmenta vivendi percipiunt, tot vivendi spatia cotidie perdunt. Momentanea ergo tempora quae sequuntur fugiunt, quae accipiunt fugiendo amittunt. Raptim itaque ad convalles transeunt, qui in longum quidem voluptatum desideria protrahunt, sed ad inferni claustra repente deducuntur. Quia enim hoc tempus quod qualibet longitudine extensum est, si fine clauditur, longum non est, ex fine miseri colligunt breve fuisse quod amittendum tenuerunt. Unde bene per Salomonem dicitur:

Eccl. xi

Si multis annis vixerit homo et in his omnibus laetatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis et dierum multorum, qui cum venerint vanitatis arguentur.

...perita. Stulta etenim mens cum malum repente invenerit, quod nequaquam praevidit, aeternitate eius tolerando infligit, quia quod praevidere potuit vanum fuit. Credendum vero est quod plerique agere recta desiderant, sed sunt in multa quae in firmis eorum mentibus experti vita contradicunt, cumque ad ipsa in infimis pericula metuunt, in supremi iudicii rectitudine offendunt. Unde recte dicitur: Qui timent pruinam irruet super eos nix. Pruina quippe in imis gelascit, nix autem de superioribus ruit.

3

Et saepe non nulli qui temporalia adversa pertimescunt, districtioni se aeternae animadversionis subiciunt. De quibus bene Psalmista dicit: Illic trepidaverunt timore ubi non erat timor. Iste namque veritatem verbi libere defendere appetit, sed tamen in ipso suo appetitu trepidus indignationem potestatis humanae pertimescit, cumque in terra hominem pavet, eiusdem veritatis iram caelitus sustinet. Ille peccatorum suorum conscius ea quae possidet in indigentibus largiri desiderat, sed tamen ne ipse quandoque rebus egeat formidat, cumque carnis subsidia reservando trepidus praeparat, ab alimentis animam necat, et cum pati in terra inopiam metuit, aeterna sibi abundantia supernae refectionis abscidit. Recte ergo dicitur: Qui timent pruinam irruet super eos nix. Quia qui conculcanda in infimis metuunt, in summis metuenda patiuntur. Et cum transire nolunt quod calcare poterant, iudicium de supernis excipiunt quod tolerare nequaquam possunt. Sed haec agentes mundi gloriam temporalem obtinent. Sed aut in tempore vocationis suae facti sunt, cum cuncta simul pavidi deserunt, quae hic cum gravi timore servaverunt. Unde et apte subditur: Tempore quo fuerint dissipati peribunt.

viii

Quos enim praesentis vitae sollicitudo ordinat, amissio dissipat, et tunc etiam ex toto pereunt, qui in terris dudum etiam neglegendo perierunt. De quibus recte additur: Et cum incaluerint solventur de loco suo.

In igne etenim quippe cum incaluerint solvuntur de loco suo, quia in dicto in time districtionis appropinquans cum iam per agnitionem pene servire ceperint ab ea cui dudum inheserant carnis sue delectatione separantur. Hinc enim quod per prophetam contra reprobos dicitur: Ys 28 Et tantummodo sola vexatio dabit intellectum auditui. Carnalia videlicet etiam non intelligunt nisi cum per flagella iam sine emendatione puniuntur. Tunc mens estuat et infructuose pene se ignibus inflammat. Quia ad supplicium timet perire, ex vitam ex desiderio retinet. Sed de loco suo solvuntur, quia oblectamenta carnis deserens eius dum ea per supplicium liquatur. Sed quia tunc omnes quod abstrictione sue temperantur audivimus, et adhuc aliquibus inhabitat sue specto implicatur audiamus. Sequitur: In volute sunt semite gressuum suorum. B Omnis qui in volvitur in seipso replicatur. Et sunt non nulli qui seductivis vitiis obviare quasi tota intencione deliberant. Sed in ipso temptacionis articulo in deliberacionis proposito non perdurant. Alius namque primo usu superbie inflatus cum magna esse premia humilitatis considerat ad usum semetipsum se erigit, et quasi a more tumoris fastus deponit, exhibere se quibuslibet contumeliis humilem promittit. Sed cum repente vim unius contumelie sibi pulsaverit, ad consuetam pertinacie elacionem redit, sicque ad tumorem ducitur ut nequaquam quanta humilitatis bona concupierat recordetur. Alius avaricia estuans augendis facultatibus anhelat. Is cum perire omnia velociter conspiciat, vagantem per concupiscentias mentem figit. Decernit iam nil appetere, adepta tamen sub magne moderaminis freno possidere. Sed cum repente fuerint oculis oblata que placeant, in ambicione protinus mens anhelat. Semetipsam non capit, adipiscendi habere occasionem querit, et oblita continencie quam secum pepigerat, cogitacionum se stimulis per desideria acquisicionis inquietat. Alius luxurie se habere pollicetur, et longa iam consuetudine captus tenetur. Quanta autem castitatis sit munditia conspicit, et quam valde animum turpe deprehendit. Restringere ergo fluxa voluptatum deliberat, et resultare consuetudini quasi totis se viribus parat. Sed vel obiecta oculis specie vel ad memoriam reducta, cum subita temptacione concutitur, protinus a pristina preparacione dissipatur, et qui contra hanc clipeum deliberacionis erexerat, delectacionis iaculo confossus iacet. Victus iucundia enervatus superatur, ac si nulla contra eam intencionis arma preparasset. Alius ire flammis accenditur, et usque ad inferendas proximis contumelias efferatur. Cum vero nulla furoris occasio animum pulsat, quanta sit mansuetudinis virtus, quanta patientie altitudo considerat, seque etiam contra contumelias pacientem parat. Sed cum parva quelibet commocionis occasio nascitur, repente ad voces et contumelias medullitus inflammatur, ita ut non solum ad memoriam redeat (vel non redeat) paciencia promissio, sed et semetipsum mens, et ea que loquitur convicia non agnoscat. Cumque furori plene satisfecerit, quasi post excitum in tranquillitatem redit, et tunc se ad silencium claustra recolligit, cum lingue non paciencia sed pacatitatis sue satisfactio frenum ponit. Vix igitur XIIII c. vel sero post convicia illata se cohibet, quia et cursu sepe spumantes equos non presidentis dextra, sed campi terminus cohibet. Bene ergo de reprobis dicitur: Involute sunt ergo semite gressuum eorum. Quia recta quidem deliberando appetunt, sed ad consueta semper mala replicantur, et quasi extra se extensi ad semetipsos per circuitum redeunt, qui bona quidem cupiunt, sed a malis numquam recedunt. Esse quippe humiles, sed sine despectu, esse contenti propriis, sed sine necessitate, esse casti, sed sine maceracione corporis, esse pacie-

tes. sed sine contumeliis volunt
Cumque adepti virtutes fuerint
sed labores virtutum fugiunt, quid
aliud quam et belli certamina in
campo nesciunt. et triumphare
in urbibus de bello concupiscunt.
Quamvis eorum semite in volute
incedunt. Adhuc intelligi et
aliter possunt. Sepe namque nonnulli
contra quedam scilicet vicia fortiter
accingunt. sed quedam subigere
negligunt. Cumque se contra
ista erigunt. et illa contra se
reparant que subegerunt. Alius
namque carnem iam a luxuria
domuit. sed tamen adhuc mentem
ab avaricia non frenavit. Cumque
se in mundo pro expendenda avari
cia retinet. cumque acriemus ac
tibus non recedit, erumpente
occasionis articulo etiam in
luxuriam labitur. quam iam
subegisse videbatur. Alius ava
ricie estum vicit. sed nequaquam
vim luxurie subdidit. Cumque
explende luxurie pretium preparat,
iugo quoque avaricie quam dudum
edomuit. cordis cervice sub
dit. Alius rebellantem iram in
pacienciam sternit. sed tamen
gloriam non domuit. et cum se
propter mundi honoribus inserit,
eo furoris causarum stimulis ad
impacienciam captus redit. Cumque
inanis gloria ad defensionem
sui iam erigit. et illa victus
tolleraret quam superavit. Ali
quis iam inanem gloriam subdidit
sed tamen impacienciam non dum
stravit. et cum multa resis
tentibus per impacienciam minatur
erubescens implere quod loquitur
sub inanis glorie iugum re
vocatur. et hoc victus palam
tolleraret. quod plene se vicisse ga
udebat. Sic ergo ope vicaria
fugitiva sua vicia retinent et
quasi iam amissum sub domi
nii iure recipiunt. atque ad vin
dictam sibi vicissim tradunt.

Perversis itaque in volute sunt gressum
semite. quia et si de victa una
nequaquam pedem levant. regnante
tamen altera. sunt in ea etiam
quam devicerat implicantur. Ali
quando vero in volutis gressuum
semitis. et multa culpa devincitur
et alia per aliam perpetratur. Nam sepe
furto negationis fallacia iungitur
et sepe culpa fallacie per inviriis retu
mulatur. Sepe quibuslibet vicium impu
denti presumptione committitur. et sepe quod
omni culpa sit gravius etiam de
commisso vicio superbit. Nam quamvis
de virtute elacio nasci soleat. non
nunquam tamen stulte mentis ela
cio de perpetrata se nequaquam extol
lat altitudine. Sed cum culpa culpe ad
iungitur. quid aliud quam in volutis
semitis. atque innodatis vinculis
perversorum gressus ligatur. Unde bene
contra perversam mentem sub inde
specie per ysayam dicitur. Erit cubile
Ysa 34 draconum. et pascua strucionum
et occurrent demonia honocen
tauris. Quid namque per dracones
nisi malicia, quid vero strucionum
nomine. nisi ypocrisis designatur.
Strucio quippe speciem volandi habet
sed usum volandi non habet. Quia
et ypocrisis cunctis intuentibus
ymaginem de se sanctitatis insinuat
sed tenere vitam sanctitatis ignorat.
In perversa igitur mente draco cubat
et strucio pascitur. quia et latens
malicia callide tegitur. et in tuencium
oculis simulacio bonitatis ante
fertur. Quid vero onocentaurorum
nomine, nisi et lubrici figurantur
et elati. Greco quippe eloquio onos
azynus dicitur. et appellacione asini
luxuria designatur. propheta attestan
Ez 23 te qui ait. Ut carnes asinorum
carnes eorum. Tauri autem vocabulo
cervix superbie demonstratur. Sic voce
divina de Iudeis superbientibus per
psalmistam dicitur. Tauri pingues
obsederunt me. Onocentauri igitur
sunt, qui subiecti viciis in de

ducem luxurie erigunt. Vnde humi-
liari debuerunt. qui carnis sue
voluptatibus smetes. expulsa co-
ge verecundia. non solum se com-
misse turpitudine non dolent, sed ad-
huc etiam de opere confusionis gau-
dent. Onocentauri autem demo-
nia occurrunt. quia maligni spiritus
valde eis ad votum deserviunt. quos
de his gaudere conspiciunt. que flere
debuerunt. Vnde et apte subiungitur
et pilosus clamabit alter ad alterum
Qui namque pylosi alii appellatione
figurantur nisi hii quos greci pa-
nos latini incubos vocant. Quorum
nimirum forma ab humana effigie in-
cipit. sed bestiali extremitate terminatur.
Pilosi ergo nomine cuiuslibet peccati
asperitas designatur. quod etsi quando
quasi ab obtentu rationis incipit
semper tamen ad irrationabiles
motus tendit. et quasi homo in
bestiam desinit. dum culpa per
rationis imaginem inchoans usque
ad irrationabilem effectum trahit. Ita
sepe edendi delectatio servit gule
et servire se simulat indigentie nature.
Cumque ventrem in ingluvie extendit
membra in luxuria erigit. pylosus
autem alter ad alterum clamat. cum
perpetrata nequitia perpetrandam
maliciam provocat. et quasi quadam
agnitionis voce. commissa iam cul-
pa culpam adhuc que committatur
invitat. Sepe namque ut diximus
gula dicit. Si habundanti corpus
alimento non reficis. in nullo utili
labore subsistis. Cumque mentem
per desideria carnis accenderit
mox quoque luxurie verba perverse
suggestionis facit dicens. Si
misceri deus homines corporaliter
vellet. membra ipsa coeundi apta
usibus non fecisset. Cumque hec quasi
ex ratione suggerit. mentem ad libi-
dinum effrenationem trahit. Que ne
sepe deprehensa protinus mox
fallacie et negationis inquirit
verba quod se esse non estimat. si men-
tiendo vitium defendat. pylosus
ergo alter ad alterum clamat. quando

sub aliqua rationandi specie per-
versam mentem culpa subsequens
ex omissione culpe precedentis
illaqueat. Cumque hanc peccati dum-
taxat culpa depravat. quasi con-
notum in ea concordie pylosi
dicat. Sic quoque fit ut semper se gres-
sum semite in volutat. Unde
mentem reprobam culpa per cul-
pam ligat. Sed in hoc sciendum
est quod aliquando prius oculus intel-
lectus obtunditur. et postmodum
captus animus per exteriora de-
sideria vagatur. ut certum mens
quo ducitur nesciat. et carnis
sue illecebris sese libenter subdat.
Aliquando vero post desidia carnis
ebulliunt. et post longum usum
illiciti operis cordis oculum clau-
dunt. Nam sepe mens recta videt
nec tamen contra perversa se
erigit. et renitens vincitur. dum
hoc ipsum quod agit diiudicans
carnis sue delectatione superatur.
Quia enim plerumque prius oculus ff
contemplationis amittitur. et post
carnis desideria humanis mundi
laboribus animus subiugatur. Judicum 16
Testatur Sampson ab allophilis
captus. qui prius quod oculos per-
didit ad molam deputatus
est. quia nimirum maligni spiritus
postquam temptationum stimulis
intus aciem contemplationis effo-
diunt. foris in circuitu laborum
mittunt. Rursum quia sepe et
recta operatio exterius perditur
et tamen adhuc rationis lumen
in corde retinetur. propheta Jeremias Je. 39
insinuat. qui dum Sedechie
captivitatem narrat. ordinem
captivitatis interne denunciat
dicens. Et occidit rex babylo-
nis filios Sedechie in reblatha
in oculis eius. et omnes nobiles
Juda occidit rex babylonis
Oculos quoque Sedechie eruit
Rex quippe babylonis est an- xvi 6
tiquus hostis possessor intime
confusionis. qui prius filios an-
te oculos trucidat. quia

sepe sic bona opera inficit. ut
hec se amittere ipse qui captus
est dolens cernat. Nam gerit
plerumque animus et tamen carnis
sue delectationibus victus bona
que gerit amans perdit. ea
que patitur dampna considerat,
nec tamen virtutis brachium
contra regem babylonis levat.
Sed dum videns nequitie
vastatorem patitur adhuc quod
que peius est visu perducitur, ut ipso
quoque rationis lumine privetur.
Vnde et babylonis rex extinctis
prius filiis, sedechie eruit oculos,
quia malignus spiritus subductis
prius bonis operibus
post et intelligentie lumen
tollit. Et recte sedechias in
reblata patitur. Reblatha quippe
hec multa interpretatur. Et quod
aut quia et lumine rationis clauditur. qui
usu ex iniquitatis sue multitudine
gravatur. Quo autem
culpa peccat vel quibuslibet
ex occasionibus erupat. Reprobos
tamen semite semper involute
sunt, ut proximis concupiscentiis
dediti aut bona nulla
appetant. aut appetentes in firmo
desiderio adhereant neququam. nec
liberos gressus tendant.
Recta enim aut non incipiunt,
aut in ipso fructu inveniunt ad hec
minime pertingunt, Vnde fit plerumque
ut ad amorem sui lassati
redeant, seseque ab intentione
animi in carnis voluptatibus
sternant. sola que turpitudinem cogitent,
nulla que sequantur provideant.
Vnde apte sequitur: Ambulabunt
in vacuum et peribunt. In
vacuum quippe ambulat qui nil
secum de fructu sui laboris
portat. Alius namque adipiscendis
honoribus exsudat. Alius
multiplicandis facultatibus estuat.
Alius percipiendis laudibus anhelat,
Sed quia cuncta hec
hic quisque moriens deserit
labores in vacuum perdit, qui
secum ante iudicem nil attulit.
Quo contra per legem bene dicitur:
Non apparebis in conspectu domini
vacuus. Qui enim pro merende vite
mercedem bone vite non providet in
conspectu domini vacuus apparet.
Hinc de iustis per psalmistam dicitur:
Venientes autem venient cum exultatione
portantes manipulos suos, Ad
examen quippe iudicium portantes
manipulos veniunt. qui in semetipsis
recta opera. quibus vitam mereantur
ostendunt, Hinc de uno quoque electo
per psalmistam iterum dicitur: Qui non accepit in
vano animam suam. In vano quippe
animam accipit, qui sola presentia cogitans que se sequantur
in perpetuum non attendit, In vano animam
suam accipit, qui eius vitam negligens.
ei curam carnis anteponit.
Sed animam suam iusti in vano non
acceperunt. quia in tendendo continue
ad eius utilitatem referunt. quidquid
corporaliter operantur, quatenus et transeunte
ope operis causa non transeat. que vite
premia post vitam parat, sed hec
iniqui reprobi negligunt. quia profecto
ambulantes in vacuum vitam sequentes
fugiunt. in venientes perdunt, aliquando
vero aperiorum invitatione compescimur
si eorum dampna ex fine pensemus
Vnde bene etiam in exhortatione
subiungitur: Considerate semitas Theman.
itinera Saba. et exspectate
paulisper. Theman quippe auster
Saba autem rethe interpretatur. Quid
hic per austrum qui afflat ac tepidus
membra dissolvit, nisi fluxa vite
dissolutio, quid per rethe nisi actionis
obligatio demonstratur? Qui enim dissoluta
mente. ea que terrena sunt
appetunt. ne gressu libero ad deum
pergant. ipsi se suis inordinatis conatibus
ligant, Cumque fluxis cogitationibus
sue actibus implicantur. qui
remansuros in rethis maculis pedes
ponunt. Vt enim paulo superius
quosdam ad devictas iam culpas
reversos per apertam quedam et non
devicta via diximus. ita non nulli
adea que reliquerunt redeunt, Per
quedam que vel honestatis nomine
vel laudis honore palliantur, nam

sunt plerique qui iam aliena non
appetunt, atque ab huius mundi
iurgiis inchoato quietis amore
dividuntur. erudiri sacris eloquiis
sitiunt, vacare superne contemplationi
concupiscunt, nec tamen perfecta animi
libertate curam rerum familiarium dese-
runt, cui sepe dum libenter serviunt
etiam illicitis huius mundi iur-
giis implicantur. Cumque terrenas res stu-
diose tueri desiderant, cordis requiem
deserunt quam querebant. Et cum superna
fugiens continua provisione protegitur,
conceptus in animo divine sermo
sciencie dissipatur, quia iuxta veri-
tatis sententiam, Obortum semen spine
opprimunt, cum verbum dei a memo-
ria in porcione terrenarum rerum sollicitu-
dines expellunt. Dissolutis itaque
gressibus in recto ambulat, quia
cum mundum perfecte deserunt, non
semetipsos condicendo obligat ne gra-
diantur. Et sunt plerique qui non
solum aliena non appetunt, verum
etiam cuncta que possederant in mundo
derelinquunt, semetipsos despiciunt,
nullam presentis vite gloriam querunt,
ab huius mundi se actionibus separant
et pene quod proprietatis accipiunt
calcaverunt. Sed tamen adhuc vinculo
carnalis cogitationis obligati, dum
amori propinquitatis indiscrete de-
serviunt, ad ea sepe per affectum cogita-
tionis redeunt, que iam et cum proposito
despectu subegerunt, cumque plus iusto
iuste est carnis propinquos diligunt,
recti extimus a cordis parte dimi-
dunt. Nam sepe quosdam videmus
quantum ad spiritum studium spectat,
iam presentis vite desideria non habe-
mus, et ope et professione reli-
giosos, sed tamen per inordinatos
affectus propinquorum pectora irrum-
pere, terrenarum rerum iurgiis vacare,
libertatem intime quietis relinquere,
et mundi in se studia iam dudum
destructa reparare. Quo itaque isti
nisi in recto ambulant, quos apud
seculo in chorita iam vite perfecto
solverant, sed inordinatus amor
terrene cogitationis ligat. Qui non
districto studio et non dissolutis
gressibus eterne sponsionis premia
sectantur, sicut semetipsos pro domino
amore despiciunt, sic cuncta quibus
se senciunt impediri postponunt. et
cum proximos necesse est ut quibus
valent amicis impendunt proximos
privata obsequia etiam propin-
quis negant. Hinc est enim quod
quidam cum diceret: Permitte michi
primus ire et sepelire patrem meum,
veritatis voce protinus audivit:
Sine ut mortui sepeliant mor-
tuos suos, tu autem vade et annun-
cia verbum dei. Qua in re notan-
dum est quia electus discipulus
dum a patris sepultura compescitur,
hoc devotum quoque exhibere pietatis
mortuo ex affectu carnis propter dominum
non licet quod propter dominum et exterius
debet. Hinc rursum veritas dicit:
Si quis venit ad me et non odit
patrem suum et matrem et uxorem
et filios et fratres et sorores, ad-
huc autem et animam suam, non
potest meus esse discipulus. Quo
in loco videlicet dum propinquorum
odio anime quoque nostre odium
subinfertur, patenter ostenditur quia
sic propinquos, sic nosmetipsos
odio habere precipimur, ut nos ad
eterna rapientes, corporis carnalem
gratiam cum impedit postponentes,
distinximus temporalia eos discre-
tionis arte et convenienter diligere
et salubriter odio habere, quatinus
sic sciat per amorem odium surge-
re ut valeamus eos verius per
odium amare. Hinc rursum per
Moysen dicitur: Qui dixit patri
suo aut matri sue nescio vos,
et fratribus suis ignoro illos, et
nescierunt filios suos. Hii cus-
todierunt eloquium tuum et pac-
tum tuum servaverunt. Ille enim
scire deum familiarius appe-
tit, qui pro amore pietatis nes-
cire desiderat quos carnaliter
sciunt. Graviter enim cum dampno
scientia divina minuitur, si cum car-
nis noticia partitur. Extra cogna-
tos ergo quisque ac proximos debet
fieri, si vult parenti omnium verius
iungi, quatinus eos quos propter deum
utiliter negligit, tanto solidius
diligat, quanto in eis affectum

Luc. 8.

xvii R

Luc. 9

R

Luc. 14.

Deut.° 33.

August. de civit. dei li. 21 c. 27. [illegible]
De [illegible] c. xxi [illegible]
[illegible] Mirabilis(?)

sobolemque copule carnalis igno
rat. Debemus quippe et propinquis
his quibus vicinius iungimur plus
ceteris prodesse, quia et flamma ad-
motis rebus incendium porrigit,
sed hoc primum prius ubi nascitur
xviii incendit. Debemus copulam ter-
rene cognationis agnoscere. sed tamen
hanc cum cursum mentis impedit
ignorare. quatenus fidelis animus
in divino studio accensus. nec
ea que sibi sunt in infimis
commenta despiciat. et hec apud
semetipsum recte ordinatis summorum
amore transcendat. Sollertius
cura providendum est. ne carnis
gratia surrepat. atque a recto
itinere cordis gressum deflec-
tat ne vim summi amoris im-
pediat. et surgentem mentem
superimposito pondere deorsum
premat. Sic etenim quisque propin-
quorum debet necessitatibus com-
pati ut tamen per compassionem non
sinat vim sue intentionis im-
pediri. ut affectus quidem mentis
viscera repleat. sed tamen ab spiritu-
ali proposito non avertat. Neque
enim sancti viri ad impendenda
necessaria propinquos carnis non
diligunt, sed amore spiritualium
ipsum in se dilectionem vincunt.
Quatenus sic eam discretionis mo-
deramine temperent, ut per hanc in
parvo saltem ac minimo a recto
itinere non declinet. quos bene
nobis per significationem vacce in-
nuit. que sub archa domini
ad montana pergentes affectu
simul et rigido spiritu gradiuntur.
I Reg. 6 Sicut scriptum est. Tollentes
duas vaccas que lactabant
vitulos iunxerunt ad plaustrum,
vitulosque earum clauserunt do-
mi. et posuerunt archam domini
super plaustrum. Et paulo post.
Ibant in directum vacce per viam que
ducit Bethsames. et itinere uno
gradiebantur pergentes et mugi-
entes, et non declinantes ad dex-
teram neque ad sinistram. Ecce

enim reclusis domi vitulis vacce
que sub archa domini ad plaustrum
religantur gemunt et pergunt. Dant ab
intimis mugitus, et tamen ab
itinere non demutant gressus. A-
more est quidem per compassionem
sentiunt. sed colla post se non deflec-
tunt. Sic sic nimirum est ut incedere
debeant. qui sacre legis iugo sup-
positi. iam per interiorem scientiam domini
archam portant, quatenus per hoc quod pro
propinquorum necessitatibus condolent
accepto rectitudinis itinere non de-
clinent. Bethsames quippe domus
solis dicitur. archa igitur domini superposita
Bethsames pergere est. cum superna
scientia ad eterne lucis habitaculum
propinquare, sed tunc vere Bethsames
tendimus. cum viam rectitudinis
gradientes. ad devia erroris latera
nec pro affectu pignorum declinamus.
Quorum nimirum gratia mentem
intimum tenere debet. ne hoc eadem
mens. aut si affectu non tangitur
dura sit. aut plus tacta si in-
flectitur remissa. Intueri libet beatum
Job. in quo divini timoris iugo
colla cordis adheserat, sub quanto
discretionis moderamine. divine
scientie archam portat. Amissis
namque vitulis mugit, quando
audita morte filiorum in terra toto
capite corruit, sed recto tamen
tramite mugiens graditur. quia
os eius in gemitu ad dei lau-
des aperitur. cum protinus dicit. Dominus
dedit dominus abstulit. sicut domino
placuit ita factum est sit nomen
domini benedictum. Sed in distrahentes men-
tes hanc vivendi regulam nesci-
unt, et quo vias dei dissolute
appetunt, eo ad mundi itinera stul-
te replicantur. Recte igitur sanctus vir
post Theman semitas. Saba itine-
ra memorat. Quia quos auster
superbi temporis solvunt, hos nimirum
recte replicationis tenet. Bene autem
pignorum facta describens considerare

hec admonet. quia per ipsum agendo
diligimus, sed hec vicia in aliis di-
iudicamus. et que in nobis inig-
dimdicanda cimimus. que sunt tepida
in aliorum actione cognoscimus. Sic
que fit ut ad semetipsam mens
redeat. et agere que reprehendit
erubescat. quasi enim ab speculo
feda facies displicet. cum mens
aliena similia in seipsa que aduersetur
videt, ait igitur. Considerate semi-
xix tas themam. itinera saba et ex
11 spectate paululum. Ac si aperte dicat.
dampna alienam temporis attendite
et tunc spem de eternis firmius
sumitis. Si vero cordis oculo que
in aliis displiceant videtis. Bene
autem dicitur. Exspectate paululum. Sepe
enim dum presentis vite breuitas
quasi diu perseuatura diligitur,
ab eterna spe animus frangitur. et
delectatus presentibus desperacionis sue
caligine reuerberatur. cumque longum
putat. quod ad viuendum sibi spa-
cium restat. repente vitam deserens
eterna inuenit que vitare iam
nequeat. Hinc est enim quod per quendam
sapientem dicitur. Ve hiis qui perdi-
derunt sustinenciam. Sustinenciam
videlicet perdunt qui dum diu se
in mortali visibilibus estimat, spem
inuisibilium derelinquunt. Cumque mentes
in presentibus figunt. vitam timant et
repente ad supplicia improuisa per-
ueniunt. que decepti suis persua-
sionibus. aut nunquam se contingere
aut tarde crediderunt. Hinc veri-
tas dicit Vigilate itaque quia ne-
scitis diem neque horam. Hinc
rursum scriptum est. Dies domini sic-
ut fur in nocte ita veniet. quia
enim ad rapiendam animam preueniens
conspicitur. furi in nocte comparatur.
Tanto igitur debet quasi semper
veniens metui a nobis quanto
non valet ventura prescitur. Unde
et sancti viri quia breuitatem
vite indesinenter aspiciunt. quasi
cottidie morientes viuunt. et
tanto se solidius mansuris preparant

quanto et nulla esse transitoria ex
fine semper pensant. Hinc quippe
psalmista veloci cursu fugere vitam
peccatoris aspiciens ait. Pusillum
adhuc et non erit peccator. Hinc
item dicit. Homo sicut fenum dies
eius. Hinc ysaias ait. Omnis
caro fenum. et gloria eius sicut
flos feni. Hinc Jacobus mentes
presumencium corripit dicens. Que
est vita nostra. vapor est ad mo-
dicum parens. Recte ergo dicitur.
Exspectate paululum. quia et
mensum quod sine termino sedet
et parum quid quid finitur. Lon-
gum quippe nobis videri non debet
quod cursu sui temporis tendit ut
non sit. quod dum per momenta
ducitur, ipsa hoc momenta sua que
diffiniunt impellunt. atque vnde te-
neri cernitur. inde agitur ne teneatur.
Beatus autem iob bene posituram
breuitatem presentis vite despiciens
in tulit contra iniquos perimus
in voce omnium electorum surgit adiun-
gens. Confusi sunt. quia speraui.
Cum bonis mala ingerunt
si hos absque intima labefac-
tari conspiciunt effectum decepcio-
nis hylarescunt lucrumque ma-
ximum erroris sui propagacionem
deputant. quia bene se ad per-
dicionem socios exultant. Cum
vero bonorum spes in eternis figitur
et nequaquam malis exactionibus
ad yma reclinatur. prauorum mentem
confusio occupat. quia dum per-
uenire ad afflictorum intima neque-
unt. in cassum se extitisse crude-
les erubescunt. Beatus igitur vir
dicitur. ex voce sua dicat. ex v-
niuersalis ecclesie afflicte gemitus
et constancia. que inter aduersa
reproborum supprime retribucionis gaudia
sine vllo metus defectu desiderat
atque ad vitam moriendo peru-
uenit. Confusi sunt quia speraui
Ac si aperte dicat. quia dum
persecucionibus reprobi vim mei rigo-
ris non emoliunt. erubescentes

xo

x

gg in registro c 38
per magnis deligi
non debet ...
fine attende.

Mors furi noctis comparatur
est quando venit nescitur.

procul dubio laborem sue crudelitatis perdunt. Unde et mox ventura retributionis bona quasi iam presentia conspicit. Et qui reatus in iudicio reprobos maneant attendit subdens. Venerunt quoque usque ad me et pudore cooperti sunt. Usque ad sanctam ecclesiam in die iudicii reprobi veniunt. quia usque ad eius tunc conspiciendam gloriam perducuntur. ut ad maiorem reatus sui supplicia repulsi videant quod perdiderunt. Tunc vero iniquos pudor cooperit. cum eos in conspectu iudicis testis conscientia addicit. Tunc iudex extrinsecus cernitur. sed accusator intrinsecus toleratur. Tunc omnis ante oculos culpa reducitur et mens super gehenne incendia suo gravius igne cruciatur. De quibus recte per prophetam dicitur. Domine exaltetur manus tua ut non videant. videant et confundantur. Intellectum quippe reproborum nunc iniquitas obscurat. sed tunc cognitus reatus illuminat. ut et nunc sequenda non videant. et tunc ea postquam amiserint cernant. Nunc quippe etiam intelligere negligunt. vel appetere intellecta contempnunt. Sed tunc ea intelligentes procul dubio desiderantesque conspiciunt. cum desiderata assequi nequaquam possunt. Que etiam beati Iob verba amicis eius specialiter congruunt. qui diris obiurgationibus sancti viri animum castigare conabantur. Ait enim. Confusi sunt quia speravi. Ac si aperte dicat. Dum me stultis increpationibus ad desperationem flectere nequeunt. ipsi dementie sue insania confunduntur. Venerunt quoque usque ad me. et pudore confusi sunt. Ac si dicat. Videntes corporis vulnera. sed mentis constantiam nescientes. Dum me despiciendo increpare ausi sunt. usque ad me nec dum venerant. sed dura me in verbere pulsantes. Dum stare animum inter adversa deprehendunt. quasi ad me venientes erubescunt. Eo enim ad me veniunt. quo me etiam in intimis agnoscunt. Ubique eos pudor cooperit. ubi me stante fortiter exterior iactura non tangit. Sunt vero nonnulli qui timere Deum nesciunt nisi cum vel ipsa experta vel in aliis cognita adversitate terrentur. quos prosperitas per audaciam elevat. contraria per formidinem turbat. Ex quorum stultitia immo amicos suos beatus Iob redarguit cum protinus subdit. Nunc venistis et modo videntes plagam meam timetis. Ac si aperte dicat. Ego Deum etiam tunc timui cum fultus prosperis flagellorum detrimenta non sensi. Vos autem qui ex amore Deum non metuitis. sola eum verberis percussione formidatis. Numquid dixi afferte michi et de substantia vestra donate michi. vel liberate me de manu hostis. et de manu robustorum eruite me. Sed ad personam sancte ecclesie hec verba referantur. quia amicos beati Iob hereticorum speciem tenere diximus. Recte se asserit eorum substantie non indigere. Hereticorum quippe substantia carnalis sapientia non inconvenienter accipitur. qua dum perversi fulciuntur. quasi in verbis se divites ostendunt. Quam nimirum sancta ecclesia non querit. quo humiliter spiritali intellectu transcendit. Sepe vero heretici cum prava de fide asserunt. nonnulla contra antiquum hostem subtilia de carnis temptationibus loquuntur. Nonnumquam corporis ipse quasi sana membra operationis ostendunt. quo in fide vulnera serpentis morsu in capite tenent. Sed sancta ecclesia audire ab hiis subtilia de temptationibus non vult. Quia dum vera quedam de conversatione asserunt. ad falsa perfidie perducunt. Unde recte nunc dicitur. Numquid dixi afferte michi et de substantia vestra donate michi. vel liberate me de manu hostis. et de manu robustorum eruite me. Manum quippe hostis Sathane fortitudinem vocat. et manum robustorum

uires malignorum spirituum appellat
Et nos ideirco robustos memorat
quia dum absque carnis infirmita
te sunt conditi. fortibus eorum uiribus
in debilitatis ad uicta non obuiant
Hoc uero quod subditur. Docete me et
ego tacebo. et si quid forte igno
raui instruite me. subtiliter dis
cretionis libram nobis tendit. Tem
ptandum. uerum ad hoc subiectum sit quod
intulerat. Aliquid dixi an cete
ris meta asperioribus sim prolatus
qui per increpationem dicitur. Docete
me et ego tacebo. et si quid forte
ignoraui instruite me. Et tamen
discretioni utrique conuenit quia ab
intellectus sui tramite penitus
recedit. Sed quia hec in textu
per allegoriam restat ut moraliter
historie uerba perscrutemur. Beatus
Job rerum dampna pertulerat, ma
lignorum spirituum percussionibus traditus
dolores uulnerum sentiebat, sed
sapientiam dei stultam diligens. stultam
mundi sapientiam iniectus despectu
calcauerat. Igitur contra mundi di
uites pauper contra potentes oppressus
contra sapientes stultus. dei tra
nsiuit. quia nec pauper eorum stu
ditur nec oppressus adiutorium contra ro
bustos nec stultus doctrinam sapie
carnalis querit. Eius igitur uir
quia mente super semetipsum erigitur
et pauper inopia non angustatur. et
oppressus nil patitur et uoluntarie
stultus carnalem sapientiam non miratur
Hinc est enim quod oppressus alius pa
uper dicit. Aporiamur sed non desti
tuimur. persecutionem patimur sed non de
relinquimur. deicimur sed non perimus
Hinc est quod sapientiam sancte stultitie
insinuans ait. Que stulta sunt
mundi elegit deus ut confundat sa
pientes. et si quis uidetur inter uos
sapiens esse in hoc seculo. stultus fiat
ut sit sapiens. Hinc et gloriam
oppressionis et diuicias desiderate
paupertatis aperiens dicit Quasi
morientes et ecce uiuimus ut cas
tigati et ecce non mortificati. quasi

2 cor 6

tristes semper autem gaudentes. sicut
egentes. multos autem locuple
tantes. tamquam nichil habentes
et omnia possidentes. licet me
hec mentis oculos attollentes
et oppressos ex eius electos dei. quan
ta interius arte possideant ui
de. Cuncta quippe que foris e
minet occultis eorum obtutibus
per despectum iacent. Nam super
se intus rapti autem in alto fi
gunt. et queque in hac uita pa
tiuntur. quasi longe infra laben
cia atque aliena esse conspiciunt
atque ut ita dixerim. dum mente
extra carnem fieri decernunt. pe
ne ipsa que tollerant ignorant
in hortum quippe oculis quidquid
temporaliter eminet altum non est. ita
uelut in magni uertice montis
siti perituris uite plana despiciunt
seque ipsos per spiritualem celsitudinem
transcendentes subiecta sibimet i
ntus uident. quemque per carnalem
gloriam foris tumet. Unde
et nullis contra uitia potesta
tibus parcunt. sed quos attolli per
elationem conspiciunt per spiritus
auctoritatem premunt. Hinc est
enim quod adesto moyses ueniens Exo. 3
egypti regem ex auctoritate
aggreditur dicens, Hec dicit dominus
deus hebreorum. usque non uis
subici michi. dimitte populum
meum ut sacrificet michi. Cui du
plagis oppressus diceret pharao
Ite sacrificate deo uestro in terra
ista iuncta. protinus auctoritate
rudit. non potest ita fieri. ab Exo. 8
hominationes enim egyptiorum immo
labimus domino deo nostro. Hinc
est quod peccantem regem natha
aggreditur cui prius similitudinem
peractae preuaricationis obiciens
tamque reum per proprii iudicii uo
cem tenens protinus adiunxit
dicens Tu es ille uir qui fe
cisti hanc rem. Hinc est quod 2 Reg 12
uir dei ad destruendam ydola
triam missus samariam

ieroboam regem super altare thu-
ri iacentem non regem veritus
non formidine mortis pressus
contra altare intrepidus auc-
toritatem libere vocis exercuit
"altare dicens. Altare "hoc dicit dominus
Ecce filius nascetur domui da-
3 Reg. 13 vid iosias nomine et immolabit
super te sacerdotes excelsorum. Hinc
est quod achab superbus ydolorum
servicio subactus. cum increpa-
cione heliam premunit dicens. Tu ne
es ille qui conturbas israel. Helias
3 Reg. 18 protinus superbi regis stulticiam ob
iniquitatis libera auctoritate
percussit dicens. Non ego turbavi
israel. sed tu et domus patris
tui. qui dereliquistis mandata
dei. et secuti estis baalim.
Hinc est quod heliseus veri magni-
celsitudine fretus ioram cum ex
achab filium adesse cum rege io-
zaphat veniente ex reatu per-
4 Reg. 3 fidie confundit dicens. Quid
michi et tibi est. vade ad pro-
phetas patris tui et matris tue.
et vivit dominus exercituum in cuius
conspectu sto. quod si vultum ioza-
phat regis iude non erubescerem
nec attendissem quidem te nec
inspexissem. Hinc est quod idem
vir dei naaman. adesse cum equis
4 Reg. 5 et curribus veniente ad ostium
domus stetit. et talentorum co-
pie ac vestium cultum non occurrit
non ianuam domus aperuit.
sed ut lavari septies in iordane
debuisset per nuncium iussit. Unde
et idem naaman iratus rece-
debat dicens. Putabam quod egre-
deretur ad me. Hinc est quod petrus
cum eum sacerdotes ac princi-
pes eciam per flagella sevientes
in ihesu nomine loqui prohiberent cum
magna pectoris auctoritate respon-
dit dicens. Si iustum est in
conspectu dei "pocius" vos au-
dire quam deum iudicate. Non enim
Act. 4 possumus que vidimus et audi-
vimus non loqui. Hinc est quod
paulus cum resistente contra
Act. 23 veritate sacerdotum principe tenet

eiusque iussu ter illius alapa percus-
sisset. non maledicendo probatus tacuit
sed repletus spiritu sancto libera voce
prophetavit dicens. Percuciet te deus
paries dealbate. et tu sedens iudi-
cas me secundum legem. et contra leges
iubes me percuti. Hinc est quod Ste-
Act. 7 phanus contra vim persequencium
auctoritate vocis exercere nec mo-
riturus expavit dicens. Dura
cervice et incircumcisis cordibus et au-
ribus. vos semper spiritui sancto resistitis
sicut et patres vestri. Sed quia sancti
viri ad verba tante altitudinis
zelo veritatis non autem vicio elacionis
exiliunt. ipsi patenter indicant. qui
suis dictisque aliis et quanta humi-
litate polleant. et erga eos quos
redarguunt. quanta caritate fervent
manifestant. Superbia quippe odium
generat. humilitas amorem. verba
itaque que amor exasperat. profecto
ex fonte humilitatis manant. Non
ergo stephanus propter increpacionem
per elacionem potuit. qui pro eisdem quos
increpaverat addetenti ea crescentibus
secum lapidantibus flexis genibus
oravit dicens. Domine ne statu-
as illis hoc peccatum. Non paulus
2 Cor. 10 contra gentis sue sacerdotem ac
principem asperitatis verba superbie
intulit. qui humilitate se eciam
discipulorum servicio subicit dicens
Non enim nosmetipsos predicamus
sed ihesum christum dominum nostrum nos autem
servos vestros per christum. Non petrus
per elacionem principibus restitit qui
errori compaciens. reatum velut ex-
cusat dicens. Scio quia per igno-
ranciam fecistis sicut et principes
vestri. Deus qui prenunciavit per os
omnium prophetarum pati christum suum implevit
sic. Quos ad vitam misericorditer tra-
hit dicens. Penitemini igitur et
convertimini ut deleantur vestra peccata.
Non heliseus videre naaman ex
elacione noluit. qui non solum se
conspici. sed teneri eciam a muliere
permisit. de qua scriptum est. Cumque
venisset ad virum dei in montem

4 Reg. 4

apprehendit et accessit iezi ut amoveret eam et ait homo dei: Dimitte illam, anima enim eius in amaritudine est. Quomodo helyas superbo regi increpationis verba per timorem intulit, qui tamen eius terrorem humilis cucurrit. Sicut scriptum est: Accinctisque lumbis currebat ante achab. Quo vir dei Jeroboam principem ex elatione despexit, qui arente eius dextera salutem pristine per tumens expietate reparat. Sicut scriptum est: Cumque audisset rex sermones prophete hominis dei quem clamaverat contra altare in bethel, extendit manum suam de altari dicens: Apprehendite eum. Et statim exaruit manus eius. Et paulo post: Oravit vir dei faciem domini et reversa est manus eius ad eum. Et facta est sicut prius fuerat. Quia enim superbia gignere virtutes nescit, quanta ex humilitate prodit vox in increpationis ostenditur signa committitur. Quomodo nathan contra regem david prophetam verba in increpationis intulit, qui cum in increpandi culpa deesset, in terra se eius conspectui prius stravit. Sicut scriptum est: Nuntiaverunt regi dicentes: Adest nathan propheta. Cumque introisset in conspectu regis, adoravit illum pronus in terram. Quomodo ergo moyses regi egyptio libere resistens eum despicere potuit, qui deo familiariter colloquens sequente se ietro cognatum humilis adoravit. Cuius etiam consilio tantum obedientiam prebuit, ut post secreta dei colloquia magnum lucrum inde duceret, quod foris ab ore hominis audiret. Ex aliis ergo factis sanctorum discimus quid de aliis pensare debeamus. Sancti ergo viri nec ex elatione sunt liberi nec ex timore sunt missi. Sed cum rectitudo eos ad libertatem vocis erigit, consideratio infirmitatis proprie in humilitate custodit. Culpas quippe delinquentium quasi ex alto in increpationis feriunt se metipsos tamen apud se subtiliter iudicantes quasi in abiectis ponunt

et quo prava in aliis inveniunt eo ad reprimendos se auctores reddunt, rursumque quo sibimet meliora agentibus nequaquam preferunt eo vigilantius aliena facta reprehendunt. Quid enim ecclesia potentia mirari extius poterit qui semetipsos quoque despiciunt et cum in timore pene iam arcem humilitatis apprehendunt. Ideo ergo bene foris dominicam altitudine terrene celsitudinis, quia intus occultum non gravat pondus timoris. Unde et beatus iob cum amicis dura loquentibus terrenam prudenciam vires suam que despicit dicens: Numquid dixi afferte michi et de substancia vestra donate michi, vel liberate me de manu hostis et de manu robustorum eruite me. Docete me et ego tacebo, et si quid forte ignoravi instruite me. Quid de semetipso sentiat paulo inferius manifestat dicens: Cur pupillum irruitis. Luce itaque clarius patet qualem se in humilitatis continuat quem pupillum vocat. Et: Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum ex vobis nullus sit qui me possit arguere. Mundus ipse autem esse debet qui curat aliena corrigere, ut terrena non cogitet, ut desideriis infimis non succumbat, quatenus tanto perspicacius ab aliis fugienda videat, quanto hoc ipse peccatum et vitium vel[?] declinat, quia nequaquam maculam in membro pure considerat oculus quem pulvis gravat, et superiectas sordes tergere non valent manus que lutum tenent. Ex inde antique translationis seriem. Hinc ad david erga exteriora bella laborantem per significationem divina vox intonuit dicens: Non tu edificabis michi templum, quia vir sanguinum es. Dei autem templum edificat qui corrigendis atque instituendis proximorum mentibus vacat.

Mundus debet esse a crimine qui vult alios corrigere
di[stinctio] 23 [illegible]

Templum quippe dei nos sumus
quia ad veram vitam eternis
in habitacione construimur Paulo at-
testante qui ait Templum dei
1 cor 3 sanctum est quod estis vos. Sed
vir sanguinum templum deo edi-
ficare prohibetur. quia qui adhuc
carnalibus actibus incubat. necesse
est ut instruere spiritales mentes
proximorum erubescat. Bene ergo
dicitur quare detorquetis sermonibus
veritatis cum e vobis nullus sit
qui me possit arguere. Ac si aper-
te dicat. Qua temeritate au-
dita reprehenditis. qui passio-
nis mee causas ignorantes ad-
huc reprehensibilia profertis. Sed
Ad increpandum tantum eloquia con-
cinnatis. et in ventum verba
profertis. Duo sunt genera locucio-
num in prima valde et noxia
generi humano. Unum quod curat
etiam perversa laudare. Aliud quod
studet etiam semper recta corrum-
pere. Illud deorsum cum flumine
ducitur. hoc vero contra fluenta ve-
ritatis obseratis manibus conatur.
Illud metus premit. hoc elacio
erigit. Illud graciam ex fraudibus
captat. Istud iram ut ex certamine
audiatur exagitat. Illud in promp-
tu subiacet. hoc semper e diverso
timet. Ex huius ergo qualitate
beatus Job amicos suos fuisse
redarguit cum dicit ad increpan-
dum tantum eloquia concinnatis
Sed unde usque ad insolite incre-
pacionis audaciam prorumpunt. pro-
tinus innotuit cum subiunxit
Et in ventum verba profertis. In
ventum enim verba proferre est ocio-
xxiiij 3 sa dicere. Nam sepe dum ab
ociosis verbis nequaquam lingua
compescitur. ad temeritatem stulte
increpacionis effrenatur. Quibus
enim ruine sue gradibus desidio-
sa mens in foveam lapsus im-
pellitur. Nam dum ociosa verba
cavere negligimus. ad noxia perve-
nimus. ut prius aliena libeat
et postmodum detractoribus eorum vitam

de quibus loquitur lingua mordeat
quousque aut usque ad apertas contume-
lias erumpat. Hinc seminantur stimuli
oriuntur rixe. accenduntur faces odiorum
pax tota extinguitur cordium. Unde
Prov. bene per Salomonem dicitur. Qui
dimittit aquam caput est iurgiorum
Aquam quippe dimittere est linguam
in fluxum eloquii relaxare. Quo con-
tra et in bonam partem asserit dicens
Aqua profunda verba ex ore viri.
Qui ergo dimittit aquam caput est
iurgiorum. Quia qui linguam non
refrenat concordiam dissipat. Un-
de scriptum est. Qui imponit
Prov. stulto silencium iras mitigat. Quia
18 autem multiloquio quisquis serviens rec-
titudine iusticie tenere non potest. Testatur
propheta qui ait. Vir linguosus non
dirigetur super terram. Hinc Salomon
ait In multiloquio peccatum non deerit
Prov. 26 Hinc Ysaias ait. Cultus iusticie
Prov. 10 silencium videlicet indicans. quia
mentis iusticia desolatur ab immoderata lo-
cucione non parcit. Hinc Jacobus dicit
Si quis putat se religiosum esse
1 non refrenans linguam suam. sed se-
ducens cor suum. huius vana est re-
ligio. Hinc rursum ait. Sit autem
omnis homo velox ad audiendum.
tardus autem ad loquendum. Hinc
iterum adiungit. Lingua inquietum
malum plena veneno mortifero.
Hinc per semetipsam veritas dicit
mt 12 Omne verbum ociosum quod locuti
fuerint homines. reddent racionem de eo
in die iudicii. Ociosum quippe ver-
bum est. Quod aut racione iuste
necessitatis. aut intencione pie u-
tilitatis caret. Si vero racio de ocio-
so sermone exigitur. Pensandum est val-
de que pena illud multiloquium sequitur
in quo eciam per superbie verba peccatur
Sciendum vero est quod a boni rectitudinis
statu deperiit. qui per noxia verba
dilabitur. Humana etenim mens aque
more. et circumclusa ad superiora col-
ligitur. Quia illud repetit unde de-
scendit. et relaxata deperit. quia

ociosum verbum

se per immunda in vtilitate spargit. Que
enim superuacuis verbis a silencii sui
censura dissipatur, quasi tot riuis
extra se ducitur. Unde et redire interius
ad sui cognicionem non sufficit, que
per multiloquium exterius sparsa vim in-
time consideracionis amittit, totam
vero se insidiantis hostis vulneribus
detegit, que nulla se municione cus-
todie circumcludit. Unde scriptum est
Sicut ~~vrbs~~ vrbs patens
pro 27 et absque murorum ambitu, sic vir
qui non potest in loquendo cohibe-
re spiritum suum. Quia enim murum silencii
non habet, patet inimici iaculis ciuitas
mentis. Et cum se per verba extra
semetipsam eicit, apertam se ad-
uersario ostendit. Quam tanto ille
sine labore superat, quanto et hec
eadem que vincitur contra semet-
ipsam per multiloquium pugnat. Sed
inter hec sciendum est, quia cum pa-
uore nimio a locucione restringimur,
nonnumquam plus quam necesse est intra clau-
stra silencii coartamur. Et dum
vicia lingue incaute fugimus,
occultis deterioribus implicamur. Nam
sepe dum ab eloquio immoderate
compescimur, grauius multiloquium in
corde toleramus, ut eo plus co-
gitaciones in mente ferueant, quo
illas violenta custodia indiscreti
silencii angustat. Et plerumque tanto
latius diffluunt, quanto se esse se-
curos estimant, quia foris a repre-
hensoribus non videntur. Unde mens
nonnumquam in superbiam extollitur, eosque
quos loquentes audit quasi infirmos
despicit. Cumque os corporis claudit,
quantum se viciis superbiendo aperit
non agnoscit. Linguam etenim premit,
cogitacionem erigit, et cum se per negligenciam
minime considerat, tanto apud se cunc-
tos liberius, quanto et secrecius
accusat. Plerumque autem nimis taciti
cum nonnulla iniusta paciuntur, eo
in acriorem dolorem perueniunt, quo ea
que sustinent non loquuntur. Nam
si illatas molestias lingua tran-
quille diceret, a consciencia dolor
emanaret. Vulnera enim clausa plus
cruciant. Quia cum putredo que
in interius feruet eicitur, ad salu-
tem dolor aperitur. Plerumque nimis
taciti dum quorundam mala
conspiciunt, et tamen in silencio
linguam premunt, quasi conspectis vul-
neribus vsum medicaminis sub-
trahunt. Et eo mortis aucto-
res fiunt, quo virus quod por-
terant eicere loquendo noluerunt. Unde
et immoderatum silencium si cul-
pa non esset, propheta non diceret: Ys 6
Ve michi quia tacui. Quid igitur
inter hec nisi studiose lingua
sub magni moderaminis libracione
frenanda est, non insolubiliter ob-
liganda, ne aut laxata in vicium
defluat, aut restricta eciam ab
vtilitate torpescat. Hinc namque
per quendam dicitur: Sapiens tace-
bit vsque ad tempus. Ut nimirum
cum opportunum considerat, post-
posita censura silencii, loquendo
que congruunt in vsum se vti-
litatis impendat. Hinc Salomon
ait: Tempus tacendi et tempus Eccl 3
loquendi. Discrete quippe vicissi-
tudinum pensanda sunt tempora,
ne aut cum restringi lingua
debet, per verba se inutiliter soluat, et
cum loqui vtiliter potest, semetipsam
pigre restringat. Quod bene psal-
mista considerans breui postulacione con-
plexus est dicens: Pone domine
custodiam ori meo et ostium circum-
stancie labiis meis. Ostium namque
aperitur et clauditur. Qui ergo ori
suo nequaquam obstaculum poni,
sed ostium petiit, aperte docuit
quia et per disciplinam retineri lingua
debet, et ex necessitate laxari, quatenus
os discretum et congruo tempore vox
aperiat, et rursum congruo taciturni-
tas claudat. Quod quia vel amici
beati Iob vel omnes heretici
quorum hic sermonem tenere seruare
nesciunt, et ventum verba proferre

Margin notes: no — Ez di Sct (?) — Nam siluisse nocet multos quam silencia dampnant :-

perhibentur quia minimum dicti quod
discretionis pondus non solidat,
aura levitatis portat. Sequitur

Liber octavus

Praecedente iam volumine bello trac
tavimus quod beatus Iob vi
nobis sub similitudine innotescat
dicens: Super pupillum irruitis
et subvertere nitimini amicum vestrum.
a Qualiter namque in firmitatis se
impendat insinuat et sub illi
se velle innuit. et tamen amicum
se esse testatur. Cum verba ut saepe
diximus. sic eidem specialiter congruunt
ut tamen per hoc ex proposito spiritu
etiam sententie fidelis populi
ex voce universalis ecclesie expri
mantur. Quam hereticorum contrarietate
tollerans. et infirmum se per simili
tudinem conspicit. et tamen a sua
dilectionis magnitudine non recedit.
Sancte quippe ecclesie populus
quia mortui patris est filius,
pupillus non incongrue dicitur.
Cuius resurgentis vitam quidem
per fidem sequitur sed nec dum per
speciem contemplatur. Super pup
pillum non heretici irruunt, cum
simplicitate fidelis populi pravis
falsisque allegationibus affligunt
et tamen amicus est. quem
nituntur subvertere. quia fidelis
dei populus. ipsos quoque quos per
sequentes tolerat. amando non
desinit adversitatem vocare. Sed
inter hec sciendum est. quia usque
sancti viri. nec sustinere falsa
pro infirmitate metuunt. nec tamen
umquam auctoritate conticescunt, unde
et subditur. Verumtamen quod cepistis
explete. Prebete aurem et videte
an mentiar. Quia enim adver
sa pravorum non timent dicat: Verum
tamen quod cepistis explete. Quia vero
ipsis suis persecutoribus virtutis
predicamenta subtrahit, adiungit
Prebete aurem et videte an men
tiar. Ac si aperte dicat. Nec ad
versitatis molestiis trepido, nec
ingratis auditoribus correptionis
verba abscondo. quia et malis pressus
exerceor. et ipsis meis persecutoribus
benigne impensus cresco. Mens quippe
sanctorum in hoc temptationum prelio circumdata
patientie clypeo. et gladio amoris ac
cincta. ad perferenda mala summit for
titudinem. et ad rependenda bona ex
erit benignitate. quatenus et odiorum tela
patienter excipiat, et amoris iacula
valenter reddat. Neque quisquam quippe
ad bella armatus pergit, qui aut
clypeum sumens gladio non utitur,
aut utens gladio clypeo non muni
tur. Unde et miles dei ad invisibile
bellum deprehensus. et scutum patientie
debet anteferre ne pereat, et ad pre
dicandum promptus amoris intor
quere iacula ut vincat. Cuius armature
summam breviter Paulus insinuat
1 Cor. 13 dicens. Caritas patiens est benigna
est. Cum vero unum ex utroque desunt
caritas non est, scilicet videlicet malos
aut absque benignitate tollerans non
amat. Aut rursum sese sine patientia
exhibens, negligit tollerare quos
amat. Ut ergo a nobis caritas vera
teneatur. necesse est quatenus et benignitatem
patientia, et rursum patientiam benignitas
suffragetur, ut magnum quoddam in cor
de meo edificium construens, et benignitatis
arcem patientia solidet, et patientie
fundata edificia benignitas exor
net. Beatus igitur Iob promptus ad pa
tientiam dicit, Verumtamen quod cepistis ex
plete, Benignitate preditus adiun
git. Prebete aurem et videte an men
tiar, Quia vero sancta ecclesia ex ma
gisterio humilitatis instituta recta,
que errantibus dicit. Non quasi ex
auctoritate precipit, sed ex ratione per
suadet, bene nunc dicitur. Videte
an mentiar. Ac si aperte dicat
Ea que assero nequaquam mihi ex auc
toritate credite. sed an vera sint
ex ratione pensate. Que et si quando
dicit ratione comprehendi non valent
ne de occultis huius ratione querere debeant
rationabiliter suadet, Sed saepe heretica dum
occasionem ratiocinationis arripiunt

ad iurgia contencionis effrenat. Unde
et apte mox subdit. Rudete obse
cro absque contencione. Nequaquam enim
superbia in questionibus suis veritatem
contendit assequi. sed victores videri
Cumque foris ostendi sapientes appe
tunt, intus per stulticiam elacionis
sue vinculis ligantur. Unde fit ut
contencionum certamina exquirant. Et
sedeo quo pax vera est loqui pa
cifice nesciant. atque ex pacis ne
gocio rixe in ventores fiant,
de quibus bene paulus dicit, Si quis
autem videtur contenciosus esse nos
talem consuetudinem non habemus neque
ecclesia dei, Recte autem subditur
Et loquentes id quod iustum est iudicate
hinc namque qui loquitur dum de
verbis suis auditoris sentenciam ex
spectat. quasi eius iudicio sub
ponitur a quo auditur. Cum igitur
in dictis suis reprobari metuit, ipse
prius debet examinare quod dicit
Ut intus inter cor et linguam quasi
quidam districcionis arbiter sedeat
subtiliter pensans. Si recta verba
cor offerat. que utiliter suscipiens
ad auditorum iudicium lingua perducat
Beatus igitur iob contra amicos
agens, sed contra hereticos vera de
nuncians, perspicacionem locucionum rep
hendit. atque ad eorum mentem verba
recolligit dicens. Loquentes id
quod iustum est ~~...~~ iudicate. Ac si
aperte diceret, Si in eo quod ad nos
perversum locucionis exitis reprehendi
non voltis. intus stulticie libram
tenete. ut tanto foris quod dicitur
ex veritatis pondere placeat. quanto
hoc interius trutina districcionis
pensat, Et qui ~~...~~ erga aliena
dicta rectum iudicium exercuit. quam
iudicare prius sciunt, postquam dixit
Loquentes id quod iustum est iudi
cate, Apte mox subdit, Et non
invenietis in lingua mea iniquitatem
nec in faucibus meis stulticia
personabit. Ac si aperte diceret, Si ho
stilibus vera perpendatur. veris aliena
pensatis. Et tunc rectum cepit esse quod

dicitis. iustum cognoscitis quod au
ditis. Nequaquam quippe mea vos M
lingua stulticia respondit. si a
vera consciencia non procedit
Sic sic sancta ecclesia studet prius E
assertiones hostium falsas ostendere
et tunc predicamenta veritatis aperire
quia cum recta se tenere estimat
recta que audiunt contumaciter im
pugnant. Ante ergo necesse est
ut errorem suum heretica senciat
ne audita veritati contradicant
Arma et tamporum sentes. si ara
tor vomeris scissione non eruit
terra accepta semina in segetem
non producit, Et cum putredine
medicus vulneris apercione non
eruit, nequaquam in loco putredinis
sana caro calescit, Prius ergo per
versa destruens dicit, Loquentes
id quod iustum est iudicate, post
autem recta insinuans adiungit
Et non invenietis in lingua
mea iniquitatem. nec in faucibus
meis stulticia personabit, Solet
autem heretica alia aperte dicere. alia
in occultis tenere, Per linguam ergo
aperta locucio, per fauces vero occul
ta tractacio designatur. Sancta
ergo ecclesia. nec in lingua iniqui
tas. nec in faucibus stulticia
resonat. quia ea que publi
cam locucionem perducit, etiam per
intima fidem servat. nec tam
to aliud docet. atque in occultis
aliud retinet. Sed et quod sentit
loquendo docet, et quod loquitur vi
vendo custodit, Ac despiciente
superne convivio. quid quod pergustus
predicacionis seminat, hoc fauces
tacite contemplacionis degustant
Sed beatus iob unum scilicet membrum
universalis ecclesie. sua insinuans
atque electorum omnium corda manife
stans omne quod sentit aperiat
ut mentis eius rectitudine alter
tacito locucionis innotescit.

Milicia est vita Capitulum VIII.
hominis super terram. hoc in loco D

translatione veteri. nequaquam vita hominis. sed temptatio vocatur. Sed si utrumque verbum subtiliter aspicitur diversum quidem est quod exterius resonat, sed unum eundemque concordie intellectum format. Quid enim nisi pugna contra malignos spiritus nomine temptationis exprimitur. Et quid appellatione militie nisi contra hostes exercitium designatur. Temptatio itaque ipsa militia est. Quia dum contra malignorum spirituum insidias vigilat, in bellorum procinctu procul dubio exsudat. Notandum vero quod hec eadem vita hominis non temptationem habere dicitur, sed ipsa temptatio perhibetur. A statu quippe absistens conditoris lapsa, et corruptionis sue putredini subiecta, dum sibi ex semetipsa molestias generat. hoc est iam factum quod tolerat. Que enim statum mentis in claritate deseruit. quid in se nisi motum varietatis invenit. Unde nunc et si ad summa se appetenda erigit. mutabilitatis lubrice impulsu protinus ad semetipsam cadit. Vult in contemplatione stare. sed non valet. cogitationis gressum figere nititur. sed infirmitatis sue lapsibus enervatur. que nimirum mutabilitatis sue onera. quia volens expetiit nolens portat. Quietus homo possidere carnem potuit. si bene ab auctore conditus possideri voluisset. Cumque se erigere contra conditorem voluit in semetipso protinus carnis contumeliam invenit. Et quia tunc culpa fuit ab origine etiam pena propagatur. inserto infirmitatis vitio nascimur. et quasi nobiscum hostem deducimus. quem cum labore superemus. Ipsa ergo hominis vita temptatio est cui ex semetipsa nascitur unde perimatur. Nec tamen semper ex virtute succidit. quod ex infirmitate generavit. semper tamen ex infirmitate generat, quod ex virtute succidat. Sic itaque humana vita temptatio est. ut et si iam ab iniquitatis perpetratione compescitur. Impugnatur tamen bonis operibus. modo malorum memoria. modo seductionis caligine. modo in temptationis sue interruptione fuscetur. Alius namque luxuriam iam carne refrenat. sed tamen ad hunc luxurie fantasmata toleratur. Que volens fecit. horum in vitiis meminit. et penam sustinet quod voluptatem perpetravit. Qui vero ad devictam culpam retrahi metuit. ventrem nimie abstinentie vigore restringit. vultusque ex abstinentia pallescit. Cumque in facie pallor aspicitur. reverenda ab hominibus vita laudatur. iiij F. moxque in animo gloria abstinentie ex verbis favoris venit. quam concussa mens. dum subicere non valet. eum per que venerat tergere a facie pallorem querit. Sicque fit ut in similitudine nexibus ligata. aut pallorem abstinentie fugiens, iterum per alimenta fluxum de luxurie metuat. aut impulsum luxurie per abstinentiam superans. pallorem simul inanis glorie militare pertimescat. Alius lapsum superbie superans. toto iam desiderio statum humilitatis apprehendit. Cumque superbientes quosdam usque ad effusiones in noxium erumpere conspicit zeli excitatione succensus. proponere aliquos cogitur quod decernit vim rectitudinis aperit. pressumque non mansuetudine sed auctoritate contradicat. Unde plerumque fit. ut aut humilitatis studio zelum rectitudinis deserat. aut rursum zelo rectitudinis turbet humilitatis studium quod tenebat. Cumque servari simul et zeli auctoritas. et propositionis humilitas vix possit. sibimetipsi homo ex perturbatione incognitus redditur. ita ut vehementer ambigat. ne aut sub seductum animum. aut superbia se auctoritatem zeli insinuet. aut torpor pavidus humilitatem fingat. Alius

quatinus fallacie culpa considerans
minire se arte veritatis decinit, ut
ex ore eius iam falsus sermo non
procedat, seseque funditus amendari
cum digressione distringat. Sed fit plerumque
quod ut quum verum dicat. vitam pro
ximi grauet. Cumque in genere alti
lesionem metuit, ad hoc quod deuitare
properat fallacie vicium. cum ex studio
pietatis redit. Sicque fit ut etsi
malicia mente non teneat, in eam
tamen veritatis radium mendacii
umbra obscuret. Unde et apte
gemina per cogitatus contitescere non va
let, aut falsum dicens suam men
tem trucidat, aut verum loquens
proximi vitam grauat. Alius
amore conditoris excitatus. ae
ternis cogitationibus mente cunctat
assidua oratione suspendere, atque habitat
in secreta quietis intime securi
te collocare. Sed in ipso sue orationis ascensu.
dum eleuari ab infimis ni
titur in firmorum fantasmate reuer
berat. atque ad intuendam lucem veri
oculis tendit, sed ex corporeo usu
surgentibus terrenarum rerum ymaginibus
obscuratur. Unde fit plerumque ut in
tendentis animus. ipsa sua infir
mitate fatigatus. aut orationem dese
rens desidia torpeat, aut si diu
in oratione permanserit ante eius
oculos ob ortarum ymaginum caligo
densescat. Bene ergo dicitur. Temptatio
est vita hominis super terram. quando
ei quoque reatum distentionis inuenit
ubi se perfectum comprehendere ascen
tionis putauit, et inde mens
confunditur. unde surgere a confusione
nitebatur. ut prior ad semetipsam
dubitata redeat. per quam semetipsam
iam collectam et contemplationi admixtam transie
bat. Iste abscondito divine legis
alienus ignorancia sua deprimitur
neque quid obtinendum salutis operetur.
Ille divine legis sciencia preditus
dum sibi peritus gaudet et virtutum
suspecte quia privato gaudio exul
tat. precepti intellectus in se muneret

disrumpit eamdem indicio detior
ceteris exhibet, unde clarior ce
teris ad tempus enitet. Hunt quoque
preventum dona non sublevant, et
vicium simpliciter rectitudinis de
clinat, et velut expertem se acce
pti muneris deputans. quasi eo
securius praua agit, quo super
ni doni sublimia munera non
percipit. Illum prophetie spiritus re
plet. at preteritum sublevat. eique
venturum quemque iam presencia
ostentat. Sed dum sepe et in multis
super semetipsum tollitur, ut futura
veraciter contempletur, mens in sui
confidentia deducta cum quod
semper haberi non potest, semper sibi
ad esse spiritum prophetie estimat. Cumque
omne quod sensit propheciam putat.
quia sibi habere et cum non habet
tribuit, et in quantum habere potuit
amittit. Sicque fit ut inde per
aliorum multi tristes redeant. unde
estimatione omnium letus probat.
Temptatio igitur est vita hominis super
terram. que aut aliena auti
tibus. ad celeste premium non
valet surgere. aut ditatum do
nis spiritualibus. aliquando deterius
ex occasione virtutum ruit. Quamquam
aut paulo superius hoc ex temporis
quod milicia diximus. Sciendum
summopere est. Quod quiddam nobis
appellatione milicie. apostolus
quam nomine temptationis innuit. Hoc
namque nostro intellectui expressione
milicie augetur. quod nimirum per mi
liciam ad finem cottidie tenditur.
Milicia ergo est vita hominis super
terram. Quia sicut iam superius
diximus. Unusquisque dum cot
tidie ad vite terminum per tempus
augmenta tendit. augendo vi
tam vite desinit. Dies quippe
expectat ut veniat. sed cum
ad augmentum vite venerit. iam
ab augmento vite subtrahitur.
Quia et itineratis gressus

+ Ergo per diuturne milicie laborem crescit
totalis [illegible] milicia [illegible]
[illegible]

dum in altiora proficit quod restat
ut decrescit / vita ergo nostra
milicia est / que quo ad aug
mentum ducitur eo ut non sit
finitur / Bene ergo dicitur / Mili
cia est vita hominis super terram
Omnia dum per spacia temporis crescere
appetit. ab eodem spacio quod
protendendo colligit / crescendo preterea
sit / Unde apte quoque milicie tempore
cursus exprimitur cum protinus
subinfertur. Et sicut dies mer
cenarii dies eius / Dies suos
mercenarius citius evolui exoptat
~~prestat~~. ut ad laboris sui pre
mium sine tarditate perveniat
Dies itaque hominis. via et eterna
sapiencia. recte diebus mercenarii
comparatur. quia presentem vitam. via
non patriam / miliciam non palmam
deputat / et eo se ab eius longius
premiis conspicit. quo tardius
ad finem venit / Considerandum
dum quoque est. quod mercenarius
in alienis laboribus exsudat / sed
tamen sibi premium proprium preparat / Veritatis
autem redemptoris nostri dicitur / Regnum
meum non est de hoc mundo /
Omnes ergo qui spe celestium
premiorum. exercicio vite presentis atterimur
in mundo que non sunt reddere
conterimur / et alieno quidem la
bore fatigamur. sed tamen premia
nostra percipimus. et per hoc pervenimus
ad propria quod premere instruimus
aliena / Quo contra veritas per
semet ipsam dicit / Si in alieno fideles
non fuistis. quod vestrum est quis da
bit vobis / Sciendum quoque est
quod mercenarius sollicite curat
respicere ne umquam dies vacuus
labatur ab opere et expectatum finis
temporis in annis veniat. ad remu
nerationem laboris / In laboris
namque studio conspicit quod percipere
in tempore remuneracionis possit / Nam
cum opus crescit. premium fidu
cia proficit / Cum vero opus torpue
rit. spes remuneracionis lassescit
Unde et electus quisque vitam suam
quasi mercenarii dies pensans

tanto fidencius spe tendit ad premium
quanto nunc robustius perdurat ad
laboris incrementum. quibus sit cursus
presentis temporis pensat / Dies cum operibus
numerat ne a labore vacua transeunt
vite momenta formidat / adversis
gaudet. passione reficitur. merore
refovetur / quia sub sequentis vite pre
miis. tanto se remunerari largius
conspicit. quanto pro amore illius cot
tidianis se mortibus verius impendit
Hinc namque est quod cives superne patrie
conditori eius psalmiste vocibus
dicunt / Propter te morte afficimur tota
die. Hinc Paulus ait / Cottidie
morior propter vestram gloriam fratres
Hinc iterum dicit / Ob quam causam
hec pacior sed non confundor Scio enim
cui credidi et certus sum quia potens
est depositum meum servare in illa die
Sancti igitur viri quot labores nunc ve
ritati contradicentes [?] exhibet. tot
iam remuneracionis sue pignora
in tra spei cubiculum clausa tenet / Sed
quia nunc sentitur estus in opere
ut quisque refrigerium percipiatur exegete [?]
Unde apte subditur / Sicut servus de
sideravit umbram. et sicut merce
narius prestolatur finem operis sui. sic
et ego habui menses vacuos
et noctes laboriosas enumeravi mihi /
Umbram quippe servo desiderare est
post temptacionis estum. sudoremque
operis. eterni refrigerii requiem querere
Hanc namque umbram ille servus de
sideraverat qui dicebat / Sitivit anima
mea ad deum fontem vivum. quando
veniam et apparebo ante faciem dei
Et rursum / Heu michi quia incolatus
meus prolongatus est / Qui quasi
a labore agri estum fugiens / atque
ad obtinendam requiem refrigerii
tegmen querens iterum dicit / Ingre
diar in locum tabernaculi admira
bilis usque ad domum dei / Hanc
umbram comprehendere Paulus anhe
labat. Desiderium habens dissolvi
et esse cum Christo. Ad hanc umbram
ex desiderio iam perfectione pervenerant
qui dicebant / Nos qui
portavimus pondus diei et estus

Margin notes: protendo (left of column 1, beside line 10); Jo 18 (left of column 1, beside line 28); Luc 16 (left of column 1, beside line 38); 6 (red, left of column 1, beside line 41); 1 cor 17 (between the columns, beside lines 17–19 of column 1); 2 th 1 (between the columns, beside lines 20–22 of column 1); vi (red, right of column 2, beside line 30); h (red, right of column 2, beside line 32).

Bene autem qui desiderat umbram
servus vocatur. Quia electus quisque
quousque in servitutis condicione
stringitur, sub dominatis corruptionis
iugo, quasi sub estus anxietate re-
tinetur. Qui nimirum cum a corruptione
exutus fuerit, tunc sibi metipsi liber
tranquillus innotescit. Unde recte
Ro 8 etiam per Paulum dicitur: Ipsa creatura
liberabitur a servitute corruptionis in liber-
tatem glorie filiorum dei. Electus
enim nunc pena corruptionis aggra-
vatur, sed tunc incorruptionis gloria
exaltatur. Et quantum ad presentis ne-
cessitatis pondera, nunc in dei fa-
mulus de libertate nichil ostenditur;
quantum ad subsequentis libertatis glo-
riam, tunc in dei famulus de servi-
tute nichil apparebit. Creatura
ergo servitute corruptionis exuta
et dignitate libertatis adepta in
filiorum dei gloriam vertitur, quia
unita deo per spiritum, quasi hoc ipsum
quod creatura est vicisse ac sub-
egisse declaratur. Ergo qui adhuc
umbram desiderat servus est, quia
quousque estum temptationis tolerat,
iugum misere condicionis portat.
Ubi et apte subditur: Et sicut merce-
narius prestolatur finem operis sui.
Mercenarius cum facienda opera
conspicit, mente protinus ex lon-
ginquitate et pondere laboris ad-
dicit. Cum vero lassescente animum
ad considerandum operis premium revo-
cat, vigorem mox animi ad exer-
citium laboris reformat, et quod gra-
ve pendit ex opere, leve estimat
ex remuneratione. Sic sic electi quique
cum mundi huius adversa paciuntur,
cum inhonestates, contumelias, ir-
risiones, dampna, cruciatus corporis tolerant,
esse gravia quibus exterius premuntur.
Sed cum mentis oculos ad eterne
patrie considerationem tendunt, ex com-
paratione premii quam sit leve quod
paciuntur inveniunt. Quod enim valde
est importabile ostenditur ex dolore,
consideratione premii ex remuneratione
levigatur. Hinc est quod Paulus
semper se [uict] ipso robustior contra
adversa erigit, quia nimirum 2 cor 11
finem sui operis sicut mercenarius
prestolatur. Grave namque quod sustinet
estimat, sed leve hoc premii consi-
deratione pensat. Ipse quippe quam
sit grave quod patitur indicat, qui
in carceribus habundantius, in plagis
supra modum, in mortibus se esse
frequenter testatur fuisse. Qui a iude- 2 cor 11
is quinquies quadragenas una
minus accepit. Qui ter virgis
cesus, semel lapidatus est, ter
naufragium passus est, nocte et
die in profundo maris fuit. Qui 2 cor 1
periculis fluminum, periculis latronum,
ex genere, ex gentibus, in civitate,
in solitudine, in mari, in falsis fratribus
pertulit. Qui in labore et erumpna,
in vigiliis multis, in fame et siti,
in frigore et nuditate laboravit.
Qui foris pugnas, intus timo-
res sustinuit. Qui ultra vires
gravatum se asserit dicens: Supra
modum gravati sumus supra virtutem,
ita ut tederet nos etiam vive-
re. Sed quo remunerationis lintheo sudo-
rem tanti laboris tergat ipse de-
nunciat dicens: Non sunt con-
digne huius temporis passiones ad
superventuram gloriam que revela-
bitur in nobis. Finem itaque operis
quasi mercenarius prestolatur, qui
dum perfectum considerat remunera-
tionis, vile estimat quod pene
deficiens laborat. Apte autem
subditur: Sic et ego menses va-
cuos habui et noctes labori-
osas enumeravi michi. Electi quippe vij. L.
conditori rerum serviunt, et sepe re-
rum inopia coangustantur. Pro amore
deo inherent, et tamen subsidiis
vite presentis egent. Qui igitur
per actiones suas premia eterna querunt
mundi compendiis vacuos men-
ses ducunt. Noctes quoque la-
boriosas tolerant, quia adversi-
tatum tenebris non solum ad
inopiam, sed sepe usque ad corporis

cruciatum portant despectum. Neque egestatem corporis perpeti laboriosum bonis mentibus non est, sed cum usque ad afflictionem carnis ad necessitatis veniunt, labor procul dubio ex dolore sentitur. Potest etiam non incongrue intelligi quod sanctus quisque menses vacuos quasi mercenarius ducat, quia laborem iam sustinet, sed premium nec dum tenet. Hoc tolerat, illud expectat. Noctes vero laboriosas enumerat, quia ad adversitates sibi presentis temporis sese in virtutibus extendendo coarctat. Nam si perfecte in mente appetit, minus fortasse prospera que mundi sunt sentit. Quod tamen si ad vocem sancte ecclesie ducitur, intellectus eius paulo subtilius indagatur. Ipsa quoque menses vacuos habet, que in infirmis suis membris terrenas actiones absque vite premio defluentes sustinet. Ipsa noctes laboriosas enumerat, que in membris fortibus multiplices tribulationes portat. In hac etenim vita quedam laboriosa sunt, quedam vacua, quedam vero et vacua simul et laboriosa. Amore quippe conditoris presentis vite tribulationibus exerceri laboriosum quidem est, sed vacuum non est. Amore autem seculi voluptatibus solvi vacuum quidem est, sed laboriosum non est. Amore nunquam eiusdem seculi aliqua adversa perpeti et vacuum simul est et laboriosum, quia et adversitate mens affligitur et remuneratoris premio non impletur. Iusti itaque sancte ecclesie qui in terra iam positi adhuc voluptatibus desiciunt, et pro inde fructu boni operis non ditantur, menses vacuos ducunt, quia vite tempora sine retributionis munere expendunt. Iusti

vero qui etiam desideriis dediti mundi quamvis ad usum perficiuntur, laboriosas noctes enumerant, quia tribulationum tenebris quasi in caligine vite presentis portant. Iusti autem qui et transeuntem mundum diligunt, et tamen eius contrarietate fatigantur. Simul menses vacuos et noctes laboriosas tolerant, quia eorum vita et retributio subsequentis nulla remunerat et presens tribulatio angustat. Recte autem nequaquam dies sed menses menses vacuos se habuisse perhibet. Mensium quippe nomine dierum collectio et summa signatur. Per diem ergo una queque actio exprimi potuit, per menses autem actionum finis innuitur. Et sepe cum in hoc mundo aliquid agimus, in tentatione spei alacritate suspensi hoc ipsum quod agimus vacuum non putamus, sed postquam ad actionum terminum pervenimus, non obtinentes que appetimus, laboriose nos in vacuum dolemus. Non solum igitur dies sed et menses vacuos ducimus, cum nos in terrenis actionibus sine fructu laborasse non ex actionum principio sed fine pensamus. Cum enim labores nostros adversitas sequitur, quasi vite nostre vacui menses arguuntur. Quia ex completione actionum agnoscitur quod frustra in actionibus sudatur. Sed quia in sacro eloquio non nunquam nox pro ignorantia ponitur, Paulo attestante qui beatum vite sanctitatibus discipulis dicit: Omnes vos filii lucis estis et filii diei, non sumus noctis neque tenebrarum. Quibus premisit: Vos autem fratres non estis in tenebris ut vos dies illa tamquam fur comprehendat. Potest hoc in loco ex eorum persona vox sancte ecclesie accipi, qui post ignorantie sue caliginem ad amorem rectitudinis redeunt et virtutis iubare illustrati flebiliter dolent quod erraverunt. Illuminatus enim quisque respicit quam turpe fuit quod pro presentis vite amore laboravit. In- viii

cis gratia sancta etiam in quibus aduen
tum ueniunt laborem suum estimati
one et desiderium finem mercenario
comparat dicens · sicut seruus deside
rat umbram · et sicut mercenarius
prestolatur finem operis sui · sic et ego
habui menses uacuos et noctes la
boriosas enumeraui michi · In comparatione
enim duo sunt que premisit · In ex
positione etiam fatigationis duo peri
mus subdit. Ab estuante quippe
menses uacuos reddidit · quia quo
magis eum refrigerium querit, eo
magis conspicit quod uacue presentis uite
laborat. A prestolante uero laborio
sas noctes subintulit · quia quo
magis extremo operis premium quod asse
quantur appropinquamus · eo magis ingemis
cimus diu nos uenisse quod querimus.
Unde et ipsa penitentia cum ui
gilant exprimitur · ut laboriosas
noctes enumerasse dicatur · quia quanto
uerius ad deum uenimus · tanto subtilius
labores quos peregrinantes
in hoc mundo perferimus dolendo
pensamus. Nam quo uenimus plus
dulce quod decimus desiderat · eo ei
magis grauiter ostendit quod pro eius
amore tolerabat. Si uero ad solam
hystoriam sequentia uerba pensantur
procul dubio animus dolentis
exprimitur · qualiter per diuersos motus
desideriorum mesticia impellente uariatur
nam subdit. Si dormiero dicam
quando surgam · et rursum exspec
tabo uesperam · In nocte quippe dies
queritur · In die autem uespera desideratur
Quia nimirum dolor non permittit
placere que assunt. Cumque mentem
per experimentum presentium afficit, semper
habent quasi ex consolatione desiderio
ad aliud per exspectationem tendit, quia
et afflicta mens per appetitum ducitur,
et tamen dolor eius etiam seductus
desideriis non finitur. Unde subiungit
Replebor doloribus usque ad tenebras
Causam autem eiusdem doloris exprimit
cum protinus subinfert · Induta est
caro mea putredine et sordibus
pulueris. Cutis mea aruit et con
tracta est. Si hec subtilius con
siderantes disserimus · si ad premis
sum expositionis ordinem redeamus
Somno namque torpor otii, sur
rectione autem exercitatio actionis
exprimitur · Vespere quoque nomine
quia somno cogitur rursus otii
desiderium signatur. Certa uero
etiam quo usque uitam corruptionis
ducit · alterare mutabilitatis sue
dampna non desinit. Ad hoc namque
homo conditus fuerat, ut stante
mente in arcem se contemplationis
erigeret · et nulla hunc corruptio
a conditoris sui amore declina
ret. Sed eo quod ab ingenita stan
di soliditate uoluntatis pedem ad
culpam mouit · a dilectione condito
ris in semetipso protinus cecidit.
Amorem uero dei uim scilicet sta
tionis arcem deserens · nec in se
consistere potuit. Quia lubrice
mutabilitatis impulsu · infra se
per corruptionem proruens et a semetipso
dissensit · qui nunc quia condi
tionis sue soliditate non figitur,
alternantis semper desiderii motu
uariatur · ut et quietus actionem
desideret, et occupatus ad otium
anhelet. Quia enim fixa mens
tunc stare potuit noluit stare,
iam non ualet etiam cum uolet.
Conditoris sui quippe contemplationem
deserens, salutis sue fortitudinem
perdidit. et quolibet posita semper
egra aliud locum querit · Uarietate
ergo humane mentis exprimens
dicat. Si dormiero dicam quando
surgam · et rursus expectabo
uesperam · Ac si aperte dicat. Nil
perceptum menti sufficit. Quia
ipsum qui uere sufficere poterat ami
sit. In somno namque surrec
tionem desidero · in surrectione
uesperam exspecto · quia et quietus
exercitium actionis appeto, et ex
citatus otium quietis quero. Que
tamen intelligi et aliter potest

Dormire namque est in peccatis iacere
Si enim somnum a peccato culpa
non esset. Nequaquam paulus di-
1 cor. 15 scipulis diceret. Evigilate iusti et
nolite peccare. Unde et auditores
suos admonet dicens. Surge
Eph. 5 qui dormis et exsurge a mor-
tuis et illuminabit te christus. Et rur-
Ro. 13 sum paulus. Hora est iam nos
de somno surgere. Unde et salomon
Prov. 6 pacientem increpat dicens. Usque-
quo piger dormis. Electus igitur
quisque cum peccati somno premitur,
ad iusticie vigilias exsurgere co-
natur. Sed sepe cum surrexerit
ipsa se extolli magnitudine virtutum
sentit. Unde et temptari se prioris
vite adversitatibus post virtutes de-
siderat. ne peius ex virtutum con-
fidencia cadat. Sic et sanari se-
melius per temptacionem non cognoscat
nequaquam psalmista dixisset. Proba
me domine et tempta me. Bene
ergo nunc dicitur. Si dormiero
dicam quando surgam. et rursum
expectabo vesperam. Nam et
post peccati somnum lumine iusti-
cie surgit. Et cum virtutum prospera
mentem elevant, admixta adver-
sitas desideratur. ut profecto animus
cum virtutum suarum gaudio plus
quam debet attollitur. per contrarietate
prioris vite edito mente solidetur.
Unde et nequaquam formidabo
vesperam dicit. sed expectabo. Ex-
spectamus etenim prospera. formi-
damus adversa. Vir igitur iustus
vesperam expectavit. quia cum ex-
ceri hanc tribulacione noverit
ipsa ei fit ad usitatis prospera.
Potest vespere nomine eciam peccati
temptacio designari. Que sepe tan-
to acrius mentem lacessit. quanto
et eandem mentem prius ad su-
perna alcius evehit. Nequaquam
autem sic in hac vita per exercitacionem
iusticie peccatum deseritur ut tem-
ptacio ... inconcusse maneat
quia etsi iam a cordis habitaculo
culpam rectitudo eliminet. ipsa
tamen culpa que repellitur a cogi-
tacionis nostre sordibus. astans in-
sibi aperiat pulsat. Quod moyses quo-
que spiritualiter innuit. cum sexta conpaginem
mundi moneta narrat dicens. Factum
est mane, atque paulo post subiciens
factum est vespere. Creator quippe om-
nium humane culpe prescius. tunc expres-
sit in tempore quod nunc versatur in mente.
Mane quippe ad vesperam ducitur
quia nimirum rectitudinis lucem sequitur
umbra temptacionis. sed quia electorum
lux temptacione non extinguitur. ne-
quaquam nox. sed vespera facta perhibetur.
Quia nimirum sepe temptacio cordi
rectorum lumine iusticie abscondit sed
non interimit. quasi ad palorem tre-
pidacionis pertrahit, sed funditus non
extinguit. Electi ergo prius sompni
sui surrectionem appetunt. post sur-
rectionem vesperam prestolantur. quia et
de peccato ad iusticie lumine evigilant
et in ipso iusticie lumine positi. se-
se contra illecebras temptacionum pa-
rant. Quas nimirum non timent
sed expectant quia utilitati sue vir-
tutibus eciam temptamenta proficere
non ignorant. Nonnullis autem con-
tra temptaciones suas virtute contende-
rint habere integram salutem nequeunt
quousque dies prioris vite finiatur
Unde et subditur. Et replebor doloribus
usque ad tenebras. Modo namque
ad usum irruunt. modo ipsa quoque
prospera callida hylaritate blandiuntur
modo surgencia vicia bellum carnis
excitant. modo devicta animum
ad elacionem vocant. Bonorum igitur
vita usque ad tenebras doloribus
repletur. quia quousque tempus cor-
rupcionis agitur. iustorum eciam corda quod af-
flictione concuciuntur et salutis securi-
tatem non inveniunt nisi cum dies
funditus temptacionis relinquunt. Unde
bene et hec eadem dolorum causa
protinus subinfertur cum dicitur
Induta est caro mea putredine
et sordibus pulveris. Ut enim pau-
lo superius diximus. Soliditatem in-
genitam. cum enim voluntarie homo
deseruit. sese in voraginem corrup-
cionis mersit. Unde nunc vel primo

opera labitur. vel per cogitationes illicitas
fedatur. Ut enim ita dixerim culpe
sue penaliter subdita. ipsa iam ita
mens facta est extra naturam. et remis
sa inquam ad prava opera ducitur. restricta
si inquam a pravorum operum importunitate cogi
tationum fuscatur. Per explecionem igitur actionis
illicite carnis putredo afficit. per ple
nitatem vero cogitationis improbe quasi
ante oculos pulvis surgit. Consen
ciendo viciis putredine atteritur.
Viciorum vero ymagines in corde to
lerando sordibus pulveris fedatur.
Dicat ergo. Induta est caro mea
sordibus et putredine pulveris. Ac
si aperte dicat. Carnalem vitam quam
pacior. aut exhibens lubrice opera
tionis polluit. aut ex viciorum memo
ria caligo misere cogitationis pre
mit. Que tamen si ex voce univer
salis ecclesie accipimus. aliquando
habet procul dubio carnis putre
dine. alique autem gravari sordi
bus pulveris et venium. Multi quippe
mea sunt qui dum amori car
nis inserviunt. fetore luxurie con
putrescunt. et sunt nonnulli qui
a voluptate carnis quidem se
abstinent. sed tamen tota mente
in terrenis iacent actibus. Dicit igitur
sancta ecclesia unius membri sui
vocibus. dicat quid de utroque ge
nere hominum tolerat. Induta est caro
mea sordibus pulveris. Ac si aperte
insinuet dicens. Sunt plerique
qui michi per fidem membra sunt. sed
tamen sana vel munda per actionem
non sunt. quia aut victi deside
riis carnalibus ad corruptionis putre
dinem defluunt. aut terrenis actibus
dediti pulvere conspergunter. In illis
enim quos lubricos tolero carnem
velut putrescentem gemo. in istis autem
quos terrena querentes pacior. quid
aliud quam fedata pulvere porto.
Unde et apte simul de utrisque sub
iungitur. Cutis mea aruit et con
tracta est. In sancte quippe ecclesie
corpore. hii qui solis exterioribus
curis inserviunt congrue cutis vo
cantur. Que nimirum cutis arescendo
attrahitur. Quia mentes carna
lium dum presencia diligunt. et quasi
minus porrecta concupiscunt. ad futura
tendi per longanimitatem nolunt.
Cum enim in eterne spei pingue
dinem negligunt. ut attrahantur
arescunt. quia si horum corda de
sperato non siccaret. nequaquam
estus hec pusillanimitas attra
heret. Hanc nimirum attraccionem propheta
formidabat cum siccitatem
mentis metuens dicebat. Sicut
adipe pinguedinis repleatur
anima mea. Adeps quippe
pinguedinis animam replet cum
hanc contra presencium desideriorum
estum. superne spei infusio re
fovet. Cutis ergo arescens
attrahitur. cum corpus exterio
ribus deditum. atque ex desperacione
siccatum in auctoris sui
amore non tenditur. sed in semet
ipso. ut ita dixerim rugosa
cogitatione replicatur. Necessarium
vero est ut carnales mentes
idcirco presencia diligunt. quia vi
ta carnis quam sit fugitiva mi
nime perpendunt. Nam si velocita
tem transitus eius aspice
ret. hanc eciam prosperitatem
modicum duraturam minime
amaret. Sancta autem ecclesia
in electis suis cottidie quantus sit
in rebus exterioribus cursus con
spicit. et ideo in mansuris pedem
sollicite intencionis figit. Unde
et apte subditur. Dies mei ve
locius transierunt. quam a texente
tela succiditur. Congrua valde si
militudine tempus carnis te
le comparatur. quia sicut tela fi
lis. sic vita mortalis diebus sin
gulis proficit. Sed quo augmen
tum proficit eo ad incisionem ten
dit. quia sicut et superius diximus
Cum tempora percepta preterunt. ven
tura breviantur. et de universo
vite spacio eo fiunt pauciora
que veniunt. quo multa sunt
que transierunt. Tela quippe in
fila superiaque religata. duobus

licium innectitur ut texatur/
sed quo in superius texta involvitur
eo inferius texenda deplicatur et
unde se ad augmentum multiplicat/
inde fit minus quod restat/ Sic ni-
mirum vite nostre tempora et transacta
quasi in superius involvimus. et ve-
tura assumptioni deplicamus. quia
quo plus sunt preterita. minus inci-
piunt esse futura/ Sed quia nec
tela ad expressionem nostri temporis
sufficit. nam eius quoque festina-
tionem vite nostre velocitas transit
Recte nunc dicitur. Dies mei ve-
locius transierunt quam a texente
tela succiditur/ Tela quippe tar-
ditate profectus habet. vita autem
per eius moram defectus non habet
Illa namque tamdiu laborantis
manibus figitur. adventus temporis
elongatur. In ista vero quia
tempus semper desinens inde-
sinenter consumimus. ad finem nostri
itineris etiam quiescendo pervenimus/
et per cursum nostri transitus
etiam dormientes imus. Cela
igitur quia presentis vite momen-
ta decurrere sub festinatione
conspiciunt. nequaquam in hoc tan-
to mobilitatis itinere cordis
intentionem figunt/ Unde et
apte protinus subditur. Et consump-
ti sunt absque ulla spe. Repro-
borum mens erga dies vite
presentis tanto amore constringitur/
ut sit semper appetat hic vivere/
quatenus si valeant vivendi terminum
desiderent numquam finire/ Co-
gitare quippe ventura despi-
ciunt. spem totam in rebus
transeuntibus ponunt. hic nulla
nisi que preterent concupiscunt
Cumque nimis transeuntia cogi-
tant/ et mansura nullatenus
sperant/ sic cecitate insensi-
bili cordis oculus clauditur
ut eterne lucis nullatenus
intendat/ Unde fit ut sepe

iam corporis molestia quatiatur et
vicina mors virtutem vitalis spiritus
incidat. nec tamen curare que
mundi sunt desinat. iamque eos
ultor ad iudicium pertrahit. nec tamen
ipsi ordinatione sollicita rebus
transeuntibus occupati nil aliud
cogitant. nisi in hoc mundo qualiter
adhuc vivant relinquendo omnia
que possidendo disponunt. quia
spes vivendi non frangitur. etiam cum
vita terminatur. Iam ad iudicium
trahuntur per sententiam et tamen ad-
huc habendis rebus inherent per
curam/ Dura etenim mente abes-
se mors longe creditur etiam cum
sentitur. Sicque carne anima solvitur
ut erga presentia inmoderato amore
retinens. cum ad eternum supplicium
ducitur. hoc ipsum quoque nesciat quo
ducatur. et deserens que amare cum
timore noluit. repente sine timore
invenit. que numquam providit/ Econ-
trario electorum mens ad eternitatis
intentionem tenditur/ etiam cum presens
eam vita feliciter comittitur. magis
carnis salute utitur. nec tamen eius
fiducia animum retardatur. Nullus
adhuc mortis articulus erumpit
et quasi presentem hanc cottidie
conspicit/ Quia enim cottidie vi-
ta indesinenter labitur/ spes ei vi-
vendi funditus amputatur. Bene
ergo de diebus preteritis dicitur
Consumpti sunt absque ulla spe. Ac
si apte dicatur. mentis fiduciam
in presenti vita non posui/ Quia
omne quod preterit calcando superavi
Unde et apte mox subditur. Memento
quia ventus est vita mea
mea. Hi etenim vitam carnis
quasi permanentem diligunt. qui
quanta sit vite sequentis eternitas
non attendunt/ Cumque soliditatem
eternitatis perhennitatis non con-
siderant. exilium patriam. tenebras
lumen. cursum statum putant/

Reproborum condiciones et electorum

Reprobi semper vellent vivere

Quia qui maiora nesciunt iudi
care de minimis nequaquam possunt.
Ordo quippe iudicii exigit ut quo
ex amare nitimur tunc tendamus.
Si enim praeesse rebus omnibus animus
non valet, nequaquam de his certa
quibus vincitur videt. Idcirco
itaque mens praesentis vitae cursum
estimare non sufficit, quia in eius
admiratione ex amore succu
buit. Sancti igitur viri quo ad
aeterna cor elevant, quam breve sit
quod fine clauditur pensant, et eorum
sensibus vilescit quod perit. Quo
in aeternum radiante interlucet quod
acceptum numquam recedit. Cumque
infirmitatem praesentis vitae aspiciunt,
nequaquam iam pro magno desiderant
quidquid finis angustat. Sic sub
levata mens extra tempus tendere
dicitur, etiam cum carne in tempore
tenetur, et tanto altius finienda
despicit quanto verius infinita
cognoscit. Sed haec ipsa humanae
brevitatis consideratio auctori no
stro magnae virtutis oblatio est. Un
de nunc recte cum deprecatione immolationem
eiusdem virtutis offertur cum dicitur:
Memento quia ventus est vita mea.
Ac si aperte diceret: Tu semitas velo
citer benignus respice, quia et tanto
videri a te misericordius debeo quan
to ipse a consideratione brevitatis
meae oculos non averto. Sed quia
dum tempus vitae praesentis absciditur
ad operationem promerendae veniae ultius
non redit, recte subiungit: Nec re
vertetur oculus meus ut videat
bona. Ad videnda bona exstincti
oculus non redit, quia ad exhi
bendum recta opera exuta anima
xii 3 non recurrit. Hinc est quod dives
quem in ferventi flamma cruciabat,
quia semetipsum reparare operando
non posset agnoverat, iam nequaquam
sibi, sed relictis fratribus sathage
bat prodesse, dicens: Rogo pater
Abraham ut mittas Lazarum in
domum patris mei. Habeo enim

luc 16

quinque fratres ut testetur illis,
ne et ipsi veniant in hunc lo
cum tormentorum. Solet namque
maestum animum spes vel fallax
refovere. Sed ut poenam suam
reprobi funditus sentiret, spem de
venia amittunt. Unde flammis
ultricibus quis traditus non sibi
ut divinius, sed opitulari fratribus
concupiscunt. Quia nequaquam se
ignis carcere tormentis adimen
to desperationis supplicio agno
vit. Hinc Salomon ait: Quodcumque
potest manus tua facere, instanter Ec 9
operare, quia nec opus nec ratio
nec scientia nec sapientia erunt
apud inferos quo tu properas.
Nequaquam ergo ad videnda bona
oculus revertitur, quia retribu
tionem suam mens inveniens
ad operationis usum nullatenus
revocatur. Quia igitur fugit omne
quod cernitur et maxima sunt quae
sequuntur, beatus Iob uno versu
utrumque bene complexus est
dicens: Memento quia ventus
est vita mea, nec revertetur
oculus meus ut videat bona.
Cursum quippe praesentium contem
platus ait: Memento quia
ventus est vita mea. Aeterni
tatem vero sequentium considerans
adiunxit: Nec revertetur oculus
meus ut videat bona. Ubi
apte quoque universi humani
generis a redemptoris manu de
stituti vocem primis sumit
dicens: Nec aspiciet me vi
sus hominis. Visus quippe ho
minis est nostri redemptoris, quae
insensibilitatis nostrae duritiam
cum respicit emollit. Unde recte
quoque in evangelio dicitur: Respexit dominus luc 22
Petrum, et recordatus est Petrus
verbi quod dixerat Iesus, et egressus
foras flevit amare. Exstinctum
vero a carne animum nequaquam
iam visus hominis aspicit, quia
post mortem non liberat quem
ante mortem ad veniam gratia

vide dei est miseri[cordia]

2 Cor 6 non reformat. Hinc enim Pau-
lus dicit: Ecce nunc tempus
acceptabile, ecce nunc dies salu-
tis. Hinc psalmista ait: Quoniam
in seculum misericordia eius. Quia mini-
rum quem nequaquam nunc misericordia
eripit, sola post presens seculum
iusticia addicit. Hinc Salomon
Ecc 11 ait: Quia lignum in quocumque
loco ceciderit, sive ad austrum
sive ad aquilonem, ibi erit. Quia
cum humani casus tempore sive
sanctus sive malignus spiritus egre-
dientem animam claustris carnis
acceperit, in eternum secum sine
ulla permutacione retinebit,
ut nec exaltata ad suppli-
cium corruat, nec mersa eter-
nis suppliciis ultra ad re-
medium ereptionis ascendat.
Vir igitur sanctus humani generis
dampna considerans, quod raptum
seculo sine redemptoris cognicione
subtrahit, atque eternis ignibus
inseparabiliter sepelit, et eius
vocem ipse suscipiens dicit:
Nec aspiciet me visus hominis.
Quia nimirum redemptoris gratia
quem nunc non intuetur ut cor-
rigat, tunc non respicit ut
ab interitu abscondat. In iudicium
quidem Dominus veniens peccatores
videt ut feriat, sed non videt
ut ad largiendam salutis gra-
ciam recognoscat. Culpas ex-
aminat, sed vitam penitus igno-
rat. Unde sanctus vir cum
se post presentem vitam respectu
hominis videri non posse fateretur,
apte mox subdidit: Oculi tui
in me et non subsistam. Ac
si aperte dicat: Districtus ad
iudicium veniens, et ad salvandum
non videns, et ad feri-
endum videns, quia quem
in presenti vita dispensacione
tue miseracionis non aspicis
respiciendo, postmodum per
iusticiam extinguis. Nunc

enim peccator quisque Deum non me-
tuit, et vivit; blasphemat et pro-
ficit, quia scilicet misericors creator quem
exspectando vult corrigere, aspicien-
Sap 11 do non vult punire. Sicut scriptum
est: Dissimulas peccata hominum propter
penitentiam. Sed tunc peccator cum res-
picitur non subsistit, quia cum dis- xij
trictus iudex vitam subtiliter in-
quirit, reus ad tormenta non
sufficit. Quamvis hoc etiam iustorum
vocibus congruat, quorum mens semper
sollicita venturo examini intendit.
Omne enim quod agunt me-
tuunt, dum caute considerant
ante quantum iudicem stabunt.
Intuentur potenciam illius magni-
tudinis, et pensant quanto rea-
tu constricti sint proprie infirmita-
tis. Enumerant mala proprii operis,
et contra hec exaggerant bona
conditoris. Considerant prava quam
districte iudicet, bona opera quam
subtiliter penset, et perituros se abs-
que ambiguitate presciunt, si remo-
ta pietate iudicentur. Quia hoc
ipsum quoque quod iuste videmur vivere
culpa est, si vitam nostram cum
iudicat hanc apud se divina
misericordia non excusat. Hinc enim in
hoc eodem libro scriptum est: Astra
non sunt munda in conspectu eius,
quia apud eum districte iudi-
cati ipsi quoque maculas inquina-
cionis habent, qui per iudicium sanctitatis
lucent. Bene ergo dicitur: Oculi tui
in me et non subsistam. Ac si aper-
te iusti voce dicatur: Si subtili
examinacione discutior, pro feren-
dum iudicium non assurgo, quia
ad penam vita non sufficit, si hanc
in manibus iuste retribucionis
premit. Bene autem eiusdem huma-
ni generis et culpa brevis et pena
subrogetur, cum protinus subditur:
Sicut consumitur nubes et pertransit,
sic qui descenderit ad inferos

non ascendit. Nubes quippe ad alto-
ra suspenditur, sed densata vento
impellitur ut currat, calore autem
solis dissipatur ut evanescat. Et
sic nimirum corda sunt hominum qui
per acceptae rationis ingenium ad alta
eminent, impulsa autem maligni
spiritus flatu, pravis desideriorum moti-
bus, huc illucque pertrahuntur, sed di-
stricto respectu superni iudicis quasi
solis calore liquescunt, et semel
locis poenalibus tradita ad operatio-
nis usum ultra non redeunt. Vir
igitur sanctus elatorum cursum destruc-
tionemque humani generis exprimens dicat:
Sicut consumitur nubes et pertransit
sic qui descenderit ad inferos non
ascendit. Ac si aperte loquatur dicens:
In altum crescendo deficit, qui su-
perbiendo ad interitum tendit. Quem
si semel culpa ad poenam pertrahit
iam ultimus ad veniam non re-
ducit. Unde et adhuc subditur:
Nec revertetur ultra in domum suam.
Sicut est domus corporis habitaculum
corporale, ita unicuique menti haec
domus fit quod ex desiderio inha-
bitare consuevit. Ad domum igitur
suam ultra non revertitur. Quia
semel quisque aeternis suppliciis tra-
ditus, ad hoc iam ubi amore in-
haeserat nullatenus revocatur.
Potest etiam inferni nomine pec-
catoris desperatio designari, de
qua psalmista dicit: In inferno
autem quis confitebitur tibi. Unde
rursum scriptum est: Impius cum
Prov. 18 venerit in profundum peccatorum con-
temnit. Quisque autem iniquitati
succumbit, vitam profecto iustitiae mo-
riendo derelinquit. Qui vero
etiam post peccatum mole despera-
tionis obruitur, quid aliud quam
post mortem in inferni suppliciis
sepelitur. Bene ergo dicitur: Sicut
consumitur nubes et pertransit, sic
qui descenderit ad inferos non
ascendit. Quia plerumque cum per-
petratione nequitiae etiam despe-

ratio sociatur, et via iam rever-
sionis absciditur. Haec autem
corda desperantium nubibus com-
parantur, quia et caligine erroris
obscura sunt, et peccatorum multi-
plicitate condensa, sed consumpta
pertranseunt, quia claritate extre-
mi iudicii irradiata dissipantur.
Solet etiam domus interius habitaculum A.
cordis intelligi. Unde sano cuidam
dicitur: Vade in domum tuam. Matth. 9.
Quia nimirum dignum est ut
peccator post veniam ad mentem
suam redeat, ne iterum quod iuste
feriatur admittat. Sed qui ad in- XIIII
fernum descendit, ad domum
suam ulterius non ascendit,
quia eum quem desperatio obruit,
a cordis sui habitaculo foras mit-
tit, et redire introrsus non valet,
quia fusus exterius ad deteriora
cottidie impulsus cadit. Ad con-
templandum quippe creatorem ho-
mo conditus fuerat, ut eius speciem
semper quaereret, atque in sollempnitate
illius amoris habitaret. Sed
extra se per inobedientiam missus
mentis suae locum perdidit. Quia
tenebrosis itineribus sparsus ab in-
habitatione veri luminis elongavit.
Unde apte adhuc subditur: Neque co-
gnoscet eum amplius locus
eius. Locus quippe hominis, sed B.
non localis, ipse conditor exti-
tit, qui hunc ut in semetipso
consisteret creavit. Quem nimirum
locum tunc homo deseruit,
cum seductoris verba audiens
a conditoris amore discessit.
Sed cum omnipotens deus redi-
mendo se homini etiam corporaliter
ostendit, ipsi ut ita dixerim
fugitivi sui vestigia subse-
quens, ad retinendum quem ami-
serat hominem locus venit.
Si enim appellari locus nequa-
quam conditor posset, deum lau-
dans psalmista non diceret:
Filii servorum tuorum inhabitabunt
ibi. Ibi enim non diceret nisi

F

cum locum spiritaliter designamus/ Sed sunt plerique qui etiam post perceptum redemptionis auxilium ad desperationis tenebras devolvuntur. et tanto nequius pereunt/ quanto et oblata vite remedia contempserunt. Recte ergo de dampnato homine dicitur. Neque cognoscet eum amplius locus eius. quia a conditore suo. tanto tunc districtius in iudicio non agnoscitur. quanto nunc ad reparationis gratiam. nec per dona revocatur. Unde et notandum summopere est quod non ait Neque cognoscit amplius locum suum sed ait neque cognoscet eum amplius locus eius. Dum enim cognitio non homini. sed loco tribuitur. Patenter ipse conditor loci nomine designatur. Qui districtus ad examen ultimum veniens in iniquitate durantibus

luc 1. dicit Nescio vos unde sitis. Sed electi quique quo districte reprobos repelli considerant. eo semetipsos a pravitate nequitie a sordibus sollicitius purgant. Cumque peritos alios frigescere a vite amore conspiciunt/ studiose se ad penitentie lamenta succendunt/ Unde et apte subditur. Quapropter et ego non parcam ori

C. meo. Ori etenim suo non parcit qui confiteri malum quod fecit nulla erubescit/ In laborem oris quippe mittere est. hoc ad confessionem pravitate iniquitatis occupare/ Sed iustus ori suo non parcit. quia reatum districti iudicis verbis contra se proprie confessionis ferit/ hinc paulus ait Preveniamus faciem eius in confessione. hinc per Salomonem

Prov. 28 dicitur. Qui abscondit scelera sua non dirigetur/ Qui autem confessus fuerit et reliquerit ea misericordiam consequetur. hinc rursus

Prov. 18 scriptum est. Iustus in principio accusator est sui. Sed nequaquam ad confessionem os panditur nisi cum consideratione districti iudicii pavorem spiritus angustatur. Unde apte mox subditur. Loquar in tribulatione spiritus mei. Tribulatio quippe spiritus linguam commonet ut reatum pravi operis vox confessionis impugnet/ Sciendum quoque est. quia sepe et reprobi peccata confitentur sed deflere contempnunt/ Electi autem culpas suas quas vocibus confessionis aperiunt/ districte animadversionis fletibus insequuntur. Unde bene beatus iob postquam se ori suo parcere non spopondit. tribulationem mox spiritus subdidit. ac si aperte fateretur dicens/ Sic reatum lingua loquitur ut nequaquam expers a meroris stimulo. per alia spiritus vagetur. Sed culpas cognitas vulneris aperio/ culpas vero ad correctionem cogitans. salubritatem vulneris excogitatione meroris quero. Qui enim mala quidem que perpetravit insinuat. sed flere que insinuaverat recusat. quasi subducta veste vulnus detegit. sed torpenti mente medicamentum vulneri non apponit/ Confessionis igitur voce solius necesse est ut meror excruciat/ ne vulnus proditum sed neglectum. quo licentius iam per humana notitia tangitur deterius

putrescat. Quo contra psalmista xv d

plagam cordis non solum detexerat. Sed detecte etiam meroris medicamentum adhibebat dicens Iniquitatem meam ego pronunciabo et cogitabo pro peccato meo. Pronunciando enim occultum vulneris detegitur cogitando autem quid aliud quam medicamentum vulneri apponit/ Sed afflicte menti et sua sollicite dampna cogitanti rixa per semet ipsa oritur contra semetipsam. Nam cum se ad lamenta penitentie instigat. occulta se in increpatione dilaniat/ Unde et apte mox subditur Confabulabor cum amaritudine anime

mee. Pavore namque dum iudicii C

afflicti dum quedam male gesta

c. De Confessione.

plangimus ipsa in amaritudinis
ad districtionem nos vigilantius ex
citat. alia in nobis etiam que amplius
deflearemus invenimus. Nam sepe
quod torpentes latuit. flentibus sub
tilius innotescit. et afflicta mens
certius invenit quod fecit malum et
nesciebat. ei quia rixa sua verius
aperit. quantum a virtutis parte devi
averit. quia reatum suum tunc
securitatem non invenit. Hunc ipse
mota deprehendit. Superexcrescens
quippe amaritudo penitentie. vetanti
dentem corde importune ingerit
illicita que commisit. Districtum
contra hec iudicem ostendit. sup
pliciorum minas innotuit. timore
animum ferit. pondere confundit mo
tus illicitos. increpat quietem
noxie securitatis. turbat que ei
bona conditor contulit. que ipse
bonis illius mala subdit eminuit.
quemadmodum ab eo conditus. quod gra
tuito sit inquisitus. quod bonis sub
stancia in conditione ditatus est.
quod conditoris gratia vocatus.
quod sequi ipse et vocatus noluit.
quod vocatus male. nec tamen superna
renitentem deseperat. quod illuminatus
donis. quod sua sponte pravis acti
bus etiam post dona cecatus est.
quod a cecitatis sue erroribus prave
sollicitudinis flagellis expiatus.
quod a flagellorum doloribus. ad salutis
sue gaudia interne medicamento
reductus est. quod quibusdam culpis
et si non criminibus subditus. peccare
re tamen et inter flagella non
desinit. quod peccatorem suum superna
gratia nec contempta dereliquit.
Cum igitur afflictam mentem mo..
pro replicatione donorum dei modo
pro tempore actionis sue tanta seve
ritate increpat. habet in corde
iustorum amaritudo linguam suam
que tanto eis subtilius loquitur
quanto et intimus audit. Unde et
nequaquam dicitur Fabulabor in amari
tudine anime mee. sed confabula
bor cum amaritudine anime mee.

quia vis doloris que peccata sin
gula repetitis torpentem animum
ad lamenta excitat. quia ad
deum verba confabulationis fert
in quibus semetipsum correctus
invenit. et ad sui iam custo
diam sollicitior exsurgat. Di
cat itaque vir iustus ex sua
voce. et sancte ecclesie typum tenens
dicat ex nostra. Confabulabor
cum amaritudine anime mee.
Ac si aperte in semet dicens
intus contra me cum cordis mei
dolore colloquor. et foris me
a libere iudicans abscondo. Sed
mens penitentie doloribus pressa
in semetipsa restringitur. atque a cuncta
tis delectationibus carnis forti co
gitatione separat. ad summa per
fecte appetit. et tamen adhuc
de corruptione corporis contra
dictione sentit. Unde apte mox
subditur. Numquid mare sum
ego. aut cetus. quia circumdedi
sti me carcere. Carcere homo circum — ff
datur. quia plerumque et virtutum
profectibus ad alta consurgere nititur
et tamen carnis sue corrup
tione impeditur. Unde bene ex vi
propheta de peccatore dicens. Educ de
carcere animam meam ad con
fitendum nomini tuo. Quid vero
appellatione maris. nisi corda
carnalium tumidis cogitationibus
fluctuosa. Quid autem ceti nomine
nisi antiquus hostis exprimitur
qui dum mentes secularium possi
dendo penetrat. quasi in eorum
lubrica cogitatione natat. sed
cetus carcere stringitur. quia ma
lignus spiritus in inferioribus deiectus
ne ad celestia evolare prevaleat — 2 pet 2
pene sue pondere coartatur. Petro
attestante qui ait deus an — xvi b
gelis peccantibus non pepercit. sed
rudentibus inferni detractos
in tartarum tradidit in iudicium
cruciandos reservari. Cetus car
cere astringitur. quia temptare bo
nos quantum desiderat prohibetur.
Carcere quoque mare circumdatur.
quia carnalium mentium tumida

merens p

insatiantque desideria ad peragenda
mala que appetunt in possibilitatis
sue angustia frenat. Sepe cum
dominari melioribus concupiscunt, sed
tamen eis divino iudicio incom-
mutabiliter disponenti subacti sunt
nocere bonis elati desiderant
et tamen subiecti ab eis solacia
sperant, pro explendis voluptati-
bus carnis longevitatem vite
presentis concupiscunt, sed tamen ab
ea sub celeritate rapiuntur. De quibus
bene per psalmistam dicitur
Statuit aquas quasi in utrem.
Aque quippe in utre sunt, cum
lubrica eorum desideria quia operis
effectum non inveniunt, sub arto
corde deprimuntur. Cetus ergo
ac mare circumdatione carceris
premitur, quia vel malignus
spiritus vel sequaces illius in
ignorancie se mentibus colligunt,
atque in eis undas timencium
cogitacionum volvunt. et ut im-
plere mala que appetunt nequ-
eant, superna eos districtio an-
gustat. Sancti autem viri cum
mundiori corde celestium archana
considerant, auctius ad hec cot-
tidie ardoribus anhelant. Ibi
iam plene saciari desiderant
unde adhuc parum aliquid ore
contemplacionis degustant. Sed
quia scriptum est, Corpus quod
corrumpitur aggravat animam, et de-
primit terrena inhabitacio sensum
multa cogitantem. Intencione
iam quidem ultra semetipsos
eminent, sed tamen adhuc in-
finitatis sue incertis motibus
subdita corrupcionis se carceris
clausos dolent. Ait ergo Numquid
mare sum ego aut cetus quia
circumdedisti me carcere. Ac si aperte
dicat. Mare vel cetus iniqui
videlicet cordisque auctor malignus
spiritus. quia effrenati ad plenam
perpetrande iniquitatis licenciam
appetunt, iure pene sue carcere
constringuntur, ego autem qui iam
eternitatis tue libertate desidero

h

Ipse cupiunt car-
nis stimulum sibi de-
mersi in cogitacione
illicita de [illegible]
corrupcione tolle-
rare

Cap. 9

cur adhuc mee corrupcionis carce-
re premor? Qui tamen nec a iustis sup-
be requiritur, quia amore veritatis
accensi, infinitatis sue angustias
perfecte transgredi concupiscunt. nec ab
auctore iustorum iniuste disponitur,
quia electorum suorum votum differens
cruciat, cruciatus purgat ut ad perci-
piendum quod desiderat quandoque melius
ex dilacione convalescat. Electi autem
quousque ab intima quiete differuntur
ad cor suum redeunt. Ibique actionis
sue tumultibus absconsi, quasi amenis-
simum secretum petunt, sed in eo sepe
temptacionis aculeos senciunt. carnis
in certamina patiuntur, et ibi gravissi-
mos labores inveniunt. ubi ma-
gnam requiem a labore quesierunt.
Unde sanctus vir post consummatum cor-
rupcionis sue carcerem, ad quietum
cordis spacium redire festinans, quia
eandem rixam in intimis invenit
quam ab exterioribus fugit protinus
subdit dicens. Si dixero consola- J
bitur me lectulus meus, et releva-
bor loquens mecum in stratu meo,
terrebis me per sompnia, et per visiones
horrore concucies me. In sacro
namque eloquio lectus cubile vel
stratum, secretum solet cordis intelli-
gi. Hinc est enim quod sub uniuscuius-
que anime specie. sponsa occultis
stimulis sancti amoris excitata
2 In Canticis canticorum dicit. In lectu-
lo meo quesivi per noctes quem di-
ligit anima mea. In lectulo quippe
et per noctes dilectus queritur, quia in-
visibilis conditoris species
repressa omni corporee visionis y-
magine in cubili cordis invenitur.
Unde et eisdem suis dilectoribus di-
Luc citur, Regnum dei intra vos est.
17 Et rursum, Si ego non abiero
Paraclitus non veniet. Ac si aperte
[illegible] dicat, Si ab intencionis vestre oculis
corpus non subtraho, ad intellectum
vos invisibilem per consolatorem spiritum
non perduco. Hinc de iustis per psalmistam
dicitur, Exultabunt sancti in gloria, le-
tabuntur in cubilibus suis. Quia xvij
scilicet cum mala ab exterioribus fugi- k
unt, securi intra mentium secreta

gloriantur. Sed tunc leticia cordium
perfecta erit, cum carnis ex toto
pugna non fuit. Illa quoniam nunc sepe
caro illicit, quia quasi domus
nostre paries quatitur, etiam cubile
turbatur. Unde et recte per eundem prophetam
dicitur: Universum stratum eius ver-
sasti in infirmitate eius. Quia
dum nos temptatio carnis concu-
tit, tremefacta nostra infirmitas
etiam carnis cubile confundit.
Quia vero hoc loco sompnia vel
visiones accipimus, nisi yma-
ginationes ultimi districtique
examinis? Quod iam nunc cuique per ti-
morem cernimus, sed tamen ut
est veraciter non videmus. Sancti
itaque viri ut diximus ad cordis
semper secreta redeunt, cum ab hoc
mundo vel ultra vocum pressura
vel ultra vires ad usum patiuntur
atque extremis laboribus fessi quasi
stratum vel lectulum cubilia mentis
petunt. Sed dum quibusdam
ymaginibus cogitationum quam
sunt subtilia divina iudicia con-
spiciunt, quasi in se ipsa stratus
sui requie sompni visione turbatur.
Contemplatur enim quam districtus iu-
dex veniat, qui dum immense
magnitudinis cordium secreta
illuminat, omnes ante oculos culpas
revocat, pensat quanta sit illa
verecundia in conspectu tunc tocius
generis humani, angelorum quoque confundi,
perpendit qui post confusionem rea-
tus maneat, cum et reatum anime
in morte nunquam morientem et in deficientem
deficiente carnem iehenna consu-
mat. Cum itaque tam pavida
ymaginatione mens quatitur, quod
aliud quam in stratu triste sompnium
videtur? Dicat ergo: Si dixero con-
solabitur me lectulus meus, et rele-
vabor loquens mecum in stratu
meo, terrebis me per sompnia et per
visionem horrore concuties. Ac si
aperte fateatur dicens: si exteriora
fugiens introrsus redeo et ut
tuncque requiescam in cordis cubili
contemplatio, ibi michi dum dis-
trictionis tue contemplationem sub-
icis, vehementer me per ipsas pro-
videncie mee ymaginationes
terres. Bene autem dicitur: Et rele-
vabor loquens mecum in stratu
meo. Quia nimirum cum ad men-
tis nostre silencium fessi redimus,
quasi in stratu colloquentes oc-
culta intra nos cogitationum
verba agitamus, sed hec ipsa nostra col-
locutio in pavore vertitur. Quia ex
illa vehementius intellectus nos
quam terrorem districti iudicis in-
notescit intente appetitur. Neque
vero hec studeat nostra lectio
perscrutari ex quo redditur magno
opere est, quot modis tangunt
animum ymagines sompniorum. Sompnia
Aliquando namque sompnia ventris
plenitudine vel inanitate, ali-
quando illusione, aliquando cogita-
tione simul et illusione, aliquando
revelatione, aliquando autem cogita-
tione simul et revelatione ge-
nerantur. Sed duo que prima di-
ximus omnes experimento con-
gnoscimus, subiuncta autem quatuor
in sacre scripture paginis invenimus.
Sompnia etenim plerumque ab oc- nisi
culto hoste per illusionem fieret,
nequaquam hoc vir sapiens in-
dicaret dicens: Multos errare Eccli. 34
fecerunt sompnia et illusiones
vane. Vel certe non augurabi- Levit. 19
mini nec observabitis sompnia.
Quibus profecto verbis cuius sint
detestationis ostenditur, que augu-
riis coniunguntur. Rursum nisi
aliquando ex cogitatione simul et illusione
procederent, Salomon nequaquam diceret:
Multas curas sequuntur sompnia. Eccl. 8
Et nisi aliquando sompnia ex mys- XVIII.
terio revelationis oriretur, Joseph III.
preferendum se fratribus sompnio non vi-
deret. Nec Marie sponsum ut Gen. 37
ablato puero in Egiptum fugeret
per sompnium angelus admoneret. Mat. 2
Rursum nisi aliquando sompnia
cogitatione simul et revelatione

Dan 2 Prevident nequaquam Daniel propheta Nabuchodonosor visionem discussionis a radice cogitationis inchoavit dicens. Tu rex cogitare cepisti in stratu tuo quid esset futurum post hec. et qui revelat misteria ostendit tibi que ventura sunt. Et paulo post. Videbas et ecce quasi statua una grandis statua illa magna et statura sublimis stabat contra te etc. Daniel itaque dum sompnium adimplendum reverenter insinuat. et ex qua ortum sit cogitacione manifestat. patenter ostenditur quia hoc plerumque ex cogitacione simul et revelacione generatur. Sed nimirum cum sompnia tot rerum qualitatibus alternent. tanto eis credi difficilius debet. quanto et ex quo impulsu veniant facilius non elucet. Sepe namque malignus spiritus hiis quos amore vite presentis vigilantes intercipit. prospera eciam dormientibus promittit. et quos formidare adversa considerat eis hec durius sompnii ymaginibus intentat. quatinus indiscretam mentem diversa qualitate afficiat. eamque aut spe sublevans. aut deprimens timore confundat. Sepe autem eciam sanctorum corda afficere sompniis nititur. ut ab intencione cogitacionis solide. ad tempus saltem momentumque derivet. quamvis ipsi protinus animum ab illusionis ymagine discuciant. Sed hostis insidians quo eos vigilantes minime superat. eo dormientes gravius impugnat. Quem tamen hec maligne agere superna dispensacio benigne permittit. ne in electorum cordibus ipse saltem a passionis premio sompnus vacet. Bene ergo rectori omnium dicitur. Si dixero consolabitur me lectus meus et relevabor loquens mecum in stratu meo terrebis me per sompnia et per visiones horrore concuties. quia nimirum deus cuncta mirabiliter dispensat. et id malignus spiritus iniuste facere appetit. quod fieri nisi iuste non permittit. Sed quia iustorum vita et per vigilias temptaciones quatitur. et per sompnium illusione fatigatur. foris corrupcionis sue molestias tolerat. intus apud semetipsam graviter illicitas cogitaciones portat. quid est quod faciat. ut pedem cordis a tot scandalorum laqueis evellat. Ecce beatus vir quanta undique premeretur perturbacione cognovimus. sed quod consilium contra hec invenerit audiamus. Sequitur.

Quamobrem elegit suspendium anima mea. et mortem ossa mea. R.

Quid per animam nisi mentis intencio. quid per ossa nisi carnis fortitudo signatur. Omne autem quod suspenditur procul dubio ab ymis elevatur. anima ergo suspendium elegit. ut ossa moriantur. quia dum mentis intencio ad alta se sublevat omnem in se fortitudinem vite exterioris necat. Sancti etenim viri certissime sciunt quia hic in hac vita requiem nequaquam possunt. et ideo suspendium eligunt. quia nimirum desideria terrena deserentes ad alta animum tollunt. Suspensi autem mortem suis ossibus inferunt. quia amore superne patrie in nullius studiis detinentur. hoc quod fortes prius in mundo parte fuerant. vinculo humilitatis in serviunt. Intueri libet quo animam Paulus suspenderat. qui dicebat. Vivo autem iam non ego. vivit vero in me Christus. Et rursum. Desiderium habens dissolvi et esse cum Christo. et michi vivere Christus est et mori lucrum. Et in gesta terrene fortitudinis ad memoriam revocans quasi quedam in se ossa mactabat dicens. Hebreus ex hebreis secundum legem. Phariseus secundum emulacionem persequens ecclesiam dei. Sed quia suspendium anime elegit. quam hec in se ipsa ossa interficit. protinus asserit qui subiungit. Sed que michi

gal 3 · phi 1 · phi 3

2

fuerunt iuxta hec arbitratus sum propter
Christum detrimenta. Que adhuc ista
in semetipso in summa vehementius
extincta cum subiungit. Propter
quem omnia detrimentum feci et arbitror
ut stercora. Mortuus vero ossibus
quam ex animis pendeat ostendit
cum illico subiungit dicens. Ut Christum
lucrifaciam. et inveniar in illo non
habens meam iusticiam que ex lege est
sed eam que ex fide est Ihesu Christi.
xi Sed quia collatis eius testimoniis
Pauli ad alta suspensum modo mor-
tuum testati sumus, restat ut beatum Iob
spiritu plenum eodem sub exterioris vite
concupiscencia fugiat ostendamus. Sequitur
n Desperavi nequaquam iam ultra vivam.
Sunt nonnulli iustorum qui sic cele-
stia appetunt ut tamen a terrenorum
spe minime frangantur. Largita divi-
nitus patrimonia ad necessitatis
subsidium possident. Honores sibi
temporales impensos tenent. Aliena non
ambiunt. suis licite utuntur. Qui
tamen ab eisdem rebus quas habent
alieni sunt, quia adhuc que pos-
sident ex desiderio non tenent. Et sunt
nonnulli iustorum qui ad comprehen-
dendum culmen perfectionis accincti
dum altiora interius appetunt. ex-
terius cuncta derelinquunt. Cunctis
rebus se habitis denudant. gloria
honoris se expoliant. cum temporalium
desiderio per assiduitatem se anime
meroris afficiunt. Ire de exterio-
ribus consolacionibus nolunt. qui intus
gaudiis dum mente crescunt vi-
tam in se funditus corporee delectacionis
necant. Talibus namque per Pau-
lum dicitur. Mortui enim estis et
col 3. vita vestra abscondita est cum
Christo in Deo. Horum voce psalmista
expresserat cum diceret. Concupi-
scit et deficit anima mea in atria
Domini. Concupiscit enim sed non
deficit qui iam quidem celestia
appetit. Sed adhuc tamen a ter-
renorum delectacionibus minime lassescit.
Concupiscit vero et in Dei atria
deficit. Qui cum eterna desiderat
in amore temporalium non perdurat.

Hinc psalmista iterum dicit. De-
fecit in salutari tuo anima mea.
Hinc per semetipsam Veritas dicit Mt 16
Si quis vult post me venire
abneget semetipsum. Et rursum
Nisi quis renunciaverit omnibus Luc 14
que possidet non potest meus esse
discipulus. Horum igitur more sanctus
vir. divisa a terrenis desideriis
mente se inserit. qui ait De-
speravi et nequaquam iam ultra vivam.
Iusto quippe desperare est presentis
vite bona cernentem electa dese-
rere. mansura querere. in rebus
temporalibus fiduciam non habere. Qui
hec agens nequaquam se ultra vi-
vere asserit. quia videlicet vivifi-
catrice morte cottidie se a vita
reparacionis occidit. Absit enim
ut vir sanctus ad immensam lar-
gitatem desperet. ne gressum cordis
a spe fractum in tam itineris subtra-
hat. ne amorem conditoris de-
serens quasi adhuc destitutus in
via remaneat. et confossus gla-
dio latrocinantis desperationis ruat.
Sed ne eius dicta ad nostri in-
tellectus arbitrium violare videa-
mur inflecte debemus expo-
sitionibus premissa pensare. Quo
enim sensu hec dixerit ipse protinus
innuit cum subiungit. Parce
mihi Domine nihil enim sunt P
dies mei. Recte enim sibi duo hec
verba conveniunt. Desperavi et parce.
Nam qui desperat nequaquam sibi
ut parcatur postulat. et qui adhuc
sibi parci desiderat profecto minime
desperat. Aliud ergo est quod desperat
aliud vero quod parci sibi sanctus vir po-
stulat. quia nimirum dum bona
temporalis vite per desperacionem dese-
rit. ad obtinenda que permanent
in spe robustior exsurgit. despe-
rando itaque melius ad spem
venire ducitur. quia eo certius
ventura appetit. quo presencia
verius ex desperacione relinquit.
Et notandum quod viri nobis sine cor-
dis in similitudine veri quidem de
se simili protulit. sed hanc tercio
in similitudine replicavit quod enim

Quod enim superius dixerat Elegit
suspendium anima mea. hoc re
plicans addidit. Desperavi. atque
etiam concupiscendo et temporalia post
ponendo. hoc postremo intulit
Parce michi domine. Et quod
superius dixit, Mortem ossa mea
hoc iterum subdidit, Nequaquam
iam ultra vivam. hoc ultimum
intulit. Nichil enim sunt dies mei
Bene autem dies suos nichil con
siderat esse. quia ut paulo superius
sepe iam diximus. Sancti viri
quo verius summa cognoscunt
eo sublimius terrena despiciunt. et
idcirco presentis vite dies nichil
esse conspiciunt. quia illuminate men
tis oculos in consideratione eternita
tis figunt. Sed quia dum ad se re
deunt. nichil se esse nisi pulverem
cognoscunt. et infirmitatis sue
conscii districte iudicari metuunt
Cum vim tanti vigoris aspi
ciunt trepidant examinari quod
sunt, Unde adhuc apte subiun
git, Quid est homo quia magni
ficas eum. aut quia ponis erga
eum cor tuum, Hominem deus
magnificat quia largitate do
nis ditat infusione gratie visitat,
honore collate virtutis exaltat,
Cumque per semetipsum nichil sit esse
tamen eum cognitionis proprie
sue benignitatis munere concedit
Sed erga eundem magnificatum
hominem cor suum deus apponit
quia post dona iudicium exercet,
merita subtiliter pensat, vite pon
dera vehementer examinat. et
tanto ab eo post districtius pe
nas exigit. quanto hunc in presen
ti munere largius prevenit, Vir igitur
sanctus in immensitate superne ma
iestatis aspiciat. atque ad infini
tatem ipsam considerationis oculum
reducit, videat quia caro ca
pere non valet. hoc quod semetipsi
veritas per spiritum suum docet. vide
at quod rursum quia etiam suble
vatus hominis spiritus iudicium tol
lerare non sufficit, et hoc tandem
diligentius perscrutando sentiat quod
deus sub examine districte re
tributionis. opera hominum sub tanta inten
dit et discutit, Quid est homo quia
magnificas eum. aut quia appo
nis erga eum cor tuum, Ac si ap
te exclamet dicens, Magnificatur
homo spiritualis munere. sed timere caro
est. quia eum post spiritualia mu
nera sibi divinitus concessa distric
te considerans, Sed tamen si remota
pietate iudicet. pondus quod de
tua subtilitate imminet. ferre nec
sublevatus ad iustitiam spiritus ho
minis valet, quia et si hunc ultra
se tua dona dilatant. ad inqui
sitionem tamen tui examinis sua
eum infirmitas angustat, Unde
et adhuc apte subiungit. Visitas
eum diluculo. et subito probas
illum. Quis itaque nostrum nesciat
quia diluculum dicitur cum iam noctur
na tempora in claritatem lucis mutantur. Nos
itaque noctis tenebris premimur, cum
perpetratione iniquitatis obscuramur,
Sed tunc nox in lucem vertitur cum
erroris nostri obscuritas veritatis
cognitione irradiatur. Nox in luce
vertitur cum corda nostra iustitie
fulgor illuminat. que cecitas culpe
deprimebat, Hoc diluculum discipu
lorum mentibus oriri paulus aspe
R° 13 xerat cum dicebat Nox precessit
dies autem appropinquavit, Diluculo
ergo nos dominus visitat. quia
erroris nostri tenebras luce cognitionis
sue illustrat, contemplationis mu
nere sublevat in arcem virtutis ex
altat, Sed notandum quod deus postquam
diluculo visitat. subito hominem
probat. quia et accedendo corda
nostra ad virtutem bonorum operum pro
vehit. et recedendo concuti temp
tatione permittit, Si enim post
virtutem nulla nulla temptatione
concutitur. hoc se habere animus ex se
metipso gloriatur. Ut ergo et in firmitate
dona habeat. et infirmitate sua humi
lis agnoscat. per accessum gratie ad al
ta sustollitur, et per recessum quid ex semet
ipso sit probatur. Quod bene nobis ex
hystoria sacre locutionis innuitur. qua
Salomon et divinitus accepisse sapientiam

3 reg 11

et tamen post acceptam eandem scri
pturam medicam statim pulsatus conne
memoratur. Moyses enim ut graciam
tante revelacionis accepit etiam de
turpium mulierum protulit / quia ni
mirum sepe cum mentem nostram
concessis virtutibus respectus intimi
ne largitatis illuminat. hanc protinus
lubrice cogitaciones obviant. ut que
sublevata in immenso ducitur exultat
etiam temptacione pulsata quid
sit inveniat / Sic et helyas visita
3 Reg tus diluculo sermone celos aperuit
et tamen probatus subito infirmus
19 per deserta fugiens unam mulierem ex
pavit / Sic paulus ad tercium celum
ductus paradisi penetrans secreta
2 Cor consideravit et tamen ad semetipsum
12 rediens contra carnis bellum laborat
legem aliam in membris sustinet. eius
ius in se rebellione fatigari spiritus
legem dolet / Diluculo ergo deus
hominem visitat sed subito post vi
sitacionem probat. quia et collato munere
sublevat. et abstracto ad pavu
lum ipsum sibi hominem demonstrat
Quod eo usque procul dubio patimur
quo detersi funditus labe peccati
ad primisse incorrupcionis substanciam
reformemur. Unde et apte adhuc sub
ditur Usquequo non parcis michi nec
dimittis me ut gluciam salivam meam
Saliva in os de capite labitur. ab ore
vero in ventre ducitur dum gluttitur
Quid itaque est caput nostrum nisi
divinitas per quam existendi principium
sumimus ut creatura simus Paulo
1 Cor attestante qui ait. Caput viri
11 xpistus. caput autem xpisti deus / quid
autem venter noster est nisi mens que
dum cibum sumit suscipit. videlicet
intellectum suscipit. refecta procul dubio
omnia membra accionum regit. nisi
enim sacra eloquia. aliquando mentem
nomine ventris exprimerent Sa
lomon utique non diceret Lucerna
Prov domini spiraculum hominis que investi
20 gat omnia secreta ventris / Quia
nimirum dum nos gracia superni
respectus illuminat / cuncta eciam interi
ore abscondita manifestat Quid
ergo salive nomine. nisi sapor in

time contemplacionis accipitur
que ad os a capite defluit. quia
de claritate conditoris adhuc in hac
vita nos positos vix gustu re
velacionis tangit. Unde et redemptor
noster veniens salivam luto miscuit Jo 9
et ceci nati oculos reparavit. quia
superna gracia carnalem nostram cogitacionem
per admixtionem sue contemplacionis
irradiavit. et ab originali cecita
te hominem ad intellectum reformat
Nam quem a paradisi gaudiis ex
pulsum in hoc iam exilio natum
credidit. quasi a nativitate ho
mo sine oculis processit / sed sicut vir
tus intimat. hec saliva ad os
quidem labitur. ut vero ad ven
trem usque perveniat non gluttitur. quia
divinitatis contemplacio sensum tangit
sed plene mentem non reficit. quia
perfecte animus conspicere non valet quod
adhuc quia caligo corrupcionis
impedit. raptim videt / Ecce enim mens
electorum iam terrena desideria subicit
~~suffert~~. iam cuncta que considerat
preterire transcendit. iam ab exteriorum
delectacione suspenditur. et que sint
bona invisibilia rimatur. atque hec
agens plerumque in dulcedine su
perne contemplacionis rapitur / iamque
de intimis quasi aliquid per ca
liginem conspicit. et ardenti de
siderio interesse spiritalibus angelorum
ministeriis conatur. gustu incircumscrip
ti luminis pascitur. et ultra se erec
ta ad semetipsam relabi dedignatur.
Sed quia corpus quod corrumpitur Cap 9
aggravat animam. inherere diu
luci non valet quam raptim
videt / Ipsa quippe carnis infir
mitatis transcendentem se animam
trahit atque ad cogitanda ima
ac necessaria suspirantem reducit
Saliva ergo ex capite descendens
os tangit. sed ad ventrem minime
pervenit. quia liquore superne con
templacionis iam quidem in
tellectus noster perfunditur. sed nec
dum mens plene saciatur. Inde
etenim gustus est. In ventre
satietas. Saliva itaque gluti
re non possumus. quia superne

claritatis bono saciari non permit
timur quia adhuc ex tenuitate gusta
mus. Sed quia hoc ipsum "utcumque
quod" iam ex summis cognoscimus
ex pietate prevenientis est. quod vero
hoc perfecte percipere non possumus.
adsunt ex pena vetuste dampna
cionis. Recte nunc dicitur. Sine
usque non parcis mihi nec dimittis me ut glutiam salivam
meam. Ac si aperte dicat. Tu
homini plene parcis. cum hunc ad
perfectionem tue contemplationis ad
miseris. ut claritatem tuam
raptus intimus videat. et eum
carnis sue corruptio extimus
non repellat. Tunc permittis ut
glutiam salivam. cum me sapore
tue claritatis usque ad habun
danciam tue suavitatis infunderis
ut nequaquam iam per indigenciam
gustu oris esuriam. sed interne soli
ditatis irrigato mentis ventre
subsistam. Sed qui promereri vult
bonum quod expetit. debet malum
confiteri quod fecit. Sequitur
Peccavi. Quid faciam tibi o
custos hominum. Ecce fatetur malum
quod egit. sed bonum quod deo
in recompensacione offerre debeat
non invenit. quia ad abluen
dum culpam quelibet humane
actionis virtus infirma est nisi
hanc misericordia parcentis foveat. et
non iusticia recte iudicantis premat.
xxii Unde recte psalmista dicit. Melior est
misericordia tua super vitas. Quia quam
libet videatur innocens. quod dis
trictum tamen iudicem nostra
nos vita non liberat. Sed ei
reatus sui debitum nunc benigni
tas non relaxat. Vel certe cum
dicit. Quid faciam tibi. Paten
ter ostendit. quia hec ipsa que
agimus recipimus. non preceptori sed
nobis prosunt. Unde rursum
psalmista dicit. Quoniam bonorum meorum
non eges. Humilitas autem nostre
destitutionis exprimitur. cum deus
hominum custos vocatur. quia si
enim nos custodia minime pro
tegit. ante occulti hostis insidi
as nostre solicitudinis oculus

vigilans dormit. Psalmista atte
statur rursus qui ait. Nisi dominus
custodierit civitatem in vanum vigilat
qui custodit eam. Per nos namque
cecidimus. sed nostris resurgere viribus
non valemus. Culpa nos proprie volun
tatis semel stravit. sed pena culpe
deiectus cottidie deprimit. Ad amissam
rectitudinem surgere studiosis conatibus
nitimur. sed mutatorum pondere gravamur.
Unde et aperte subditur. Quare me po
suisti contrarium tibi et factus sum mi
metipsi gravis. Tunc sibi contrarium x.
deus hominem posuit. cum homo parendo
deum deliquit. Serpentis quippe per
suasionibus captus hostis eius ex
titit. cuius precepta contempsit. Iustus
vero conditor hunc sibi contrarium
posuit. quia inimicum ex elacione
deputavit. Sed ipsa hec contrarietas
culpe. facta est homini pondus pene.
ut corrupcioni sue male liber serviat.
qui bene serviens deum corrupcione gau
debat. Salubrem quippe humilitatis
artem deserens. ad infirmitatis iniuriam
pervenit superbiendo. et cervice cordis
erigendo subposuit. quia subesse
divinis iussionibus noluit. subsinus se
necessitatibus stravit. quod melius
ostendimus. si ea que deiectus sus
tinet. et prius debilitati carnis et
post pondera mentis exprimamus. nota bene
Ut enim taceamus hoc. quot dolores
toleravit. quot febribus anhelat. sua
quadam egritudine constringitur
ipsa hec incolumitas corporis que salus vocatur.
Nam ocio tabescit. opere deficit. in
edia deficiens. cibo reficitur ut sub
sistat. refectione lassescens abstinen
cia relevatur ut vigeat. aqua per
funditur ne arescat. linteis tegitur
ne ipsa nimis perfusione liquefiat.
labore fatigatur ne quiete torpeat.
quiete refovetur ne laboris exerci
tatione succumbat. fatigata vigiliis sop
pore reparatur. oppressa sompno vigi
liis excutitur. ne sua penis quiete
lassetur. vestibus tegitur ne frigoris
adiacente penetretur. quesito calore
deficiens aurarum flatu refovetur.
Cumque inde molestias invenit. Un

vitare molestias, consumit/ male sauciata ut ita dixerim despectu suo medicamine languescit/ Remotis ergo febribus. cessantibusque doloribus. ipsa nostra egritudo est. cui cura necessitatis minime deest/ Quot enim solacia ad vite usum querimus. quasi tot nostre egritudini medicamentis obviamus/ Sed ipsum quoque medicamen in vulnus vertitur. quia ex quesito remedio diucius inherentes. ex eo gravius deficimus. quo prouide ad refectionem parauimus/ Sic nimirum debuit presumptio corrumpi sic superbia sterni. Quia enim elatum semel sumpsimus spiritum. ecce defluens cottidie portamus lutum. Ipsa quoque mens a secreta interioris securo gaudio exclusa/ modo spe decipitur modo pauore vexatur. modo de fugiendo dolore deicitur/ modo falsa hylaritate relevatur/ transitoria pertinaciter diligit. eorumque in cessatione amissione incessanter atteritur/ quia incessanter cursu rapiente permutatur/ rebus ante mutabilibus subdita et a semetipsa variatur. Nam querens quod non habet

xxiiij anxia percipit cumque hoc habere cepit/ tedet hoc percepisse quod quesiuit/ Amat sepe quod despexerat. despicit quod amabat/ Cum labore que eterna sunt discit. sed horum repente obliviscitur. si laborare desierit. Diu querit ut parum quid de summis inveniat/ sed ad consueta citius relabens. nec parum in his que invenit persistit. erudiri appetens vix suam ignorantiam superat/ sed eruditam gravius contra scientie gloriam pugnat/ Vix carnis sue sibi tyrannidem subicit sed tamen adhuc intus culpe ymagines tollerat/ cuius iam foris opera vincendo restrinxit/ In auctoris sui inquisitionem se erigit. sed reuerberatam hanc corporearum rerum amica caligo confundit/ Semetipsam quomodo incorporea corpus regat intueri volet. et non valet requirit mire quod sibi videre non sufficit. et sub eo ignorantia deficit quod prudenter requirit/ Ampla se simul et angusta considerans. qualem se videat estimet ignoret/ Que et si ampla non esset nequaquam tam investiganda requireret. et rursum si angusta non esset. hoc ipsum saltem quod ipsa requirit inveniret/ Bene ergo dicitur Posuisti me contrarium tibi. et factus sum michi metipsi gravis/ Quia dum repulsus homo et actiue molestias. et ascendentes questiones tollerat. grave nimirum pondus semetipsum portat. Undique languoribus premitur. undique infirmitatibus urgetur. ut qui relicto deo se sibi ad regimen sufficere credidit. nil in se nisi tumultum perturbationis inveniat. inventumque se fugere querit/ Sed auctore contempto. quo se fugere possit non habet/ Cuius infirmitatis pondera. bene quidam sapiens contemplatus ait/ Grave iugum super filios adam. ab exitu mris de ventre matris eorum usque ad diem sepulture in matrem omnium **Eccli. xl.** Beatus autem iob ista considerans/ et quare ita ordinata sint ingemiscens non iniusticia redarguit sed mnam inquirit/ ut per confidentiam ipse humiliter pulset. quod parcendo summa pietatis intimet/ Ac si aperte dicat Cur quasi contrarium tibi hominem despicis. ut qui certus scio. quia perire vel ipsum quem despicere crederis non vis Unde bene adhuc et humilitate confessionis exprimit. et voce libere inquisitionis adiungit dicens/ Cur non tollis peccatum meum/ et quare non aufers iniquitatem meam **3** Quibus profecto verbis quid adhuc desiderium prestolati mediatoris innuitur. De quo iohannes ait Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. **Jo. 1.** Vel certe ab humano genere. tunc peccatum plene tollitur cum per incorruptionis gloriam nostra corruptio permutatur/ Esse namque a culpa liberi nequaquam possumus. quousque in corpore mortis tenemur. Redemptoris ergo gratiam tanta soliditate desiderat. qui peccatum et iniquitatem suam auferri funditus sperat. Unde

mox et penam prevaricationis
quam ex origine culpe iuste p-
meruit. et iudicium quod ex opera-
tione pertimescat adiungens sub-
7 dit. Ecce nunc in pulvere dormiam
et si mane me quesieris non
subsistam. Dictum primo homi-
3 ni est. pulvis es et in pulverem
reverteris. Mane autem dicitur illa
tunc manifestatio mentium que
in adventu iudicis apertis cogita-
tionibus quasi post noctis tene-
bras demonstratur. De quo mane p-
psalmista dicit. Mane astabo tibi et videbo. Querere autem
dei est hominem subtili interroga-
tione discutere. et discute discu-
tiendo iudicare. Beatus igitur
Job humane corruptionis dampna-
tionem considerans videat quia in presenti
iam penam perimit. et adhuc de
futuris examinis urget, et dicit
Ecce nunc in pulvere dormiam et si
mane me quesieris non subsis-
tam. Ac si aperte deploret
dicens. In presenti quidem mortem
iam carnis patior. et tamen
adhuc de venturo iudicio gra-
viorem mortem districtionis
tue sententia pertimesco. interitum pro
culpa sustineo. sed adhuc ad
iudicium veniens culpas resti-
tui et post interitum formido.
Exteriorem ergo mortem conside-
rans dicit. Ecce nunc in pulvere
dormiam. Interiorem metuens
adiungit. Et si mane me quesie-
ris non subsistam. Quantalibet
enim iusticia polleant nequaquam
sibi ad innocentiam electi sufficia-
unt. si in iudicio districte requi-
rantur. Sed hoc nunc ad solacium
sue ereptionis inveniunt. quod
nequaquam se posse sufficere humiliter
sciunt. Sub humilitatis ergo teg-
mine a gladio se tante ani-
madversionis abscondunt. et quo
tiorem venturi iudicis pre-
stolantes eo timore tre-
pidant. eo indesinenter agitur ut
paratiores fiant etc. Cap. viii.
xxviii. Respondens autem Baldad suhites

Iusti ... non sufficiunt ad ... [illegible]

cap.m viii.

dixit. Usquequo loqueris talia et spiritus
multiplex sermo oris tui. In iustis 7
semper gravia sunt verba iustorum. que
ad edificationem prolata audiunt. Hec quoque
super impositum pondus ferunt. Quod de-
scripte Baldad suhites indicat dicens
Usquequo loqueris talia. Omni enim
usque quo dicit. quia edificationis verba
iam portare non posse ostendit. Sed cum
corrigi iniqui despiciunt. verba prolata
criminantur. Unde et apte protinus adiun-
git. Et spiritus multiplex sermo oris tui.
Cum multiplicitatis in sermone repre-
hendit. esse procul dubio intelligentie
gravitatem in sensu denegat. Nos
quippe et summa loquentium quadrifa-
ria qualitate distinguimus. Sunt
non nulli quos sentiendi ac dicendi
amplitudo dilatat. sunt non nulli
quos sentiendi simul et dicendi in-
opia angustat. Sunt non nulli
qui efficaciam dicendi habent. sed acu-
men sentiendi non habent. Et sunt
non nulli qui acumine sentiendi su-
ppositi sunt. sed ex inopia locutionis
obmutescunt. Hoc namque in hominibus
cernimus quod in rebus sepe insensi-
bilibus videmus. Nam plerumque
et habundans aqua ab intimis du-
citur. et largis in superficiem meatibus
dilatatur. Plerumque angusti in intimis
latet et pergrediendi rimas difficile
inveniens foris ~~angustior~~ exten-
dat. Plerumque minima in abscondito
oritur cumque patens qua exeat invenit
ex largo foramine tenuis procedit.
Magnisque se meatus dilatat. sed
non est quod fundat. plerumque vero
ampla in absconditis surgit. sed an-
gustis per ipsa meatibus tenuissime p-
fluit. Sic itaque in aliis os patens
eminet quod largus ingenii fons
instruit. in aliis intellectum nec sensus
porrigit. nec lingua fundit. In aliis
quidem os ad dicendum patet. sed adri-
dendum parata a sensu lingua nil
accipit. In aliis vero largus sen-
tiendi fons a corde exuberat. sed
hunc quasi meatus tenuis impar
lingua coangustat. In quibus

4or qualitates loquentium:
Intelligunt et exprimunt
Nec intelligunt nec exprimunt
Non intelligunt sed exprimunt
Intelligunt sed non exprimunt

minimum quatuor dicendi qualitatibus
sola cunctis subiacet tertia. que
hoc sibi per locutionem arripit. ad quod
per ingenium non assurgit. Prima
prima laudanda est. que utroque
valens pollet. Secunda miseranda
que utroque similiter caret. Tertia
ad imitanda que explere quod sentit
non valet. Tertia vero despicienda
atque reprimenda que dum sermone
se erigit sensu iacet. Que videlicet
in elatione tumentibus similis. ad
aures audientium vasta sed vacua
perstrepit. Quod nunc Baldad ad
beatum Job crimen intorquet dicens.
Spiritus multiplex sermo oris tui.
Que enim multiplicitate sermonis
oris tribuit profecto inopiam cor
dis reprehendit. Ac si aperte dicat
habundantia spiritus in sermone oris at
tolleris. sed sensus in indigentia co
angustaris. Pravi autem etiam recta
reprehendunt. ne ipsi que iusta sunt
nescire videantur. nota omnibus bona
que audiendo didicerunt quasi
incognita proferunt. Unde et Baldad
primus adiunxit. Numquid deus sup
plantat iudicium et omnipotens subuer
tit quod iustum est. Hec beatus Job
nec loquens negabat. nec reticens
ignorabat. Sed pravi quique ut
diximus etiam nota iactanter pro
ferunt. ut loquendo docti videantur
contempnunt moderate conticescere ne
credantur conspicua tacuisse. Gra
XVI 3 ve est quia cum divine iustitie rec
titudinem laudant. cum se ad grandi
in collocutionibus sublevant. et alios
flagella castigant. cum se conspi
ciunt rerum prosperitate perfrui. alios
adversitate fatigari. Nam dum
perverse agunt. sed tamen se rectos ar
bitrantur. hoc quod sibi prospera suppe
tunt deberi suis meritis credunt.
eorum colligunt quod deus iniuste non
iudicat. quos quasi iustos se ad
versitas nulla contristat. Sed si eorum
vitam qualibet breviter vis superne
correptionis attigit prelati pro
tinus consilium dum ex animis

increpant. quod paulo ante in
colloquiis admirando proferebant
iustum quod esse iudicium quod suis mori
bus adversari negant. de divina
equitate disputant. ad resultationis
verba prosiliunt. et correpti quia
deliquerint gratis delinquunt
Unde bene etiam psalmista contra
peccatoris confessionem dicit. Confite
bitur tibi cum bene feceris ei. Despecta
quippe vox confessionis est quam
format iocunditas prosperitatis.
Sola autem confessio habet magni
meritum ponderis quam a virtute
rectitudinis nequaquam separat vis
doloris. quam usque ad iudicium vo
cis exclamant ad adversitatis testis cor
dis. Non ergo mirum quod Baldad
divinam iustitiam laudat. quam vel
adversi ab eadem iustitia tollerent.
Sed quia amicos beati Job here
ticorum speciem tenere diximus libet
ut paucis quo Baldad verba
hereticorum surreptionibus congruant
demonstremus. Hii quippe dum
sanctam ecclesiam temporali corripi
animadversione conspiciunt. [illegible] au
dacius in iactantia prospere predica
tionis intumescunt. et superni
examinis rectitudine pretendentes
prosperari se ex meritis asserunt.
illam vero affligi dignis re
tributionibus attestantur. Eo nobis
blandientibus surreptionis adi
tum primus in se dolores generant.
atque aliorum vitam exprobrantes
aliorum moribus feriunt. Ac si illi
iam iuste defuncti sint. quoniam de
deo digna credere noluit. Unde
Baldad suthites postquam divinam
iustitiam pretulit illico adiungit
Etiam si filii tui peccaverunt ei
et dimisit eos in manu iniquitatis 9
sue. tu tamen si diluculo sur
rexeris ad deum et omnipotentem
deprecatus fueris. si mundus et rectus
incesseris statim evigilabit ad
te. et pacatum reddet habitaculum
iustitie tue. Ac si afflictis ca
tholicis errorum predicatores dicant
vitam vestram providete et quia

pristina teneatis ex eorum qui inter
vos defuncti sunt dampnatione
cognoscite quia conditori om-
nium perfidia vestra displicet ne
quasi a nobis tam innoxios po-
pulos in tanta sententia sub(h)iceret
ait enim. Etiam si filii tui pecca-
verint ei. et dimisit eos in manu
iniquitatis sue. quasi aperte
dicens. In iniquitatis sue manu
dimissi sunt. qui vitam rectitudinis
nostre imitari noluit. Tu tamen
si diluculo surrexeris ad deum
et omnipotentem deprecatus fueris
quia eum se heretica tenebris luce vitare
estimat. Eam etiam quasi in
erroris nocte positam ad dilucu-
lum veritatis vocant. Ortus et per
agnitionem dei quasi per diluculum
surgat. et preteritum prave peccatum dil-
uat. Si mundus et rectus in-
cesseris. Mundus videlicet in co-
gitatione. rectus in opere. statim e-
vigilabit ad te. Ac si aperte dicat
quia is qui nunc tribulationibus
tuis intuitum sue protectionis
non exerit. quasi ab adiutorio
errantis dormit et pacatum red-
det habitaculum iusticie tue. i. pristine
vite contrarietates amonet et
tranquillitatis pristinus securitatem
prebet. Quia enim prave quisque tem-
porale gaudium singulare estim-
ant divine remunerationis bona
que ipsi anxie ambiunt. hec
xxvi A. alijs pro magno pollicentur. Unde
plerumque fit ut amissa recupera-
re spondeant. aut ad maiora
adhuc presentis vite premia audi-
torum suorum animos extendant.
Quod patenter Baldad exprimit
qui protinus adiungit. In tantum
ut priora tua fuerint parva et no-
vissima tua multiplicentur nimis.
Si vero habitaculum iusticie consilia
mentis vocat. afflictis catho-
licis errorum magistri premia
habitaculum iusticie promittunt. quia
si eos ad sua pertrahunt profecto
a contentione conticescunt. Nam
hij qui terrena adhuc potiuntur

tanto iam tranquillius temporali pace gau-
dent. quanto longius ab eterna
separantur. Opes quoque intelligentie
se sequentibus crescere spondent. Unde
et subditur. Interroga enim ut bona tua
fuerint parva et novissima tua
multiplicentur nimis. Sed quia
eorum verbis non facile creditur. qui
sepe vitam contemptibilibus demonstrant.
antiquorum patrum sententias proferunt
earumque rectitudine in argumentum sui
erroris inflectunt. Unde subditur.
Interroga enim generationem pristinam
et diligenter investiga patrum memo-
riam. Generationem pristinam et antiquorum
patrum memoriam nequaquam videri
sed investigari admonet. quia hi
in ea nolunt conspici. quod liquido cunc-
tis patet. Non magna vero more
bonorum quedam moralia docet
et qualis ex preteritis presentia colligun-
tur innuunt. atque ex hiis que ab
oculis nostris per transeundo subtracta
sunt. quam nulla sunt que videntur
demonstrat. Unde adhuc subdit.
Hesterni quippe sumus et ignoramus
quoniam sicut umbra dies nostri sunt
super terram. Generatio itaque pristina
in erroganda proponitur ut transire tem-
pus vite presentis sicut umbra
monstretur. quia videlicet si ea que erant
que etiam transacta sunt ad memo-
riam reducimus patenter cognos-
cimus quam celeriter hoc quoque fu-
giat quod tenemus. Sepe vero
heretici eosdem nobis cum patres
quos veneramur laudant. sed in
tellectu depravato ipsis nos eorum
laudibus impugnant. Unde et adhuc
subdit. Ipsi docebunt te et ex cor- B
de suo proferent eloquia. Nonnum-
quam superius dixerat. Spiritus multiplex
sermo oris tui. Nunc non reductis
ad memoriam patribus dicit. ex cor-
de suo proferent eloquia. Ac si vi-
tam sancte ecclesie heretica detestantes
dicat. Multiplicitate spiritus more
habes in corde non habes. Si illi

contra te audiendi sunt qui uba
ex ore pferentes · rcta vivendo docuerut
Sepe aute pm diu ... sue vicin
fortitudinis ignorat · audent alt
orum rcitudine laceraret / Cunqz tot
bonos auctoritate sibi i crepacois
arripiunt · aut ea bona pferunt q
no vivendo sz audiendo didicerunt /
aut ea mala alijs ingerunt ... ne
scientes que ipi comittunt / Sed
tam ea bona pferunt que sinare
co temptunt / Sciendu est quia
plerumqz vitas sic porta ad usaioz
sonat · ut eorum lingwa mores
vitam feriat · qui⁹ aliue rciti
dinis loquentes et ignorantes ipsi
sibi et alijs iudices / et fius accu
satores fiunt / Unde z baldad
mira quidem cont ypocritas ſ
dit / Sed mucrone ubi se i petit /
quia simulator iusticie nisi ex
alignatulo essz ipe doce iustum
nequaqz tanta temeritate psu
met / Quidem fortia valde sut
que dicit · sz hec stultis no quite
sapienti · prius no rcto dice debuit
quia et vecordem asserit · qui
ortis sitientibz in flumine aquam
fundit / Sz in tm postponentes
cui dicit pensemus subtilit q
dicit · ut nos plata instruant
quauis iustum sm auctoris i
pugnet / Sed q ... Nuquid vire pt
scirpus absqz humore · aut creste
carrectu absqz aqua. Cm baldad
scirpum aut carrectu coparet ype
ptinus apit cum subiugit / Cum
adhuc sit in flore ut carpatur
manu an omis herbas arestit
Sic vie om qui obliuiscunt
deum · z spes ypocrite pibit / Scir
pi ergo et carrecti nomine ypo
crite vitam signat · que speciem
quidem viroris habet · sed ad
humanum usum fructu utilitatis
no habet · que sterilitate opis arida
pmanens · solo sctitatis colore vi
ridescit / Sz neqz sine humore scir
pus · neqz sine aqua carrectum
pficit quia ypocritarꝫ vita ad bo

opa infusione quidem superni
muneris pficit · sed in cunctis
que agit exteriores laudes ap
petens · afructu pcepte infu
sionis i arescit · Sepe nanqz
mira signorum opa faciunt · ab ob
sessis corporibus spus pellunt ·
z p pphecie donu ventura qqz
sciendo pueniunt · sz tamen a
largitore tot munerꝫ cogita
cionis intencione diuisi sunt /
quia p eius dona non eius
gloriam · sed pros favores q
runt · Cumqz p accepta dona
in sua laude se elevat · ipis
muneribz contra largitore pug
nat · Inde quippe cont dante
superbiunt / vn ei amplius hu
les ee debuerunt · sz eo pm modu
eos districtior sna pcutit /
quo mir supna bonitas z in
gratos largius infundit / Fit
qz eis amplitudo muneris i
crementu dapnacois · quia
irrigati fructum no ferunt · sz
sub viriditatis colore vacui i
altum crescunt · Quos bene
p ewam vitas exprimit dicens · ait A
Multi dicent michi in illa die
domine due · nonne in nomine
tuo pphavimus · et i noie tuo
demonia eiecimus z in noie
tuo vtutes multas fecimus ·
Et tuc confitebor illis quia
nuqua novi vos · Discedite
ame qui opamini iniquitatem ·
Scirpus igit vel carrectum
sine aqua no vivit · quia in
minimum ypocrite no insi exsu
pno munere viriditatem bone
opacionis accipiunt / Sed qui
habent i usum pre laudis arri
piunt · in aqua quidem virides /
sed tamen inanes crescunt /
Bene aut subdit · cum adhuc
sit in flore nec carpat manu
an omis hrbas arestit / Scir
pus in flore est ypocrita i laude
sctitatis iro singulis surgens.

xviii c.

B

D

carpentium manu non carpitur.
quia exasperatis per arrogantiam
sensibus pravitate sua ypo-
crita corripi dedignatur. In
flore suo manu carpentis non
cadit. quia in laude ypocrita
positus si hunc quisquam corripere
audeat. asperitate sua protinus
vitium corripientis necat. Arguentis
manu se non esse carpit. sed vocem
et cum fortasse corripit quasi
inceptionis gloria detrimentatur.
deprehensum se in pravitate
irascitur. loqui sibi redarguentem
prohibet. quia velut in occulto
vulnere tactus dolet. quia talis in-
terius innotuit. talis vult ab
hominibus estimari et pacior
mori quam corripi. redargutione
deterior redditur. quia quasi dire
percussionis estimat iaculum
puritatis verbum. Unde exasperatus
protinus in contumelias surgit.
et que mala agere valeat contra
vitium correptionis inquirit. demonstrare
longe incomparabiliter reum
reprehensorem suum desiderat. ut
innocentem se non suis actibus
sed alienis criminibus ostendat. ita
ut sepe homo redargutionis
sue aliquid dixisse peniteat.
et quasi acceperit manum. Sic
a corripientis animo quidam ut
ita diversum sanguinis merorem
exit. Unde bene per Salomonem dicitur.
Pro. 9. Noli arguere derisorem ne oderit
te. neque enim iusto timendum est
ne derisor cum corripitur con-
tumelias inferat. sed ne tractus
ad odium peior fiat. Inter hec
sciendum. quod iustorum bona quia
ex corde incipiunt usque ad perpetue
vite terminum crescunt. ypocritarum
vero opera quia nequaquam sunt in
occulto radicata sepe ante de-
xx viii E ficiunt. quam presens vita finiatur. Nam
plerumque studio sacre eruditionis
insistunt. et quia hanc non
stipendiis virtutis. sed pro mercedis
favoribus inquirunt. statim

ut indicium humane ~~humane~~ laudis
arripiunt. et per hoc gratiam auditorum
provectus assequuntur tota mente se-
cularibus curis inserviunt. atque a
sacra funditus eruditione vacantes
et agendo post indicant quantum
temporalia diligunt. qui sola prius
etiam predicant. plerique autem assumpte
carnem spem maturitatis ostendunt
quiete silentii longanimitate pacis
continentie virtute decorantur. sed cum
per hec quesiti culmine honoris atti-
gerint. Cum quasi sibi iam reverentia
a cunctis impenditur. protinus se in las-
civiam voluptatis fundunt. et bona
se non ex corde tenuisse ipsi sibi
testes sunt. qui hec ante dimise-
runt. Alii nonnulli vero aliquid quod
possident tribuunt. atque indigentibus
cuncta largiuntur. sed tamen quoniam vite
terminum avaricie prurigine ac-
censi aliena appetunt. qui sua
largiri videbantur. et protinam post
crudelitatem attribuunt quod futurum
prius pietate reliquerunt. Unde bene
recte dicitur. Cum adhuc sit in
flore nec carpitur manu ante
omnes herbas arescit. Iustorum carnem
quippe intellexi et iusti herba sunt
propheta attestante qui ait. Omnis
caro fenum. Et autem omnes herbas
arescere scirpus dicitur. quia iustis
in bono permanentibus a viriditate
assumpte rectitudinis ypocritarum
vita siccatur. arescunt herbe etiam
reliquie. quia iustorum opera cum
carnis vita deficiunt. Sed herbarum
viriditatem scirpus prius perdit. quia
prius de carne ypocrita tabescit.
ea que in se ostenderit virtutum facta
derelinquit. De quibus bene etiam
psalmista dicit. Fiant sicut fenum
tectorum quod priusquam evellatur a-
rescit. ~~[illegible]~~ ++ quippe edificii in alto
nascitur. sed nequaquam pingui radice
solidatur. quia et ypocrita summa
quidem agere cernitur sed non in cordis

++ feni

excordis puritate solidatur. Quod nimirum sertum et non cuiuslibet actus arescat. quia videlicet et ypocrita et si in puritate vita adhuc subsistit, etiam sanctitatis operum quasi viriditatis speciem amittit. Qui enim sine intentione recte cogitationis bona studuit agere. hec amittens indicat se sine radice floruisse. Sed baldad sicut prediximus cui ~~[illegible]~~ est

scirpus — vel carectum comparet, illico apertum subiungit. Sic vie omnium qui obliviscuntur deum. et spes ypocrite

F. — peribit. Que enim cunctis suis operibus sperat ypocrita. nisi honoris reverentia gloria laudis. a melioribus metui. sanctus ab omnibus vocari. Sed peritura spes ypocrite non valet, quia eternitatis non querens fugit, quod tenet. nequaquam quippe mentis sue in tentio inpleta gloria fugitur. quam sine fide possidet. Sed cum transitoriis favoribus inhiat perdit percipiendo quod laborat, veritate attestante que

ait. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Sed hec spes recipiendi mercedem diu teneri non potest, quia postquam operibus honoris tribuitur. sed vita ad terminum urgetur. laudes resonant. sed ad finem cum laudibus tempora festinat, et quia nequaquam animus in eternitatis amore radicatur. cum ipsis perfecto rebus quas diligit labitur. Nemo namque valet mobilia diligere. et ipse immobilis stare. Qui enim transeuntia amplectitur. eo ipso ad cursum ducitur quo decurrentibus implicatur. dicatur ergo, et spes ypocrite peribit, quia humana laus quam magnis laboribus appetit in puncta temporum momentis deficit. Bene autem subditur

Non ei placebit vecordia sua. Magna quippe est vecordia laboriosa agere. et amore laudis inspirare forti opere. de sinire celestibus preceptis sed terrene retributionis premium querere, ut enim ita dixerim. qui pro virtute quam agit humanos favores desiderat. rem magni meriti vili pretio venalem portat. Unde regum

celi mereri potuit, inde nummum transitorii favoris querit. vili ergo pretio opus magnum vendit quia magna impendit, et minima

recipit. Omnibus itaque ypocrite similes mihi fecundis. sed neglectis vitibus existimunt. que ubertate fructum proferunt, sed nequaquam hoc pro studium actua sublevant. quia pingues palmites germinant, errantes bestie conculcant. et quo hunc uberius aspiciunt protectum eo in infimis avidius consumunt. quia nimirum ypocritarum opera dum gloriosa monstrant, quasi pinguia producunt. sed dum humanas laudes appetunt quasi in terra deserunt. Que huius mundi bestie maligni spiritus scilicet comedunt, quia hec ad usum perditionis inflectunt, tanto que ardencius recipiunt quanto et magna clarius innotescunt. Unde bene per prophetam dicitur

Culmus stans non est in eo germen. et non faciet farinam, culmus non facit cum hiis qui in pretium sancto perficit nil subtilitatis intelligit. nullum boni operis fructum reddit. Sed sepe et cum fecit farinam, hanc alieni comedunt. quia et cum bona opera ypocrite ostendunt, de hiis malignorum spiritium vota saciant, qui enim per hec placere deo non appetunt. nequaquam agri domini. sed alienos pascunt. Fecundo itaque ypocrite et neglecto palmiti similis servare fructum non valet. quia botrus boni operis in terra iacet. Sed tamen hunc ipsa sua vecordia pascitur, quia pro bono opere a cunctis honoratur, ceteris preeminet, subiectas hominum mentes tenet, maioribus locis attollitur, favoribus nutritur. hec vero ei sua vecordia placet interim sed non placebit. quia cum retributionis tempus advenerit

xxix
b

Iosue 8.

quod si et fecerit alieni comedent eam culmus quippe germen non habet cum vita meritis caret. farinam

in pena displicet q vecors fuit
Tunc se stulte egisse intelligit
cum pro delectatione carnis simul
dampne in crepationis acceperit
tunc se vecordem fuisse consi
derat, cum se pro temporali que pre
terit gloria perpetua tormenta cas
tigant. Tunc vero sententiam
supplicia aperiunt. quia profecto
perfecto colligit nil ''omnia quod
tunc sire potuisset. Unde recte subditur
h. Et sicut tela aranearum fiducia
eius. Bene ypocritarum fiducia
aranearum telis similis dicitur. quia
omne quod ad obtinendam gloriam ex
sudant. ventus vite mortalis
dissipat. Nam qui etiam non
queritur. bona temporalia cum tempore
amittunt. Pensandum quoque est
quod fila aranee per ordinem ducuntur
quia sua ypocrite qui subdistricto
ne opera disponunt. aranearum tela
studiose texitur. sed flatu venti dis
sipatur. quia quod quod ypocrita cum la
bore peragit. aura humani favoris
tollit. Et dum in appetitu laudis
opus deficit quasi in ventum la
bor evanescit. Sepe namque nisi
ad presentis vite tinnitum ypocritarum
facta perdurant. sed quia hec auc
toris laude non querunt. bona
ante dei oculos nequaquam fuerunt.
Plerumque enim ut prediximus sacre
legis eruditione fulciuntur. docte
ne verba proferunt. Omne quod sen
tiunt testimoniis accingunt. nec
tamen profectum vite audientium. sed
proprios favores querunt. quia
nec proferre alia noverunt. nisi que
auditorum verba corda ad repen
dendas laudes excitant. non
autem ad lacrimas accendant. mens
quippe concupiscentiis exterioribus
occupata ''igne amoris non calet.
Et ideo ad supernum desiderium in
flammare auditores suos nequeunt
verba que frigido corde pro
feruntur. Neque enim res que in se
ipsa ''arserit non aliud accendit.
Unde fit plerumque ut ypocritarum
dicta et ''alios erudiant. et eos
ipsos qui se proferunt elatos laudibus

doctiores reddant. Attestante etenim
paulo. Scientia inflat. caritas edificat.
Cum vero caritas ''non edificat docens''eri
git scientia in flando perimit. Plerum
que ypocrite mira abstinentia se af
fligunt. omne robur corporis atte
runt. et quasi carnis vitam funditus
tus in carne viventes extinguunt. Sic
que per abstinentiam morti appropinquant ut pe
ne cottidie morientes vivant. Sed
ad humanos oculos'' ad mirationis
nis gloriam expetunt. veritate attestan
te que ait. Exterminant facies suas xx.
ut appareant hominibus ieiunantes. J.
Nam ore palescit. corpus debili
tate quatitur. pectus interrumpentibus
suspiriis urgetur. Sed cum ista hec ab
ore proximorum sermo admirationis
queritur. nil que de tanto labore aliud
nisi estimatio humana cogitatur
Quos nimirum bene ille symon
significat. qui dominice passionis tempore
in angaria crucem portabat. de quo
scriptum est. Invenerunt hominem cyrenensem
venientem obviam sibi nomine symonem
hunc angariaverunt ut tolleret crucem
domini. Quod enim per angariam agimus
non hoc ex studio amoris operamur.
Crucem ergo ihesu in angaria por
tare est afflictionem abstinentie pro alia
qualibet necesse est intentione tolerare.
An non ihesu crucem in angaria portat
qui quasi ad preceptum domini carnem do
mat. sed tamen spiritualem patriam
non amat. Unde et symon isdem crucem
portat. sed nequaquam moritur. quia omnis
ypocrita quidem corpus per abstinen
tiam afficit. sed tamen ——— per
amorem glorie mundo vivit. quod contra
bene paulum de electis dicitur. Qui autem
sunt christi carnem suam crucifixerunt
cum vitiis et concupiscentiis. Cum
vitiis quippe et concupiscentiis carnem
crucifigimus. si sic gulam restringimus
ut iam de mundi gloria nil queramus
Nam qui corpus macerat sed hono
ribus anhelat. crucem carni intulit
sed mundo per concupiscentiam vivit. quia
sepe prelationis culmine locum et digni
tatem regiminis assequitur. qui nisi aliquid
virtutis ipse ostenderet nullatenus perciperet

honore meretur, sed transit quod delectabiliter obtinet, et penaliter quod sequitur manet. Sanctitatis autem fiducia in ore hominum ponitur, sed cum internus iudex cordis secreta examinat, testis vite exterius non queritur. Unde ergo dicitur: Sicut tela aranearum fiducia eius. Quia apparente cordis teste perit omne quod exterius de humano favore confidebat. Unde et adhuc apte subinfertur:

k Innititur super domum suam et non stabit. Sicut domus exterioris conversationis est edificium quod continet corpus, ita domus mentis cogitationis est res quelibet qua per delectationem continetur animus. Omne quippe quod diligimus quasi in hoc quiescentes habitamus. Unde Paulus, quia in supernis cor fixerat, intra quidem positus, sed tamen a terra exsul dicebat: Nostra conversatio in celis est.

phi 3 Mens itaque ypocrite nil aliud in omne malum quod agit nisi operationis sue gloriam querit. Nec curat quo perventura ducitur, sed quid interim dicitur. Domus ergo eius est delectatio favoris, quia quasi quietus inhabitat, quia per cuncta sua opera ad hanc se intus animum reclinat.

f Sed stare domus hec non valet, quia laus cum vita perit, et humanus favor in iudicio non subsistit. Unde et fatue virgines, que oleum in vasis non sumpserunt, quia in alienis scilicet vocibus gloriam et non in suis conscientiis habebant, turbate per sponsi presentiam dicunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostre extinguuntur.

ap 27 Oleum quippe a proximis querere est gloriam boni operis a testimonio alieni oris implorare. Mens itaque vacua cum cunctis suis laboribus nil se intus tenuisse invenit, testimonium foris querit. Ac si aperte fatue virgines dicant: Cum nos repelli sine retributione conspicitis, dicite in nostro opere quid vidistis. Sed frustra tunc ypocrita in hac domo laudis innititur, quia nichil ei in iudicio attestatio humana suffragatur. Quia eandem laudem quam post in testimonio exigit, prius in munere recepit. Vel certe super domum suam ypocrita innititur, cum vanis favoribus deceptus quasi de fiducia sanctitatis elevatur. Multa quippe ypocrite mala in occulto faciunt, quedam vero bona in publico. Cumque ex bonis patentibus laudes recipiunt, ab occultis malis considerationis oculos avertunt. Tales quippe se estimant xxxi quales foris audiunt, non quales intus noverunt. Unde fit plerumque ut ad supernum quoque iudicium cum fiducia veniant, quia tales se apud internum arbitrum credunt, quales ab hominibus foris habebantur. Sed stare domus ypocrite non valet, quia in terrore districti examinis omnis ante acta fiducia sanctitatis cadit. Cumque sibi alieni oris testimonia deesse cognoverit, ad sua se opera enumeranda convertit. Unde et adhuc subditur: Fulciet cij eam et non consurget. Hoc namque quod per se stare non valet fulcitur ut stet. Quia enim vitam suam ypocrita in iudicio labefactari conspicit, hanc fulciendo statuere operum enumeratione contendit. An non laudis sue sustentaculum querunt inde fulcire qui facta sua ut perfecti sunt in iudicio enumerantes dicunt: Domine, Domine, mt 7 nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo demonia eiecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Sed domus laudis tot allegationibus fulta minime consurgit, quia protinus iudex dicit: Numquam novi vos; discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Et scriptum est, quia hoc quod consurgit ab infimis ad superiora se erigit. Domus ergo ypocrite surgere non valet, quia per omne quod in mundo precepta celestia agere potuit, terra animum iniqua tenuit. Iure igitur tunc nequaquam ad premium retributionis erigitur, qui per hoc quod nunc exhibet in appetitu glorie temporalis iacet. Sed quia vita ypocrite stirpis appellatione signata, qualis in iudicio

repelletur audiamus quousque districtus
iudex appareat. qualis ab hominibus
videatur habeatur. audiamus. Sequitur.
R. Humectus videtur antequam veniat
sol. Sepe in sacro eloquio domini
solis appellacione figuratur. sicut
per prophetam dicitur. Vobis autem qui
Malach 3 timetis nomen domini orietur sol
iusticie. Et sicut repulsi in iudi
cio impii dicere in sapiencie libro de
7. scribuntur. Erravimus a via veri
tatis. et lumen iusticie non luxit
nobis. et sol non est ortus nobis.
Ante solem ergo scirpus humi
dus cernitur. quia priusquam divina
districcio in iudicio candeat omnis
ypocrita in fusum se gracia sanctitatis
ostentat. quasi virens aspicitur
quia iustus estimatur. honoris
locum obtinet. de gloria sanctitatis
pollet. admiracionis veneracionem defert.
opinionis laudibus extenditur. Scirpus
itaque iste in nocte humidus est.
sole autem veniente siccatur. quia
nimirum ypocrita in tenebris vi
te presentis sanctus ab omnibus
creditur. Sed dum districtus
iudex venerit. quid sit intus ap
parebit. Dicitur ergo. Humectus
videtur antequam veniat sol. quia vi
vente se iam humanis oculis ex
hibet. sed in calore tunc divini
O iudicii arescit. Sequitur. Et in ortu
suo germen eius egredietur. Herba
quelibet nascendo prius aerem
producitur. aura et estu tangitur.
sole ac pluviis nutritur. et tunc
demum ad producendum sui seminis
germen apparet. Scirpus non cum
flore suo nascitur. moxque ut a
terra surgit. sui secum seminis
germen producit. Bene ergo per
herbas reliquas sanctus quilibet
per scirpum vero ypocrita designatur.
quia iusti viri prius in opere
sancte conversacionis oriuntur. huius
vite hyemem tollerant. eosque simul
persecucionum estus fatigat. sed cir
ca fructum nequaquam hic sue re
titudinis retribucionem querunt. cum
vero [illegible] mundi laboribus

exeunt ad eternam patriam venientes
expectata retribucione perfruuntur. Ac
contra ypocrita. quia mox ut in
bono opere nascitur. presentis mundi glori
am recipere conatur. quasi scirpi more
cum germine oritur. qui pro eo quod bene
vivere incipit exigit statim ut a cunc
tis honoretur. Germen itaque in ortu
est remuneracio in inchoacione. Sepe nam xxxij p
que nonnulli apte sanctitatis vias
deserunt secularitatis. habitum sumunt.
moxque ut prima limina boni vive
ndi contigerint. obliti qui fuerint
affligi iam priorum de consummatione
nequicie nolunt. laudari autem
de inchoata iusticia appetunt. Per
cetis etiam melioribus contempnunt.
quos plerumque dum iuxta votum
prius perversitas sequitur. multo quam prius
fuerant de secularitatis habitu peiores
fiunt. Nam rebus multiplicibus
occupati. atque ipsa occupacione con
fusi. non solum perpetrata minime deplo
rant. sed adhuc que deplorent co
aggerunt. Cum enim mundum dese
runt ad potiora officia provehi
non debent. nisi perfunctorie divinis
et eiusdem mundi contemptu pollident.
Citius namque bona depereunt. que
hominibus ante tempus innotescunt.
quia et arbusta plantata priusquam
fixa radice coalescant si manibus
contingens tangitur arescit. At si
in altum radix figitur. et sic humori
bus concepta solidatur. hec et manum
impellit sed non ledit. hec et ventorum
flatus in flectendo concuciunt sed non
evertunt. Sic ergo ornatur vita cepti
operis. dum ac robuste in alte humi
litatis figenda est radix cordis. ut
cum ab humano ore detraccionis
aura vel favoris flaverit. et si in
qualibet parte utrumque inclinat animum
funditus non eradicat sed ad statum suum
pertinus post inflexionem redeat. sicque
se fortis in radice perdurat. Quod
in rebus excrescentibus pietate surge
te robustius. qui tamen si dum
constituit inspectatur statim sine labore
destruitur. Si autem per spacium temporis ab
humore exsiccari permittitur. sepe et

ictibus citius quassatur. Sic sic bona
inmatura et intempestive manifestata de-
periunt, et diutius occultata solida-
tur, quia humane occupacionis ma-
nus cum incipiente conversacionis
nostre vitam contigerit quasi recentem
parietem impellit. eamque facile destruit
quia adhuc humorem infirmitatis
proprie non amisit. Cum vero longa
quietis sue abieccione se animus
comprimit quasi more exsiccati pa-
rietis contra ictus obdurescit et
confractum percussus resilit, omne
quod solido impactum fuerit. Hinc est quod
vitam inchoancium moyses humanis
occupacionibus exerceri prohibent dicens
Deut° Non operaberis in primogenito bovis
17 et non tondebis primogenita ovium.
In primogenito quippe bovis operari est
bone conversacionis primordia in exercitio
publice actionis ostendere. Ovium
quoque primogenita tondere est ab
occultacionis sue tegmine humanis
oculis inchoancia bona denudare.
In primogenito ergo bovis operari
prohibemur atque a primogenitis ovium
tondendis compescimur, quia etsi
quid robustum incipimus exercere hoc
in aperto citius non debemus. Et cum
vita nostra simplex quid atque in-
noxium inchoat dignum est ut secre-
ti sui velamina non relinquat, ne
indumentum hoc humanis oculis quasi
subducto vellere ostendat. Abso-
la ergo divina sacrificia boum
primogenita ovium proficiunt,
ut quod quod forte simplex innocuum
incipimus, hoc ad honorem intimi
iudicis in ara cordis immolemus. Quod
ab illo procul dubio tanto libencius
accipitur quanto et ab hominibus occul-
tatum nulla laudis appeticione
maculatur. Sepe autem nove conversa-
cionis primordia adhuc ex carnali
sunt vita commixta. Et ideo innotes-
cere citius non debent, ne cum laudantur
bona que placent, deceptus laude
sua animus deprehendere non queat
mala que latent. Unde recte rursum
per moysen dicitur: Quando ingressi fueritis
terram quam ego dabo vobis et
plantaveritis in ea ligna pomifera,
auferetis preputia eorum. Poma que

Levitici 19

germinant immunda erunt vobis nec
edetis ex eis. Ligna quippe po-
mifera sunt opera virtutibus fecunda.
Preputia vero lignorum auferimus, xxxiiii c.
cum de ipsa inchoacione infirmitatis
suspecti primordia nostrorum operum non
approbamus. Poma autem que germinant
immunda dicimus, nisque esibus non
optamus, quia cum primordia
laudantur boni operis dignum est
ut hoc animus non pascat operantis,
ne dum accepta laus suavis
carpitur fructus operis intempestive
comedatur. Qui ergo inchoante
virtutis ab humano laudes ore re-
cepit quasi plantati ligni ante
tempus pomum comedit. Hinc
per psalmistam dicitur: Vanum est vobis
ante lucem surgere; surgite postquam
sederitis. Ante lucem quippe sur-
gere est prius quam claritas eterne retri-
bucionis appareat in presentis vite
nocte gaudere. Sedendum ergo pri-
us est, ut post recte surgamus,
quia quisquis nunc sese sponte non
humiliat nequaquam hunc sequens
gloria exaltat. Quod igitur illic
ante lucem surgere, hoc hic ypocrite
in ortu est germen proferre, quia Mt 23
humanas laudes desiderans ubi
ad opus bonum nascitur ibi mox
appetit ut gloriam retribucionis
assequatur. An non in ortu suo hu-
iusmodi germen protulerant de quibus
veritas dicebat: Amant primos
discubitus in cenis et primas
kathedras in synagogis et sa-
lutaciones in foro et vocari ab
hominibus rabbi. Pro eo ergo quod bene
agere incipiunt quia honorem
consequi ab hominibus conantur,
quasi scirpi more abortu suo
cum germine exsurgunt. Hii ni-
mirum cum recta operari appetunt,
prius mente sollicita eiusdem
operis sui testes querunt, et tacita
cogitacione pertractant si sint qui
gerenda videant, si digne hec
eloqui qui viderint possint. Si
vero eorum facta nullum fortasse
hominum contingat aspicere hec se

procul dubio estimat perdidisse. Et
in ceterorum arbitrio oculos quasi
absentes deputant. quia ab eo
vicem sui operis recipere in posterum
non recusant. Et qui cum rectum
quid ypocrita egerit videri
a multis querit. Bene adhuc
R. de hoc scirpo subiungitur. Super
acutum petrarum radices eius de-
fixe sunt. et inter lapides commora-
bitur. Quid enim radicum nomine
nisi latentes cogitationes acci-
pimus. que in occulto prodeunt
sed in ostensione operum per aptum
surgunt. Sicut et de absconditis
ys 31 per prophetam dicitur. Et hoc quod salvatum
fuit de domo iuda. et quod
reliquum est mittet radicem
deorsum. et faciet fructum sur-
sum. Radicem quippe deorsum
mittere est cogitationem bonam
in abditis multiplicare. fructum
vero sursum facere est efficacia o-
peris recta que cogitatur ostendere.
Lapidum vero nomine in scriptura
sacra homines designantur. Sicut
ecclesie sancte dicitur per prophetam. Po-
7x nam iaspidem propugnacula tua
et portas tuas in lapides scul-
ptos. Qui eosdem lapides quid
dixisset aperuit. cum subiunxit.
Universos filios tuos doctos
a domino. Et sicut admonente petro
1 pet 2 dicitur. Et vos tamquam lapides
vivi superedificamini in domos
spirituales. Hoc itaque loco quia
lapides dicti sunt. sed tamen
vivi minime dicuntur. nuda ap-
pellatione lapidum per omnia
possunt reprobi et electi figurari.
Scirpus itaque iste qui inter
lapides commoratur super acutum
petrarum radices dedit. quia
omnis ypocrita cogitationes
suas in exquirenda hominum ad-
miratione multiplicat. Petrarum
enim quod ypocrite faciunt. quia
occultis cogitationibus laudes hominum
requirunt. quasi radices scirpi
in acutum petrarum mittunt. Opta-
tum quippe laudes suas cogi-
tant laudari aut has se iam

tanti in cogitationibus pensant. Hanc et
se pre ceteris in humana estimatione
claruisse. Tumque in statum favoribus
apud semetipsos intumescunt. Sepe
mirantur tanti etiam ipsi quid sunt
videri cottidie semetipsos altiores
cupiunt. at miris inventionibus
sepe excrescunt. Quia sicut unus
omnes enervat. sic arrogantia ro-
borat. Cogit namque mente inveni-
re. et contra vires valere. quia xxxiiii 8
et quod negat vigor valitudinis
impertit amor laudis. Unde se ipsos
suis ut dixeram arbitros constituunt.
Si vero eorum operi testes desint
eo tingat. narrant ipsi que gesse-
runt. Cum efferri favoribus cepe-
runt. sepe easdem suis operibus que
egisse se referunt. mendacio aliquid
adiungunt. Cum vero et vera di-
cunt hec dicendo aliena fiunt.
quia quesitis remunerati favoribus
ab eorum interna retributione vacua-
tur. Ideo enim quod bona sua pa-
tefaciunt. ostendunt malignis spiritibus
quasi insidiantibus hostibus que per-
dent. Quorum profecto vitam illa
cunctis notissima ezechie culpa
figuravit. qui postquam una prece
et sub unius noctis spacio. Centum
ys 31 octoginta quinque milia hostium an-
gelo feriente prostravit. Postquam
occasum proximum ad altiora celi
spacia solem reduxit. Postquam
vitam propinquante iam fine coar-
tatam in tempora longiora protelavit.
Susceptis babylonii regis nunciis
bona omnia que possidebat ostendit.
Sed prophete voce protinus audivit. Ecce
dies venient et auferentur omnia
que in domo tua sunt in babylo-
ys 39 nem non relinquetur quidquam dicit
dominus. Sic sic nimirum ypocrite
postquam magnis virtutibus excreverunt
quia cavere malignorum spirituum in-
sidias negligunt. et celari terrenis
virtutibus nolunt bona sua oste-
dendo ostium faciunt. et perdentes
subito amittunt. quidquid diutius
studentes operantur. Hinc psalmista .T.

dicitur: Tradidit in captivitatem vir-
tutem eorum et pulchritudinem eorum
in manus inimici. Virtus quippe
et pulchritudo arrogantium in inimici
manibus traditur. quia omne
bonum quod pro concupiscentia laudis
ostenditur. occulti adversarii iuri manci-
patur. Hostes namque ad rapina
properant qui suas eorum noticie di-
vicias denudat. Quoniam enim
ab eterne patrie securitate disiun-
gimur. in latronum insidiancium iter
ambulamus. Qui ergo in itinere
depredari formidat. abscondat
necesse est bona que portat. O
miseri qui affectantes laudes
hominum in semetipsis dissipant fruc-
tus laborum. Cumque se ostendere
alienis oculis appetunt. clamant
quod agunt. Quos nimirum maligni
spiritus ... ad iactanciam provocant
eorum sicut divinus opera captiva-
tos denudat. Unde sub cuiusdam
gentis specie antiquorum hostium
maliciam signans per prophetam dominus
dicit: Posuit vineam meam in
Ioel 1 desertum. ficum meam decorticavit. nudans
expoliavit eam. albi facti
sunt rami eius. Insidiantibus
quippe spiritibus dei vinea in desertum
ponitur. cum plena fructibus anima
humane laudis cupiditate dis-
sipatur. Ficum dei gens ista decor-
ticat. quia seductam mentem fa-
voris appetitu rapiens quo hanc
ad ostentacionem pertrahit. tegmine ei
humilitatis tollit. eamque nudam spo-
liat. quia quoniamque in bonis suis
abscondebatur quasi proprii tegminis cor-
tice vestiebatur. Cum vero mens hoc
quod egerit. videri ab aliis concupiscat.
quasi spoliata ficus eam que se
texerat corticem amisit. Ubi apte
subditur: Albi facti sunt rami eius.
quia ostensa humanis oculis eius
opera candescunt. De sanctitate nomen
sumunt. cum recta actio divulgatur.
Sed qui subducta cortice rami fi-
ci huius arescunt. solerter intuen-
dum est. quia facta arrogantium
humanis oculis ostensa, unde placere
appetunt. inde siccantur. Mens itaque
que per iactanciam prodita decorticata

recte ficus vocatur. quia et candida
est per hoc quod cernitur. et sicttitura pro-
xima per hoc quod tegmine corticis
denudatur. Intus ergo sunt ser-
vanda que agimus si ab in-
terno iudice et arbitro mercedem re-
cipere nostri operis expectamus. Hinc
est enim quod in ewangelio veritas di- Mt 7
cit: Nesciat sinistra tua quid faciat
dextera tua. ut sit elemosina
tua in abscondito. et pater tuus qui
videt in abscondito reddet tibi.
Hinc est quod de electorum gloria XXXV
psalmista dicit: Omnis gloria
eius filie regis ab intus. Hinc
Paulus ait: Gloria nostra hec
est testimonium conscientie nostre. 2 Cor 1
Filia quippe regum eccia que
in bono est opere spiritualis princi-
pum predicatione generata. gloriam
intus habet. quia hoc quod a-
git in ostensionis iactancia non
habet. Gloriam suam Paulus
testimonium conscientie memorat. quia
favores oris alieni non appe-
tens vite sue gaudia extra
semetipsum ponere ignorat. Occul-
tanda sunt ergo que agimus
ne hec in huius vite itinere in-
caute portantes latrocinancium spi-
rituum incursione perdamus. Et tamen
veritas dicit: Videant opera Mt 7
vestra bona et glorificent patrem
vestrum qui in celis est. Sed aliud
est profecto cum in ostensione glo-
ria operis queritur largitoris. aliud
cum laus privata concupiscitur de
dono largientis. Unde rursus in
ewangelio hec eadem veritas dicit: At- Mt 7
tendite ne iusticiam vestram facia-
tis coram hominibus ut videa-
mini ab eis. Opus ergo nostrum
cum hominibus ostenditur in corde
prius examinatione pensandum
est per eiusdem ostensionis stu-
dium quid queratur. Si enim dantis
gloriam querimus etiam publi-
ca nostra opera in conspectu illius
occulta servamus. Si vero per hec
laudem nostram concupiscimus fo-
ras ab eius conspectu fusa iam
sunt. etiam si ea multi ignorent.

Perfectorum est opere gloriam non querere.

Sz valde pfectorum est sic ausso
ope auctoris gloriam querere
ut de illata laude puata ne
sciant exultatione gaudere.
Tunc solum namque in noxie
hominibus laudabile opus osten
ditur cum p defectum mentis
vacue laus impensa captatur.
Sana quia in firmi quique per
fecte contempnendo non superant. Re
stat necesse est ut bonum quod
operantur abscondant. Sepe enim
ab ipso ostensionis exordio p
priam laudem querunt. sepe vero
in ostensione operis auctoris pa
tefacere gloriam cupiunt. sz ex
cepti favoribus et laudis proprie
cupiditate rapiuntur. cumque semet
ipsos diiudicare intus ne
glexerint. sparsi extus ignorant
quod agunt. eorumque operis sue e
lacioni militat. atque hoc se i
pende ob sequio largitionis pu
tant. Scirpus ergo inter la
pides commoratur. quia ibi ypo
crita stat. ubi mentis sue in
tencionem solidat. Nam cum at
testacionem multorum prope ambit
quasi in lapidum collectione
sub sistit. Sed iste ypocrita
scirpi appellatione signatus
cum corpus abstinencia domat
cum largiendo que possidet
studio pietatis exsudat. cum
noticia sacre legis eruditur
cum verbo predicationis utitur
quis hunc tanta largitate ple
num conspiciens. a gratia esti
met largitoris alienum. Et tamen
superna dispensatio largitur hunc
dona operis et sortem denegat
hereditatis. operandi munia cumu
lat. et tamen vitam operantis
ignorat. quia cum perceptum mu
nus ad laudem propriam trahit
in conspectu lucis in time um
bra elacionis obscurat. Unde
et subditur. Si absorbuerit eum
de loco suo negabit eum et dicet
non novi te. Ypocritam absor

betur cum aspectus vite favoribus
morte interveniente separatur. Sz hunc
absorptum internus arbiter negat.
seque eum nescire denunciat. quia
simulationis vicium iuste reprobando
veritatis ignorat. nec recognoscit
eius bona que egit. quia hec ex
recta intencione non protulit. Unde et
fatuis virginibus in iudicium venientibus
dicat. Amen dico vobis nescio vos
In quibus dum mentis corruptos
considerat. carnis eciam in corruptos
dampnat. Sed utinam ypocritis sola
sua perdicio sufficeret. et nequaquam per
versa eorum studia ardenter alios ad
vitam duplicitatis instigarent.
Hoc namque unusquisque proprium esse probat
ut qualis ipse fuit. tales sibi co
niungi et alios velit. diversitate vite
refugiat. atque ut hoc imitandum
imprimat quod amat. Unde rapuit
ypocritarum sensum simplicitas omnis
in cunte est. Captis quippe mentes
diiudicant. et puritatem cordis he
bitudinem vocant. cumque quos sibi
adherere cupiunt. a simplicitatis iti
nere diverterint. et quasi ex pulsa
in sapiencia eos erudisse se esti
mant. in quibus puritatem mentis
id est artem superne debellant. Quia
vero non solum ex sua pravitate yp
pocrita. sed ad meta eciam sequacium
perditione reprobatur. postquam non con
gnosci a iudice dicitur. recte protinus sub
infertur. Hec est enim leticia vie eius
ut rursum de terra alii germinet.
Ac si aperte diceret. Veniente iudice
nequaquam cognoscitur. sed multiplicata
supplicia accipiet. quia eo elacius
in sua iniquitate letatus est. quo
et in aliis mala propagavit. Cum
enim hic non sufficit in iniquitate
propria torqueatur. illic necesse est
ex merito reatus alieni. Nunc
itaque simulatores gaudeant et
humana iudicia se obtinuisse
glorientur. Despiciant instructorum sim

Margin notes (left): x. — y. — mt 27
Margin notes (right): xxvi. z. — 7.

plicitatis atque calliditate duplicium
simultatis vocetur. Cito despectus sim-
plicium transit. citius duplicium gloria
pertransit. Unde et apte subiungitur. Deus
non proiciet simplicem. nec porriget
manum malignis. Quia nimirum
districtus in iudicio apparens et despec-
tum simplicium erigit glorificando
et malignorum gloriam reprobando con-
fringit. Maligni enim vocantur ypocrite
qui bona non bene faciunt et recta
quoque sub studio laudis operantur.
Manum namque cui porrigimus. hunc
videlicet ab yimis elevamus. Malignis
vero deus manum non porrigit
quia querentes terrenam gloriam deus
in ymo delinquit. Et quamlibet
recta videantur esse que agunt
hos ad gaudia superna non provehit.
Vel certe ideo maligni appellantur
ypocrite quia benignitatem erga
proximos ostendunt. et dolos sue
iniquitatis operiunt. Pene omne na-
que quod vel faciunt vel locuntur sim-
plicitatem extinus exhibent. sed
per subtilitatem intus duplicitatis
callent. Puritatem in superficie simu-
lant. sed semper maliciam sub specie pu-
ritatis occultant. Contra quos bene
Deut. 9 per moysen dicitur. Non induens vestem
ex lana linoque contextam. Per lanam
quippe simplicitas. per linum vero sub-
tilitas designatur. Et nimirum vestis
que ex lana lino que conficitur. linum
intrinsecus celat. lanam in superficie
demonstrat. Vestem ergo ex la-
na linoque contextam induit
qui in locucione vel actione. qua
utitur intus subtilitate malicie
operit. et foris simplicitate inno-
cencie ostendit. Quia enim sub
puritatis ymagine. deprehendi cal-
liditas non valet. quasi sub lane
grossitudine linum latet. Bene autem
post reprobacionem duplicium iustorum
remuneracio demonstratur cum pro-
3. tinus subditur. Donec impleatur risu
os tuum. et labia tua iubilo. Os
quippe iustorum tunc risu replebitur

cum eorum corda finitis fletibus
eterne leticie exultacione satiantur.
De hoc risu Veritas discipulis dicit. Io 16
Mundus gaudebit vos autem
contristabimini. sed tristicia vestra
vertetur in gaudium. Et rursum
videbo vos et gaudebit cor
vestrum. et gaudium vestrum nemo
auferet a vobis. De hoc risu
sancte ecclesie Salomon ait Pu ulto
Ridebit in die novissimo. De hoc
iterum dicit. Timenti dominum bene Eccl. 1
erit in extremis. Non risus est
corporis sed tunc risus erit cordis.
Risus enim nunc corporis dela-
cionis dissolucionis. Nam risus
cordis tunc de leticia nascitur
securitatis. Cum ergo electi os
implentur gaudio manifeste con-
templacionis quasi ad hylaritatem
risus excitat amore mentis.
Jubilum vero dicimus cum tantam Jubilus
leticiam corde concipimus quantam
sermonis efficacia non explemus.
et tamen mentis exultacio
hoc quod sermone non explicat vo-
ce sonat. Bene autem os risu re-
pleri dicitur. et labia iubilo. quia
in illa eterna patria. cum iustorum Laus vocalis erit in patria
mens in exultacione rapitur lin-
gua in canticum laudis elevatur.
Qui quia tantum vident quan-
tum dicere non valent. in risu
iubilant. quia non explendo
resonant quod amant. Hoc autem XXXVIII
dicit. Non quod omnes deus eo usque
malignos non sublevet. quousque
quod electos suos in iubilacionis
gaudia assumat. ac si post a
pena eripiat. quos nunc in culpa
deserens dampnat. Sed quia hic
nequaquam vel ante iudicium faciat
tamen dubium hominibus videri
possit an fiat. Nam pro electorum
suorum iubilum. quia malignis
manum non porrigat. ex ipsa
iam districtione ultimi exami-
nis constat. Hinc namque et per
psalmistam dicitur. Dixit dominus

Domino meo sede a dextris
meis. Donec ponam inimicos
tuos scabellum pedum tuorum.
Non quo a dextris dei nequaquam
Dominus sedeat postquam inimi
cos feriens eius potestati substitit
sed quo in eterna cunctis beatitudine
presidet. et post superna rebellium
suorum colla conculcet corda
in qua nimirum consistit. quia
subiectis hostibus sine fine et
posterius regnat. Sic per evangelium
de marie sponso dicitur. Et non
cognovit eam donec peperit
filium suum primogenitum. Non
quo hanc post nativitatem
dei cognoverit. sed quo nequa
quam contigit. etiam cum condi
toris sui matrem esse nesciuit
Nam quia eam contingere ne
quaquam valuit. postquam redemp
toris nostri exeuntis utero cele
brius agnovit. de illo perfecto
tempore necesse erat. ut evangelista
testimonium fieret. de quo propter
yoseph ignorantiam dubitari
potuisset. Sicque nunc dicitur. Deus
non proiciet simplicem. nec porriget
manum malignis. donec
impleat risu os tuum et labia
tua iubilo. Ac si aperte diceretur
Vitam simplicium nec cum iudicium
deserit. et malignorum mentes
descendo percutit. nec priusquam
appareat permittit. Nam quia
sine fine reprobos cruciet et elec
tis eius impetum. postquam appa
ruerit regnet. perfecto dubium non
A. est. Sequitur. Qui oderunt te induentur
confusione. Iustorum hostes in
extremo examine confusione
induuntur. quia cum tunc scripta ma
la redundare sibi cum oculos
mentis aperuerint. suus eos
undique deprimens reatus nescit.
Ad penam quippe tunc factorum suorum
memoriam tolleratur. quem nunc
quasi a sensu rationis extranei

gaudentes peccant. Ibi vident quantum
debuerunt fugere quod amaverunt. Ibi
conspiciunt quam lugubre fuit. quod nunc
in culpa gratulantur. Tunc eam reatus
obnubilat. et ex recordatione sue ia
culis ipsa se conscientia impugnat. Ob
igitur digne penset in iniquorum confu
sio quanta tunc erit. quando et foris
eternus iudex cernitur et intus cum ocu
los et culpa cernitur. Qui ad hec
ideo perveniunt. quia sola hic transi
toria dilexerunt. unde et aperte mox
subditur. Et thabernaculum impiorum B
non subsistet. Thabernaculum quippe
construitur ut ab estu corpus et frigore
defendat. Quid itaque hoc loco
thabernaculi nomine. nisi edificatio
terrene felicitatis exprimitur. Pro quam
reprobi super se casura multiplicant
ut se caducis vite necessitatibus
quasi ab estu et imbribus defendant.
Honoribus namque excrescere ambiunt
ne despecti videantur terrena aggre
gando exaggerant ne inopie fri
gore thabescant. Contempnunt autem
quod sequitur. et tota intentione satha
gunt nequid in presentibus desit. Stu
dent nomen dilatare ne lateant
et si cuncta ad desiderium suppetant
munitos se in omnibus et felices pu
tant. Ubi ergo mentis habitationem
construunt. ibi procul dubio thaberna
cula fixerunt. Adversa in pace
proferunt. venisse in prosperis letantur.
sola que assunt cogitant. nec ad
effectum celestis patrie ulla recorda
tione suspirant. Gaudent sibi sup
petere bona que cupiunt. atque ubi
carne requiescunt. ibi et mente ex
tinguendo sepeliunt. Quia scilicet
curie telo trucidati terrenarum rerum
aggerem. quem foris exquirendo
multiplicant. hunc semper interius
per cogitationem portant. At contra iusti
nec oblata bona hic pro magno
suscipiunt. nec illata mala valde
pertimescunt. Sed et cum bonis pre
sentibus utuntur. ventura mala me
tuunt. et cum de malis presentibus

gerunt bonorum sequentium amore con-
xxxviii C solant[ur]. Hic quia temporali refovent[ur]
subsidio sicut viator in stabulo
utit[ur] lecto. pausat et recedere festinat
quiescit corpore et ad aliud tendit
mente. Non nunquam vero et adversa
perpeti appetunt et transitoriis prosperari
refugiunt ne delectatione itineris
a patrie perventione tardent[ur]. ne
gressum cordis in via peregrinationis
figant. et quandoque ad conspectum celestis
patrie sine remuneratione perveniant
gaudent despici nec dolent se ne-
B cessitatibus affligi. Quia ergo con-
tra adversa presentia se non muniunt
quasi contra estus et pluvias
hic thabernaculum nolunt. Unde et
petrus iure reprehenditur. quia nec
dum mente perfectione roboratus
Mt 17 virtutis claritate cognita in terra
figere thabernaculum conat[ur]. Iusti ita-
que hic se construere negligunt. ubi
peregrinos se et hospites noverunt.
Quia enim in propriis gaudere deside-
rant. esse felices in alieno recusant.
Iniusti autem quanto longius ab
eterne patrie hereditate divisi sunt
tanto in terra altius fundamenta
figunt cogitationis. Hinc est quod ab
ipso humane conditionis exordio
in electa prole enoch septimus nas-
D citur. Hinc est quod cayn primum filium
suum Enoch vocat. atque ex eius
nomine civitatem quam condidit
Je. 7 appellat. Enoch quippe dedicatio
Je. 8 dicitur. Iniqui ergo se in primor-
diis dedicant. quia in hac vita
que ante est cordis radicem plan-
tant. ut hic ad votum floreant
et a sequenti patria funditus ares-
cant. Ex iustis vero enoch septi-
mus oritur. quia eorum mente festa
dedicatio in fine servat[ur]. Hinc est
quod attestante paulo abraham in
Hebr casulis habitat. quia habentem funda-
11 mentum civitatem quam supernus
artifex construxit exspectat. Hinc
est quod iacob greges ovium sequens
humiliter gradit[ur]. Atque hinc esau

[illegible] .22

obviam veniens tumultu mul-
tiplicis comitatus elevatur.
Quia nimirum et electi hic elationem
non habent. et in bonis carnis re-
probi leti tumet. Hinc ad israel
dominus dicit. Si elegeris virum Deut°
de populo tuo. et constitueris super te 17
regem. non faciet sibi equos et
equites. Et tamen primus rex
ab eodem populo electus. repente
ut culmen potestatis attigit tria 1 Reg 13
milia sibimet equitum elegit.
in elatione protinus prodiit
ad edificationem percepti culminis
erupit. quia foris restringere
sub equalitate non potuit. quod in-
tus animos super ceteros tume-
bat. Quasi nimirum sibi dives
ille thabernaculum construxerat. qui Luc 12
dicebat. Anima habes multa
bona reposita in annos mul-
tos. requiesce comede bibe et
epulare. Sed quia eius tha-
bernaculum in viciis fundamento
non subsistit. Illico audivit. Stul-
te hac nocte animam tuam repe-
tunt a te. que autem parasti cuius
erunt. Bene ergo dicit[ur]. Tha-
bernaculum autem impiorum non sub-
sistet. Quia vite fugientis ama-
tores. dum studio sese in presen-
tibus constituunt. repente ad supplicia
eterna rapiunt[ur]. Liber Nonus

Perverse mentes
si semel ad studium contra-
rietatis eruperint. sive prava
sive recta quedam. a contradicentibus
audiant. adversus hec rufiori-
bus impugnant. quia cum
persona per contrarietatem displi-
cent. nec vera que protulerint
placent. At contra bonorum F
corda quibus in odium non venit
persona. sed culpa sic perversa
diiudicant. ut que recte as-
sumunt dicant. Discernendis
quippe contradicentium sensibus
equissimi arbitres resident.
et sic male prolata respuunt

ut tamen appetent que ex vi
tate cognoscunt/ Solet et nag
m^r spinarum multitudine. etiam
destringis semine spicam succrescere
Cauta igitur manu operantis a
gendum est. ut dum spina
tollitur spica nutriatur. quatinus qui
studet eradicare quod pungit. no
uerit seruare quod reficit/ Unde
et beatus Job. quia baldad suu
thes recte prius inquisitionem dixerat
Nunquid dominus supplantat
iudicium. aut omnipotens subuertit
quod iustum est/ Quia verum in
ypocritis iusta robustaque pro
tulerat. bene hec et contra
nos generaliter prelata cognoscens
studium proprie defensionis calcat
atque audita primus approbat
cap^m ix. Dicens. Capitulum nonum.
1 Vere scio quod ita sit. et quod non
iustificatur homo compositus deo
Homo quippe compositus deo
iusticiam percipit. contra positus amittit
Quia quisquis se auctori bo
norum comparat. bono se quod accepe
rat priuat. Qui enim accepta
bona sibi arrogat. suis contra
deum donis pugnat. Unde
ergo despectus erigitur. dignum
est ut acceptus inde destruatur.
Sanctus autem vir quia omne vir
tutis nostre meritum esse vicium
conspicit. si ab interno arbitro
districte iudicetur. recte subiungit.
Si voluerit contendere cum eo
non poterit respondere ei unum pro
mille. In scriptura sacra mille
narius numerus pro uniuersitate so
let intelligi. Hinc etenim psalmista
ait. Verbi quod mandauit in
mille generationes/ Cum profecto
constet quod ab ipso mundi exor
dio usque ad redemptoris aduen
tum per euangelistam non amplius quam
septuaginta et septem progenies
Mille. numerentur/ Quid ergo millena
rio numero. nisi ad perfecta no
uam sobolem. perfecta uniuersi
tas presentis generationis exprimitur

Hinc et per Johannem dicitur/ Regnabunt
cum eo mille annis. Quia videlicet
regnum sancte ecclesie uniuersitatis per
fectione solidatur/ quia vero monas mul
tiplicatus in denarium ducitur. de
narius vero per semetipsum ductus in
centenarium dilatatur/ Qui rursus
per denarium ductus in millenarium
tenditur/ Cum ab uno incipimus
ut ad millenarium veniamus/ quid
hoc loco unius appellatione nisi
bene viuendi initium/ Quid mille
narij numeri amplitudine. nisi eiusdem
bone vite perfectio designatur. Cum
deo autem contendere est. non ei
tribuere. sed sibi gloriam sue uirtutis
arrogare/ Sed sanctus vir con
spiciat. Quia qui summa iam dona
percepit. si de acceptis extollitur. cunc
ta que acceperat amittit et dicat
Si voluerit contendere cum deo non
poterit ei respondere unum pro mille. Qui
enim cum auctore contendit/ unum pro
mille respondere non sufficit. quia qui
de perfectione se erigit. habere se bene
viuendi nec initium ostendit. Unum
namque pro mille respondere non possumus
quia cum de bone vite perfectione
extollimur. habere nos nec inchoasse
mostramus/ Sed tunc verius de
ira in suauitate continemur. si quam
sit immensa potencia iudicis con
siderando pensamus. Unde et subdit
Sapiens corde est et fortis robore 6
Quid mirum si conditorem sapientum
sapientem dicit. Quem ipsam esse sa
pientiam scimus. Et quid mirum si
fortem esse memorat quem ipsam
fortitudinem nullus ignorat/ Sed
sanctus vir duobus uerbis in laude auc
toris prelatis aliquid nobis inti
mat. ut nos ad cognitionem nostram
trepidos reducat/ Sapiens quippe
deus dicitur. quia occulta nostra subti
liter agnoscit/ et esse fortis asseri
tur. quia valenter cognita punit.
Nec falli ergo a nobis quia
sapiens. nec vitari quia fortis est
valet/ Nunc ut sapiens omnia

in visibilis aspicit. Tunc vero fortis
sine ullo obstaculo quos reprobat
punit. quia hoc quoque hic forti sa-
piencia ordinat. ut humana mens
cum contra auctorem se elevat. ipsa
se sua elacione confundat. Unde
et bene subditur. Quis restitit ei et
h. pacem habuit. Qui enim cuncta
mirabiliter creat. ipse ut creata si-
bimet conveniant ordinat. Quisquis
ergo conditori resistitur. pacis con-
ventio dissipatur. quia ordinata
esse nequeunt. que superni moderaminis
disposicionem perdunt. Que enim sub-
iecta deo in tranquillitate persistunt
ipsa sibimet dimissa multitudinis or-
dine confundunt. quia in se pacem
non inveniunt. Cum venienti desuper
in auctore contradicunt. Sic stamus
ille angelicus spiritus. qui subiectus
deo stare in culmine potuisset. semet
ipsum repulsum patitur. quia per
nature sue inquietudinem foris
vagatur. Sic primus humani generis
parens. quia auctoris precepto re-
stitit. carnis protinus contumeliam
sensit. et quia sub esse conditori
per obedienciam noluit. sub semetipso
prostratus et pacem protinus amisit
Bene ergo dicitur. Quis restitit ei
et pacem habuit. quia per ipsam mens
unde se contra auctorem erigit. inde
se in semetipsa confundit. Resistere
autem deo dicimur. cum repugnare eius
disposicioni conamur. Neque enim nostra
infirmitas in commutabilia eius se-
tencie obviat. sed tamen quod exple-
re non valet temptat. Nam sepe
humana infirmitas occulte vim
disposicionis agnoscit. et tamen hanc
si mutare valeat appetit. contra
ire satagit. sed ipso se contradictionis
gladio frangit. Ordine interno
reniatur. sed sua victa conatibus li-
gatur. Habere ergo pacem resistens non
potest quia dum superbit. confusio
sequitur. quod stulte pro culpa geritur
hoc ex iudicatis vindicta mirabiliter

ordinatur. Sed vir sanctus virtute
prophecia spiritus plenus. cum confu-
sionem generaliter humane superbie
conspicit. ad specialem malum pro-
tinus plebis israhelitice oculos
mentis tendit. et pena elatos
omnes maneat ex unius gentis
intitu ostendit. Iudeam repente
subiungit dicens. Qui transtulit I
montes et nescierunt hii quos
subvertit in furore suo. In scriptura
sacra sepe moncium nomine pre-
dicancium altitudo signatur.
De quibus per psalmistam dicitur.
Suscipiant montes pacem populo.
Electi quippe predicatores eterne
patrie non immerito montes
vocantur. quia pro merite sue celsi-
tudine yma terre deserunt
et celo propinqui fiunt. Sed mon-
tes vitalis transtulit. cum predica-
tores suos a iudee obduritate
subtraxit. Unde recte per psalmistam
dicitur. Transferentur montes in cor
maris. In corde etenim maris
montes translati sunt. cum predica-
tores sancti apostoli a iudee
perfidia repulsi. ad intellectum
gentilium venerunt. Unde ipsi quoque
in suis actibus dicunt. Vos Act 13
oportebat primum loqui verbum dei
sed quia repulistis illud et in-
dignos vos vite eterne iudica-
stis ecce convertimur ad gentes.
Sed hanc eandem translacionem
moncium. hii ipsi nescierunt qui
in domini furore subversi sunt
quia cum de suis finibus hebrei
apostolos pellerent. lucrum se
fecisse arbitrati sunt. quod predi-
cacionis lumine amiserunt. Ex
igentibus quippe merentis iusta
animadversione percussi. tanto in-
telligencie errore excecati sunt
ut quod lucem perderent. hoc esse
gaudium putarent. Sed repulsis
apostolis per romanum principis prin-
cipem Tytum iudea destruitur
atque in cunctis gentibus sparsa
dissipatur. Unde et translatis montibus

k rite subiugitur. Qui commovet terram de loco suo. et columpne eius concuciuntur. De loco quippe suo
terra commota est. cum plebs israheli-
tica de iudee finibus evulsa in-
minimum tota gentibus subdidit.
Quia subdi auctori recusavit.
Que scilicet terra columpnas habuit.
quia in sacerdotes et principes le-
gis doctores atque phariseos
ruitura eius fabrice structura
surrexit. Impiis namque edifi-
cium hec tenuit. et fulcimentis
sue tempore sacrificiorum carnalium
quasi superimposita fabrice o-
nera portavit. Sed translatis mo-
tibus columpne concusse sunt.
quia subductis eandem a-
postolis. nec ipsi in illa permissi
sunt vivere. quia ab illa vite pre-
dicatores expulerunt. Dignum
quippe erat ut terrenam patriam
subacti perderent. Cuius amore
nequaquam veriti sunt celestis patrie
milites impugnare. Sed ex-
pulsis sanctis doctoribus iu-
dea funditus corruit. Et iusto
iudicantis examine meroris
sui tenebris oculos mentis
clausit. Unde et adhuc subditur.
R' Qui precepit soli et non oritur
et stellas claudit quasi sub sig-
naculo. Aliquando namque in sacro eloquio
solis nomine predicatorum claritas
designatur. Sicut per iohannem di-
Apoc. 6 ffictus est ut sol saccus cilici-
nus. In extremo quippe tempore
sol quasi cilicinus saccus ostenditur.
Quia fulgens vita predicantium
ante reproborum oculos aspera et
despecta monstratur. Stellarum
quoque claritate figuratur. quia dum
recta peccatoribus predicant. tenebras
nostre noctis illustrant. Unde et
subtractis predicatoribus per prophetam
dicitur. Prohibite sunt stelle plu-
Ier. 3 viarum. quia vero sol per diem
fulget. stelle obscuritate noctis
[?] innitent. Et plerumque
in sacro eloquio diei appellatione

etiam patria. noctis autem tempore pre-
sens vita signatur. Predicatores ergo si-
cut sol nostris oculis fiunt. cum contem-
plationis nobis vere lucis aperiunt.
Et velut stelle in tenebris lucent.
cum per activam vitam presentibus
nostris necessitatibus terrena dis-
ponunt. Quasi in die ut sol co-
ruscant. cum ad contemplandam
interne claritatis patriam mentis
nostre aciem sublevant. et quasi stelle
in nocte resplendent. quia et cum terrena
agunt. offensionis laqueum nostri
operis pedem exemplo sue rectitu-
dinis dirigunt. Sed quia expulsis
predicatoribus non fuit qui plebi
iudaice perfidie sue nocte remanen-
ti vel claritatem contemplationis ostenderet.
vel active vite lumen aperiret. Ve-
ritas quippe que hanc repulsa de-
seruit. subtracto predicationis lumi-
nis [?] sue perditionis excecavit.
Recte dicitur. Qui precepit soli et non
oritur. et stellas claudit quasi sub sigillo.
Cum quippe ei plebem volunt. a qua
predicantium animum divertit. et quasi
sub signaculo stellas clausit. qui
dum predicatores suos silentium
in tractu semetipsos retinuit. cecis
inimicorum sensibus celeste lumen
abscondit. Pensandum vero est
quia idcirco aliquid sub sigillo cla-
udimus. ut hoc cum tempus con-
gruit ad medium proferamus. Et
sacro eloquio attestante didicimus
quod iudea que nunc deseritur. ad
sinum fidei in fine colligitur. Hinc
namque per ysaiam dicitur. Si fuerit numerus
Is. filiorum israel quasi arena maris re-
liquie salve fient. Hinc paulus
Ro. ait. Donec plenitudo gentium
introiret. et sic omnis israel salvus
11 fieret. Qui ergo predicatores suos
nunc iudee oculis subtraxit. sed
post modum ostendit. quasi sub sig-
naculo stellas clausit. ut absconsis
prius et post choruscantibus astrorum
spiritualium radiis. nocte sue perfidie
et nunc repulsa non videat. et tunc

Enoch
Helyas

illuminata deprehendat. Hinc est quod duo
illi ex minis predicatores dilata mor
te subtracti sunt. ut ad predicationis
usum in fine revocentur. De quibus
per Iohannem dicitur. Hii sunt due
olive et duo candelabra in conspectu
domini stantes. Quorum unum in
evvangelio per semetipsam vita pollicetur
dicens. Helyas venturus est et
restituet omnia. Quasi ergo sub
signaculo stelle clause sunt. que nunc
occultantur ne appareant. et post
ut prodesse valeant apparebunt.
Sed tamen plebs ysrahelitica que
ubertim in fine colligitur. in ipsis
sancte predicationis exordiis crude
liter obduratur. Nam predicatores ve
ritatis renuit verba ad auditorium
prevenit. Quod tamen miro auctoris
dispensatione agitur. ut nimirum
predicantium gloria que acceptari
uno populo late poterat. in cunctis
gentibus dilatetur. Unde et apte
mox subditur. Qui extendit ce
los solus. Quid namque celorum nomine
nisi hec eadem celestis predicantium
vita signatur. De quibus psalmista
dicit. Celi enarrant gloriam dei.
Ipsi igitur celi. ipsi sol esse memorantur.
Celi scilicet. quia in credendo prote
gunt. Sol autem quia predicando
vim luminis ostendunt. Commota
igitur tunc celi extensi sunt. Quia
cum iudea ad vim persecutionis
infremuit. Apostolorum vitam dominus
in cunctis gentium cognitione di
latavit. Et illa per indignam incredu
litatis captivam dispergit. Isti ubique per gratiam
in honore tenduntur. Angusti quippe
celi fuerant. cum una plebs tot
egregios predicatores tenebat.
Quis enim gentilium petrum nosset
si in solius israelitici predicatione
remaneret. Quis pauli virtutes
agnosceret. nisi hunc iudea ad no
stram notitiam persequendo trans
misisset. Ecce iam qui flagris
et contumeliis ab israelitica plebe
repulsi sunt. per mundi fines hono
rantur. Solus ergo dominus celos
tetendit. qui secreti mira dis
positione consilii predicatores
suos unde premisit in una gen
te comprimi fecit in mundi cardi
nes inde dilatari. Sed neque
ipsa hec pretii mundo dedita
gentilitas. cum culpas eius
apostolorum lingua corripuit.
verba vite libenter accepit. Nam
primus in elatione contradictio
nis intumuit. atque ad crude
litatem se persecutionis verbis
contraire nititur. signorum etiam
admiratione temperatur. Unde
apte quoque in auctoris laude
subiungitur. Et graditur super fluctus
maris. Quid enim maris nomine
nisi in bonorum nece seviens indi
gnitius amaritudo signatur. De
quo et psalmista dicit. Congre
gans quasi in utrem aquas
maris. Aquas etenim maris
quasi in utrem dominus congregat
cum miro moderamine cuncta
disponens in suis claustris cordi
bus carnalium minas frenat.
Super fluctus maris ergo dominus
graditur. qui cum se procelle per
secutionis erigunt. miraculorum
eius obstupefactione franguntur.
Quia enim timores humano vela
mine mitigat. quasi erectas in
tumulo undas calcat. Nam
cum morem suum gentilitas de
serui. neque conversationis predicatione
conspiceret cum virtutes hominum di
vites elationi sue contraire vi
deret facta pauperum cum sapientes
seculi adversari sibi imperatorum
iura pensarent. in persecutionis pro
tinus tempestate tumuerunt.
Sed qui virorum ad veritate com
moti ad persecutionis procellas
insiliunt. signorum ut dominus
admiratione tremant. Tot ergo in
hiis fluctibus dominus gressus
posuit quot superbis persecuto
ribus miracula ostendit. Unde bi
rursum psalmista dicit. Mi
rabiles elationes maris. mirabilis

in altis dominus. Quia contra electorum vitam ad persecutionis undas mundus se mirabiliter extulit. Sed has superior conditor sublevata virtute predicatorum mirabilius stravit, cum ministros et eciam suos plus ostendit posse per miracula quam potestates que tumuerant per iram. Unde bene eciam per Ieremiam dominus ex voce increpantis in voce denuncians dicit: Posui arenam terminum mari, preceptum sempiternum quod non preteribit, et commovebuntur et non poterunt, et intumescent fluctus eius et non transibunt illud. Arenam quippe dominus terminum mari posuit, quia ad frangendam mundi gloriam abiectos et pauperes elegit. Cumque nimirum maris fluctus intumescunt, cum potestates seculi ad commocionem persecucionis exiliunt, sed transire arenam nequeunt, quia despectorum miraculis et humilitate franguntur. Sed dum mare sevit, dum per insaniam sue fluctus erigitur, quia tamen virtutis intime ostensione calcatur, sancta ecclesia proficit atque ad statum sui ordinis per temporum incrementa consurgit. Unde et apte mox subditur: Qui facit arcturum et orionas et hyadas et interiora austri. Nequaquam sermo divinus vanas Esiodi, Arati et Callimachi fabulas sequitur, ut arcturum nominans extremam stellarum septem caude ursae suspicetur, et quasi orion gladium teneat amator insanus. Hec quippe astrorum nomina a cultoribus sapiencie carnalis inventa sunt. Sed scriptura sacra idcirco eisdem vocabulis utitur, ut res quas insinuare appetit noticia usitate appellacionis exprimat. Nam si astra que vellet per ignota nobis nomina diceret, homo per quo hec eadem scriptura facta est nesciret procul dubio quid audiret. Sic igitur in sacro eloquio sapientes dei sermonem trahunt a sapientibus seculi, sicut in eo pro utilitate hominis vocem in se humane passionis ipse conditor hominum sumit deus, ut videlicet dicat: Penitet me fecisse hominem super terram, cum profecto constet, quia is qui cuncta priusquam veniant conspicit, nequaquam postquam aliquid fecerit penitendo resipiscat. Quid ergo mirum si spirituales viri utuntur verbis carnalium, quando ipse ineffabilis et creator omnium deus ut ad intellectum suum carnales pertrahat, in semetipso carnis sermonem format. In scriptura ergo sacra dum nota astrorum nomina audimus, de quibus astris sermo moveatur agnoscimus. Cum vero que narrentur astra perpendimus, restat ut ex eorum motibus ad spiritualis intelligencie archana surgamus. Neque enim iuxta litteram mirum aliquid dicitur, quod deus arcturum, orionas et hyadas fecit; de quo nimirum constat, quia omnino in mundo nichil sit quod ipse non fecit. Sed sciens vir hec fecisse dominum dicit, per que significancius ea que spiritualiter gerit intelligit. Quid namque arcturi nomine, qui in celi axe constitutus septem stellarum radiis fulget, nisi ecclesia universalis exprimitur, que in Iohannis Apokalipsi per septem ecclesias septemque candelabra figuratur. Que dum dona in se septiformis gracie spiritus continet, claritatem summe virtutis irradians, quasi ab axe veritatis lucet. Pensandum quoque est, quod arcturus semper vertitur et numquam mergitur, quia et sancta ecclesia persecuciones iniquorum sine cessacione tolerat, sed tamen usque ad mundi terminum sine defectu perdurat. Sepe namque eam reprobi quia usque ad internecionem persecuti sunt, quasi hanc se funditus extinxisse crediderunt, sed eo multiplicius ad statum sui provectus redit, quo inter manus per

cela

Arcturus

sequentem moriendo laborauit. Arctu
rus ergo dum in ssolatur erigitur quia
tunc sancta ecclesia valencius refertur
in virtute, cum ardencius pro veritate
fatigatur. Unde apte quoque post arctu
rum protinus oriones subdidit. Ori
ones quippe in ipso pondere tempe
ris hyemalis oriuntur suoque ortu tem
pestates excitant. et maria terras que
perturbant. Quid ergo post arcturum
per oriones nisi martires designantur
quibus dum sancta ecclesia ad statum
predicationis erigitur, pondus persecucionum
molestiasque passuri ad celi faciem quasi
in hyeme venerunt. His etenim natis
mare terraque turbata est. quia dum
gentilitas mores suos destrui appa
rente illorum fortitudine doluit, in eorum
necem non solum inertes ac turbidos,
sed eciam placidos erexit. Ex orioni
bus itaque hyems inhorruit. quia
clarescente eorum constancia frigida
mens infidelium ad tempestatem se
persecucionis excitauit. Oriones ergo
celum edidit, cum sancta ecclesia
martires misit. Qui dum recti loqui
rudibus ausi sunt. omne pondus
ex frigoris aduersitate pertulerunt. Un
de protinus hyadas subdidit. Que
inueniescente verno ad celi faciem pro
deunt. et cum sol iam caloris sui
vires exerit, oriuntur. Illis quippe
signi in ore inherent, quod sapientes
seculi thaurum vocant. ex quo augeri
sol incipit. atque ad extendenda
diei spacia feruencior exsurgit. Quid
itaque post oriones hyadum nomine
nisi doctores sancte ecclesie designantur
qui subductis martiribus eo iam tempore
ad mundi noticiam venerunt quo fides
clarius elucet, et repressa infideli
tatis hyeme altius per corda fidelium
sol veritatis calet, quia remota tem
pestate persecucionis expletis longis
noctibus infidelitatis, tunc in sancta
ecclesia orti sunt, cum eciam per cre
dulitatis verum lucidior annus a
peritur. Nec inmerito doctores sancti
hyadum nuncupatione signantur. Greco
quippe eloquio hyades pluuia
vocatur. et hyades a pluuiis nomen
acceperunt. quia orte procul dubio
ymbres ferunt. Bene ergo hyadum
appellacione expressi sunt. qui ad
statum vniuersalis ecclesie quasi in
celi faciem deducti super arentem
terram humani pectoris sancte predi
cacionis ymbres fuderunt. Si enim
predicacionis sermo pluuia non esset
moyses minime dixisset. Expecte
tur sicut pluuia eloquium meum
Et nequaquam per ysaiam veritas di
ceret. Mandabo nubibus meis
ne pluant super eam ymbrem.
atque hoc quod paulo ante protulimus
quamobrem prohibite sunt stelle
pluuiarum. Dum ergo hyades
cum pluuiis veniunt ad celi spa
cia alcius sol ducitur. quia ap
parente doctorum sciencia. dum mentes
nostras ymbre predicacionis infundit
fidei calor augetur. et perfusa terra
ad fructum proficit. cum lumine huius
signi in celo apparuit, quod vberius
fruge boni operis reddimus. Dum
per sacre erudicionis flamma in corde
clarius ardemus, dum que per
eos diebus singulis magis ma
gisque sciencia celestis ostenditur
quasi in eum nobis luminis verum
tempus aperitur, vt nouus sol no
stris mentibus rutilet. et eorum
verbis nobis cognitus semper cot
tidie clarior micet. Urgente et
enim mundi fine superna sciencia
proficit. et largius cum tempore ex
crescit, Hinc namque per danielem
dicitur. Pertransibunt plurimi et multiplex
erit sciencia. Hinc iohanni in priori
parte reuelacionis angelus dicit.
Signa que locuta sunt septem
thonitrua. Cui tamen in eiusdem
reuelacionis termino precipit dicens
Ne signaueris verba prophetie libri huius.
Pars quippe reuelacionis anterior
signari percipitur. terminus prohibetur
quia quod de se ecclesie [illegible]
latuit. finis cottidie ostendit
Non inmerito [illegible] sunt que y
dicitur. hyades nuncupari arbitrantur.

Deut° 32

12

Apoc. 1

iures
Oriones

doctores
Hyades

Qr si ita est significacionum qua di-
ximus contrarium non est. Doctores
enim hys stellis non inconvenienter
expressi sunt que aliis nomen
trahunt. Ex quarum hyades ab
eiusdem littere visione non discrepet
etimum tamen est quia ydos ym-
ber dicitur eo quod exorte pluvias
apportet. Vir igitur sanctus redemp-
tionis nostre ordinem contemplatus
admiretur atque ad mirans ex-
clamet dicens. Qui extendit
celos solus et graditur super fluc-
tus maris. Qui facit arcturum
et oriones et hyadas. Extensis
enim celis dominus formavit arc-
turum. Qui in honore deductis
apostolis in celesti conversione fundavit
ecclesiam. Formato quoque arcturo
fecit oriones. quia roborata
fide universalis ecclesie contra per-
secutores mundi edidit martires.
Editis quoque orionibus protulit
hyadas. quia convalescentibus contra
adversa viribus ad infundendam
ariditatem humanorum cordium
doctrinam contulit magistrorum.
Isti itaque sunt astrorum spiritualium
ordines qui dum summis virtuti-
bus eminent. semper ex supernis
lucent. Sed post ista quid restat
nisi ut sancta ecclesia laboris sui
fructum recipiens ad videnda super-
ne patrie intima perveniat. Unde
et apte quia dixit. Qui facit
arcturum et oriones et hyadas
protinus addidit. Et interiora
C austri. Quid namque hoc loco
austri nomine. nisi fervor sancti
spiritus designatur. quo dum re-
pletus quisque fuerit. ad amorem
patrie spiritualis ignescit. Unde
7 et sponsi voce in Canticorum
canticis dicitur. Surge aquilo
et veni auster perfla ortum meum
et fluant aromata illius. Auster
quippe veniente aquilo surgens
recedit. cum adventu sancti spiritus
expulsus antiquus hostis. qui
in corpore mentem quam constrinxerat

deserit atque ortum sponsi auster per-
flat ut aromata diffluat. Quia
nimirum dum sanctam ecclesiam donorum
suorum virtutibus spiritus veritatis implevit
ab ea longe lateque odores boni ope-
ris spargit. Interiora ergo austri sunt
occulti illi angelorum ordines et
secretissimi patrie celestis sinus quos
implet calor spiritus sancti. Illuc quippe
sanctorum anime et nunc corporibus exute vij 8
et postea corporibus restitute perveniunt
et quasi astra in abditis occultantur.
Ibi per diem quasi in meridiano tempore
ardencius solis ignis accenditur
quia conditoris claritas mortalitatis
nostre iam pressa caligine manifestius
videtur. Et velut spere radius ad
spacia alciora se elevat. quia de
semetipsa nos veritas sublimius il-
lustrat. Ibi lumen intime contem-
placionis sine interveniente umbra
cernitur mutabilitatis. Ibi calor summi
luminis sine ulla varietate obscurantis
temporis. Ibi invisibiles angelorum chori
quasi astra in abditis micant que
eo nunc ab hominibus videri nequeunt
quo flamma veri luminis alcius per-
fundiuntur. Valde itaque mirum est
quod missis apostolis deus celos teten-
dit. quod temptatis persecucionum turbi-
nibus. maris fluctus graditur re-
pressit. quod solidata ecclesia arcturos sta-
tuit. quod roboratis contra adversa F
viribus oriones misit. quod repletis
in tranquillitate doctoribus hyadas pre-
buit. Sed post hec valde est admi-
rabile. quod sinum nobis celestis patrie
~~quasi~~. quasi interiora austri prepandit
pulchrum est omne hoc. quod quasi in
celi facie de divina dispensacione
cernitur. Sed longe illud et incomparabiliter
pulchrius. ad quod invisibiliter per-
venitur. Hinc bene iterum sponsus in
sponse sue laudibus dicit. Quam
3 pulchra es amica mea quam pulchra
oculi tui columbarum. absque eo quod intrin-
secus latet. Pulchram narrat et
pulchram replicat. quia alia ei
est pulchritudo morum in qua nunc

cernit' atque alia pulchritudo p'mi
om in qua nunc pconditois sue spe
ciem sublevat'. cuius membra videlz
omnes electi. quia ad cuncta sim
pliciter incedunt. eius oculi colu
bam vocant' quia magna luce
radiant. quia et signorum miracu
lis choruscat. Sed quantum est omne
hoc miraculum quod videri potest.
Illud deniqz maius miraculum est mira
bilius quod videri nunc non potest
de quo illic apte subd'. Absqz eo qui
intrinsecus latet. Magna quippe
est gloria aperti operis. s; longe incō
parabilis gl'a occulte remuneracionis
Quod ergo p beatum Job astrorum nomine
hoc salomonis vocibus oculorum ap
pellacione signat'. Et quod p Salomo
nem d'. Absqz eo quod intrinsecus latet
hoc nobis btūs Job intimat. cum
austri interiora commendat. Sed ecce
vir sanctus exteriora mirans. in
teriora considerans. aperta narrans oc
culta penetrans. omne quod intus
extrinsecusqz agit' dicere conat'. Sed
opa summe magnitudinis quando ex
plicet lingwa carnis. Unde mox hec
eadem opa melius diffiniendo
F cōphendit dicens. Qui facit ma
gna et inscrutabilia et mirabilia
quorum non est numerus. Divine fortitu
dinis facta tunc verius explemus
cum hec explere non posse cogno
scimus. Tunc facundius loquimur
cum ab hiis obstupescendo reti
cemus. Ad narranda quippe dei
opa est disertus int'. quia sufficienter
exerit lingwam suam. ut que cō
phendere ydonee non valet. hec ydo
nee mutus laudet. Unde bene p
psalmistam d'. Laudate eum in poten
tatibus eius. laudate eum sc'dm
multitudinem magnitudinis eius. Ille quip
pe dnm sc'dm multitudinem mag
nitudinis eius laudat. qui se succum
bere in eius laudis expletione con
siderat. Dicat ergo Qui facit ma
gna et inscrutabilia et mirabilia
quorum non est numerus. videlz magna
virtute. inscrutabilia racione. mira

bilia multiplicitate. Divina ergo
opa que explere dicendo non
potuit. facundius deficiendo dif
finivit. Sed in consideracione rerum
cur longe extra nos ducimur
cum hoc ipsum quoque quod erga nos
agitur ignoramus. Unde et apte
subiungit'. Si venerit ad me non
videbo eum. et si abierit non
intelligam. Secretis quippe
intimis gaudiis genus humanum
exigente culpa mentis oculos
pdidit. et quo incedat suorum
passibus operis ignorat. Sepe viij v
enim donum est gratie quod iram de
putat. Et sepe divine districcionis
ira est. quod graciam putat. Nam
plerumqz graciam estimat donum vir
tutum. et tamen eisdem donis
elatus corruit. Plerumqz velut
iram metuit ad usq3 temptacionum.
et tamen eisdem temptacionibus pressus
ad virtutum custodiam cautior exsur
git. Quis enim se deo ppinquare
non estimet cum supnis muneribus
excrescere se agnoscit. cum vel prophetie
donum. vel doctrine magisterium p
cipit. vel ad excercendam graciam
curacionum convalescit. et tamen
sepe mens dum de virtutis sue
securitate resolvitur. insidiante
adversario in opinate culpe telo
pforat'. et inde deo in eternum
longe fit. Unde ei ad tempus sue
cautele custodia ppinquavit. Et quis
se derelictum iam gratia divina non
deputet. cum pexprimentum mun
dicie lacessiri se carnis temptacioni
bus videt. inhonesta ad animum
cogeri. et cum cogitacionibus oculos
non multa improba et inmunda
versari. et tamen cum fatigant
ista. nec supant nequaqz ppo
sicionem trucidant. Sed pbitatem
servat. ut firmum se animus
in temptacione dephendens totum
se ad divinitatis adiutorium con
ferat. Et sui fiducia funditus
amittat. Sicqz fit ut inde deo
altius inhereat. Unde se deo

profunditatis cecidisse suspirabat. Ac-
cessus igitur recessusque dei anime
iam minime cognoscit. quoniamque
rerum alternantium finibus ignoratur.
Quia et de temptatione incertum
est. utrum probet an truncet. Et
de donis nequaquam deprehenditur
utrum hic deceptos remuneret. an
in via nutriant ut ad patriam
perducat. Homo ergo ab internis
gaudiis semel pulsus claustris
contra se ianuas secreti spi-
ritualis aspiciat. atque a semet-
ipso foris proiectus in carne
gemat. et cecitatis sue dampna
considerans dicat. Si venerit ad
me non videbo eum. et si abie-
rit non intelligam. Ac si aperte
deploret dicens. Postquam semel
sponte oculos perdidi. quam conste
noctis cecitate patior. Nec or-
tum iam nec occasum solis a-
gnosco. et tamen homo qui
infirmitatis pena punitur et
cecitatis sue caligine grauatur
ad superne lucis iudicium properat
ut suorum actuum rationem reddat.
Unde mox subditur. Si repente
interrogat quis respondebit ei. Re-
pente deus interrogat cum nos
ad districtionem sui examinis
inopinatos vocat. Sed inter-
rogationi illius homo respondere
non sufficit. quia si remota te
pietate discutitur. In illo exa-
mine etiam iustorum vita succum-
bit. vel certe interrogat cum di-
uersis nos percussionibus pulsat.
ut cum mens nostra magna
de se in tranquillitate estimat.
semetipsam vacillans qualis sit
in perturbatione deprehendat. Et
plerumque qui percutitur gemit. sed
respondere non sufficit. quia et ipsa
ei percussionis sue ad iustitie
displicet. Sed tamen semetipsum
homo considerans tacet et diuina
iudicia discutere metuit. quia
esse se pulverem agnoscit. Unde
Ro 9 per paulum dicitur. O homo tu

quis es qui respondeas deo. Respondere non
posse deo conuincitur qui homo no-
minatur. quia per hoc quod de humo sump-
tus est. iudicia superna discutere
dignus non est. Unde hic quoque
apte subiungitur. Vel quis dicere ei
potest. Cur ita facis. Actiones
etenim semper indiscussa veneranda
sunt. quia iniusta esse nequaquam
possunt. Rationem quippe de occulto
eius consilio querere. nichil est aliud
quam contra eius consilium superbire.
Cum ergo factorum causa non depre-
henditur. Restat ut sub factis illius
cum humilitate taceatur. quia nequa-
quam sufficit sensus carnis. ut secreta
penetret maiestatis. Qui igitur in factis
dei rationem non videt. infirmitatem suam
considerans cur non videat rationem vi-
Ro 9 det. Unde per paulum quoque subsequenter
adiungitur. Numquid dicit figmentum
ei qui se finxit. Quare me fe-
cisti sic. Quo enim se cernit figmentum
diuini operis. eo semetipsum redar-
guit. ne contra manum resultet
operantis. Quia qui benigne quod
non erat fecit. quod est iniuste non
deserit. Ad semetipsam ergo mens
in percussione redeat. et quod comprehendere
non valet non requirat. ne si diuine
ire causam discutit. amplius discus-
sa prouocet. et quam placare humili-
tas poterat. inextinguibilem superbia
accendat. Unde apte quoque de hac
eadem ira protinus subditur. Deus
cuius resistere ire nemo potest. sub
quo curuantur qui portant orbem. Mira
valde. quod ire dei nullum posse resistere
dicitur. cum multos in dignatione
superne animaduersionis obuiasse elo-
quia diuina testantur. An non ire
dei moyses restitit. qui pcade-
ti ippo erectus. ipsum superne per-
cussionis impetum mortis sue obiectione
Exo 32 restituit dicens. Dimitte illis hanc
noxam. aliquin dele me de libro
tuo in quo me scripsisti. An non ire
dei aaron restitit. cum inter viuentes
ac mortuos thuribulum sumpsit

Num 16

Moyses diffidebat de effectu producendi aquam per percussionem petre et non diffidebat de potentia dei quin hoc potuisset facere

atque animadversionis ignem incensi
fumo temperavit. An non Finees
ire Dei restitit, qui luxuriantes cum
alienigenis in ipso coitu trucidans
zelum suum divine indignationi ob-
tulit, et furorem gladio placavit?
An non David ire Dei restitit, qui
2 Reg ult angelo ferienti se obtulit, offensus
placatoris gratiam et ante tempus
propositum exegit? An non Helias ire
Dei restitit, qui longo iam tempore terra
3 Reg 18 arente subductas de celo pluvias
verbo revocavit? Quomodo igitur ire di-
vine nullum posse resistere dicitur,
cum multos ei sepe restitisse ex-
emplis existentibus demonstramus?
Sed si subtiliter et hec beati Iob dicta
qua et illorum facta pensamus,
et verum cognoscimus quia divine
ire non resistitur, et verum quia multi
restiterunt. Omnes etenim sancti
qui ire Dei obviant, ab ipso acci-
piunt ut contra impetum percussionis
eius opponantur, atque ut ita dixerim
cum ipso se erigunt contra ipsum,
eosque divina vis sibi opponit. Secun-
dum quia in eo quod adversum semet vim
foris obicit, intus eos gratia na-
scens fovet, et familiariter intus
levat, quos quasi adversantes ex-
terius tolerat. Portat quoque con-
ditorem [illegible] despicientem, quam
aspirat et velut nolenti imponit
quod ab ipso ut fiat imperat. Moysi
etenim dicit: Dimitte me ut ira-
Ex 32 scatur furor meus contra eos et
deleam eos, faciamque te in gentem
magnam. Quid est famulo dicere: Dimit-
te me, nisi deprecandi ausum prebere?
Ac si aperte diceret: Pensa quantum
apud me valeas, et cognosce quia
obtinere potes quidquid pro populo exoras.
Mox pia mente agitur, statim vera
subiecta testatur. Cum vero superna
indignatio sese ut ita dixerim
medullitus movet, hanc oppositio
humana non retinet, nec se utiliter
cuiuslibet deprecatio obicit, cum semel

Deus aliquid ab intimis irascen-
do disponit. Hinc enim quod Moyses
qui reatum totius plebis [illegible]
[illegible] apud Dominum suis precibus
texit, Dominum quoque se obiciens obtulit,
divine iracundie vim placavit,
ad petram Oreb veniens et pro Nu 20
aque exhibitione diffidens, pro-
missionis terram ingredi Domino
irascente non potuit. Et sepe hac
de re affligitur, sepeque desiderio Deut 3
excitante turbatur, et disposite
ultionis repellere iracundiam a
semetipso non valuit, quam hanc
volente Domino a populo amovit.
Hinc David qui a prostrata 2 Reg ult
plebe postmodum angeli gla-
dium prece compescuit, prius ploratus
et eiulatus nudis pedibus filium 2 Reg 17
fugit. Et quoniam semel perpetrati faci-
noris ultionem ad plenum recepit,
iram Dei nequaquam valuit pro
semetipso temperare. Hinc Helias 3 Reg 18
ut sicut homo parum aliquid
quasi de divina animadversione
sentiret, qui verbo celos ape-
ruit, ad indignationem mulie-
ris territus per desertum fugit, et
per semetipsum infirmatur in formi-
dine, qui furorem Dei placavit
aliis per intercessionem. Ire igitur
Dei et resisti valet, cum ipse qui
irascitur opitulatur, et resisti omnino
non valet, quando se et ad ulci-
scendum excitat, et ipse precem
que ei funditur non aspirat.
Hinc ad Ieremiam dicitur: Tu ergo
noli orare pro populo hoc, et ne Ie 11
assumas pro eis laudem et orationem,
quia non exaudiam in tempore
clamoris eorum ad me. Et rur-
sum: Si steterint Moyses et Ie 17
Samuel coram me, non est
anima mea ad populum istum. Quam
in re queri utile puto cur re-
lictis tot antiquioribus patribus ad
effundendam precem Moyses et Sa-
muel tantum in prestancia ele-
gantius quoque nominantur. Qui tamen

Oracio expanditur que a deo inspiratur

filiale agnoscimus, si eius qua et
in inimicos diligere percipimur cari
tatis uim pensamus. Condi
toris namque auribus illa ma
xime oratio commendatur que
pro inimicis quoque intercedere
Oro pro inimicis comendabilis :-
nititur. Unde et per semetipsum
Veritas dicit Orate pro persequentibus
Mt 7 et calumpniantibus vos. Et rur
Mr 6 sum. Cum stabitis ad orandum
dimittite si quid habetis ad
uersus aliquem. Cum ergo pa
trum priorum facta, sacro eloquio
describente reuoluimus, moysen
et samuelem orasse pro aduersan
Nu 16 tibus inuenimus. Unus quippe
eorum seuientem populum persecutorem
Ex 8 fugit. et tamen pro uita sui per
secutoris intercessit. Alter a prin
cipatu populi deiectus ipsis suis
1 Reg 8 aduersariis dicit. Absit a me
hoc peccatum in domino quod non
cessem orare pro vobis. Quid
ibid 12 est ergo in difficultate orandi
moysen et samuelem deducere
nisi aperte indicare quia eius
ire nec illi si astaret obsistent
quia ideirco pannias in the-
mireciams possent. quia caput
sunt intercede pro inimicis solent.
Hinc ad eandem iudeam dicit.
Ier 3 Plaga inimici percussi te casti
gatione crudeli. Et rursum. Quid
clamas adme super contritione
tua insanabilis est dolor tuus.
Vir igitur sanctus aspiciat. quod talium
interuentu diuina ira restringitur
cum implacabiliter excitatur. et dicat.
Deus cuius resistere ire nemo
potest. Quod bene et ad spiritalem
intellectum ducimus si eiusdem ple
bis israelitice dampna pensamus
qua redemptor dispensationis
sue misterium ostensus. superbi
entem deseruit. atque ad co
gnitionis sue gratiam gentes vo
cauit. Unde et apte mox subditur.
Sub quo curuantur qui portant
orbem. Ipsi etenim orbem por
tant. qui curas presentis secula

tolerant. Tantorum quippe pondera
unusquisque sustinere compellitur, quantis
in hoc mundo preerat. Unde et rex
princeps non incognite. greco eloquio
basileus dicitur. laos enim populus dicitur.
Basileus igitur basis laos vocatur
quod latina videlicet lingua basis populi dicitur.
Columna videlicet ipse super se populum susti
net, qui motus illius presentis pon
dere fixus regit. Quo enim subiec
torum suorum onera tollerant. eo qua
si supposita basis columpna portat.
Vir sanctus igitur Job uirtute prophetia spiritus
plenus aspiciat quod iudea deseritur
atque ad diuinitatis cultum gentium
principes inclinantur et dicat. Deus cuius
resistere ire nemo potest, sub quo
curuantur qui portant orbem. Acsi ap
te fateatur dicens. et subiectos quo
dam districte deseris. et erectas po
testates gentium misericordie flectis.
Quamuis per hoc quod dicitur. Sub quo cur
uantur qui portant orbem. possunt et
angelice uirtutes intelligi. Ipse et
enim orbem portant. que regendi
heb 1 mundi curas administrant. Paulo
attestante qui ait. Nonne omnes sunt
administratorii spiritus in ministerium missi
propter eos qui hereditatem capiunt salu
tis. Ait ergo. Deus cuius resistere
ire nemo potest. sub quo curuantur qui
portant orbem. Ac si similitudine omnis
creature conspiciat et tremefactus
dicat. Quis in firmorum hominum tuis
uiribus obuiat. cuius se formidini
et uirtutes angelice inclinant. Vel certe
quia cum curuantur superiora non cunctis
erecti essent illi sub celsissimi spiritus.
si plene potestatis eius maiestatem at
tingerent. Sed qui orbem portant sub
deo curui sunt. quia diuinitatis eius
celsitudine. cuius sublimitate vident
nec uirtutes eius angelice comprehendunt
quia uir iustus per infirmitatem non
penetrans. Sed hanc utrumque ex subiect
simorum spirituum iustus pensans. ad
considerationem se propriam sollicita humilita
te recolligit. sibique coram se potestate
superne magnitudinis uilescit dicens. Quantus
XI ergo ego sum ut respondeam ei et

loquar uerbis meis cum eo. Ac si apte
A dicat. Si creatura illa hunc considera
re non sufficit. quam carne non premitur
qua mente de eius ego iudicijs di
sputo. qui pondere corrupcionis an
gustor. Sicut autem sepe ad nos uerba
dei sunt iudicia illius. que inuo
actum suorum loquitur. Ita uerba nostra
ad deum sunt opera que exhibemus
Sed cum deo homo loqui uerbis suis
non valet. qui aperte subtile eius
iudicium. nullam de suis actibus fidu
ciam tenet. Vnde et apte subditur
Qui si habuero quippiam iustum non
videbo. sed meum iudicem deprecabor
Vt enim sepe diximus. Omnis humana
iusticia iniusticia esse conuincitur. si
districte iudicetur. Precibus ergo post
iusticiam indiget. ut que succumbe
discussa poterat. ex sola iudicis po
testate conualescat. Que tamen plene
a perfectionibus habetur. hic de illa quippiam
dicitur. quia mens humana et com
prehensa vix pagit. et valde extre
ma sunt que comprehendit. Dicat ergo
Qui si habuero quippiam iustum non
videbo. sed meum iudicem deprecabor
Velut si aperte fateatur dicens. et
si ad opus uirtutis excreuero. ad vi
tam non ex meritis. sed ex venia con
valesco. Preterea itaque in intendum est
cum ita agimus. ut omne quod iuste
viuimus. ex humilitate condiamus
Sed plerumque ipsa mens deprecando tam
multis temptacionibus quatitur. ut
pene ad opera iudicis repulsa videatur.
Et sepe hanc creator misericors perpetit
Sed quod illibata se ut vult erigere non
valet. super se iudicium reprobacionis
B pauet. Vnde et subditur. Et cum inuocan
tem me exaudierit. non credo quod
exaudierit vocem meam. Pleru
mque et enim mens igne diuini amo
ris accenditur. Atque ad intuenda celes
tia archana subleuatur. Ad summa
iam rapitur. et perfecto desiderio con
puncta ab infimis alienatur. Sed repen
tina temptacione perculsa. que in tenore
forti in eadem erecta stabat. abortis
cogitacionibus turbata curuatur. ita ut se
ipsam discernere nequeat. atque inter

vicia uirtutes quas deprehensa ex qua
parte sit valencior non agnoscit. Na
sepe ad hec usque perducitur. ut in
veniret quo tam summa comprehendat
qua cogitaciones illibata possit. et
rursum. quo illicitarum cogitacionum
recipiat. Quam super se valde fer
vor spiritus rapit. quos altitudines
cogitacionum motus in animo bene
psalmista intuens ait. Ascendunt
usque ad celos. et descendunt us
que ad abyssos. Vsque ad celos quip
pe ascendimus cum summa penetra
mus. Sed ad abyssos usque de
scendimus. cum repente a contemplacio
nis culmine. pessima temptamenta
ducimur. Motus itaque animi dum
mixtim nota et vicia alternat nimi
rum sibi certitudinem exaudi
cionis obnubilat. Recte ergo dicitur
Et cum inuocantem me exau
dierit. non credo quod exaudierit
vocem meam. Quia mens ex
ipsa sua mutabilitate sit trepi
da. et per hoc quod nolens patitur
repulsam se abiectam quam suspicatur
libet intueri vir sanctus. quanta se
subtilitate diiudicat. nequid ab
illo iudicia diuina reprehendat.
In firmitate namque sua intuens
ait. Cruciatus ego sum ut re
deam ei. et loquar uerbis meis
cum eo. De iusticie sue meritis
non confidens. sed ad solam se spe
postulacionis conferens subdit.
Qui eciam si habuero quippiam
iustum non videbo. sed meum iu
dicem deprecabor. Sed de ipsa quoque
postulacione pauidus adiungit
Et cum inuocantem me exaudi
erit. credo quod non exaudierit vo
cem meam. Cur tanta circumspec
cione trepidat. cur tanta solli
citudine formidat. nisi quia
terrorem iudicis in extrema
districtione considerat. et vim dis
cussionis illius non ferens omne quod
gerit esse sibi insufficiens perpen
dit. Vnde et protinus subdit. In turbine
enim conteret me. Peccator quisque in
turbine atteritur. qui extus in tran
quillitate videbatur. Quamquam xij c.

dum superna longanimitas tollerat
extrema iudicii severitas necat. Que
recte turbo dicitur. quia in elementorum
commotione revelatur psalmista
attestante qui ait, Deus ma-
nifeste veniet. Deus noster et non
silebit. Ignis in conspectu eius
ardebit. et in circuitu eius tem-
pestas valida. Unde propheta quoque
alius dicit, Deus in tempesta-
te et in turbine vie eius. In quo
nimirum turbine ideo nequaquam
conteritur quia semper hic sollicite
metuit ne conteratur. Pendit
namque adhuc in presentis vite iti-
nere constitutus. quamvis actibus
exactorum operum quam districtus
appareat. qui quosdam tunc
reatu culpe originalis astric-
tos etiam sine operibus dampnat
Nonnulli etenim prius a presenti luce
subtrahuntur quam ad proferenda
bona vel mala meritum actione
vite perveniant. Quos quia a
culpa originis salutis sacramen-
ta non liberant. et hic ex proprio
nil egerunt. et illic ad tormenta
perveniunt. Quibus unum vulnus
est corruptibiliter nasci. Aliud car-
D nalit emori. Sed quia post mor-
tem eterna quoque mors sequitur
occulto eis iustoque iudicio. etiam
sine causa vulnera multiplicantur. Perpe-
tua quippe tormenta percipiunt
qui nichil ex propria voluntate pec-
caverunt. Hinc namque scriptum est. Non
Jo. 3 est mundus in conspectu eius
nec unius diei infans super
terram. Hinc per semetipsam veritas
dicit. Nisi quis renatus fuerit ex
aqua et spiritu sancto non potest intrare
in regnum dei. Hinc paulus ait
Ephe. 2 Eramus natura filii ire sicut et ceteri
Qui itaque nulla propria adiungens
ex solo originis reatu perimitur
Quid in illo extremo examine
quantum ad humani sensus estima-
tionem nisi sine causa vulneratur.
Sed tamen sub divina districtione
iustum est ut propago mortalis

velut infructuosa arbor. et in ramis
servet amaritudinem. quam traxit ex
radice. Ait ergo In turbine con-
teret me. et multiplicabit vulnera
mea etiam sine causa. Ac si aperte
humani generis dampna considerans dicat.
Districtus iudex quam eos animadversione
truncidat. quos culpa proprie actionis dampnat.
si et illos in eternum percutit. quos
reatus arbitrii non addicit. Que
nimirum bona dicta. nec ab electo Job
preparate discrepare cognoscimus.
si hec quae vere prolata sunt in dogmatis
Semetipsum namque subtiliter pensans
atque in omni actione diiudicans super-
ne districtionis vim. quanta sollici-
tudine pertimescat insinuat subdens
In turbine enim conteret me. Ac si aper-
te dicat. Ideo hunc semper et in
tranquillitate timeo. quia per flagella
qualis in turbine veniat non ignoro.
Que flagella scilicet et metuens prodit
et perpendens pertulit. Unde subiungit
Et multiplicabit vulnera mea etiam
sine causa. Ut enim sepe iam diximus
nequaquam beatus Job percussus est ut in
eo percussio vitium tergeret. sed ut me-
ritum augeret. Vulneratum itaque se sine
causa asserit. hoc de se foris loquitur
quod de illo veritas in occulto testatur
dicens. Commovisti me adversus eum
ut affligerem eum frustra. Vir ergo
sanctus superbe non dicit quod veraciter dicit
Nec per hec verba a rectitudine discrepat
per que a iudice non discordat. Qui
considerans percussionis vulnera cum tranquillitate
experitur. cum subiungit. Non conce- F.
dit requiescere spiritum meum. et implet
me amaritudinibus. Sepe iustis ex-
ercitatio non est sola exterius ad-
versa tollerare. sed ut eorum vires etiam
mens plene probationis erudiat. Hos
nonnumquam et foris tormenta lacerant
et intus temptamenta castigant. Unde
vir sanctus impletum se amaritudinibus
asserit. quia cum flagella exterius
tolerat. illud est gravius quod detes-
tatione adversarii in intimis pertulit.
Sed in eo hec mitigat vim doloris

consideratam potentiam et equitatis ferientis sententie subiungit: Si fortitudo
queritur robustissimus est; si equitas in-
dicii, nemo pro me audet testimonium
dicere. Ille quippe vite cursus exami-
nat qui habet parem testimonium
non explorat, quia quem districtius
quisque videt illator pene, ipse dum
tractatur extitit testis culpe. Hinc
et eum per prophetam dicit: Ego sum iudex
et testis. Hinc rursum ait: Tacui
semper silui, patiens fui, sicut partu-
riens loquar. Parturiens namque cu-
riens loquor. Parturiens namque cum
dolore clamat. Quod diu in abditis
cum pondere portavit. Post longum
ergo silentium sicut parturiens deus
loquitur, quia quod apud se nunc tacitus
tolerat, in ultione quandoque iudicium
cum dolore manifestat. Sed requi-
rendus est nobis iste vir iustus
si pro eo testimonium dicere quisquam presu-
meret, numquid hunc reatu liberare
ret. Et si huic alius testimonium
non impenderet, numquid ad prestandum
pro se testimonium saltem ipse con-
valescat. Sequitur: Si iustificare
me voluero, os meum condempnabit
me; si innocentem ostendero, pravum
me comprobabit. Ac si aperte dicat:
Quid de aliis loquor, qui ipse de
me testimonium ferre non valeo.
Sed quia innocencie tue testificatio
non sufficis, numquid hoc ipsum, quod
innocenciam habeas scis? Etiam si
simplex fuero, hoc ipsum ignorabit
anima mea. Plerumque si scimus
bona que agimus ad elacionem duci-
mur; si nescimus minime servamus.
Quis enim aut de virtutis sue con-
sciencia non quantulumcumque superbiat,
aut quis rursum bonum in se cus-
todiat quod ignorat? Sed contra
utrumque quid superest, nisi ut recta
que agimus sciendo nesciamus, ut
hec et recta estimemus et minima,
quatenus et ad custodiam sensificet animum
sciencia rectitudinis, et in timore
non elevet estimacio inmortitoris.
Sed sunt nonnulla que sciri a

nobis facile nequeunt, eciam cum
geruntur. Nam sepe vero studio con-
tra delinquentium culpas accendi-
mur, et cum ultra equitatis
metas rapimur, hoc zelum
iuste districtionis estimamus. Se-
pe officium predicationis assumimus,
ut prefor fratrum utilitati deser-
viamus, sed nisi placeamus cum
loquimur, nequaquam libenter accipitur
quod predicamus. Cumque placere mens
utiliter studet, ad amorem lau-
dis proprie turpiter defluit, et que
a captivitate viciorum alios eruere stude-
bat erue ipsa suis favoribus
incipit captivata servire. Quasi
latrunculus quippe est appetitus
laudis humane, qui recto itinere
gradientibus ex latere iungitur, ut ex
occultis educto gladio gradien-
cium vitam trucidat. Cumque pro-
posite utilitatis intencione ad
studia privata deducatur, horrendo
modo unum ideoque opus culpa per-
agit, quod virtus inchoavit. Se-
pe et ab ipsis exordiis aliud
cogitacio expetit, aliud clamo
ostendit. Sepe se fidelem sibi nec
ipsa cogitacio exhibet, quia aliud
ante oculos mentis versat, et longe
ad aliud ex intencione festinat.
Nam plerumque non nulli terrena
premia appetunt, et iusticiam de-
fendunt, seque innocentes estimant
et esse defensores rectitudinis
exultant. Quibus si spes num-
mi subtrahitur, a defensione
protinus iusticie cessatur, et tamen
iusticie defensores cogitant, sibi
que se rectos asserunt, qui nequaquam
rectitudinem sed nummos querunt.
Contra quos bene per Moysen
dicitur: Iuste quod iustum est exequeris.
Iniuste quippe quod iustum est exequitur
Qui ad defensionem iusticie non
virtutis emulacione, sed amore
premii temporalis excitatur. In iuste
quippe quod iustum est exequitur
qui ipsum quam pretendit iusticiam

vendare nimie vetur. Iuste
ergo iustum exequi est. i asser
tione iusticie. eandem ipam iu
sticia querere. Sepe recta agimus
et nequaquam perima. nequaquam
laudes ab hominibus expectamus
xviii I Sed cum mens in sui fiduciam
erecta huius agmibus nil expetit
placere contempnit. eorum iudicia
despicit. se sequi male liberam
per abrupta elacionis rapit. et
inde sub vicio perius obruitur
Unde quasi de victis viciis.
nullis se appetitonibus subiacere
gloriatur. Sepe dum nos plus
iusto distringimus. de ipso distric
tionis studio in districtius erra
mus. et mentis nostre acies quo
plus cernere nititur obscuratur. quia
et qui importune solis radios
aspicit tenebrescit. et inde nil
videre compellitur. unde videre ampliu
conatur. quia igitur ut ab inquisi
sitione nostra torpentes nos omnino
nescimus. aut si subtili nos
discussione requirimus. plerumque
in te vicia intuentes quasi caligamus.
Recte dicitur nunc. Etiam si simplex
fuero. hoc ipsum ignorabit anima
mea. Ac si aperte dicatur condito
ris contra me iudicia quia te
meritate redarguo. qui ipsum
me ex infirmitatis caligine
ignoro. Unde bene per prophetam dicitur.
Abacuk 3 Dedit abyssus vocem suam
ab altitudine fantasie sue. A
byssus quippe altitudinem fan
tasie perdidit cum humanus ani
mus in mensa cogitacione ca
ligosus semetipsum eciam discuti
endo non penetrat. Sed ab hac
altitudine vocem dare est. quia
dum se deprehendere non potest
cogit in admiracionem consurgere
ut eo perscrutari non audeat
quod supra ipsum est. quo incomprehensi
bilitatem ipse sua cogitacionis non
E valet invenire quod est. Sed iusto
rum corda. quia ad perfectum se
examinare nequeunt. egre hoc
exilium creaturis ferunt. Unde
et recte subditur. Et tedebit me vite
mee. Tedet iustum vite. quia et
operando vitam non desinit querere.
et cum eiusdem vite sue meritum
non valet invenire. Libram quippe
examinis agimus in tune equitatis
tribuit. et inde in se erga effectum
in vencionis deficit. Unde supra se
raptus ad vim inquisicionis ex
crescit. Sed est consolacio nostre cali
ginis. reducta est ad animum
iusta et incomprehensibilis potencia
conditoris. que et iniquos sine
ultione non deserit. et rectorum iusticiam
incomprehensibilitatis inmensitate tra
scendit. Unde apte subiungitur.
Unum est quod locutus sum. et inno s
centem et impium ipse consumit. In
nocens creatore consumitur. quia
quantalibet eius simplicitas fuit.
divine magnitudinis simplicitate
superatur. Quamvis enim simplicitatem
studiose sequimur. ex consideracione
tamen in tune puritatis ostenditur. quod
hec ipsa que agimus simplicitatis
non sit. Impius quoque creatore
consumitur. quia deo cuncta mirabi
liter ordinante ipsis suis versuciis
eius impietas ligatur. Nam inde
se simplicius nescius implicat unde
se aliquid facere sciens exultat. Ca
igitur omnipotens deus. et bonorum inno
cenciam simplicitate sua superat. et ma
lorum astuciam penetratis dampnat
recte nunc dicitur. Unum est quod locutus
sum. et innocentem et impium
ipse consumit. Ac si aperte diceretur
hoc apud me verba cogitacionis
protuli. quia nec innocens si di
stricte discucior apparebo. nec im
pius si apud me latere voluero
aspicientis examinis acumine ab
scondor. Cum districtus iudex
cuncta comprehendens occulta ma
lorum mirabiliter penetrat. et suis
hanc in vencionibus bene ordinans
dampnat. Vel certe et innocentem
et impium ipse consumere dicitur. quia
quamvis in meritis vite divisi sunt
prime tamen culpe merito eque ad

carnis interitum pertrahimur. Unde
Eccl. 2 per Salomonem dicitur: Moritur doctus
similiter et indoctus. Et rursum: Cuncta
subiacent vanitati, et omnia pergunt
ad unum locum; de terra facta sunt
et in terram pariter revertuntur. Sequitur:
m Si flagellat occidat semel et non de
penis innocentum rideat. Quis
hec non per superbiam prolata crederet
nisi sententiam iudicis audiret
qui ait: Non estis locuti coram me
rectum sicut servus meus Job.
Restat ergo ut nullus auctoris ver
ba reprehendere audeat, que constat
quia iudex laudat. Sed tanto in
se tenuis sensus eorum subtilius in
quirenda sunt, quanto durius foris
l sonant. Vir etenim sanctus humani generis
xvi N. dampna considerans, unde venerit
pensans, quia hoc pollicente adversario
bonum malumque scire appetens scire
perdidit etiam semetipsum, ita ut ve
raciter dicat: Etiam si simplex fu
ero, hoc ipsum ignorabit anima
mea. Qui post expulsionis pe
nam flagella quoque corruptionis
sustinet, et adhuc ad carnis ul
te ad mentis interitum etiam post
tormentum tendat, ut certe dicat:
Et innocentem et impium ipse con
sumit. Mediatoris contra hec gratiam
requirit dicens: Si flagellat occi
dat semel. Nos enim quia et a deo
mente recessimus, et carne ad pul
verem redimus, pena culpe mortis
astringimur. Sed venit ad nos qui
pro nobis sola carne moreretur, qui sim
plam suam duple nostre coniungeret
et nos ab utraque morte liberaret. De
Ro 6 qua per Paulum dicitur: Quod autem mor
tuus est peccato mortuus est semel.
Dampna ergo vir sanctus nostre corrup
tionis aspiciat, et unam que duas no
stras destruat mortem mediatoris
querat, atque hanc desiderans dicat:
O Si flagellat occidat semel. Sed eam
que humilitati remittitur qui pro nobis subi
it. Et non de penis innocentum ri
deat; quod tamen valde humilium sine
difficultate cognoscimus, si humili hoc

mente pensamus. Cunctis etenim
liquet quod omne desiderium pena
est cum differtur, Salomone quoque at
testante qui ait: Spes que dif Prov. 13
fertur affligit animam. Ridere autem Trede di
Dei est humane nolle afflictioni
misereri. Unde per Salomonem rursus
Dominus reprobis in culpa durantibus
dicit: Ego quoque in interitu vestro Prov. 1
ridebo. Afflictioni nostre nulla
pietate compatitur. Ante redemptoris
igitur adventum penam suam electi
omnes habuerunt, quia estuante
desiderio incarnationis eius
misterium videre cupierunt, ipso
attestante qui ait: Multi dico
vobis iusti et prophete voluerunt
videre. Pene itaque innocentum
sunt desideria iustorum. Quo
usque ergo Dominus electorum suorum
vota non compaciens distulit,
quid aliud quam penis innocentum
risit. Itaque vir sanctus ven
turi dona redemptoris considerans
et votorum suorum dilationem graviter
tolerans dicit: Si flagellat
occidat semel, et non de penis
innocentum rideat. Ac si aperte
exoret dicens: Qui vitam nostram
cottidie flagello vindice pro cul
pa afficit, ille iam veniat qui
pro nobis semel sine culpa mo
riatur, ut Dei nocentum penis de
ultra non rideat, si ipse carne
passibilis appareat, tanquam se de
sideriis meis ira castigat. Vel
certe si risum Dei eius leticiam
appellat, deum nocentum penis ri
dere dicit, quia quo a
nobis ardencius queritur, eo de
nobis suavius letatur. Quasi
quoddam quippe ei ex pena gau
dium facimus, cum per sancta deside
ria penis nos amore castiga
mus. Hinc psalmista ait: Con
stituite diem solempnem in con
frequentationibus usque ad cornu
altaris. Solempnem namque diem
Deo in confrequentatione constituit
quisquis se assidue in eius desiderio
affligit. Cum nimirum solempnius

Dies usque ad altaris cornu tendi
precipit, quia tamdiu necesse est
ut quisque se affligat, quousque
ad summum sacrificii altitudinem,
id est ad gaudia eterna pertingat. Ius-
tus igitur vix quia in ipso deside-
rium suum appetit non differri,
similiter dicitur: Non deperius inno-
centum rideat. Ac si diceret: Vo-
ta mea libenter accipiens ultra
non differat, sed ostendendo ex-
hibeat eum qui nos in sua
expectacione castigat. Quem
vero eum specialiter beatus Job ostendi
petivit, semel qui carnis sue
eius morte in mundi pro nobis
tolleravit, pertimus apperte quod
ipsum quoque ordinem eius pas-
xvi sionis adiungit dicens: Terra
data est in manus impii,
P vultum iudicum eius operit. Quid
enim terre nomine nisi caro ex-
primitur? Quis appellatione impii
nisi dyabolus designatur? Huius im-
pii manus fuit hii qui redemp-
toris morte crassati sunt. Terra
itaque data est in manus impii,
quia antiquus hostis redemptoris
mentem corrumpere per se temptando
non valuit, sed eius carnem per
suos satellites ad tempus permissus
extinxit. Et dispensacioni superne
pietatis nesciens ex hac ipsa per-
missione serviuit. Tribus etenim
redemptorem nostrum temptationibus
pulsans cor dei temerare non
valuit. Sed cum inde mentem
ad mortem carnis eius excitat,
cumque ei cohortem atque pon-
tificibus et phariseis ministros
tradidit, minime iste impius
ad terram manus tetendit. Huius
terre iudices sacerdotes et principes,
pylatus atque illusores milites fu-
erunt. Iste igitur impius vultum iudi-
cum operuit eius, quia corda
persequencium ne auctorem suum agno-
scerent malicie nebula velavit.
2 cor 3 Unde et paulus dicit: Usque in hodier-
num diem cum legitur moyses ve-

lamen est super cor eorum. Unde rursus 1 cor 2
ait: Si enim cognovissent numquam dominum
glorie crucifixissent. Vultus ergo iudi-
cum opertus extitit quia Ihesum per-
quirentium eum, quem in carne tene-
potuit, deum nec per miracula co-
gnovit. Quia ergo antiquus hostis
cum cunctis omnibus una persona est,
Sic plerumque scriptura sacra de
capite id est de dyabolo loquitur ut re-
pente ad eius corpus id est ad sequaces
illius derivetur. Potest ergo nomine
impii infidelis ac persecutor quisque
designari cui et hoc congruit
quod subditur: Quod si non ille est, quis
ergo est. Ac si aperte diceret: Quis N.
unquam impius perquirendus est? Si
non ille plus qui ipsam pietatem
persecutus est, impius non est. Sed
considerata vir sanctus iudaice plebis
perfidia ad semetipsum mentis oculos
revocat. Dolet quod videt, negat quod
amat, merore afficitur quia expri-
mi mundo aut subtrahitur, quod salus mun-
di reuelet. Unde et subdit: Dies mei
velociores fuerunt cursore, fugerunt et
non viderunt bonum. Cursoris quippe
officium est secuturi nunciare. Omnes
igitur electi qui ante adventum redempto-
ris orti sunt, qui hunc aut viven-
do tantum modo aut etiam loquendo
nunciaverunt, quasi in mundo quidam
cursores fuerunt. Sed quia ante pre-
stolatum redemptoris tempus se sub-
trahi prevident, transire se cursore
velocius dolent, diesque suos esse
breves ingemiscunt, quia usque ad vi-
dendam redemptoris lucem minime ten-
dunt. Unde apte dicitur: Fugerunt
et non viderunt bonum. Omnia que
creata sunt bona sunt, Moyse at-
testante qui ait: Vidit deus cuncta
G. 1 que fecerat et erant valde bona. Sed
hoc solum bonum principaliter bonum
est, per quod hec omnia bona sunt, que
bona non principaliter existunt. De quo
bono per evangelium veritas dicit: Nemo bonus
Mt nisi unus deus. Quia igitur anti-
19 quorum patrum dies finiti sunt
quam mundo deus in carne innotesceret

Mr x

Solus deus bonus.

rete mee de eisdem diebus dicitur
fugerunt et non viderunt bonum. Ac
si aperte dicetur. Aut expectationem
tempus elapsi sunt qui ad redemp
toris presenciam pervenire non potue
runt. Unde et adhuc subditur: Pertransie
runt quasi naves poma portantes.
Hii qui poma portantes maria tran
meant. ipsi quidem fructuum odorem
percipiunt. sed eorundem fructuum aliis
cibos ferunt. Quid igitur antiqui
patres nisi naves poma portantes
extiterunt. Qui dum de incarnatio
nis mysterio prophetantes. ipsi quidem
spei odore potiti sunt. sed nobis
fructum de eiusdem spei perfectione
detulerunt. Quia enim illi expectan
do odorati sunt. hoc nos cernendo
et percipiendo saciamur. Unde et
Ioh redemptor eisdem discipulis dicit:
Alii laboraverunt et vos in labores eorum
introistis. Quorum videlicet dies
xviii 8 comparantur navibus quia decurrunt
et recte poma portantibus, quia eos ob
quos ante redemptoris presenciam gesserunt
per prophetie valuerunt spiritum expectatione
refovere, non autem manifesta exhibi
tione reficere. Vel certe quia naves
cum poma portant hec paleis ad
miscent ut ad terras illesa perducant.
Recte priorum precedencium dies describuntur
navibus poma portantibus similes.
Quia antiquorum dicta dum mi
steria spiritualis vite denunciant per
textum hec historie stipula servant
et optimum nobis spiritum fructus de
ferunt cum carnalia loquuntur. Sepe
namque dum quedam narrant prophetia
ad divinitatis extenditur archana. qui
crebro eciam cum altitudinem divinita
tis aspiciunt. ad incarnacionis eius
misterium repente vertuntur. Unde et
adhuc apte subiungitur: Sicut a
quila volans ad escam. Moris
quippe est aquile ut irreverberata
acie radios solis aspiciat. Sed cum
refectionis indigencia urgetur
eandem oculorum aciem quam radiis
solis infixerat. ad respectum cadave
ris inclinat. et quamvis ad alta

evolet pro sumendis tamen carni
bus terram petit. Sic videlicet
sic antiqui patres fuerunt. qui in
quantum humanitatis infirmitas
admittebat creatoris lucem erecta
mente contemplati sunt. Sed
incarnandum hunc in mundi fine
presencientes. quasi a solis radiis
ad terram oculos deflexerunt
et quasi desursum ad yma ve
nerunt. dum hunc deum super
omnia et hominem inter omnia
agnoscunt. Qui eum pro humano genere
dum passurum moriturum conspi
ciunt. quia sola morte semet
ipsos refici et reformari ad vitam
noverunt. quasi more aquile
post contemplatos solis radios in
cadavere escam querunt. Libet per
tractare aquilam radios solis in
tuentem que ait: Deus fortis. ys 9
pater futuri seculi. princeps pacis.
Sed ablato volatu celsitudinis
ad terras veniat. escam cadaveris
inferius inquirit. Paulo enim
post subdit dicens: Disciplina ys 53
pacis nostre super eum. et livore eius
sanati sumus. Et rursum: Et homo
est. et quis cognoscet eum. Sub
levata igitur in divinitate mentis
intuitu cum dispensationis gratiam
ex eius carne considerat. quasi
a summis repente aquila ad es
cam volat. Sed ecce ille insti
tutus pro plures et mensa dudum
prophetie spiritu infusus eundem
prophetie dona perdidit. atque in
ea fide quam predicando initia
verat non permansit. et a se redemp
toris presenciam negando repulit.
quam cunctis se sequentibus pre
nunciando declamavit. Unde
et apte primus per compassionem
quoque ad communem divinam sermo
convertitur. atque ab eis quo prophetie
gratia subtrahitur indicatur. Nam
subditur: Cum dixero nequaquam
ita loquar commuto faciem meam
et dolore torqueor. Plebs

Repula :~

quippe iudaica loqui ut prius
noluit. que eum quem predixerat
negavit. Et commutata facie do-
lore torquetur. quia deum in terre-
num hominis aspectum. quo agnosci
a conditore poterat. feditate per-
fidie polluit. apertius malis
incipiens sub eterna se ultione
dampnavit. Quasi enim commu-
tata facie. ab auctore non con-
gnoscitur. que perditi bone con-
sciencie fide reprobatur. Et nimirum
restat ut suppliciorum dolor tor-
XVIII queat. quem sinus non cognoscens
conditor ignorat. ¶ Quia igitur
X hec sub redemptoris nostri significa-
tione transcurrimus. nunc moraliter dis-
cuciendo replicemus. Dies mei
velociores fuerunt cursore. fugerunt
et non viderunt bonum. Sicut sepe
iam diximus. sic primus homo
conditus fuit. ut per augmenta
temporum tendi posset eius vita tan-
tummodo non excelli. Et quia
sponte ad culpam cecidit. quo at-
tigit vetitum pertulit decursum.
que nunc homo presentis vite de-
siderio oppressus et desinere et tol-
lerat. et optat ne eum finiatur
vive appetit. sed per augmenta
vite cottidie ad finem tendit.
nec deprehendi valet per temporum
incrementa. quam nulla sunt ii
cum repente transacta finiuntur.
que veniencia longa videbantur.
Vir igitur sanctus statum sue condi-
tionis aspiciat et ex humani generis
voce dampna decursus inge-
miscat dicens. Dies mei velo-
ciores fuerunt cursore. fugerunt
et non viderunt bonum. Ac si ap-
te dicat. Ad hoc homo conditus
fuit. ut bonum quod deus est videre || sub
potuisset. Sed qui stare ad lu-
cem noluit. fugiendo oculos
amisit. Quia quo per culpam
cepit ad yma decrescere. eo se ceci-
tate pertulit. ne in tantum lumen
videret. De quibus adhuc

diebus apte subiungitur. Pertransierunt
quasi naves poma portantes. Na-
ves cum poma portant. fructus ter-
re videlicet per fluctus ferunt. Terra
vero hominis paradisus extitit que
hunc in concussum tenere potuit si per
innocenciam stare voluisset. Et quia
ad mutabilitatis undas per culpam
cecidit ad presentis vite maria post
terram venit. Poma etiam huius
terre fuerunt mandati sermo concessa
possibilitas operis nature in divina
intelligencia conditoris. Sed hec
poma que edere in terra reminimus.
per mare iam portamus. Quia con-
cessa bona tot numero in concusso
custodire in paradiso noluimus. et pre-
sentis in temptationibus conamur tenden-
tes ad eminus. cum inter presentis
impellimur mutabilitatis nostre fluc-
tibus fatigamur. Sed quia per eternas
ministeria admixta bona nature
restringimus. quasi per longinquum poma por-
tamus. Quod tamen intelligi et aliter
potest. Naves etenim cum poma
portant suavitatis odorem habent
sed gravedinem ponderis non habent.
Et humanum genus a paradisi gaudiis
expulsum vim contemplationis perdi-
dit. robur condite fortitudinis a-
misit. Cumque ad superna repetenda
se erigit. fragrat quidem odore
memorie. sed digne non exercit pon-
dus vite. Pomorum ergo odoribus
repletur. et tamen hinc illucque levitate
mentis nostre navibus impellitur. quia
et paradisi celsitudinem cum odoris
recordatione meminimus et in per temptationum
temptationum fluctus ex carne tolle-
rimus. Unde et apte subiungitur.
Sicut aquila volans ad escam.
Aquila etenim alto valde volatu
suspenditur. et ad visum || petit ad ethera
libertatis. Sed per appetitum ventris
terras expetit. seseque a sublimibus
repente deorsum fundit. Sic sic hu-
manum genus in parente primo ad yma
de sublimibus corruit. quod nimirum con-
ditionis sue dignitatis in rationis cel-
situdine quasi in aeris libertate

suspenderat/ Sed quia contra preceptum
cibum vetitum contigit per ventris
concupiscentiam ad terras venit/ et quasi
post volatum carnibus pascitur quia
illa libera contemplacionis spiritualia
perdidit. et deorsum corporeis vo-
luptatibus letatur. Dicat ergo aqui-
la volans ad escam. Dies nostri
velocius transierunt. quia quo prima
peccatimus, eo subsistere in vita prohibe-
mur/ Sed cum hec ante mentis oculos
continua cogitacione revolvimus/
durius tacitis questionibus urgemus
Cur omnes deus condidit quos
periturus esse sciuit/ Cur is qui summe
potens/ summe bonus est/ nequaquam
voluit hominem talem facere qui
perire non posset/ Cum vero hec
tacita mens interrogat/ pavet ne
ipso interrogacionis ausu in superbiam
erumpat. seque humiliter comprimit/
et cogitacionis sue ausum restringit
Sed eo gravius affligitur quo inter
mala que sustinet. eciam de eo
dicionis sue absconditum intellectum cru-
ciatur. Unde hic quoque apte subiungitur.
XX y Cum dixero nequaquam ita loquar
commuto faciem meam et dolore
torqueor/ Nequaquam quippe ita
nos debere loqui dicimus. cum nostre
infirmitatis modum ex inquisicione
transcendentes. nosmetipsos reprehendimus/
superne reverencie consideracione refre-
namus. In qua refrenacione scilicet
mentis nostre facies commutatur. quia
que prius non capiens audenter summa
requirebat/ Infirmitate sua post-
modum agnoscens veniam reposcat
quod ignorabat/ Sed in ipsa hac commu-
tacione dolor est quia valde af-
fligitur cum preter culpe merito ad
intelligendum ea que de ipsa fiunt " Se-
cernitur. que patitur iusta esse consi-
derat/ pavet ne in dolore pre-
cum locucionis excedat/ Cui sile-
tium indicit. sed ex actitius dolor eo
ipso quo restringitur augetur/ Dicat ergo
Cum dixero nequaquam ita loquar/
commuto faciem meam et dolore

torqueor/ Quia tunc plerumque
gravius affligimur cum quasi pro
placacionis studium. afflictionis nostre
nobis conantur mala lenigare.
Sed quisquis iam subtiliter peritis
prima dampnacionis propaginem huma-
ni generis dampna consideraverit/ superest
ut huius adiungere propria metuat
Unde vir sanctus postquam communia
intulit repente specialia subiungitur.
dicens/ Verebar omnia opera mea
sciens quod non parceres delinquenti
Que beatus Job opera exercuit sacre
huius hystorie textus ostendit/ Holo- 3
caustis quippe multiplicibus auctto-
rem placare studuit/ Quia iuxta
filiorum numerum ut scriptum est consurgens
diluculo offerebat holocausta per
singulos. coque non solum ab iniquis
dis actibus. sed et a prava quoque
cogitacione mundabat/ de quo scrip-
tura teste perhibetur/ Dicebat enim
ne forte peccaverint filii mei et
benedixerint deo in cordibus suis
Affectum compassionis exercuit quia
ipse de se amicorum questionibus exac-
tus dicit/ flebam quondam super
eum qui afflictus erat/ Muni-
terium pietatis impendit cum ait Job 31
Oculus fui ceco et pes claudo/
Castitatis mundiciam et in corde
custodivit qui obtestando se a-
perit dicens/ Si deceptum est
cor meum super muliere/ Humilita-
tis culmine medullitus tenuit cum Job 26
dixit/ Si contempsi iudicium subire
cum servo meo et ancilla mea cum
disceptarent adversum me/ Bene-
ficia largitatis impendit cum ait/
Si comedi buccellam meam solus
et non comedit pupillus ex ea
Et rursum Si non benedixerunt Job 33
michi latera eius et de velleribus
ovium mearum calefactus est. foris
non mansit peregrinus. ostium meum
viatori patuit. et inter hec
adiunctum cunctis per excellenciam
rem caritatis prebet. et inimicos
diligere cum ait Si gavisus
sum ad ruinam eius qui me

oderit. Et rursum: Non enim dedi
ad peccandum guttur meum ut expe-
terem maledicens animam eius.
Quae ergo vir sanctus opera verebatur
qui illa semper exhibuit quibus
placari deus et erga iniquitates
solet? Quid itaque est quod et mira
opera faciens haec ipsa etiam ver-
pavens cum dicit: Verebar omnia
opera mea. Nisi quod in sanctis vi-
actibus ubique colligimus ut
si placere valeat deo cupimus
postquam peccata subigimus ipsa
in nobis etiam bene gesta time-
Ir amus. Duo quippe sunt quae
in bonis operibus necesse est ut
studiose formidemus, desidia
videlicet et fraus. Unde et Ieremias || per
~~plorans~~ apud vetustam translacionem
Ie° 48 dicit: Maledictus omnis qui facit
opus dei fraudulenter et desidi-
ose. Sed sciendum magnopere est
quia desidia ex torpore nascitur,
fraus ex privata dilectione. Illam
namque minor dei amor exag-
gerat. Hanc autem male men-
tem possidens proprius amor
creat. Fraudem quippe in dei
opere perpetrat quisquis semetipsum
inordinate diligens per hoc quod
recte egit ad remunerationis transi-
torie bona festinat. Sciendum
quoque est quod tribus modis fraus
ipsa committitur, quia per hanc procul
dubio aut tacita cordis humana
gratia, aut favoris aura, aut
res quaelibet exterior desideratur.
Quo contra recte de iusto per
Ys. 33 prophetam dicitur: Beatus qui excu-
tit manus suas ab omni mune-
re. Quia enim non solum fraus
in acceptione pecuniae est, munus
procul dubio unum non est. Tres
vero sunt acceptiones munerum
ad quas ex fraude festinatur.
Munus namque a corde est
captata gratia a cogitatione;
munus ab ore est gloria per favorem;

munus a manu est praemium per dationem.
Sed iustus quisque ab omni munere ma-
nus excutit, quia in eo quod recte agit
nec ab humano corde inanem gratiam,
nec ab ore laudem, nec a manu
quaerit recipere dationem. Solus ergo
in dei opere fraudem non facit, qui
tam ad studia bonae actionis invigilat, Nr 3
nec ad corporalis rei praemia, nec ad
laudis verba, nec ad humani iudicii
gratiam anhelat. Ipsa igitur bona nostra
quia insidiantis culpae gladium
evadere nequeunt, nisi sollicito cotidie
timore muniantur, per sanctum virum recte
nunc dicitur: Verebar omnia opera mea.
Ac si humili confessione diceret: quae a-
perte egerim video, sed quae in his
latenter pertulerim ignoro. Saepe
enim non nulla bona nostra latrocinanti
fraude depereunt, quia rectis se
nostris actibus concupiscentiae terrenae
subiungunt. Saepe desidia inter-
veniente deficiunt, quia a fervore
quo coepta sunt frigescente amo-
re tabescunt. Quia ergo culpae
surreptio vel in ipso virtutis actu
vix vincitur, quid ad securitatem
superest nisi ut studiose semper et
in virtute timeatur? Sed post haec
valde scrupulosum ~~menti~~ cordi
se obicit quod subiungitur: Sciens quod
non parceres delinquenti. Si enim delin-
quenti non parcitur, quis ab aeterna mor-
te eripitur, cum a delicto nemo mundus
reperitur? An paenitenti parcit et delin-
quenti non parcit, quia cum delicta
plangimus nequaquam iam delinquen-
tes sumus? Sed quid est quod Petrus
cum negat respicitur et redemptoris
negans respectu ad lacrimas vocatur?
Quid quod Paulus cum redemptoris
nomen conaretur in terra extinguere
eius verba de caelo meruit audire?
Sed tamen culpa in utroque punita
est, quia et de Petro teste evangelio
scriptum est: Recordatus Petrus
Mt 26 verbi Iesu quod dixerat, egressus foras
flevit amare. Et de Paulo haec
eadem quae hunc vocaverat veritas

Triplex munus scilicet a corde, ore, manu.

Stet 9

Pctu sine vocacione ad conuersit:-

dicat Ego ostendam ei quanta oporteat
eum pro nomine meo pati. Delinquenti
ergo dominus nequaquam parcit, quia
delictum sine ultione non deserit.
Aut enim ipse hoc homo in se peni-
tens punit. Aut hoc deus cum
homine vindicans percutit. Nequaquam
ergo peccato parcitur quia nullatenus sine
vindicta laxatur. Sic David au-
dire post confessionem meruit: Dominus trans-
tulit peccatum tuum. et tamen multis
2 Reg. 12. post cruciatibus afflictus ac fu-
giens reatum culpe quam perpetraverat
exsolvit. Sic nos salutis unda
a culpa primi parentis absolvimur,
sed tamen reatum eiusdem culpe diluen-
tes absoluti adhuc carnaliter obimus.
Bene ergo dicitur: Sciens quod non parceres
delinquenti. Quia delicta nostra sine
percussione seu per semetipsum resecat, etiam
cum relaxat. Ab electis enim suis in-
iquitatum maculas studet temporali
afflictione tergere, quas in eis in perpetuum
non vult videre. Sed sepe mens dum
plus iusto solito trepidat, dum
pavore quatitur, dum sinistris
suspicionibus urgetur, tedet hanc
vite que se ad vitam vel per labo-
res ambigit pervenire. Unde et
subsequenter adiungitur: Si autem et
sic impius sum, quare frustra
A. laboravi? Si enim remota pietate
discutimur, opus nostrum pena dignum
est quod remunerari premiis prestolamur.
Vir igitur sanctus sub occulto iudicio
trepidans dicit: Si autem et sic
impius sum quare frustra labo-
ravi. Non quod hunc laborasse peni-
tet, sed quod incertus esset de premiis
et inter labores dolet. Sciendum
vero est quod viri sancti ita victi sunt
ut confidant. atque ita confidunt
ut tamen ex securitate non torpe-
ant. Quia ergo plerumque mens
et in perpensis rectis actibus trepidat
Restat ut postquam bonum opus agi-
tur, lacrime expiationis exquirantur. Quibus
ad eterna premia munitum recti operis
subvehat humilitas postulationis.
Sed tamen sciendum est, quod mundos

nos ad perfectum reddere vel vita vel
lacrime non valent, quousque nos
mortalitatis nostre corruptionis
tenet. Unde et apte subiungitur:
Si lotus fuero aquis nivis et B
fulserint velut mundissime manus
mee tamen sordibus intinges
me. et abhominabuntur me ves-
timenta mea. Aque enim nivis
sunt lamenta humilitatis. que profecto
humilitas, quia ante districti iu-
dicis oculos ceteris virtutibus pre-
eminet, quasi proprium magni meriti
colorem candet. Sunt namque non- XXI c
nulli qui lamenta habent, sed humili-
tatem non habent, quia afflicti
plangunt, sed tamen in ipsis fleti-
bus vel contra proximorum vitam
superbiunt, vel contra ordina-
tionem conditoris eriguntur. Hi ni-
mirum aquas habent, sed nivis
aquas non habent. et mundi esse
nequeunt, quos humilitatis fletibus
minime lavant. Aquis autem se
nivis a culpa laverat qui con-
fidenter dicebat: Cor contritum et
humiliatum deus non spernit. Quam
enim lamentis affliguntur et mini-
me conditori rebelles sunt, mente
quidem conteruntur, sed humiliari
contempnunt. Quamvis aque nivis
intelligi et aliter possunt. Aqua
enim fontis et fluminis ex terra oritur,
aqua vero nivis ex aere premitur.
Et sunt nonnulli qui per orationum
se lamenta cruciant, sed tamen
totis orationum lamentorum laboribus
ad sola terrena desideria exsudant,
compunguntur in precibus, sed sola fe-
licitatis transitoria gaudia ex-
quirunt. Hos itaque nivis aqua
non abluit, quia eorum fletus
ab ymis venit. Quasi enim ex
terre aqua perfusi sunt, qui pro
terrenis bonis in precibus compun-
guntur. Qui vero ideo plorant
quia premia superna desiderant, aqua
nivis hos diluit, quia celestis
compunctio infundit. Nam cum
planctu per orationem patriam appetunt

cuius accensi desideriis plangunt/
assiduis accipiunt unde mundentur.
Per manus autem quid aliud quam
opera designantur? Unde quibusdam
Ysa. 1 per prophetam dicitur/ Manus vestre
plene sunt sanguine. id est o-
pera crudelitate/ Mundum ergo
se vir sanctus non ait. si fulserint
mundissime manus mee. sed
velut mundissime manus mee.
Quia quousque pena nostre
corruptionis astringimur. qualibet
virtutis operibus veram munditiam
nequaquam apprehendimus sed imitamur/
Unde apte subiungitur. tamen sordibus
D intinges me. Deus nos sor-
dibus intingere dicitur/ cum tinctos
sordibus demonstrat/ Quia quan-
to ad illum verius per bona opera
surgimus tanto subtilius vite
nostre sordes agnoscimus. quibus
ab eius munditia discordamus.
Ait ergo Si lotus fuero quasi aquis
nivis et fulserint velut mun-
dissime manus mee. tamen
sordibus intinges me/ Ac si
aperte dicat. quocumque lamentis
superne compunctionis infundar, quam-
vis per studia virtutis operationis exer-
cear/ in tua tamen munditia video
quia mundus non sum/ Intenta
quippe deo anima ipsa adhuc
corruptibilis carnis dum subeat eiusque
amoris pulchritudinem obscenis
et illicitis cogitationum motibus
E fedat. Unde subditur/ Et abhomina-
buntur me vestimenta mea.
Quid enim vestimenti nomine
nisi hoc terrenum corpus exprimitur.
quo indita anima tegitur,
ne in subtilitate sue substantie
nuda videatur/ Hinc etenim Sa-
Ecc. 9 lomon ait/ Omni tempore sint
vestimenta tua candida. id est membra
corporis a sordidis actibus munda.
Hinc Ysaias dicit/ Vestimentum
mixtum sanguine erit in combustionem.
Sanguine quippe vestimentum mixtum
est desideriis carnalibus corpus
inquinare/ Quibus nimirum

pollui se psalmista formidaverat
cum dicebat. Libera me de sanguinibus
deus deus salutis mee/ Hinc voce
Apoc. 3 angeli ad Johannem dicitur/ Habes pauca
nomina in Sardis qui non inquinave-
runt vestimenta sua/ More autem sacri
eloquii vestimenta nostra nos abhorre-
ri referuntur. quia abhominabiles reddunt.
Act 1 Sicut per Petrum dicitur quoque de Juda
Hic possedit agrum de mercede iniquitatis/
Neque enim emptum precio sanguinis agrum
possidere figuli Judas potuit. qui
Act 21 relatis triginta argenteis tradi-
tionis eiusdem commissori morte mul-
tavit/ Sed possedit dictum est pos-
sideri fecit. Ita hoc loco abhomina-
buntur me vestimenta mea dicitur
abhominabilem faciunt/ Quia nimirum
dum contra mentem membra super-
biunt. dum sancti desiderii studia
temptationum suarum tumultibus interrumpunt/
in ipso suo examine posita anima agnoscit
quanta adhuc adversitate despicitur
que corruptionem suam plene appe-
tens transire sed non valens. fedo pul-
su cogitationis inquinatur/ Hanc vesti-
Ro. 8 mentorum abhominationem senserat qui
dicebat/ Video aliam legem in membris
meis repugnantem legi mentis mee
et captivum me ducentem in lege peccati
que est in membris meis/ Hec enim
vestimenta in quibus perfecte placere
non poterat. quia melius resumenda
deponere festinus ~~dep~~ cupiebat dicens
Ro. 7 Infelix ego homo quis me libera-
bit de corpore mortis huius/ Dicat ita-
que vir iustus. Si lotus fuero quasi aquis
nivis. et fulserint vestimenta mea
velut mundissime manus mee tamen
sordibus intinges me. et abhomina-
buntur me vestimenta mea/ Quia
quantumlibet ad summa ex compunctione
contemplationis ascendit. quantumlibet
in opere se per exercitium laboris accipit
indignum tamen adhuc aliquid de cor-
pore mortis sentit/ et abhominabilem
se esse considerat/ in multisque de pondere
corruptionis peccat/ Cum hoc quoque fit
quivis quod sepe neque hoc intelligit

unde delinquens flagella suscipit.
Sed districto iudici quid in se
maius, quid vel minus displiceat
non agnoscit. Unde et subditur: Neque
est vir qui similis mei est quem re-
spondeo, nec qui mecum in iudicio
ex equo possit audiri. Dum cum
quolibet in iudicio ex equo contendi-
mus et quid contra nos dicitur atten-
dimus, et in hiis que dicimus
audimur. Ex quo obiecta patenter
apprehendimus, audenter ad proposita re-
spondemus. Quia igitur invisibilis iu-
dex que facimus videt, sed audit
quod dicimus, sed quia id quod ei displi-
cet nequaquam plene cognoscimus,
quasi quid se dicat ignoramus.
Vir igitur sanctus vestimentorum suorum ab-
hominationem considerans, eo amplius
timet quod audiri ex equo iudicio
non valet, quia quousque corripien-
tis sui pondere premitur, hoc in pena
sua gravius tolerat, quod consensu
sui reprehensoris ignorat. Ac si ap-
te dicat: In hoc ex equo non au-
dior, quia et patent cuncta que facio,
et tamen ipse nescio per quanta repre-
hendor. Sequitur: Non est qui
xxiii utrumque valeat arguere et ponere ma-
6 num suam in ambobus. Dum sentit
ut querat qui deum arguat. Sed
durum non erit si redit ad memo-
riam quod ipse per alium prophetam dicit.
Ysaiam quippe admonet dicens:
Quiescite agere perverse. Discite bene
facere. Querite iudicium. Subvenite oppresso.
Iudicate pupillo. Defendite viduam
et venite et arguite me. Ea namque
que arguimus auctoritatis ratione
convincimus. Et quid est quod deus argu-
ere sancta nos admonens adiungit:
Venite et arguite me, nisi quod aperte
insinuat quantam bonis fiduciam
prestat. Ac si patenter dicat: Recta
agite et animadversionis mee moti-
bus non iam per deprecationis meritum
gemitum, sed per fiduciam auctoritatis
obviate. Hinc etiam Iohannes dicit:
Si cor nostrum non reprehenderit nos

fiduciam habemus ad deum. Hinc
est quod Moyses quia placet sumens
audit tacens. Cui silenti dicitur: Exo 32
Dimitte me ut irascatur furor meus
contra populum istum. Hinc est
quod arguente deus non dimisse se
conqueritur, cum per prophetam dicit: Quesi-
vi virum qui interponeret sepem Ezech 22
et staret oppositus contra me ne
dissiparem eam et non inveni.
Hinc est quod Ysaias conqueritur deplorat Ysa
dicens: Omnes nos cecidimus
quasi folium, et iniquitates nostre
quasi ventus abstulerunt nos.
Non est qui invocet nomen tuum,
qui consurgat et teneat te. Sed
possunt recti quilibet per accepte
innocentie meritum alii pravis
motibus animadversionis obviare,
non autem valent virtute propria ab
humano genere supplicia secunde
mortis expellere. Vir igitur sanctus
humanum genus considerat quo
defluxit et ne mortis dampna
conspiciat, cui nimirum constat
quia nequaquam iusticia humana
contradicat. Videat quia per se
homo deliquerit, videat quam
districte contra hominem con-
ditor irascitur, et mediatorem
dei et hominum conditorem deum et
hominem requirit. Quem quia longe
post venturum considerat deplorans
dicit: Non est qui utrumque valeat h.
arguere et ponere manum suam in am-
bobus. Redemptor quippe humani
generis mediator dei et hominum
per carnem factus, quia iustus in homi-
nibus solus apparuit. Et tamen
ad penam culpe sine culpa etiam
pervenit, et hominem arguit ne delinqueret et deo
feriret. Exempla innocentie pre- obstitit ne
buit, penam malicie suscepit. Pa-
ciendo ergo utrumque arguit, qui
et culpat hominis corripuit iusticiam
aspirando et iram iudicis mori-
endo temperavit, atque in utrisque
manum posuit, qui et exempla
hominibus que imitarentur prebuit.

et deo ipse opera quibus erga
homines placeret ostendit. Nullus
quippe ante hunc extitit qui
sic pro alienis reatibus intercederet
ut propria non haberet. Et quia igitur
morti tanto quisquam talis
obviare non poterat. quanto
hunc reatus deprimens astringe-
bat. Venit itaque novus homo
ad homines. contradictor ad cul-
pam. amicus ad penam. mira
ostendit. crudelia pertulit. Via-
m ergo suam in ambobus posuit
quia unde rectam vitam docuit
inde iratum iudicem placavit.
Ex hoc quoque ipsis suis mira-
culis mirabilior prebuit. qui corda
delinquentium mansuetudine potius
quam terrore correxit. Unde et subditur:
J Auferat a me virgam suam
et pavor eius non me terreat.
Per legem quippe virgam deus
tenuerat cum dicebat: Si
quis hoc vel illud fecerit morte
moriatur. Sed in carne incarnatus virgam
abstulit quia vias vite per man-
suetudinem ostendit. Unde et ei
per psalmistam dicitur: Intende prospere
procede et regna. propter veritatem
et mansuetudinem et iusticiam.
Timeri quippe ut deus noluit sed
quasi pater amaretur inspiravit.
Ro 8 Quod liquido Paulus dicit: Non
enim accepistis spiritum servitutis
iterum in timore. sed accepistis spiritum
adoptionis filiorum dei in quo
clamamus abba pater. Unde hic
quoque apte subiungit: Loquar
et non timebo eum. Vir igitur
sanctus. quia humani generis
redemptorem venire mitem con-
spicit. non metum ad dominum. sed af-
fectum ad patrem sumit et timo-
rem despicit. quia per adoptionis
gratiam ad amorem surgit. Hinc
1 Io 4 Iohannes ait: Timor non est in
caritate. sed perfecta caritas foras
mittit timorem. Hinc Zacharias

4 Reg 4

dicit: Ut sine timore de manu
inimicorum nostrorum liberati serviamus illi.
Aperti igitur morte timor nos susci-
tare non valuit. sed ad statum vite
aspirata mansuetudinis gratia
erexit. Quod bene in Heliseo Suna-
mitis filium suscitante signatur. qui
cum baculo puerum mittens extincto
filio vitam minime reddidit. Per se-
metipsum vero veniens seque super mor-
tuum sternens. atque ad eius membra
se colligens. huc illucque deambulans
et ore mortui septies aspirans hunc
ad redivivam lucem protinus per ministe-
rium compassionis animavit. Auctor
quippe humani generis deus. quasi mortuum
puerum doluit. cum extinctos nos
in iniquitatis aculeo miseratus aspe-
xit. Et quia per Moysen terrorem legis
protulit. quasi per puerum virgam misit.
Sed puer cum baculo suscitare mor-
tuum non valuit. Quia Paulo at-
Heb 7 testante: Nichil ad perfectum addu-
xit lex. Ipse autem per semetipsum veni-
ens. et super cadaver se humiliter
sternens. ad coequanda sibi mortui
membra se colligit. quia cum in forma
dei esset non rapinam arbitratus est
esse se equalem deo. sed semetipsum
Phi 2 exinanivit formam servi accipiens
in similitudinem hominum factus et habitu
inventus ut homo. Huc illucque
deambulabat. quia et Iudeam
propinquam et longe positas gentes
vocat. Super mortuum septies inspi-
rat. quia per apparitionem divini mune-
ris gratiam septiformis spiritus in peccati
morte iacentibus tribuit. Moxque
vivens erigitur. quia is quem terrore xxiiii
virga suscitare non potuit per amoris
spiritum puer ad vitam redit. Dicat
itaque beatus Iob ex persona. dicat ex
voce humani generis: Auferat a me
virgam suam. et pavor eius non me
terreat. Loquar et non timebo eum.
Ubi et apte subiungit: Neque enim
possum metuens respondere. Respondere k.

namque cuilibet dicimus, cum factis illius digna opera rependimus. Deo ergo vicem est donis eius praecedentibus meritis obsequia reddere. Unde et psalmi quidam in quibus sanctorum operatio imitanda proponitur, ad retribuendum scripti praenotantur. Rectum itaque deus hominem condidit, eumque ad perversa defluentem cum longanimitate tolerat. Cottidie culpas aspicit et tamen remedii spatia non citius abscidit. Dona largitur benignitate sua, et contra malos utitur. Reddere homo tot beneficiis debet, sed tamen vicem retribuere non valet. Sed etiam quis conditorem quem adhuc praeceptorem formidat procul dubio non amat. Nam tunc soli deo obsequia reddimus, cum eum per amoris fiduciam non timemus, cum nos ad bona opera non metus sed affectus dirigit, cum malum nostre menti iam non placet etiam si licet. Nam qui a pravis actibus ex timore restringitur, perversa libenter ageret si liceret. Nequaquam ergo pacatus est ei is qui adhuc concupiscentiis desiderio liber non est. Bene itaque dicitur: Neque enim possum metuens respondere; quia vera obsequia deo non reddimus, si ex timore mandatis illius et non potius ex amore subimus. Sed cum menti nostre eius amor dulcedinis accendit, omne desiderium praesentis vite elanguescit, in tedium delectatio vertitur, atque hanc cum merore mens tolerat, cui victa prius reprobo amore subiacebat. Unde et apte subditur: X. Tedet animam meam vite mee. Capitulum. Sed cum prius vita vilescit, cum conditoris amor dulcescere ceperit, sese contra se animus attendit, ut accusare se de culpis debeat in quibus se ante superioris nescius defendebat. Unde adhuc recte subiungitur: Dimittam adversum me eloquium meum. Quasi pro se eloquio suo utitur qui prava que gessit defensare excusationibus conatur; sed adversum se eloquium dimittit qui accusare hoc iste incipit quod erravit. Sepe vero et cum delinquimus, ea quoque que agimus diiudicamus. Accusat mens ipsa quod perpetrat, sed quia hoc ex desiderio minime deserit, erubescit confiteri quod facit. Cum vero toto iam iudicio carnis delectationem premit, audaci voce in accusationibus sue confessionem se erigit. Unde recte nunc dicitur: Dimittam adversum me eloquium meum. Ea mens fortis relaxare contra se verba detestationis inchoat quam prius se metipsam prius in firma verecundia retinebat. Sed sunt nonnulli qui apertis vocibus culpas fatentur, sed tamen in confessione gemere nesciunt, et lugenda gaudentes dicunt. Unde et adhuc apte subiungitur: Loquar in amaritudine anime mee. Qui culpas suas detestando loquitur, restat necesse est ut hec in amaritudine anime loquatur, ut hec ipsa amaritudo puniat quicquid lingua per mentis iudicium accusat. Sciendum vero est quia ex pena penitentie qua sibi mens irrogat aliquantum securitatis percipit, atque ad interrogationem superni iudicii fidentior exsurgit, ut semetipsam subtilius inveniat et erga se quoque quo disponatur cognoscat. Unde et protinus adiungitur: Dicam deo noli me condempnare. Indica michi cur me ita iudices. Qui penitentem se in amaritudine esse asserit, quid deo aliud quam ne condempnet dicit? Quia amaritudo penitentis presentis extinguit supplicia sequentis ire. Duobus autem modis in hac vita hominem iudicat deus. Quia aut per mala presentia irrogare iam tormenta sequentia incipit, aut tormenta sequentia flagellis presentibus extinguit.

Servire deo quid dicitur.

Duobus modis deus homines iudicat.

XV O

Nisi cum delictis exigentibus
iustus iudex et iniquum, postmodum
quosdam puniret iudeas minime
dixisset. Secundo eos qui non
crediderunt perdidit. Et de quibus
psalmista non dicit: Induantur
sicut dyployde confusione sua.
Dyploydem quippe duplex ves
timentum dicimus. Confusione ergo
sicut dyployde induti sunt
qui iuxta reatus sui meritum
et temporali et perpetua animadversione
feriuntur. Solos quippe pena a
supplicio liberat quos immutat.
Nam quos presentia mala non corri
gunt, ad sequentia perducunt. Si
autem nequaquam mox dicta pena
prius a supplicio eterno defenderet,
Paulus minime dixisset: Cum iudi
camur a domino corripimur ut non
cum hoc mundo dampnemur.
1 cor. 11 Hinc voce angelica ad Iohannem
dicitur: Ego quos amo arguo et
castigo. Hinc etiam scriptum est:
hab. 12 Quem diligit dominus castigat, fla
gellat autem omnem filium quem
recipit. Sepe ergo mens iusti
pro. 3 ut magis secura sit trepidat
altius. Et cum flagellis tangitur,
super iudicem incertitudine turbatur.
Pavet ne initium sequentis dam
pnationis sit omne quod patitur,
et cogitatione interrogat iudicem
quia de vite sue meritis am
bigit in percussione. Sed cum inte
rius ad oculos mentis reducit,
quasi consolato animo iudicem videt,
quia nequaquam ad perdendum per
cutit, quem in actione innocentia
feriendo custodit. Bene itaque
nunc dicitur: Indica michi cur
me ita iudices. Ac si aperte di
ceret: Quia flagellando me
iudicas, unde quod ad iudicium
per flagella secuturum reddas. Sed
tamen intelligi et aliter potest.
Nam plerumque vir iustus fla
gella ad probationem rapit et vitam
suam subtilissima inquisitione
discutiens, quamvis se peccatorem

gl. de Kyrie c. 161
Pena prius si afflictos [illegible]

et sentiat et fateatur, pro qua tamen
specialiter culpa percutitur minime cognoscit,
atque eo magis in percussione trepidat
quo causas sue percussionis ignorat,
petit ut semetipsum sibi iudex indi
cet, quatenus quod ille animadvertendo percutit,
hoc in se flendo et ipse castiget. Sat
nanque quod occultissimus vindex iniuste
quempiam nullomodo affligit, et ma
gno metu concutitur, quia et dolet et
ubi et deprehendere in se perfecte non
valet quod deploret. Unde adhuc sub
ditur: Numquid bonum tibi videtur
si calumpnieris et opprimas pauperem
opus manuum tuarum et consilium
impiorum adiuves. Hoc nimirum
sic per interrogationem dicitur ut negetur.
Ac si aperte dicat: Tu qui summe
bonus es, novimus quia bonum non
estimas ut pauperem per calumpniam
premas. Et scio ergo quia non est
iniustum quod pacior, et eo magis doleo
quod causas iusticie ignoro. Notandum
vero quod non ait: Et opprimas innocentem
sed pauperem. Quem enim districtionis
iudicas, nequaquam innocenciam, sed
paupertatem obicit, non iam devota
audaciam arripit, sed quia se infirmum
conspicit ostendit, ubi et cognitione
subiungit: Opus manuum tuarum.
Ac si aperte dicat: Impie opprimere
non potes, quem te fecisse gratuite
recordaris. Unde autem subditur: Et
consilium impiorum adiuves. Quos
namque hoc loco impios nisi malig
nos spiritus vocat, qui cum redire ipsi
ad vitam nequeunt, crudeliter sodales
usque ad mortem querunt. Quorum
nimirum consilium fuit ut beatum
Iob divina correpcio tangeret, ut qui
in tranquillitate iustus extiterat, sal
tem per flagella peccaret. Sed impiorum
consilium dominus non adiuvat, quia cor
reptionibus carnis iusti perdidit
animam negavit. Hoc in desinet
contra bonos consilium malignos spiritus
intendit, ut hii quos servire deo
in otio in tranquillitate conspiciunt

vexati ad insistentibus ad voraginem
culpe rapiantur. Sed eorum consilia
acumine destruit, quia pius con
ditor cum viribus flagella mo
deratur, ne utrumque pena transeat
et pro astucia fortium humana in
firmitas occidat. Unde et bene per
Paulum dicitur: Fidelis autem deus qui
non patietur vos temptari supra id
quod potestis, sed faciet etiam cum temptatione
proventum ut possitis sustinere. Nisi
enim misericors deus cum viribus temp
tamenta modificet, nullus profecto
est qui malignorum spirituum insidias
non corruens portet. Quia si mensuram
iudex temptationibus non praebet,
eo ipso stantem deicit quo ultra
vires onera imponit. Sic autem
beatus Job negando requisivit ista
que pertulit, sicut et requirendo
negat ea que illico subiungit
dicens: Numquid oculi carnei tibi
sunt, aut sicut videt homo et tu
videbis? Numquid sicut dies hominis
dies tui, et anni tui sicut humana
sunt tempora, ut queras iniquitatem
meam et peccatum meum scruteris, et
scias quia nichil impium fecerim.
Oculi carnei sua tempora non nisi
in tempore agnoscunt, quia et ipsi ad
videndum cum tempore prodeunt, cum tempore
clauduntur. Et humanus visus quibus
operibus sequitur non praecurrit. Ventura
nullo modo agnoscit, quia vix ex
praesentia aspicit. Dies quoque eterna(?)
in horis a diebus annis discrepat
eternitatis, quia vita nostra que tempore
incipitur tempore finitur. Deus in terra similis
sua latitudine format, eternitas de
vorat. Cuius nimirum immensitas
quia ultra citraque super nos tenditur,
sine inchoatione et termino eius
eternitas esse dilatatur, eique nec transacta
preterierunt, nec adhuc ventura quasi
que non appareant defuerunt, quia
is qui semper esse habet cuncta sibi
presentia conspicit. Cumque aspiciendo pre
et cum non tenditur, nulla in motus
mutatione variatur. Dicitur ergo:

xxvi R.

Numquid oculi carnei tibi sunt
aut sicut videt homo et tu vi
debis? Numquid sicut dies hominis
dies tui, et anni tui sicut humana
sunt tempora, ut queras iniquitatem
meam et peccatum meum scruteris, et
scias quia nichil impium fecerim.
Ac si humiliter requirens dicat: Cur
me in tempore per flagella examinas
quem aperte ante te perfecte et ante tempora
scisti? Cur culpas meas verberi
bus interrogas, quas per eternitatis
tue potentiam nec perpetratas con
ditas ignoras? Cuius nimirum
potencie mox pondus exprimit
cum subiungit: Cum sit nemo qui
de manu tua possit eruere. Ac si
aperte dicat: Quid tibi restat
nisi parcere, cuius virtuti nullus va
let obviare? Quo enim nemo
est qui ab animadversione tua
ex merito sue virtutis retineat,
eo esse facilius tua pietatis ex
igat ut parcat. Quia enim
nos in delicto concepti, in iniquita
tibus editi, aut nocte prava
perpetramus, aut in causa etiam recte
agendo delinquimus, districtus
iudex unde ~~unde~~ nobis fiat
placabilis non habemus. Sed cum
nostrum opus eius obtutibus dignum
exhibere non possumus, restat ut
ad placationem illius suum ei opus
offeramus. Unde et subditur: Manus
tue plasmaverunt me et fecerunt
me totum in circuitu, et sic repente
precipitas me. Ac si humiliter dicat:
Quia sub iusto examine dignum
non est tue placationi quod feci,
pensa misericorditer ne pereat quod
fecisti. Quibus etiam verbis
perversum Manichei dogma destruitur, Manichei
qui duo esse principia mentientes,
a deo spiritum, a Sathana vero carnem
conditam asserere conantur. Beatus vir
etenim prophetie spiritus gratia plenus,
longe post venturam considerat
errorum sententiam, previdens cal
cat dicens: Manus tue plasma
verunt et fecerunt me totum in circuitu

Qui enim plasmatum se et factum
totum in circuitu adeo asserit.
tenebrianti genti. nec in spiritu suo
aliquid. nec in carne derelinquit
Nam plasmatum se ipse in eius
ymagine retulit. factum vero
totum in circuitu meo. quia ex
carnis constat indumento
memoravit. Notandum vero est
quia prius quam se plasmatum dei
manibus asserit mire indicio di-
gnitatem sue condicionis opponit
Quamvis enim per coeternum patri
verbum cuncta creata sint. in ipsa
tamen relacione creacionis ostendi-
tur quantum cunctis animalibus. quantum
rebus etiam celestibus. sed tantum
insensibilibus homo preferatur.
Cuncta quippe dixit et facta sunt
Cum vero facere hominem decernit. hoc
quod reverenter pensandum est premit-
Gn. 1 tit dicens. Faciamus hominem ad
ymaginem et similitudinem nostram
Neque enim de eo sicut de rebus
ceteris scriptum est. et fiat et factum
est. Neque ut aqua volatilia
sic terra hominem protulit. Sed prius
quam fieret. faciamus dicitur. ut vide-
licet. quia rationalis creatura
condebatur. quasi cum consilio facta
videretur. quasi per studium de terra
plasmatur. et in spiracione condi-
toris in virtute spiritus vitalis e-
rigitur. ut scilicet non per iussionis
vocem. sed per dignitatem operacio-
nis existeret. qui ad conditoris
xxviii ymaginem fiebat. Quod igitur pro
dicionem homo elegancius in cetera
creaturis ceteris accepit. hoc in
flagello positus pietati sui opi-
ficis opponit dicens. Manus
tue plasmaverunt me et fecerunt
me totum in circuitu. et sic repente
precipitas me. Ac si aperte dicat.
Cur tanta vilitate despicis
quem cum tanta dignitate con-
didisti. et quem ratione rebus
ceteris prefers. cunctis ex dolore
supponis. Sed tamen hec eadem

nostra dignitas fulget per ymaginem
et longe distat ab altitudine per-
fectione per carnem. Quia dum sensus
spiritus miscetur pulveri. quodam modo
conectitur infirmitati. Quam scilicet
infirmitatem beatus Iob obiciens cum
subiungit. Memento queso quod sicut
lutum feceris me. Angelorum spiritus b
ideo irremissibiliter perceciderunt.
quia tanto robustius stare potuerunt
quanto eos carnis admixtio non
tenebat. Homo vero ideo post
culpam veniam meruit. quia per car-
nale corpus. aliquid quo semetipso
minor esset accepit. Unde et apud
respectum iudicis. argumentum pie-
tatis est. hec eadem infirmitas car-
nis. Sicut per psalmistam dicitur
Ipse autem est misericors et propicius fiet
peccatis eorum. et non disperdet eos. Et
multiplicavit ut averteret iram suam
et recordatus est quia caro sunt
Ut lutum ergo homo factus est. quia
de limo est ad condicionem sumptus
Lutum quippe fit. cum se aqua terre
conspargit. Sicut lutum itaque homo
est conditus. quia quasi aqua in-
fundit pulverem. cum anima rigat
carnem. Quod sanctus vir bene pietati
iudicis obicit cum postulans dicit
Memento queso quod sicut lutum feceris
me. Ac si aperte dicat. Infirmitatem
carnis conspice. et reatum iniquitatis
relaxa. Ubi apte quoque mors
eiusdem carnis adiungitur. cum
protinus subinfert. Et in pulverem
reduces me. Ac si patienter postu-
let dicens. Memento queso quod per car-
nem a terra venio. et per eius interitum
ad terram tendo. Materiam itaque ori-
ginis et penam finis aspice. et culpe
citius transeuntis parce. Sed quia
qualitate protulit hominis condicionem nunc
subiungit ordine propagacionis dicens
Nonne sicut lac mulsisti me et sicut
caseum me coagulasti pelle et
carnibus vestisti me ossibus et
nervis conpegisti me. Plasmatus
quippe homo sicut lutum factus est

[con]pagatus ante et sicut lac mulgetur semine. et sicut caseus coagulatur in carne. Carnibus et pelle induitur. ossibus nervisque solidatur. Plenius ergo prime conditionis qualitas. per lac vero sequentis ordo conceptionis exprimitur qui per coagulationem carnescens ducitur ut paulisper in ossa roboretur. Sed angusta dei laus est descriptio creati corporis. nisi etiam subsequentis exprimatur mira aspiratio vivificationis. Unde et subditur. Vitam et misericordiam tribuisti michi. Sed iam cunctis nobis bona conditor tribuit sed non omne quod tribuit ipse custodit. Sed: Et visitatio tua custodivit spiritum meum. Hec ante que de exteriori homine diximus. etiam interiori posse congruere. libet ut breviter replicando monstremus. Memento queso quod sicut lutum feceris me. Sicut lutum quippe homo noster interior extitit quia sancti spiritus gratia terrene menti infunditur ut ad intellectum sui conditoris erigatur. Humana namque cogitatio que peccati sui sterilitate aruit per vim sancti spiritus quasi irrigata terra viridescit. Sed sepe dum preceptis superni doni virtutibus sine interruptione utimur. ad privatam fiduciam usu continue prosperitatis elevamur. Unde fit plerumque. ut eidem qui sublevaverat paulisper spiritus deserat. quatinus ipsum sibi hominem ostendat. Quod sanctus vir premissis exprimit cum subiungit. et in pulverem reduces me. Quia enim per subtractionem spiritus mens aliquantulum in temptatione deseritur quasi ab humore pristino terra desiccatur. ut in firmitate sua delictum sentiat. et sine infusione superne gratie. quantum homo aruit agnoscat. Quam apte quoque redacta ad pulverem dicitur. quia dimissus sibi cuiuslibet temptationis aura raptatur. Sed dum relicti concutimur. ea que afflati cognovimus. subtilius iam bona cogitamus. Unde subiungit. Nonne sicut lac mulsisti me et sicut caseum me coagulasti. Mens etenim iniciata per sancti spiritus gratiam. ab usu vetuste conversationis abstrahitur sicut lac mulgetur. Quia tandem inchoationis nove teneritudine et subtilitate formatur. et sic caseum coagulatur quia in condensatione pregravescentis cogitationis astringitur ut nequaquam iam per desideria defluat. sed in uno amore se colligens. ad solidam reformationem surgat. Plerumque vero contingit. ut eadem rudimenta spiritualia ex usu veteri caro subminuit et mens bella toleret. ex homine que foris patitur. Unde subiungitur. Pelle et carnibus vestisti me. Pelle quippe et carnibus interior homo vestitur. quia is qui ad superna erigitur. carnalium motuum obsidione vallatur. Sed tendentem ad iustitiam nequaquam in temptatione conditor deserit. qui per infusionem gratie etiam peccantem prevenit. Sed sublevatam mentem et ad bella extrinsecus relaxat. et interius roborat. Unde adhuc apte subiungitur. Ossibus et nervis compegisti me. Carnibus et pelle vestimur. Sed ossibus nervisque compingimur. Quia et si temptatione foris irruente concutimur. intus tamen nos conditoris manus roborat ne frangamur. Carnis itaque motibus nos humiliat ad dona. Sed per ossa virtutum roborat contra temptamenta. Ait ergo. Carnibus et pelle vestisti me. ossibus et nervis compegisti me. Ac si aperte dicat. Foris me ad probationem deseris. sed tamen intus ne peream virtutibus astringendo custodis. Qui ideo rectitudine boni vivendi nobis tribuit. quod benigne peccata que delinquimus parcit. Unde adhuc apte subiungitur. Vitam et misericordiam tribuisti michi. Vita quippe tribuitur cum malignis mentibus benignitas aspiratur. Sed vita sine misericordia accipi nequaquam valet. quia ad obtinenda iustitie bona dominus non adiuvat. si prius misericorditer

ante actas nequicias non rela
xat, vel certe vicium nobis et
iniciam tribuit. quia ea que nos
mira ad bonum vincendum peruenit. ea
cum sub securitate custodit / nisi eam
munimine subroget / seruari non va
let vita quam prebet. Ipso quippe
cottidie humane vite usu vete
rascimus. et ex tranquillitatis horis in prouisa
cogitacione lubrica ab tortionibus
eximus. et nisi nos superna visitacio
vel ad amorem compungendo vivi
ficet / Vel ad timorem flagellando
restauret. repentino lapsu mens
funditus tota destruitur. que longe
virtutis studio in prouecta videbatur.
Unde subiungitur. Et visitacio tua
custodiuit spiritum meum. Humanum
quippe spiritum visitacio superna cus
todit. cum hunc virtutibus deditum
vel flagello percutere vel compungere
amore non desinit / Nam si
dona prestat. sed hunc continere
stimulanda non sublevat. cicius
bonum perdit. quod non alargiente
custodit. Sed ecce vir sanctus dum
se humiliter agnoscit. confitenda qua
lis sit dum nunc secreta deprehendit.
Cumque in firmitate sua vacat sitienter
repente ad cognoscenda vocacionem
gencium sublimiter rapitur. Unde protinus
subdit. Licet hec celes in corde
in corde tuo tamen scio quia uni
uersorum memineris. Ac si aperte dicat
tur deme trepido qui et uniuer
sas gentes quia colligas scio. que
tu in corde celas. quia hoc ad
huc aperto sermone non indicas
/ Sed qui uniuersorum reminisceris me
procul dubio de venia certum facis
/ Celandum vero est quia in quibusdam
fatis etiam de venia reddimur
et post perpetratas culpas. ad abso
lucionis nostre fiduciam correctione
et prima subsequente roboramur
/ perpetrate tamen nostre nequicie ad
huc memoria tangimur. et cogita
cione illicita aut nolentes pul
xxix v samur. Unde et aperte subiungitur. Et
peccatum ad horam pepercisti in

cur ab iniquitate mea mundum me
esse non pateris. Ad horam deus peccato
parcit cum reatum culpe concessis
fletibus diluit. Sed ab iniquitate
nostra mundos nos esse non patitur. quia
volentes quidem culpam fecimus
sed non nunquam nolentes eius memoriam
cum delectacione tolleramus. Sepe namque
hoc quod aeterno spectu iam iudicans fletu
in tuemente deletum est ad animum
redit. et de victa culpa ad delectacionem
rursus in serpere mittitur atque in antiquo
certamine rediviva pulsacione reparatur
ita ut quod prius egit in corpore. hoc in
postmodo cogitacione postmodum pertractet
in mente. Quod caute illic conspicere
adletha spiritualis noverat qui dicebat
Computruerunt et deteriorate sunt cicatri
ces mee. a facie insipiencie mee. Cicatrices
namque cicatrices. nisi sanaciones sunt
vulnerum. Laxatis ergo nequiciis ad
delectacionem memorie redire conspexit
qui cicatrices deflebat / Cicatrices quippe
computrescere est. sanata iam peccatorum
vulnera rursus in temptacione serpere. atque
ex eorum suggestionibus. post super
ductam cutem prime fetorem culpe iterum
doloremque sentire. Cum videlicet nichil et
nil foris opere agitur. et sola intus co
gitacione peccatur. districto quoque reatu
mens se obligat. nisi hec sollicitis
lamentis tergat / Unde bene per moysen dicitur
deut. Si fuerit inter vos homo qui nocturno
23 sit pollutus sompnio egredietur extra
castra et non reuertetur priusquam ad vesperam
lavetur aqua. et post solis occasum re
gredietur in castra. Nocturnum est quippe
sompnium temptacio occulta. per quam tene
brosa cogitacione turpe aliquid corde
concipitur. quod tamen corporis opere non ex
pletur. Sed sompnio nocturno pollutus
egredi extra castra precipitur. quia videlicet
dignum est ut qui inmunda cogitacione
polluitur. indignum se cunctorum fidelium
societatibus arbitretur / culpe sue meri
tum ante oculos ponat. et ex bonorum
se estimacione despiciat. Pollutus ergo
extra castra est exire. turpi inpug
nacione laborantem. se se ex continencium com
paracione despicere. Quia ad vesperam la
uatur aqua. cum defectum suum con

spiciens ad pure lamentum convertitur
ut fletibus diluat omne quod eum
occulta in cogitatione attigerit. Sed post
occasum solis ad castra redeat,
quia defervescente temptationis
ardore necesse est ut iam fiducia
ergo societatem bonorum sumat. Post
aque quippe lavacrum occumbente
sole ad castra reditur, quia post la-
menta pure frigescente flamma co-
gitationis illicite ad fidelium merita
presumenda reparatur, ut iam se a coetibus
longe esse non estimet, qui mundum
se positum in tuni amoris gaudet.
Sed inter hec sciendum est quod idcirco non-
numquam impulsu illicite cogitatio-
nis affligimur, quia in quibusdam
terrene conversationis actibus quamvis
licitis libenter occupamur. Cumque vel
in minimis terrena actio per desiderium
tangitur, crescente contra nos antiqui
hostis fortitudine mens nostra non
minima in pravitate temptationis inquinatur.
Unde et sacerdos legis membra hostie
per frusta concisa caput atque ea que
circa iecur sunt iubetur ignibus con-
cremare. Pedes vero atque intestina
hostie prius aqua diluere. Nos quippe
ipsos deo sacrificium offerimus, cum vi-
tam nostram cultui divino dedicamus.
Sed membra hostie per frusta con-
cisa super ignem ponimus, cum vite
nostre opera virtutibus distinguentes
immolamus. Caput quoque atque ea que
iuxta iecur continentur incendimus, cum
in sensu nostro quo omne corpus regitur
atque in occultis desideriis flamma
divini amoris ardemus. Et tamen precipi-
tur ut pedes atque intestina hostie la-
ventur. Pedibus enim terra tangitur,
intestinis vero stercora gestantur. Quia
plerumque iam ex desiderio eternitate
accendimur, iam toto devotionis studio
ad appetitum nostre mortificationis in-
hiamus. Sed quia adhuc per infirmita-
tem terrenum aliquid agimus, non nulla
etiam que iam subegimus illicita
in corde toleramus. Cumque cogitatio-
nes nostras immunda temptatio inquinat,
quid aliud quam intestina hostie

stercus portant. Sed ut comburi debe-
ant, laventur, quia nimirum necesse
est ut immundas cogitationes timo-
ris fletus diluat, quas in accep-
tione sacrificii superius amor in-
cendat. Et quidquid mens vel de in-
experto certamine vel de conversationis
pristine memoria patitur, lavetur,
ut tanto suavius in conspectu sui
spectatoris ardeat, quanto cum ei
assistere ceperit nil terrenum secum, nil
lubricum in ara sue orationis imponat.
Vir igitur sanctus humane mentis statum
conspiciat, quod plerumque se cogitatione
illicita inquinat, et postquam reatum   xxx.
operis mundus relinquit, etiam sua pleraque
intrinsecus plorandus aspiciat, dicens: Si   capitulum xxix
peccavi et ad horam pepercisti mi-   v
chi, cur ab iniquitate mea mundum
me esse non pateris? Ac si aperte di-
cat: Cum culpam venia abstulit-
ur, et hanc a memoria non detergit?
Sepe autem ita mens in culpe recor-
datione concutitur, ut ad perpetrationem
illius longe gravius quam prius capta
fuerat urgeatur, et deprehensa trepidat,
seque ipsam variis motibus impulsa
perturbat. Nec quidem vinci temp-
tationibus metuit, sed resistens
hoc ipsum quod longo labore certaminis
affligitur perhorrescit. Unde et apte sub-
iungitur: Et si impius fuero ve mi-
chi est, et si iustus non levabo caput
saturatus afflictione et miseria.
Impius itaque ve habet, iustus mi-
seriam, quia et eterna dampnatio re-
probum sequitur, et electus quippe
doloribus transitorie ad usitatis
expiatur. Impius caput levat,
sed elevatus evadere ve quod sequitur
non valet. Iustus labore certa-
minis afflictus caput levare non
sinitur, sed pressus appetitu afflictione
liberatur. Ille se in voluptatibus erigit,
sed suppliciis sequentibus mergitur. Iste se
in dolore deprimit, sed tamen a pon-
dere eterne animadversionis abscondit.
Considerat ergo vir sanctus quod aut
renitens homo victus pravi labo-
re afficiatur, aut succumbens perpetue
afflictioni mancipatur, et dicat: Si

impius fuero ve michi est. et si
iustus non levabo ~~caput~~ caput sa
turatus afflictione et miseria. ac
si apte deploret dicens. aut
subsecutus carnis desideriis
supplicio eterno subicior. aut repug
nans illatis mox tibi pena cru
cior. quia a labore certaminis liber
non sum. Sed superna dispensati
o idcirco nos tota sibi in ten
tacione servientes carnis nostre per
mittit impugnacionibus concuti
ne mens nostra in superbia audenter
presumpcione sue securitatis elevat.
ut dum pusillita trepidat in
solo auctoris adiutorio spei
pedem robustius figat. Unde et
ad hunc apte subiungitur. Et ipse
9. superbia quasi leena capies me
Leena cum escam catulis exquirit
inhians in foveam capcionis ruit
Sicut enim ex quibusdam regioni
bus fertur fit in eius itinere fovea
in qua pecus deponitur ut illuc
se appetitu eius prede leena pro
vocet. Que angusta simul
et alta paratur ut in eam ruere
ambigendo valeat. sed hanc
saliendo nullo modo evadat. Alia
quoque fovea que fovee inhereat
effoditur. que tamen ei in qua
pecus est extreme partis apercione
coniungitur. in qua minimo catena
ponitur ut leena corruens. quia
desuper et ronibus urgetur. cum quasi
in secretiori parte fovee occultare
se appetit catenam volens intret.
Cuius iam sevicia nequaquam
pertimescitur quia clausa in fovea
levatur. Que enim sua sponte in
foveam corruit ad superiores cap
tiva vectibus redit. Sic sic ni
mirum humana mens capta est
que in libertate arbitrii condita
dum nutrire desideria carnis
appetiuit. quasi leena catulis escam
quesivit. atque in decepcionis sue
foveam cecidit. que suadente an
tiquo hoste ad cibum prohibitum
manum misit. Sed in fovea pro
tinus catenam invenit. quia
sponte ad mortem veniens corrup
cionis sue mox carcerem pertulit
atque ad auras libertatis gratia se
veniente reducitur. Sed cum multa
agere conatur et non valet eiusdem xxxi
corrupcionis sue obstaculis. quasi A
catene vectibus ligatur. Illam quibus
etiam in qua cecidit dampnacionis
foveam evasit. Quia securitatem
mortis supplicium manum redempcio
nis adiuta ad veniam redeundo
superavit. Sed tamen condicioni
catenam tolleravit quia superne quoque
discipline nexibus ligatur ne per
carnis desideria vagetur. Que
ergo sponte sua in foveam cecidit
ad auras libertatis captiva redit
quia et per libertatem arbitrii in culpam
corruit. et tamen hanc assius mo
tibus conditoris gratia coactam nolen
temque constringit. Post foveam itaque ca
tenam patitur. que erepta ex eterno
supplicio. contrarie libertatis motibus
sub celestis artificis dispensacione
religatur. Hec igitur dicitur. Et ipse superbia
quasi leena capies me. Quia enim
homo per se sibi mortem intulit et
reductus ad veniam sub disciplina
melius clausus vivit. Quasi leena
ergo pro superbia captus est. quod inve
nit cum disciplina sue corrup
cionis deservivit. Unde transgressionem
precepti non timens audacter in foveam
saltum dedit. Sed quia pravitatis ob
tutus mentis acuisa. primi parentis
audacius nos cottidie ut leena capi
per vitium elacionis invenimus. Sepe B
namque homo acceptis virtutibus in
audaciam sue presumpcionis erigitur
sed mira dispensacione pietatis. ante
eius oculos res quelibet in qua
corruat ordinatur. Dum quippe per culpam
aliquid appetit. quid aliud quam per se
in fovea concupiscat. sua sponte in
foveam cadit. Sed sine surgere minime
non valet. qui cum se nichil ex se esse
considerat. discat procul dubio cuius ad
iutorium regnat. Que tamen superna
misericordia capta quasi a fovea evehitur
quia hinc in firmitate cognita ad

veniam reducat. Leene itaque more
post superbiam ad superiores partes tem-
ptaciam veniat qui cum de virtute
extollitur lapsus ad desideria infirmi-
tate religatur. Quia enim prius propria
presumpcione pereat mira pietate a-
gitur ut infirmitatis sue noticia in-
clausus vivat. Sed quia sicud vir-
crebro accidit hominibus conspicit nimi-
mis prima vocem summit. Ut cum
nos eius fletibus agnoscimus que
in nobis sunt flenda discamus.
Sed cum mentem nostram elacio erigit su-
mi a nobis conpuncio amor recedit.
Cum vero superna nos gracia visitat
statim placimus ad sua desideria
instigat. Unde et apte subiungitur
Reversusque mirabiliter me crucias.
C Cum ab auctore relinquimur nec ipsa
ullatenus destitucionis nostre dampna
sentimus. Quo enim longe conditor
nos deserit, eo mens nostra insen-
sibilis obdurescit. Nullaque dei se
diligit. nequaquam superna concupiscit
et quia calorem amoris intimi
non habet frigida deorsum iacet. ac
miserrimo modo fit cottidie tanto
securior quanto peior. Atque unde
sit lapsa non meminit. et supplicia
sequentura non metuit quanta sit
lugenda nescit. At si afflatu spiritus
sancti tangitur. ad consideracionem primum
sue perdicionis evigilat in celestium
inquisicione sese excutit. amoris
summi estibus inardescit. Que se
eciam premunt dampna considerat
et plorat. sese quod afficiens quod prius
leta periebat. Bene ergo conditori
dicitur. Reversusque mirabiliter me cru-
cias. Quia omnipotens deus unde me-
ostendis tem unde mentem nostram ad amorem
suum erigit inde hanc placimus
primus affligit. Ac si aperte dicat
Relinquendo me nequaquam afficias quia
insensibilem reddis. Sed cum reverte-
ris crucias. quia dum te in sinibus
inveni. quod sum lagrimabilis demonstras
Unde et nequaquam se penaliter sed mira-
biliter asserit cruciari. Quia dum per
||se||

fletum mens ad summa rapitur. con-
punccionis sive penam gaudens mi-
ratur et libet affici. quia afflictione
sua se conspicit ad alta sublevari.
C Sepe autem cum nos ex desideriorum XXVI. D.
excitacione torpescere superna pietas
cernit. exempla se sequencium nostris
obtutibus obicit. ut mens postim
remissa quo in aliis vigilanciam
perfectius considerat. eo in se pigredi-
nem torporis erubescat. Unde
et recte subiungitur. Instauras tes-
tes tuos contra me. et multiplicas
iram tuam. et pene militant in
me. Testes enim dei sunt qui
pro exactum sancti operis testantur
que electos sequentura sint premia
virtutis. Unde hos et quos pro virtute
passos asserimus. Greco eloquio
martires id est testes vocamus. et
per Iohannem voce angelica dominus dicit Apoc 22
Iudiciebus antipas testis meus
fidelis. qui occisus est apud vos.
Sed testes suos contra nos dominus
instaurat. cum electorum vitam
pravitati nostre contrariam ad argue-
dos nos instruendos quod multipli-
cat. Contra nos ergo testes illi
instaurantur qui cuncta que agunt
studiis nostre pravitatis adversa sunt.
Unde et primo virtutis adversarius Act 7
vocatur. cum mediatoris voce per eum
dicitur. Esto consenciens adversario
tuo dum es cum illo in via. atque de
hoc eodem redemptore reprobi
persequentes dicunt. Contrarius est Sap 2
operibus nostris. Et paulo post Et
dissimilis est aliis vita illius.
Testes itaque suos contra nos dominus
instaurat. qui bona que facere
ipsi negligimus. hec ad correpcionem
nostram fieri ab aliis demonstrat.
ut qui preceptis non attendimus
saltem exemplis excitemur. atque
in appetitu rectitudinis nil sibi
mens nostra difficile estimet quia
perfecte peragi ab aliis videt. Et fit
plerumque. ut cum aliene vite bona
conspicimus nostre sollicicius dampna

timeamus. et eo patescat quanto se pondere animadversionis impetimur quo nunc a bonorum moribus longe discrepamus. Unde et testium instauratione incognita protinus apte subiungit. E Et multiplicas iram tuam. Eo nobis multiplicari ira dei cernitur quo et multiplex indicatur. Quia contra nunc bonorum vita et labore cognoscimus si emendari dum tempus est nolumus. quanta post animadversione feriamur. Electos quippe dei cernimus. et pia agere et crudelia multa tolerare. Hinc ergo colligitur districtus iudex. quanta illic feriat districtione quos reprobat. si hic sic cruciat quos amat.

1 Pe. x Petro attestante qui ait. Tempus est ut iudicium incipiat de domo dei. Si autem primum a nobis quis finis eorum qui non credunt dei evangelio. Omnipotens igitur deus cum contra nos testes instaurat. iram multiplicat. quia quo bonorum vitam nostris oculis obicit. eo perversitatis nostre duritia qua districtione in iudicio puniat ostendit. Nam cum solis se sensibus dona exaggerat torpentes iam quasi reliquit demonstrat. cum bona iam talibus [illegible]. Valde itaque est ut exultationem nostre formidinem. et formidinem nostre exultationi misceamus. quatenus et desiderantis affectibus gaudeat caritas. et desiis infirmitatibus conscientia contremiscat. Et cum sancto affectu reficimur. cum districtionem super nos interni iudicis ex ipso nostro corpore pensamus. quid restat nisi ut ad discutiendum se animus redeat. et quidquid in se reprehensibile quod prius deprehenderit affligat. Unde et apte subditur. Et pene militant in me. Considerantis quippe testibus dei pene militant in nobis. quia dum miranda eorum facta conspicimus vitam nostram quam de eorum nobis comparatione displicet studiosa afflictione cruciamus.

ut quidquid in nobis polluerunt opera diluat lamenta. et si quid adhuc culpa delectationis in quiete pene liberioris tergat. Beatus igitur Iob quia vitam patrum precedentium conspicit, quid ipse gemere debeat subtilius agnoscit. Sed magni doloris magisterio deum sua plangit ad lamentum nos instruit. ut quo pravitates in aliis cernimus. eo apud districtum iudicem nostra sollicite delicta timeamus. xxxiii ff Sequitur. Quare de vulva eduxisti me qui utinam consumptus essem ne oculus me videret. Quod nimirum primi ordine iam protulit dicens. Quare non in vulva mortuus sum. Qui ex hoc quoque hic addit subdens. Fuissem quasi non essem de utero translatus ad tumulum. Illud verbis aliis non aliud adiungit dicens. Sicut abortivum absconditum non subsisterem. vel qui concepti non viderunt lucem. Quia vero hec superius late digessimus. pro vitando lectoris fastidio exposita replicare ~~[illegible]~~ declinamus. Sequitur. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi. Tantum se ad sollicitudinem vivendi ostendit. qui brevitatem presentis vite considerans non eius usum sed terminum conspicit. ut esse se ne colligat nichil esse. quod transiens delectat. Hinc namque per Salomonem dicitur.

Ecc 11 Si annis multis vixerit homo. et in his omnibus letatus fuerit. meminisse debet tenebrosi temporis et dierum multorum qui cum venerint vanitatis arguuntur preterita. Hinc rursum scriptum est.

Ecc 7 In omnibus operibus tuis memorare novissima et in eternum non peccabis. Igitur cum culpa animum temptat mens necesse est ut brevitatem sue delectationis aspiciat. ne ad vivacem mortem transiens rapiatur. cum constet quod ad terminum citius mortalis vita properat. Sed sepe oculus contemplationis nostre confunditur. cum dolor mentis flagellis crebrescentibus afficitur. Libet presentis vite exilium gemere. sed per ipsam afflictionem mens non valet dampna sue cecitatis estimare. Unde protinus subditur. Dimitte

ergo me ut plangam paululum dolorem meum. Sicut enim moderata afflictio lacrimas exprimit, ita immoderata subducit, quia meror ipse quasi non meror fit, qui afflictam mentem devorans sensum doloris tollit. Hinc igitur sanctus vir plusquam sufficit pertimescat dicens: Dimitte ergo me ut plangam paululum dolorem meum. Ac si aperte dicat: Flagella tue percussionis tempera, ut moderatis doloribus estimare mala que pacior flendo convalescam. Quod tamen intelligi et aliter potest. Sepe namque peccator in iniquitatis sue vinculis ita constringitur, ut pondus quidem peccatorum tolleret, sed tamen qua tolleat ignorat. Sepe etiam si cogitet commissi reatum premitur, erumpere in lacrimas conatur et non potest, ut hunc ipse mente libera et confessione integra prosequatur. Flere ergo dolorem suum non valet, qui et iniquitatis sue reatum considerat, et tamen pro terrene occupacionis pondere hunc ei gemere necesse quia vacat. Flere dolorem suum non valet, qui prave quidem consuetudini contrarie mititur, sed tamen adhuc surgentibus desideriis carnis agitatur. Istius doloris penuria [?] propheta mente tractaverat, cum dicebat: Dolor meus ante me est semper. Quoniam iniquitatem meam ego pronunciabo et cogitabo pro peccato meo. Sed solutis iniquitatis vinculis dimissum se noverat qui exultabat dicens: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Tunc igitur ad plangendum dolorem dominus nos dimittit, cum et mala nobis que fecimus demonstrat, atque ad hec eadem flenda que cognoscimus adiuvat. Culpas oculis obicit et pia manu que vincula cordis solvit, ut ad vacationem penitencie mens ira [?] se erigat, et carnis soluta compedibus in auctorem suum liberum gressum amoris tendat. Plerumque etenim vitam nostram ipsi reprehendimus, sed tamen libenter agimus hoc quod in nobis recte reprobamus. Ad iusticiam nos spiritus erigit, ad consuetudinem caro restringit,

amori suo mens renititur, sed pertinax delectatio captivat. Bene itaque dicitur: Dimitte ergo me ut plangam paululum dolorem meum. Quia nisi reatu culpe quo nos ligavimus misericordie dimittamur, perfecte flere non possumus hoc quod in nobis ipsis contra nosmetipsos dolemus. Sed tunc valet rectius cum dolor plangitur, cum tenebrosa illa retribucio inferni intento timore penditur. Unde apte subiungitur: Antequam vadam et non revertar ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine. Quid enim terre tenebrose nomine nisi tenebrosa tartari claustra signantur? Que eterne mortis caligo operit, quia dampnatos quosque in perpetuum a vite luce disiungit. Nec inmerito infernus terra dicitur, quia quicumque ab eo capti fuerint stabiliter tenentur. Scriptum quippe est: Generacio preterit et generacio advenit, terra vero in eternum stat. Recte igitur infernalia claustra tenebrosa terra nominantur, quia quos puniendos acceperint, nequaquam pena transitoria vel fantastica imaginacione cruciant, sed ultione solida perpetue dampnacionis feriant. Que aliquando etiam laci nomine vel appellacione signantur, propheta attestante qui ait: Portaverunt ignominiam suam cum hiis qui descendunt in lacum. Infernus ergo et terra nominatur, quia susceptos stabiliter tenet, et lacus dicitur, quia quos semel ceperit semper fluctuantes et trepidos tormentorum suorum fluctibus absorbet. Sanctus autem vir sive sua sive humani generis voce dimitti se postulat antequam vadat, non quia ad terram tenebrosam qui culpam deflet iturus est, sed quia ad hanc procul dubio qui plangere negligit vadit. Sicut debitori suo creditor dicit: Solve debitum, priusquam debito constringaris. Qui tamen non constringitur, si quod debet solvere non moratur. Ubi et recte subditur: Non revertar. Quia nequaquam ultra iam penitentes liberat quos semel in locis penalibus iusticia

G.

xxxiiii [?]

Infimus

Eccl. 1

Ezech. 32

iudicatus dampnat. Que adhuc subtilius loca describuntur cum dicitur: Terram miserie et tenebrarum. Ad miseria ad dolorem pertinet, tenebre ad cecitatem. Ea ergo que a conspectu districti iudicis expulsos tenet, miserie et tenebrarum terra perhibetur, quia foris dolor cruciat, quos divisos a vero lumine intus cecitas obscurat. Quamvis miserie et tenebrarum terra intelligi et aliter potest. Nam hec quoque terra in qua nascimur est quidem miserie sed tenebrarum non est, quia multa hic corruptionis nostre mala patimur. Sed tamen ad hereditatem per conversionis gratiam ad lucem redimus veritate suadente que ait: Ambulate dum lucem
Jo 12 habetis ut tenebre vos non comprehendant. Illa vero simul miserie et tenebrarum terra est, quia quisquis ad tollerandum eius mala descenderit, nequaquam ulterius ad lucem
I. redit. In cuius adhuc descriptione subiungitur: Ubi umbra mortis et nullus ordo. Sicut mors exterior ab anima dividit carnem, ita mors interior a deo separat animam. Umbra ergo mortis est obscuritas divisionis, quia dampnatus quisque cum eterno igne succenditur, ab interno lumine tenebratur. Natura non ignis est ut ex se ipso et lucem exhibeat et concremacionem. Sed transactorum illa ultrix flamma viciorum concremacionem habet et lumine non habet. Hinc est enim quod reprobis veritas dicit: Discedite
Mt 2[illegible] a me maledicti in ignem eternum qui preparatus est dyabolo et angelis eius. Qui nimirum omne corpus in unius persona significans dicit: Ligate ei manus et pedes et mittite eum in tenebras exteriores. Si itaque ignis qui reprobos cruciat lumine habere potuisset, is qui repellitur nequaquam mitti in tenebras diceretur. Hinc etiam psalmista ait: Super eos cecidit ignis et non viderunt solem. Ignis enim super

impios cadit, sed sol igne cadente non cernitur, quia illos quos iehenne flamma devorat, a visione veri luminis cecat, ut et foris eos dolor combustionis cruciet, et intus pena cecitatis obscuret, quatinus qui auctori suo corpore et corde deliquerunt, simul et corde et corpore puniantur, et utrobique penas senciant, qui dum hic viverent pravis suis delectationibus ex utroque
Ezech 32 serviebant. Unde bene per prophetam dicitur: Descenderunt in infernum cum armis suis. Arma xxv. K.
quippe peccatorum sunt membra corporis quibus perversa desideria que concipiunt exequuntur. Unde recte per Paulum dicitur:
Ro 6 Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Cum armis ergo ad infernum descendere est, cum ipsis quoque membris quibus desideria voluptatis expleverunt, eterni iudicii tormenta tollerare, ut tunc eos undique dolor absorbeat, qui nunc suis delectationibus subditi undique contra iusticiam iuste iudicantis pugnant. Mirum vero valde est
L. quod dicitur: Ubi nullus ordo. Neque enim omnipotens deus qui mala bene punit inordinata esse ullomodo tormenta permittit. Quia ipsa quoque supplicia que ex lance iusticie prodeunt, inferri sine ordine nequaquam possunt. Quo namque in suppliciis ordo non erit, dum dampnatum quemque iuxta
Sap modum criminis retribucio sequitur ulcionis?
6 Hinc quippe scriptum est: Potentes potenter tormenta pacientur, et forcioribus forcior instat cruciatus. Hinc in Babylonis dampnacione dicitur: Quantum exaltavit
Apoc 18 se et in deliciis fuit tantum date illi tormentum et luctum. Si igitur iuxta modum culpe pena distinguitur, constat nimirum quod in suppliciis ordo servatur. Et nisi tormentorum summa iuxta acta diriment, nequaquam iudex venturus se messoribus esse perhibet: Colligite zizania et ligate eos
Mt 13 fasciculos ad comburendum. Si enim nullus in suppliciis ordo servabitur, cur comburenda zizania in fasciculis ligantur? Sed nimirum fasciculos ad comburendum ligare est hos qui eterno igni red

dendi sunt pares paribus sociare
ut quos similis culpa inquinat
par etiam pena constringat. Et qui
nequaquam impari iniquitate polluti
sunt nequaquam dispari tormento cru
cientur. Ut quos simul dampnatio contere
quos sic elatio sublevabat. quosque
non dissimilis dilatavit ambitio
non dissimilis angustet afflictio. et
par cruciet flamma suppliciorum. quos in
igne luxurie par succendit flamma
pravitatis. Sicut enim in domo patris
mansiones multe sunt pro diversitate
virtutis, sic dampnatos diverso supplicio
iehennae ignibus subicit disparili
tas criminis. Que licet iehenna cunctis
una sit. non tamen cunctos
una eademque qualitate succendit. Nam
sicut uno sole omnes tangimur. nec
tamen sub eo uno ordine omnes estua
mus. Quia iuxta qualitatem cor
poris sentitur etiam pondus caloris.
Sic dampnatis et una est iehenna
que afficiat. et tamen non una omnes
qualitate comburit. quia quod hic agit
dispar valitudo corporum. hoc illic
agit dispar causa meritorum. Quomodo
ergo in esse nullus ordo suppliciis
dicitur. in quibus profecto quemque iuxta
modum culpe cruciatur. Sed sanctus
vir postquam umbram mortis intulit
quanta sit confusio in dampnatorum mente
subiungit. Quia ipsa quoque suppli
cia que ordinata per iusticiam veniunt
ordinata procul dubio in corde mori
entium non sunt. Ut enim paulo su
perius diximus. Dum dampnatus
quisque foris flamma succenditur. intus
cecitatis igne devoratur. atque in dolore
positus intus extrinsecusque confunditur.
ut sua deterius confusione crucietur.
Repulsis ergo in supplicio ordo non
erit. quia in eorum morte atrocius ipsa
confusio mentis servit. quam tamen
mira potentia iudicantis equitas
ordinat. ut pena animi quem tormenta
ta confundat. Vel certe absque ordo
suppliciis dicitur. quia quibuslibet rebus
in pena surgentibus propria qualitas

non servatur. Unde et protinus subditur.
Et sempiternus ~~ordo~~ horror inha
bitat. In huius vite tormentis
timor dolorem habet. dolor timorem
non habet. quia nequaquam metus
mentem cruciat cum pati iam ce
pit quod metuebat. Infernum vero XXXVI. m.
et umbra mortis obscurat. et
sempiternus horror inhabitat.
quia eius ignibus traditi. et in sup
pliciis dolorem sentiunt. et in do
loris angustia pulsati semper
pavore feriuntur. ut et quod timent
tolerent. et rursus quod tolerant
sine cessatione pertimescant. De hiis
etenim scriptum est. Vermis eorum non nota ultro
morietur. et ignis eorum non extin
guetur. Hic flamma que succendit
illuminat. illic ut supernis verbis
psalmiste docemur. Ignis qui
cruciat obscurat. Hic metus
amittitur cum tolerari iam cepit
quod timebatur. illic et dolor dila
niat. et pavor angustat. Horren
do igitur modo erit reprobis tunc
dolor cum formidine. flamma cum
obscuritate. Sic sic videlicet
a dampnatis sentiri pondus summe
equitatis debet. ut qui a voluntate
te conditoris nequaquam sunt veriti
discrepare dum viverent. in eorum
quoque interitu ipsa a suis qualita
tibus etiam tormenta discordent.
quatinus quo se repugnant cruciatus
augeantur. et cum varie perdent
multiplicatus sentiatur. Que tamen
supplicia miseros diversos et ultra
vires cruciant. et in eis vite sub
sidium extinguere servant. ut sic
vitam terminus puniat. quatinus
semper sine termino cruciatus vivat.
quia. et ad finem per tormenta prope
rat. et sine fine deficiens durat.
Fit ergo miseris mors sine mor
te. finis sine fine. defectus sine
defectu. quia et mors vivit. et
finis semper incipit. et deficere de
fectus nescit. Quia ergo et mors
perimit et non extinguit. dolor cru
ciat sed nullatenus pavorem fugat.
flamma comburit sed nequaquam te
nebras discutit. quantum per noti

prauis vite colligit supplicia or
dine non habet. que non suam per
omnia qualitate tenet / quamuis
illic ignis et ad consolacionem non
lucet. et tamen ut magis torqueat
n. ad aliquid lucet / Nam sequaces
quosque suos secum reprobi flamma
illustrante visuri sunt. quorum
amore deliquerunt / Quatenus qui
eorum vitam carnaliter contra pre
cepta conditoris amauerant ipso-
rum quoque eos interitus in augmento
sue dampnacionis affligat / Quod
profecto euangelio teste colligimus in quo
veritate nunciante. diues ille
Nota Luc 16 que contigit ad eterni incendij
tormenta descendisse. quinque fratres
legitur meminisse. qui abraham peciit
ut ad eorum erudicionem mitteret. ne
illuc eos quandoque venientes par pena
cruciaret / Qui igitur ad doloris
sui cumulum propinquorum absencium
meminit. constat procul dubio quia
eos ad augmentum supplicij paulo
post potuit etiam presentes videre
xxxvii c. Quamuis mirum si secum quosque re
probos aspiciat cremari qui ad do
loris sui cumulum etiam quem de
spexerat in sinum abrahe lazarum
vidit / Si ergo ei cui ut pena
cresceret vir electus apparuit. cur
non credendum sit. quod videre in sup
plicio eos quos contra deum dile
xerat posset / Qua ex re colli
gitur quod eos quos inordinate nunc
reprobi diligunt. miro iudicij
ordine secum tunc in tormentis
videbunt. ut pena proprie punicionis
exaggeret illa auctori preposita car
nalis cognacio. parem ante oculos
visione dampnati ignis itaque quod
obscuritate cruciat. credendum
est quia lumine ad tormenta ser
uat Quod si apparere testimonijs
in sua expressione non possumus
super est ut exemplo doceamus
Tres quippe hebree gentis pueri
a caldei regis imperio succensis
Dan 3 camini ignibus ligatis manibus
pedibusque proiecti sunt quos tamen

cum idem rex in camini incendio
exploraret illesis vestibus deam
bulantes vidit. Ubi aperte colligitur
quia miri dispensacione conditoris
ignibus qualitas in diuersa virtute
temperata et vestimenta non attigit
et vincula incendit simulque viris et
ad refrigerium tormenti flamma friguit
et ad solucionem ministerium exarsit /
Sicut ergo electis ignis ardere nouit
ad solacium et tamen ardere ad supplicium
nescit / Ita econuerso iehenne flamma re
probis et nequaquam lucet ad consolacionis
gratiam et tamen lucet ad penam
ut dampnatorum oculis ignis supplici
cij et nulla claritate candeat et ad
doloris cumulum deiecti qualiter cru
cientur uideant / Quid autem mirum si
iehenne ignem credimus habere sup xxxviii c.
plicium simul obscuritatis et luminis
qui experimento nouimus quia et te
darum flamma lucet obscura / Tunc
edax flamma combussit. quos nunc
carnalis delectacio polluit / Tunc
infinite patens inferni baratrum de
uorat. quos nunc in vanis elacio ex
altat. atque quilibet ex vicio hic volun
tatem callidi persuasoris expleuit /
tunc cum duce suo reprobi ad tormen
ta perueniunt / Et quamuis angelorum atque
hominum longe sit natura dissimilis
vna tamen pena implicat quos vnus
in crimine reatus ligat / Quod bene ac
breuiter insinuat propheta qui ait
Ibi assur et omnis multitudo eius
Ez 32 et in circuitu eius sepulchra illius
Quis namque assur superbi regis
nomine. nisi pelacionem cadens ille
antiquus hostis exprimitur / Qui pro
eo quod multos ad culpam pertraxit
cum cuncta sua multitudine ad infernum
claustra descendit / Sepulchra autem
mortuos tegunt. et quis alius
mortem acrius pertulit. quam is qui
conditorem suum despiciens vitam
reliquit / Que videlicet mortuum cum
humana corda susceperint eius pro
cul dubio sepulchra fiunt / Et in cir
cuitu illius sepulchra eius sunt
quia in quorum se mentibus nunc

presidia sepelit. hos sibi postmodum
ad tormenta coniungit, et qui nunc in
semetipsis reprobi malignos spiritus il
lecta perpetrando suscipiunt tunc sepul
chra cum mortuis ardebunt. Ecce
que maneant dampnatos pena con
gnovimus, et instruente nos sacro e
loquio qualitas in dampnatione ignis,
quanta in igne obscuritas. quantusque
in obscuritate pavor sit intellexerimus (?)
abigimus (?). Sed quid prodest ista pre
nosse. si non contingit evadere. Tota
ergo intencione curandum est. ut
cum vacationis tempus accipi
mus vincendi studio malorum ultricia
tormenta fugiamus. Hinc quippe per
Salomonem dicitur. Quecunque potest ma
nus tua facere instanter operare. quia
nec opus nec racio. nec sciencia nec sapiencia
erit apud inferos quo tu properas.
Hinc ysaias ait. Querite dominum dum
inveniri potest. invocate eum dum
prope est. Hinc paulus ait. Ecce nunc
tempus acceptabile. ecce nunc dies
salutis. Hinc rursus ait. Dum tempus
habemus operemur bonum ad omnes.
Sed plerumque se ad vicinam rectitudinis
animus attingit. torpore dissolutus
tamen quam in celestibus desiderio rec
piet. ut pene nil ex eo in ferius re
mansisse videatur. et tamen cum ad car
nis curam reducitur. sine qua pre
sentis vite via nullomodo expletur
ita hunc inferius depressum tenet, ac
si adhuc de summis nulla contigisset
auditus verbis celestis oraculi in amo
rem patrie celestis erigitur. Sed re
surgente presentis vite studio. sub
tiene (?) curre aggere sepelitur, atque intima
na cordis nequaquam superne spei semen
proficit. quia cogitacionis infime spina
densescit, quam videlicet spinam presens
ipsam vitalis manum sancte exhortationis
eradicat dicens. Nolite solliciti esse
in crastinum. Contra hanc quoque per pau
lum dicitur, Carnis curam ne feceritis
in concupiscentiis. Sed in hiis nimirum
dictis ac iussis verbis agnoscimus
quia tunc abea mortifero vulnere animus

Ro 13

perungitur, tamen terra mensure equitatis
non tenetur. Rex enim mortali adhuc
in carne vivens cibus funditus curam
carnis abscidit. Sed ut discrete
prebeat animo temperat. Nam quia
sollicitos nos esse victualis in crastinum
prohibet, hinc est. ut tamen curam in presenti
bus non negat, quam tendi ad
tempus quod sequitur vetat. Et
nimirum Paulus cum curam carnis
in concupiscenciis non sinit procul dubio
in necessitate concedit. Discretione
ergo magna moderaminis carnis
cura frenanda est. ut prebeat et mi
nime precipitet. ne quasi domina animum
vincat. Sed sub acta menti domino
quasi ancilla famuletur. ut iussa
accipiat. atque ad intentum cordis re
pulsa dissiliat. ut vix a tergo
stantis cogitationis appareat. et nun
quam contra faciem recta cogitantis
obsistat. Quod bene nobis hystoria
sacre lectionis innuitur. cum abraham
tribus angelis occurrisse memoratur.
Ipse quippe venientibus extra
ostium occurrit. sara vero post ostium
substitit. quia videlicet ut vir
ac dux domus spiritualis noster
intellectus debet in cognitione trinitatis
claustra carnis excedere. et quasi
habitacionis infime ianuam exire.
Cura autem carnis ut femina foris
non appareat. et videri iactanter eru
bescat, ut quasi post tergum viri
foris non appareat. et videri iac
tanter erubescat. ut quasi post
tergum viri sit sub discretione spiritus
solis necessariis intenta nequaquam
sciat proterve detegi sed verecunde
moderari, Cui tamen sepe tantum dicatur
ut de se minime presumat. sed totam
se in divine spei fiduciam transferat
desperat. et cessante studio ad
esse sibi vite subsidia posse dif
fidat. Unde et hec eadem sara pro
missiones dei audiens ridet
Sed ridens corripitur. correpta
autem protinus fecundatur, et que iuven
tute vigens fecundari non potuit
annis fracta senilibus utero

XXXVIII R.

Ge 18

marcescente concepit. quia cum
cum carnis sua confidenciam homo
deserit. contra spem ex divina
promissione accipit. quod humanitus
se ex humana racione dubitavit.
Unde et hic ysaac id est risus dicitur
qui generatur quia cum superne spei
fiduciam concipit. quid mens
nisi aliud quam gaudium parit. Cu-
randum itaque est. ne aut necessitatis
metas cura terrenis transcen-
dat. in eo quod moderate exequitur
dese presumat. Sepe vero animus
fallitur. ut quod voluptuose appetit
necessarium suppetere. Citus omne
quod libet vite debitum utilitati
putet. et sepe quia effectus pro-
videnciam sequitur. in sui fiduciam
mens levatur. Cumque sibi ad-
esse quod deesse ceteris videt cogi-
tacione tacita de magnitudine sue
provisionis hylarescit. tanto iam
a vera provisione longe fit. quanto
ipsam quoque elacionem quam patitur
nescit. solerti semper custodie
intencione pensandum est. ut
quid opere agimus. vel quid corde
versamus. ne aut metam transcendi-
ens foris se terrena cura implicet. aut saltem de eius mo-
deramine intus se cogitacio ex-
altet. ut cum divina iudicia
temporalia circumspectione metimus
sempiterni supplicia horroris eva-
damus. Liber decimus

r Quociens in arene spectaculis
fortes ad certamina descendunt
hi qui impares viribus existunt
vicissim se eius expugnacioni sub-
R. iciunt. et uno victo contra fortem
primus alius erigitur. atque hoc
subacto. alius subrogatur. ut hic
tantis vires quoque molliores in-
veniat. quas ipsa sua crebres-
cens victoria fatigat. Citius cum
novus quisque congreditur. is qui
vinci virium qualitate non valet.
personarum saltem multitudine supe-
ratur. Sic in hoc hominum angelorumque
spectaculo beatus Job fortis ad
certamina perducit. quatuorque contra

mutaciones ad usum valeat con-
tinuacione in defessi roboris ondit.
Cum primus se eliphaz bedus autem
baldad obicit. Atque ad extremum
se Sophar in eius expugnacione sup-
ponit. Cum ad infendos ictus totis
se conatibus erigunt. Sed tamen ad
infendam altitudinem robusti pectoris
non pertingunt. Ipsa quippe eorum verba
patenter insinuant quod ictus in auras
iactant. Quia cum sanctum virum non
recte redarguunt. expressa in vacuum
verba percussionis perdunt. Quod liqui-
do ostenditur cum sophar naamathites
rursus ad tumultum inchoat qui ait
Numquid qui multa Cap. xi
loquitur et ipse audiet. aut vir verbosus
iustificabitur. Mos est peccati solet
ut recte dictis semper ex diverso videantur
ne si ad prelata consenciant inferiores
esse videantur. Omnibus iniustorum verba ps
quibus pauca sonuerit multa sunt.
quia quo eorum vicia resecant au-
ditum gravant. Unde et ad eius ihu
hoc quod recta predicacione contra crimina
profert. Ipsum quippe qui ex virtute
fortes sentencias deprompsit sophar re-
darguens verbosum vocat. Quia
cum ab ore iniustorum sapiencia culpas incre-
pat. stultorum auribus superfluitas lo-
quacitatis sonat. Prava namque nichil
rectum. nisi quod ipsi senserit putant. et
iniustorum verba eo ociosa estimant. quo
suis hec sensibus inveniunt diversa.
Nec fallacem quidem sophar sen-
tenciam protulit quod vir verbosus iusti-
ficari nequaquam possit. quia dum
per verba quisque diffluit perditam gra-
vitate silencii mentis custodiam amit-
tit. Hinc quippe scriptum est. Cultus
iusticie silencium. Hinc Salomon ait ys 32
Sicut urbs patens et absque muro-
rum ambitu. ita vir qui non potest pu
in loquendo cohibere spiritum suum. Hinc 27
rursum dicit. In multiloquio peccatum non
deerit. Hinc psalmista testatur dicens pu
Vir verbosus non dirigetur super terram 7
Sed virtus vere scientie perditur. que sub
discretionis custodia non profertur.
Certum itaque est quod verbosus iustificari
vir nequeat. Sed bonum bene non dicitur.

x.

quia non intendit cui dicat. Vera
quippe contra malos sententia si bo
norum rectitudine impetit sua perdit
Et eo retunsa dissilit. quo illud
est forte quod ferit quia autem pravi
audire bona patenter nesciunt et cum
vite emendacionem negligunt ad iuba
r irrisionis attingunt. Apte sophar
insinuat qui subiungit. Tibi soli ta
cebunt homines. et cum ceteros irri
seris nullo confutaberis. Impenitens
mens ut divinis vitalis sententias
gravius tolleravit et silencium penam
putat. atque omne quod recte dicitur
dedecus sue irrisionis arbitratur
Quia cum vera vox pravorum se
auribus admonet memoriam
culpa mordet. et in redargucione
viciorum. quia intus cogitacione mens
tangitur. foris ad studium contradiccio
nis excitatur. Ferre vocem non valens
quia tactum wlnere sui reatus do
let. et per hoc quod generaliter contra pravos
dicitur. se impeti specialiter suspicatur
Qui enim intus egisse se meminit. au
dire foris erubescit. Unde mox se
ad defensionem preparat. ut reatus
sui verecundiam perversa presumpcione refuta
cionis tegat. Sicut enim recti de qui
busdam que ab eis non recte gesta
sunt correpcionis vocem ministerium
caritatis estimant. sic perversi contu
meliam derisionis putant. Illi se
protinus ad obedientiam sternunt. isti ad
insaniam sue defensionis eriguntur.
Illi correpcionis adiutorium vite sue
patrocinium deputant. per quod de
pravis vicii culpa corripitur. venturi
iudicis ira temperatur. Isti cum se
per redargucionem conspiciunt. gladium
passionis credunt. Quia dum
per correpcionis vocem culpa dete
gitur pravis glorie opinio fedatur. Hinc
quippe in laude iusti salomonem
vitas dicit. Doce iustum et festina
bit accipere. Hinc pravorum contumia
ciam despiciat dicens. Qui erudit
derisorem ipse sibi facit iniuriam
Nam fit plerumque ut cum correpti

pro 9

Boni correctionem libenter suscipiunt
Mali correctionem refugiunt

ipse mala defendere nesciunt exve
cundia peiores fiunt. ac si in sua
defensione superbiant. ut quedam
vicia contra vicium corripientis
exquirunt. et in eo cunctos se
non estimant. si culpa talis
respondeant. Que cum vel invenire
nesciunt fingunt ut ipsi quoque ha
beant quod non impari iusticia incre
pare videantur. Unde et sophar quia
quasi irrisus se per increpacionem
doluit. protinus mendacia confingit
Dixisti purus est sermo meus
et mundus sum in conspectu tuo
Quem beati Iob dictorum meminit quia
falso hec vocibus illius impingitur
agnoscit. Quomodo enim se mundum
dicere potuit qui ait. Si iustifi
care me voluero. os meum con
dempnabit me. sed habet hoc pra
vorum malicia ut cum verum in
se flere mala renuit fingat
aliena. Nam quasi solacio faci m. D
noris utitur. si falsis vocibus
et iniqua corripientis incriminatur
Sciendum vero est quod plerumque pravi
verbotenus bona optant. ut mala
esse que in partibus habent oste
dant et quasi fauctores prospera
expetunt ut benigni videantur. Unde
et sophar protinus subiicit dicens
Atque utinam deus loqueretur tecum
et aperiret labia tua tibi. Ipse
quippe sibi homo loquitur. cum
per hoc quod sentit nequaquam dimittitur spiritu
a carnali prudencie intellectu
separatur. cum caro sensum excitat
et mentem quasi ad intelligendum
provocans foris mittit. Unde et
adhuc petro carnalia sapienti ve
ritas dicit. Non enim sapis que mt 16
dei sunt. sed que hominum. Cui ve
ra confitenti dicitur. Caro et sanguis ibidem
non revelavit tibi. sed pater meus
qui in celis est. Quid autem la
bia nisi iudicia eius accipimus
Clausis namque labiis vox premi
tur et sensus tacentis ignoratur.
Apertis autem dum sermo promitur

|| labiis ||

animus loquentis in verba. Labia
itaque sua deus aperit. cum volun
tatem suam hominibus per aperta
iudicia ostendit. Quasi enim re
servato ore loquitur cum remota
obscuritate dispositionis in se me
tenuit occultare quod vult. Nam
velut clausis labiis sensum nobis
suum non indicat. cum per occulta
iudicia. cur quid faciat celat.
Sophar itaque beatum Job ut de
carnali intellectu redarguat. se
quasi ipsum ut quanta sit benignitatis
ostendat. ei bona optat que et
cum habentur ignorat dicens
Atque utinam deus loqueretur tecum
et aperiret labia sua tibi. Ac si
patenter dicat. Imperitie tue po
tius quam pene compatior. quia sola
carnis prudentia perditum a vel
tatis te spiritu vacuum agnosco.
Si enim dei iudicia occulta
cognosceres. tam procaces contra
illum sententias non sonares. Et
enim omnipotens deus. cum ad con
siderandam nos sua iudicia sub
levat. ignorantie nostre cecitatem
fugat. que apertis eius labiis
eruditionem eius ad nos perducat pro
tinus adiungendo manifestavit
x dicens Ut ostenderet tibi secreta
sapientie, et quod multiplex sit lex eius.
Publice sapientie superne sunt opera
cum omnipotens deus regit quos
creat perficit bona que inchoat
et aspirando adiuvat quos
visitationis sue lumine illustrat.
Cunctis etenim liquet. quod quos
gratis condidit benigne disponit
et cum spiritalia dona largitur
ipse perficit quod ex munere sue be
nignitatis inchoavit. Secreta
vero sapientie superne sunt opera. cum
bona que preveniendo ceperat
neglegentes persequendo consummat ac
cum caritate nos sue illustratio
nis illuminat et tamen permissis temp
tationibus carnis tenebris ceci
tatis pulsat. cum dona que contulit

minime custodit. cum et mentes nostras
ad spem desidia excitat. et tamen occul
to iudicio difficultate nostre imbecil
litatis angustat. Que nimirum secreta
eius sapientie pauci valent inquire
re nullus invenire. Quia quod super
nos de nobis abditis moribus sapientia
non in iuste disponitur. iustum profecto est
ut a nobis adhuc mortalibus ignoretur.
Sed hec ipsa sapientie illius secreta con
spice. ut tamen iam incomprehensibilitas
eius est posita vide. Quia et si ipsa
consiliorum eius inquisitione deficimus.
deficiendo tamen verius discimus que
timeamus. Ad hec se paulus sapientie
secreta tetenderat cum diceret O
Ro || altitudo sapientie et scientie dei quam incompre
hensibilia sunt iudicia eius. et in
vestigabiles vie eius. Quis enim
cognovit sensum domini. aut quis consilia
rius eius fuit. Qui superius etiam
ex ipsa inquisitione lassescens. sed
tamen ad cognitionem infirmitatis
proprie lassescendo proficiens premittit di
cens O homo tu quis es qui re
spondeas deo. Numquid dicit figmentum
ei qui se finxit quare me fecisti sic.
Qui igitur ad occulta dei pertingere iiij
non valens ad infirmitatis sue co v.
gnitionem redit atque ad eruditionem se
propriam deficiendo renovavit. Ut ita
dicam. secreta sapientie non inveniens
invenit. Quia cum ad superna consilia
requirenda lassesceret. didicit ut hu
milius timeret. et quem sua infir
mitas a cognitione in imo repulit
hunc ei verius humilitas iunxit
Sophar itaque et perverse studium pietatis
et per audaciam tumide locutionis igna
rus. quia ipse gravitate non habet
meliori quam sibi optat dicens Atque uti
nam deus loqueretur tecum. et aperiret
labia sua tibi. ut ostenderet tibi secreta
sapientie. Qui ea quoque que se super alios
posse estimat optando scientiam osten
tat. cum protinus subdidit. Et quod 3.
multiplex sit lex eius. Quid hoc loco
dei lex accipi nisi caritas debet per quam
semper in mente legitur precepta vite

Multiplex lex caritatis { Amor dei. / Amor proximi

qualiter in actione teneamur. De hac et-
enim lege veritatis voce dicitur: Hoc est
Jo 17 preceptum meum ut diligatis invicem.
De hac etiam Paulus ait: Pleni-
tudo legis est dilectio. De hac itern(m)
Ro 13 dicit: Invicem onera vestra portate
et sic adimplebitis legem Christi. Lex etenim
Christi quid congruencius intelligi quam
caritas potest, quam tunc vere perficimus
cum fratrum onera ex amore toleramus.
Sed hec eadem lex multiplex dicitur
quia studiosa sollicitudine caritatis
ad cuncta virtutum facta dilatatur. Que
a duobus quidem preceptis incipit,
sed se ad innumera extendit. Huius
namque legis inicium dilectio dei est
ac dilectio proximi. Sed dei dilectio
per tria distinguitur, quia ex toto corde
et ex tota anima et ex tota fortitudine
diligi conditor iubetur. Qua in re no-
tandum est quod divinus sermo cum
deum diligi precipit non solum nar-
rat ex quo, sed etiam informat ex corde
quanto cum subiungit ex toto, ut vide-
licet qui perfecte deo placere desiderat
sibi de se nichil relinquat. Proximi
autem dilectio ad duo precepta derivatur,
cum per quendam iustum dicitur: Quod
ab alio oderis tibi fieri, vide ne tu
alteri facias; et per semetipsam veritas
Mt 7 dicit: Que vultis ut faciant vobis
homines, et vos facite illis. Quibus
duobus scilicet utriusque testamenti
mandatis, per unum malicia compescitur,
per aliud benignitas erogatur, ut ma-
lum quod pati non vult quisque non
faciens cesset a nocendi opere, et rur-
sum bonum quod sibi fieri appetit im-
pendens erga utilitatem sese proxi-
mi exerceat ex benignitate. Sed hec
nimirum duo dum sollicita inten-
cione cogitantur, cor ad innumera vir-
tutum ministeria tenditur, ne vel adi-
piscenda que non debet desideriis
inquieta mens ferveat, vel erga
exhibenda que debet otio resoluta
torpescat. Nam cum cavet alteri
facere quod nequaquam vult ab alio ipsa
tolerare, sollicita se intencione cir-
cumspicit ne superbia elevet et usque ad

despectum proximi animum deiciens
exaltet; ne ambicio cogitacionem
laniet, cumque hanc ad appetenda
aliena dilatat, angustet; ne cor
luxuria polluat, et subiectum
desideriis per illicita corrumpat; ne
ira exasperet, et usque ad proferendam
contumeliam inflammet; ne invidia
mordeat, et alienis felicitatibus
emula sua se face consumat;
ne immoderate linguam loquacitas
pertrahat, eamque usque ad lasciviam
obtrectacionis extendat; ne odium
malicia excitet, et os usque ad
iaculum maledictionis irritet. Rur-
sum cum cogitat ut ea alteri fa-
ciat que ipsa sibi fieri ab altero
exspectat, pensat nimirum ut ma-
lis bona, ut bonis meliora red-
dat; ut erga proterves magnitudinem
longanimitatis exhibeat; ut ma-
licie peste languentibus graciam
benignitatis impendat; ut dis-
cordes in pace reducat; ut con-
cordes ad concupiscenciam vere pacis
attingat; ut indigentibus necessaria
tribuat; ut errantibus viam
rectitudinis ostendat; ut afflictos
verbo et compassione mulceat; ut
accensos in huius mundi desideriis
increpacione restringat; ut minas
potencium racione mitiget; ut an-
gustias oppressorum quanta prevalet
ope relevet; ut foris resistentibus V. X.
opponat pacienciam; ut intus sup-
bientibus exhibeat cum paciencia
disciplinam; ut erga errata sub-
ditorum sic mansuetudo zelum
temperet, quatenus a iusticie studio
non enervet; sic ad ulcionem zelus
ferveat, ne tamen pietatis limi-
tem fervendo transcendat; ut ingratos
beneficiis ad amorem provocet; ut
gratos quoslibet ministeriis in amore
servet; ut proximorum mala cum
corrigere non valet taceat; ut cum
corrigi loquendo possunt, si-
lencium consensum esse pertimescat; ut
sic ea que tacet toleret, ne tamen

in animo vim doloris occultet
ut sic malivolis munus benigni-
tatis exhibeat, ne tamen per gratiam
mansuetudinis excedat. ut
cuncta proximis que prevalet
impendat, ut hec impendendo
non tumeat. ut sic in bonis que
exhibet timoris precipicium
paveat, ne tamen a boni pre-
cipicio torpescat. ut sic que
possidet tribuat, quatenus quanta sit
largitatis remunerantis ostendat
ne cum terrena largitur sua plus
quam necesse est copia pertimescat
et in oblacione muneris hila-
ritatis lumen tristicia obscuret.
Bene ergo lex Dei multiplex
dicitur, quia nimirum cum una ea-
demque sit caritas, si mentem
plene ceperit, hanc ad innume-
ra opera multiformiter accendit.
Cuius diversitatem breviter expri-
mimus, si in electis singula bona
illius per stringendo numeremus.
gn 4 Hec namque per Abel et munera
electa Deo obtulit, et fratris
gladium non reluctando toleravit.
gn 5 Hec Enoch et inter homines
vivere spiritaliter docuit, et ad
sublimem vitam ab hominibus
etiam corporaliter abstraxit. Hec
gn 7 Noe despectis omnibus solum
Deo placabilem ostendit, atque in
arche fabrica studio longi la-
boris exercuit, et mundo super-
stitem pia opera extendendo servavit.
gn 9 Hec per Sem et Japheth humiliter ve-
renda patris erubuit, et super-
iecto dorsis pallio que non vi-
debat abscondit. Hec Abrahe
dexteram, quia ad mortem filii
obediendo extulit, hunc prolis
gn 22 innumere gencium patrem fecit.
Hec Ysaac mentem quia semper
ad munditiam tenuit, caligantibus
etate oculis a videndo longe
post ventura dilatavit. Hec
gn 27 Jacob docuit et amisso bono
filio medullitus gemere et reliquorum
filiorum presenciam sub equanimitate tole-
rare. Hec Joseph docuit a fratribus
gn 37 venundatum et libertate animi servitutis
premium perpeti, et eisdem fratribus mente
non elata principari. Hec Moysen
de humilitate populo. et usque ad peticionem
ex 32 mortis in precibus stravit. et usque
ad interfectionem populi zelum studii
erexit. Ut et pereunte plebe se
se morti obiceret. et totam peccantis
populi manu dum inmissam feri-
num ret. Hec Finees brachium in ulcionem
25 peccancium erexit et arrepto gla-
dio coeuntes transfigeret, iram Domini
irati placaret. Hec Jhesum explo-
num ratorem docuit, ut et prius contra
13 falsiloquos cives veritatem verbo defen-
deret. et hanc postmodum gladio con-
Josue tra hostes allegaret. Hec Samuel
6 et in principatu humilem prebuit. et in de-
iectione regnum servavit. Qui cum
1 Reg persequentem se plebem diligeret ipse
12 sibi testimonium extitit. Quia cul-
men cognovit deiectus est non amat.
Hec David cum iniquum rege et
1 reg humilitate commovit ad fugam, et
24 pietate replevit ad veniam. Qui
persecutore suum et timendo fugit
ut dominum. et tamen cum potestatem
feriendi repperit non agnovit ut
2 reg inimicum. Hec Nathan et contra
12 peccantem regem in auctoritatis libe-
ra increpacionis sustulit. et cum rege
culpa deesset in peticione humilie
stravit. Hec Ysaiam nuditate
ysa carnis in predicacione non erubuit
20 et subducto carnali velamine mi-
steria superna penetravit. Hec Heliam
4 reg quia ferventiori zelo vivere spiritaliter
2 docuit ad vitam quoque et corporaliter
ibidem abstraxit. Hec Heliseum quia magistrum
diligere simpliciter instituit magistri spiritum duplicatum
implevit. Per hanc Jeremias ne in
Jere egyptum populus descenderet restitit.
42 Sed tamen et inobedientes diligens
quo descendere prohibuit et ipse
descendit. Hec Ezechielem quia prius
a terrenis desideriis sustulit post
per cincinnum capitis in aere libravit.
Ezech 8

X

Daniel 3. et ultimo

vi q Hec in daniele quia regiis dapibus
gulam compescuit et esurientium
leonum ora clausit. Hec tribus pue-
ris quia in tranquillitate positis in-
cendia viciorum subdidit tribula-
cionis tempore et flammas in fornace ter-
peruit. Hec in petro et minis ter-
rentium principum fortiter restitit
Act 4 et in temptacione submovenda mor-
tis verba humiliter audivit. Hec in paulo
et manus persequentium humiliter pertulit
Gal 2 et eum in temptacionis negocio longe se
imparis potestatis sensum audenter
in crepavit. Per caritatem quam multiplici-
Act 9 ter regnavit. Multiplex ergo lex
dei ista est. que singulis rerum
articulis non permutata congruit. et
causis se variantibus non variata
coniungit. Cuius nimirum legis multi-
plicitatem bene paulus enumerat di-
1 Cor 13 cens. Caritas paciens est. benigna
est. non emulatur non inflatur non
agit perperam. non est ambiciosa. non
querit que sua sunt. non irrita-
tur non cogitat malum. non gaudet super
iniquitate. congaudet veritati. Pa-
ciens quippe est caritas quia illa-
ta mala equanimiter tollerat. Beni-
gna vero est. quia pro malis bona largiter
tribuit et ministrat. Non emulatur
quia per hoc quod in presenti mundo nichil
appetit invidere terrenis successibus
nescit. Non inflatur. quia
cum premium eterne retribucionis anxia
desiderat. a bonis se exterioribus
non exaltat. Non agit perperam. quia
que se in solum dei et proximi a-
morem dilatat. quidquid a rectitu-
dine discrepat ignorat. Non est
ambiciosa. quia quo ardenter in-
tus ad sua satagit. foris nullatenus
aliena concupiscit. Non querit
que sua sunt. quia cuncta que
transitorie possidet. velut aliena ne-
gligit. Cum nichil sibi proprium esse nisi
quod secum permaneat agnoscit. Non
irritatur quia et iniuriis lacessita ad
nullos se ulcionis sue motus ex-
citat dum pro magnis laboribus

maiora post premia expectat.
Non cogitat malum quia amo-
rem mundicie mente solidans
dum omne odium radicitus e-
ruit. versare in animo quod inquinat
nescit. Non gaudet super iniquitate
quia quo sola dileccione erga omnes
inhiat. nec de perdicione adver-
sancium exultat. Congaudet autem
veritati. quia ut se ceteros diligens
per hoc quod rectum in aliis conspicit. quasi
de augmento proprii profectus hylari-
tate gaudet. Multiplex ergo lex dei est
que contra universa eiusque culpe
iacula. quando premeditatam mentem in-
petit instructionis sue munimine
semper occurrit. ut quia antiquus
hostis varia nos temptacione
obsidet. Ipsa hunc de nobis multi-
pliciter expugnet. Quam nimirum
legem si sollicita consideracione
pensamus. auctori nostro quantum
cottidie delinquimus agnoscimus.
Si autem culpas perpendimus profecto
equanimiter flagella tolleramus
Nec ex dolore cordis ad impa-
cienciam prorumpit. cum suo se medico
consciencia addicit. Unde sophar
quid dicat sciens. sed cui dicat
nesciens. postquam premisit dicens
ut ostenderet tibi secreta sapiencie
sue. et quod multiplex sit lex eius
protinus adiungit. Et intelligeres
quod multo minora exigaris ab eo
quam meretur iniquitas tua. Do- Z
lor quippe ut diximus flagelli
temperatur cum culpa cognoscitur. Eo-
que tanto quisque paciencius fra-
menta medici tolerat. quanto
putridum conspicit esse quod secat.
Qui igitur multiplicitatem legis in-
telligit. cuncta que patitur quam
sint minora perpendit. quia perpendit
quod culpe pondus agnoscit. equani-
miter afflictionis penam tolerat.
Sed inter hec sciendum quod sine ma-
gna iniquitate non fuit quod
sophar virum iustum usque ad ob-
iectionem iniquitatis increpavit.
Nam et eorum audiant veritatis.

Io ulto redarguit, sed benigne ad gratiam
reducat. Quia apud misericordem
iudicem, nequaquam sine venia
culpa relinquitur, cum pro fervore
zeli ex eius amore peccatur.
Saepe namque magnis sanctis docto
ribus minoribusque contingit, ut
quo alta caritate fervet, modum
correptionis exaggerent, et lingua
aliquid quod non debet dicat, quia
mentem dilectio quantum debet
inflammat. Sed verbo prolate con
tumeliae tanto reatus particip
quanto et ex qua prodeat radice
vij. q. pensatur. Quod bene per Moysen
Deut° 19 Dominus praecepit dicens: Si quis
abierit cum amico suo simpliciter
ad silvam ad ligna caedenda
et lignum securis fugerit manu
ferrumque lapsum de manubrio ami
cum eius percusserit et occiderit
hic ad unam supradictarum urbium
fugiat et vivat, ne forte pro
ximus eius cuius effusus est
sanguis doloris stimulo persequatur
et apprehendat eum et percutiat animam
eius. Ad silvam quippe cum amico
imus quotiens cum quolibet pro
ximo ad intuenda delicta
nostra convertimur. Et simpliciter ligna
incidimus, cum delinquentium
vitia pia intentione resecamus.
Sed securis manum fugit, cum se
se increpatio plusquam necesse est
in asperitate trahit. Ferrum quoque
de manubrio prosilit, dum de cor
reptione sermo durior excedit.
Et amicum percutiens occidit, quia
auditorem suum prolata contumelia
a spiritu dilectionis interficit. Cor
repti namque mens repente ad
odium proruit, si hanc immodera
ta increpatio plusquam debuit
addicat. Sed is qui incaute
lignum percutit et proximum exstinguit, ad
tres [blotted] est urbes fugiat
ut in una earum defensus vivat
quia si ad paenitentiae lamenta conversus
in unitate sacramenti sub spe fide

et caritate absconditur, reus perpetrati
homicidii non tenetur; eum quem exstinctus
proximus, et cum invenerit non oc
cidit, quia cum districtus iudex ve
nerit, qui sese nobis per naturae nostrae con
sortium [blot] iunxit, ab eo procul dubio
vindictam de culpae reatu non ex
petit, quem sub eius venia spes,
fides et caritas abscondit. Cum
ergo culpa dimittitur quae nequaquam
mentis malitiae studio perpetratur, Iob
et Sophar iniquum vocat, quem
summa superna laudavat, nec tamen
a venia reprobatus excluditur, quia
ad verba contumeliae divini amoris
zelo permovetur. Qui pro eo quod beati
Iob merita non agnoscit, exprobrata
adhuc irrisione subiungit dicens:
Forsitan vestigia Dei comprehendes A.
et usque ad perfectum omnipotentem re
peries. Quid Dei vestigia nisi be
nignitatem illius visitationis vocat,
quibus nimirum provehi ad superna
provocamur, cum eius spiritus afflatu
tangimur, et extra carnis angustias
sublevati per amorem cognoscimus
auctoris nostri contemplandam speciem
quam sequamur. Nam cum mentem
nostram spiritalis patriae amor inflammat
quasi sequentibus iter insinuat, et sub
tracto cordi velut quaedam vesti
gia Dei gradientis imprimuntur, ut ab
eo nostris cogitationum gressibus vita
mentis teneatur. Quem tamen nec dum
cernimus restat ut per vesti
gia sui amoris indagemus quatenus
usque ad contemplationis speciem quandoque mens
inveniat quem nunc quasi a tergo subse
quens per sancta desideria explorat. Haec
psalmista auctoris nostri vestigia
bene sequi noverat cum dicebat:
Adhesit anima mea post te. Quem .C.
reperire quoque usque ad visionem suae
celsitudinis sathagebat dicens:
Sitivit anima mea ad Deum vivum;
quando veniam et apparebo ante
faciem Dei. Tunc quippe cognitione
manifesta omnipotentem reperit, cum mor
talitatis nostrae funditus corruptione

Quo videtis deum videt qui quandoque
et quandoque non videt. B. Ciso de vite
li. 3. c. 7 et 7 ...
X. 2 c 5

[C]aritati ab assumptis nobis in di
vinitatis sue claritate conspicatur,
hunc ante carnalis cogitacione ca...
infusus spiritus sublevat. et in con
temptu rerum preteritarum exaltat
totumque mens quod appetebat in
fimis despicit. atque ad superna de
siderio ignescit. et contemplacionis sue
vi extra carnem tollitur. que cor
rupcionis sue pondere adhuc in
carne retinetur/ Incircumscripti luminis
iubar intueri conatur. et non valet
quod in firmitate pressus animus et
nequaquam penetrat et tamen repulsus
amat/ Iam namque deus se con
ditor per hoc amet ostendit. sed
visionis sue speciem amatoribus sub
trahit. Sola ergo eius vestigia
viii conspicientes gradimur. quia hunc per
B donorum suorum signa sequimur. quem
nec dum videmus. Cuius nimirum
vestigia comprehendi nequeunt
quia unde ubi quibus ve modis
veniant eius spiritus dona nescitur
veritate attestante que ait Spiritus ubi
vult spirat et vocem eius audis
et nescis unde veniat aut quo
vadat/ Incircumscripcionis autem culmine
reperiri omnipotens per contemplacionis speciem
potest/ Sed tamen ad perfectum non
potest. quia et si hunc in claritate
sua quoque conspicimus. non tamen
eius essenciam plene contuemur.
Angelica etenim vel humana mens
cum ad incircumscriptum lumen inhiat
eo ipso se quo creatura est coan
gustat. et supra se quidem proficiendo
tenditur. sed tamen eius fulgore
comprehendere nec dilatata sufficit
Quia et transcendendo et penetrando
et implendo omnia concludit. Unde
.C. et adhuc subditur. Excelsior celo est
et quid facies profundior inferno
et unde cognosces longior terra
mensura eius et lacior mari/ Qui
deus excelsior celo. inferno profun
dior. terra longior. marique lacior
esse describitur/ Tanto spiritualiter debet
intelligi quanto de eo quod quia

nephas est iuxta corporea linia
menta sentiri/ Sed celo est ex
celsior. quia in circumscripcione sui
spiritus cuncta transcendit/ Inferno
profundior. quia transcendendo sub
vehit/ Terra longior quia crea
ture modum perhennitate sue et
ternitatis excedit. Mari lacior quia
temporalium rerum fluctus sic regens
possidet. ut hos sub omnimoda
potencie sue presencia coangustando
tendet. Quamvis possint celi ap
pellacione angeli. et inferni voca
bulo demonia designari. per terram
vero iusti homines. per mare autem
peccatores intelligi/ Excelsior namque
quam celo est. quia ipsi quoque electi
spiritus visione tante celsitudinis
perfecte non penetrant. Profundior in
ferno est quia malignorum spirituum
astucias longe subtilius quam
ipsi putaverint in dictis dampnat
Terra longior. quia longanimitatem
nostram. patiencia divine longanimitatis
exsuperat que nos et peccatores tol
lerat. et conversos ad premia remu
nerandos expectat/ Mari lacior
quia ubique facta peccancium retri
bucionis sue presencia occupat ut
et cum non presens per speciem cernitur presens
per iudicium senciatur/ Cuncta tamen ad
solum eo referri hominem putamus
ut ipse sit celum cum iam per de
siderium summis inheret. ipse in
fernus cum temptacionum suarum cali
gine perturbatus in imis iacet
D ipse terra quia in bono opere fixe
spei ubertate fructificat/ Ipse
mare. quia in quibusdam trepi
dus quatitur. et aura sue mutabi
bilitatis agitatur/ Sed celo est
deus excelsior. quia potencie
eius magnitudine vincimur
eciam cum supra nosmetipsos ele
vamur/ Inferno profundior quia
nimirum plus iudicat. quam ipse
se humanus animus in temptacionibus
investiget. Terra longior quia
fructus vite quos in fine re
tribuit nequaquam nunc vel

spes nostra comprehendit. Mari latior
quia humana mens fluctuans
multa dehinc que ventura
sunt conicit. Sed cum iam que
estimaverat cernere cepit angus-
tum se in sua estimacione con-
gnoscit. Excelsior igitur celo fit
cum ipsa in ea nostra contemplacio
deficit. Unde et cor propheta in
alto posuerat. Sed nec deum cum
se contigisse senciebat dicens Mi-
rabilis facta est sciencia tua ex
me confortata est nec potero
ad eam. Inferno profundiorem
noverat qui semetipsum discuciens
sed et dei subtiliora iudicia per-
metiens dicebat: Nichil michi
conscius sum. Sed non in hoc iusti-
ficatus sum. Qui autem iudicat
me dominus est. Longiorem terre
viderat cum iuvari ei esse huma-
1 cor x mentis pensabat dicens: Qui
potens est omnia facere super-
habundanter quam petimus aut in-
telligimus. Latiorem mari con-
spexerat qui timendo pensabat
quia nequaquam mens humana
inmensitate districtionis eius
agnosceret quantumlibet in querendo
fluctuaret dicens: Quis novit
potestatem ire tue. et pre timore tuo
iram tuam dinumerare. Cuius
Ephe. 3 vero potencia egregius nobis
doctor insinuat. cum breviter
pe E. narrat: Ut possitis comprehendere
cum omnibus sanctis que sit lon-
gitudo, latitudo, sublimitas et
profundum. Habet quippe deus
latitudinem quia dilectionem suam
usque ad collectionem persequencium tendit.
Habet longitudinem quia ad vite
patriam nos longanimiter tolle-
rando perducat. Habet sublimi-
tatem quia ipsorum quoque intelli-
genciam qui recepti in superna sunt
congregacionem transcendit. Habet
profundum quia dampnat infimis
districcionis sue iudicium incompren-
sibiliter exercet. Que scilicet quatuor
nobis in hac potitis singulis

|| Vita ||

exercet. Quia et latitudine amando
et longitudine tollerando, et celsitu-
dinem non solum nostram intelligen-
ciam. sed eciam vota superando, et
profunditatem suam exhibet. occul-
tos et illicitos cogitacionum motus
districte iudicando. Sed eius celsitu-
do et profunditas quia sunt investi-
gabiles nullus agnoscit. nisi qui
vel contemplacione ad summa provehitur
vel occultis motibus resistens temp-
tacionum carnis importunitate turbari. Un-
de beato Job dicitur: Excelsior celo est et
quid facies. profundior inferno et
unde cognosces. Ac si aperte dispecto
dicatur: Profunditatem eius atque ex-
cellenciam in temptacionibus nescis. Sequitur:
Si subverterit omnia vel in unum
coartaverit. quis contradicet ei. vel ff
quis dicere ei potest cur ita facis.
Subvertit deus celum cum occulta
terribili disposicione humane con-
templacionis celsitudinem destruit
Subvertit in fine cum animos libere mentis
in suis temptacionibus pavidam
cadere eciam ad deteriora permittit.
~~Subvertit~~ || fluctuacione mentis titubacionis
emergente subito pavore confundit
dubietate. quippe sua cor animum
hoc ipsum quia titubat valde formi-
dat. et quasi mare subvertitur. cum
ipsa in deum nostra trepidacio. conside-
racio eius iudicum terrore turbatur. Quia
igitur celum quo ut in fervens terra
vel mare subvertitur. breviter diximus
aliquantulum laboriosius restat
ut hec qualiter in unum coartari
debeant demonstremus. Sepe namque
contingit ut ad summa iam spiritus
mentem elevet. sed tamen hanc
importunis caro temptacionibus in-
pugnet. Cumque ad contemplanda
celestia animus ducitur. obiectis
accionis ymaginibus reverberatur.
Nam carnis repente hunc stimu-
lus sauciat. quem extra carnem
contemplacio rapiebat. Celum ergo
simul in firmis coartatur cum unam
eandemque mentem. et sublevatio con-

|| Subvertit terram cum fructificacionem
boni operis adversis motibus
intercidit. Subvertit mare cum

templacionis illuminat et in pro[fun]ditatis
temptacionis obscurat ut et videat
tenendo quod appetat et succumbendo
in cogitacione tolleret quod erubescat.
De celo quippe lux oritur in terrenis
autem tenebris possidetur. In unum
ergo celum in fumos redigitur cum mens
que iam lucem superne considerat
etiam de carnis bello tenebras
occulte temptacionis patitur. Certe
iam paulus tercii celi culmine superne
ascenderat iam paradisi secreta con-
gnoscat et tamen adhuc carnis
bella tollerans gemebat dicens.
Video aliam legem in membris meis
repugnantem legi mentis mee et capti-
vum me ducentem in lege peccati
que est in membris meis. Quid ergo
in [illegible] tanti predicatoris pectore
nisi celum deus in fumos coar-
tabat? Quia in visionis intime
iam lumen acceperat. Et tamen
adhuc tenebras de carne tollera-
bat. Et ipse viderat quod letus ap-
peteret in se cernebat quod metuens
doleret. Iam celestis patrie lux
irradiaverat ad huc temptacionis
obscuritas animum confundebat.
Cum celum ergo in fumum pertrahit quod
et illuminatum securitas crevit et tem-
ptacionum gemitus stravit. Et sepe
contingit ut fides in mente iam
vigeat sed tamen ex parte aliquantula
in dubietate cor habescat, quatinus et
certa se a visibilibus elevet et ex
quibusdam sese incerta prebet.
Nam plerumque ad eterna appetenda
se erigit et sub occultis cogitacionum
stimulis agitata sibimetipsi contra-
dicit. In unum ergo terra mareque co-
artat cum una eandemque mentem
et celsitudo solide fidei roborat et
tamen ex aliquantula mutabilita-
te perfidie aura dubietatis inficit.
An non in suo pectore coartari terram
et mare cognoverat qui et
per fidem sperans et per infidelitatem fluc-
tuans dicebat. Credo domine
adiuva incredulitatem meam. Quid
itaque est quod se credere asserit et ad-
iuvari in credulitatem queritur nisi
quod coartari in suis cogitacionibus
terram cum mari deprehenderat? Qui
et ex orare cepit iam fieri per fidem
ceperat et adhuc in certis undis
perfidie ex incredulitate collidebat.
Qui tamen occulta fieri dispensa-
cione permittit ut cum mens iam
surgere ad rectitudinem cepit primitus
sue reliquiis impugnet quatenus ipsa
hec impugnacio aut resistentem
excitet aut delectacionibus seducta
frangat. Recte itaque nunc dicitur. Si
subverterit omnia vel in unum co-
artaverit quis contradicet ei, vel
quis dicere potest ei cur ita facis.
Quia [illegible] divinum iudicium
nec adversitate valet minui nec
inquisicione cognosci vel cum virtutes
quas tribuerit subtrahit. Vel
has omnino non adimens victorie
[illegible] temptacionibus permittit.
Sepe namque in elacione cor at-
tollitur cum letis successibus in
virtute roboratur. Sed dum latentes
motus audacie in cogitacione
conditor conspicit se sibi hominem
ostendendo derelinquit ut eius mens
derelicta quid sit inveniat que
male in se secura gaudebat. Unde
cum subverti omnia vel unum
coartari dicentur protinus adiungit.
Ipse enim novit hominum vanitatem
et videns iniquitatem nonne con-
siderat. Ac si per iniusta patefaciendo
subiungeret dicens. Quia tollerando
succrescere vicia conspicit iudican-
do dona confundit. Recte vero
in descripcione ordo servatur. Cum
prius nostra vanitas et post con-
siderari iniquitas perhibetur. Ipse
Omnis quippe iniquitas vani-
tas. Non tamen omnis vanitas
iniquitas esse solet. Vana namque
agimus quotiens transitoria co-
gitamus. Unde et ecclesiastes dicitur
quod repente ab intuencium oculis
aufertur. Hinc psalmista ait. Uni-
versa vanitas omnis homo vivens
quia per hoc quod vivendo ad interitum
tendit. Recte quidem vanitas dicitur.

sed nequaquam recte etiam iniquitas
xi appellatur. quia etsi de pena est cul
pe quod desistit, non tamen hoc ip
sum culpe est. quod a vita perimit
Eccl. 1. Vana sunt itaque que transeunt.
Unde et per Salomonem dicitur: Omnia
vanitas. Apte autem post vani
tatem protinus iniquitas subin
fertur, quia dum per quedam transi
toria ducimur: in quibusdam no
xie ligamur. Cumque mens in
mutabilitatis statum non tenet
a semet ipsa defluens ad vicia
prorumpit. Vanitate ergo ad
iniquitatem labitur. que assueta
rebus mutabilibus. dum ex aliis
ad alia semper impellitur, suborien
tibus culpis semper inquinatur.
Potest tamen vanitatis et culpa
intelligi: et iniquitatis nomine
reatus gravior demonstrari.
aliquando vanitas culpa non esset. Si enim psalmista non diceret, quia
quamquam in ymagine dei ambulet homo
tamen vane conturbatur, et thesauri
zat et ignorat cui congregabit ea.
Quia quamvis trinitatis ymagine
in natura sumus. vanis tamen
delectationis motibus perturbati a
conditione nostra delinquimus.
Ut modo nos semper alternatibus
cupido concitat. metus frigat.
leticia mulceat. dolor affligat.
Ex vanitate ergo ut superius dic
tum est ad iniquitatem ducimur.
cum prius levia dum defluimus
mus, ut usu culpa levigante
nequaquam post committere etiam gra
M. P. viora timeamus. Nam dum mo
derari lingua ociosa verba ne
gligit. more insolite remissionis
capta. audax ad noxia prorumpit.
Dum gule intenditur ad levitatem
protinus insaniam producitur. Cumque
mens subiecte delectationi carnis
recumbit, plerumque et ad perfidie
voraginem ruit. Unde bene Paulus
I Cor. x. israhelitice plebis dampna conspi
ciens. ut innumera abundancioribus
bus mala conpescat: quasi ex
ordine cunctata narrare dicens

Neque ydolatre efficiamini. sicut quidam
Exo. 32 ex ipsis. quemadmodum scriptum est.
Sedit populus manducare et bibe
re et surrexerunt ludere. Esus quippe
potusque ad lusum impulit. lusus ad
ydolatriam traxit. Quia si vanitatis
culpa nequaquam caute conpescitur. ab
iniquitate protinus mens incauta
Eccli. 19 devoratur. Salomone attestante qui
ait. Qui modica spernit paulatim
decidit. Si enim curare parva negli
gimus insensibiliter seducti, audenter
etiam maiora perpetramus. Et nondum
quod non vidi sed consideravi iniquitatis
dicitur. Studiosius quippe conspicimus
que consideramus. Deus itaque va
nitatem hominum novit. iniquitatem con
siderat, quia nec minora delicta
in vita deserit. et ad maiora feri
enda se intentius accingit. Qui
igitur a levioribus malis incipitur. ut
et ad graviora perveniat, vanitas
mentem obnubilat. iniquitatis creat.
que nimirum mens amisso mox
lumine. tanto se altius per timorem
erigit. quanto et iniquitatis captiva
laqueis a veritate longius recedit.
Unde apte quo vanitas cum iniquita
te pertrahat. exprimitur cum repente sub
iungit. Vir vanus in superbia erigitur.
Vanitatis quippe finis est. ut omni iij.
peccato mentem sauciat. hanc ex cul
pa audacem reddat, quatenus sui rec
titudinis oblita. que amisisse se innocen
tiam non dolet. iusto excecata iu
dicio simul et humilitatem perdit. Et
fit plerumque ut prius desideriis ser
viens. adeo se demum timoris excu
ciat. et quasi in maiorum perpetratione
iam liberam omne quod voluntas sug
gerit implere contendat. Unde cum
vir vanus se erigit in superbiam dicitur
illico subinfertur, Et quasi pullum
onagri se liberum natum putat. Per
pullum quippe onagri agrestium
genus exprimitur. quod in suis desideriis
motibus loris ductum non tenetur.
Agri namque animalia in libertate vi
vere quo appetitur. et quiescere cum lassatur.
et quamvis in sensibus ... homo

longe sit melior. hoc tamen plerumque
homini non licet. quod brutis animalibus
licet. Que enim ad aliud minime ser
vantur eorum motus procul dubio ne
quaquam sub disciplina restringuntur.
Homo autem quia ad sequentem vitam
ducitur. necesse profecto est ut in cunctis
suis motibus sub discipline dispo
sitione religetur. et quasi domesticum
animal loris vinctum serviat. atque
eternis dispositionibus restrictum
vivat. Qui ergo implere cuncta
que desiderat per effrenatam libertatem
querit. quid aliud quam pullo ona
gri esse similis concupiscit. ut disci
pline quidem lora non teneat. sed
audenter vagus per silvam desideriorum
currat. Sepe autem divina misericordia
quos perire in effrenatione illicite
libertatis conspicit. obiectione presentis
adversitatis stringit. Quatenus et si dis
cant quam reproba erectione tumue
runt. ut iam flagelli experimentis
edomiti. quasi iumenta domestica pre
ceptorum loris mentis colla subici
ant. et vite presentis itinera admixta
presidentis peragant. Quibus bene cor
rigatum se noverat qui dicebat. Ut
iumentum factus sum apud te. et
ego semper tecum. Vir etenim ille
persecutor ab agro perfidie voluptatis
ad domum fidei reductus iterum sine
calcanibus preceptis audiebat. Durum
Act 9 est tibi contra stimulum calcitrare. Res
tat ergo ut si esse iam similes pullo
onagri nolumus in cunctis que appe
timus intuitum pie interne dispen
sationis exquiramus. ut mens nostra
nostra in omne quod mittitur superni regiminis
loro teneatur. et inde magis vita sua
ad vitam impleat(?). unde vite sue
studia contra propriam voluntatem
xij. calcat. Multa sophar fortia protu
n. lit. sed quod meliori se hec loquitur
nesciat. bene adhuc increpando sub
iungit. Tu autem firmasti cor tuum
et expandisti ad eum manus
tuas. Firmari cor non hoc loco pro
virtutem dicit. sed pro insensibilitatem.
Omnis namque animus qui distric

tionis consideratione se subicit ex
eo quod pertimens(?) timore molestatur
quasi sagitta divine formidinis pe
netratur. quia infirma viscera per
humilitatem gestat. Quisquis autem
pertinacia insensibilitatis obdures
cit. quasi cor firmat. ne hoc
iacula timoris superni confodiant.
Unde quibusdam per prophetam dominus
misericorditer dicit. Tollam de vobis Ezech 36
cor lapideum. et dabo vobis cor
carneum. Cor quippe lapideum
tollit. cum a nobis superbie duri
ciam subtrahit. Et cor carneum
tribuit. cum eandem pertinacis
animi duriciam ad sensibilitatem
vertit. Per manus vero ut iam crebro
docuimus opera designantur. Qui culpa
igitur manus ad eum expandere
est contra largitoris gratiam de
virtute operum superbire. Qui enim in
conspectu eterni iudicis cognoscens sibi
bona que facit tribuit. ad deum
manus superbiens tendit. Sic per
fecto contra electos reprobi. sic contra
catholicos heretici semper efferuntur
ut cum ob iurgare sua nequeunt
bonos reprehendere de factorum elatione
moliantur. Quatenus eos quos re
darguere ex infirmitate actionis
non valent. ex cunctis timoris ac
cusent. Unde et ea bona que
exterius fiunt nequaquam bona
esse iam censent. que quasi per
studium tumide cogitationis ex
hiberi putant. Quam sepe humi
liatam mentem increpant. et quod de
suis semetipsos ferunt ignorant.
Sed quia iustum virum sophar hac
tenus reprehendendo corripuit
nunc velut docendo subiungit.
Si iniquitatem que est in manu p.
tua abstuleris a te. et non ma
serit in tabernaculo tuo iniusticia
tunc levare poteris faciem tuam
absque macula et eris stabilis
et non timebis. Omne peccatum aut
sola cogitatione committitur. aut
cogitatione simul et opere perficitur.

Dux est peccati { cordis / operis

Iniquitas ergo in manu est culpa in opere. Iniustitia vero in tabernaculo est iniquitas in mente. Mens quippe nostra tabernaculum non incongrue vocatur, in qua apud nosmetipsos abscondimur cum foris in opere non videmur. Sophar itaque quia iusti viri amicus est, novit quid dicat; sed quia iustum increpat, hereticorum tenet speciem. Perfecte recte etiam que novit ignorat. Sed nos cuncta haec que ab eo tumide dicuntur pensemus; eius verba quam vera sint si recte dicerentur.

R Prius enim iniquitatem a manu subtrahi, et post a tabernaculo admonet iniustitiam abscidi, quia quisquis iam prava a se opera exterius resecat, necesse profecto est ut ad semetipsum rediens solerter sese in mentis intentione discutiat, ne culpa quam iam in actione non habet, adhuc in cogitatione perduret. Unde bene etiam per Salomonem

Prov. 24 dicitur: Prepara foris opus tuum, et diligenter exerce agrum tuum, ut postea edifices domum tuam. Quid namque est preparato opere agrum diligenter exterius exercere, nisi evulsis iniquitatis sentibus actionem nostram ad frugem retributionis excolere? Et quid est post agri exercitium ad edificium domus redire, nisi quod plerumque ex bonis operibus discimus quantam vite munditiam et in cogitatione construamus? Pene namque cuncta bona opera ex cogitatione prodeunt. Sed sunt nonnulla cogitationis acumina que ex operatione nascuntur. Nam sicut ab animo opus sumitur, ita rursus ab opere animus

xiii. R. eruditur. Mens quippe divini amoris exordia capiens imperat bona que fiant, sed postquam fieri imperata ceperint ipsis suis exercitata actionibus discat, cui impare bona inchoavit, que tamen minus videbat. Foris ergo ager excolitur ut domus postmodum construatur, quia plerumque ab exteriori opere videmus quantam subtilitatem rectitudinis in corde teneamus. Quod bene Sophar servare studuit ordinem, cum prius fugare iniquitatem a manibus, et post a tabernaculo iniustitiam dixit. Quia nequaquam plene animus in cogitatione erigitur, cum adhuc ab eo exterius in opere erratur. Que si perfecte ambo tergimus, ad deum statim sine macula faciem levamus. Interna quippe facies hominis mens est, in qua nimirum recognoscimur quod ab auctore nostro diligimur. Quam scilicet faciem levare est in deo animum per studium orationis attollere. Sed elevatam faciem macula inquinat, si intendentem mentem reatus sui conscientia accusat, quia a spei fiducia protinus frangitur, si in tenta precibus necdum devicte culpe memoria mordetur. Diffidit namque accipere se posse quod petit, que profecto renuisse nolle se adhuc facere quod divinitus audivit. Hinc per Iohannem

1 Io. 3 dicitur: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum, et quicquid petierimus ab eo accipiemus. Hinc

Prov. 28 Salomon ait: Qui avertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Cor quippe nos in petitione reprehendit, cum resistere se preceptis eius que postulat meminit; et oratio fit execrabilis cum a censura avertitur legis. Quia dignum profecto est ut a beneficiis sit unusquisque extraneus, cuius nimirum iussionibus non vult esse subiectus. Qua in re hoc est salubre remedium, ut cum se mens ex memoria culpe reprehendit, hoc prius in oratione defleat quod erravit, quatenus erroris macula cum fletibus tergitur, in petitione sua cordis facies ab auctore munda videatur. Sed curandum nimis

Ad orationis exauditionem requiruntur duo scilicet: peccatorum ablatio, [illegible] dimissio

est ne adhuc rursus pravitas vivat que
se mundasse fletibus exultat,
ne dum plorata iterum culpa com-
mittitur, In conspectu iusti iudicis
ipsa etiam lamenta longentur.
Solerter quippe debemus meminisse
quod dicitur: Non iteres verbum in tua
oratione. Quo videlicet dicto vir
sapiens nequaquam nos prohibet
sepe veniam petere, sed culpas ite-
rare. Ac si aperte dicat: Cum mala
defleveris nequaquam rursum facias
quod in precibus iterum plangas. Ut ergo
ad precem facies sine macula le-
vetur, ante orationis tempora semper debet
conspici, quid possit in oratione repro-
bari. Talem quippe se metiens cum
ab oratione cessat exhibere festinet, qua-
lis apparere iudici in tempore orationis tempore
exoptat. Sepe namque immunda
quedam vel illicita in animo
versamus, quociens a precibus va-
camus. Sed cum se mens ad stu-
dia orationis erexerit, earum iterum
ymagines reverberata patitur, quibus
prius ociosa premebatur, et quasi iam
faciem anima ad deum levare
non sufficit, quia ipse nimirum
inquinata mente maculas pol-
lute cogitationis erubescit. Sepe
curis mundi libenter occupamur,
cumque post hec ad studium orationis in-
tendimus, nequaquam se mens ad
celestia erigit, quia pondus hanc
terrene sollicitudinis in profundum
mersit, et in prece facies munda
non ostenditur, quia cogitationis infime
luto maculatur. Nonnunquam vero
cor a cunctis exutum illicitis moti-
bus etiam cum aperte vacat opti-
mus. Sed tamen quia nos culpas
rarius committimus, aliena pigrius
delicta laxamus. Et quo peccare
animus sollicitius metuit, eo
districtius hoc quod in se ab alio delin-
quitur abhorrescit. Unde fit ut indo-
matur quisque tardior ad veniam,
quo proficiendo factus est cautius ad
culpam. Et quo ipse excedere in alterum
metuit, hoc quod in se excedit punire
durius exquirit. Sed quid huius do-
loris macula reperiri deterius
potest, que in conspectu iudicis
caritatem non inquinat, sed necat.
Vitam quippe anime quelibet
culpa polluit, servatus vero contra
proximum dolor occidit. Menti
namque ut gladius figitur, et mu-
crone illius ipsa viscera occulta
perforantur. Qui scilicet transfixo
corde si prius non educatur, nichil
in precibus divine opis obtinetur,
quia et vulneratis membris im-
poni salutis medicamina nequeunt,
nisi ferrum prius a vulnere subtrahatur.
Hinc enim est quod per semetipsam veri-
tas dicit: Nisi remiseritis hominibus
peccata eorum, nec pater vester qui in celis
est remittet vobis peccata vestra.
Hinc admonet dicens: Cum stabitis
ad orandum, dimittite si quid
habetis adversus aliquem. Hinc rursus
ait: Date et dabitur vobis. Hinc
constitutioni postulationis condicionem
posuit pietatis dicens: Dimitte
nobis debita nostra sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris. Ut profecto
bonum quod a deo compuncti petimus
hoc prius cum proximo faciamus.
Tunc igitur vere sine macula faciem
levamus, cum nos nec prohibita
mala committimus, nec ea que
in nobis commissa sunt ex proprio
zelo retinemus. Gravi namque
mens orationis sue confusione
deprimitur, si hanc aut sua ad-
huc operatio inquinat, aut alie-
ne nequicie servatus dolor accu-
sat. Que duo quisque dum de-
terserit, ad ea que subnixa sunt
protinus libera exsurgit. Et eris sta-
bilis et non timebis. Quia nimirum
tanto minus a iudice trepi-
dat, quanto in bonis actibus soli-
dius stat. Timore quippe superat
qui stabilitate servat. Qui a deo
sollicitus studet peragere quod man-
suete conditor imperat, securius
cogitat etiam que terribiliter intentat.
Sciendum preterea est quod non nulla

Marginalia: Ecc 7 — xiiii B. — Mt. 6 — Luc 6 — C

bona sunt adque in defectu per
sistimus. Et rursum non nulla
sunt a quibus continue defici
entes labimur atque ad hec mag
nis conatibus per intervalla temporum
reformamur. In activa etenim
vita sine defectu mens figitur
contemplativa autem in firmitate
sue pondere victa lassatur. Illa
quippe tanto firmius durat
quanto ad vicina se erga utili
tatem proximi dilatat. Hec tanto
celerius labitur quanto claustra
carnis transgrediens super semet
ipsam ire conatur. Illa per plana se
dirigit. Et idcirco pedem operis
robustius figit. Hec autem quo
super se alta appetit ad deficiens
fessa descendit. Quod bene ac
breviter Ezechiel insinuat cum
eorum que viderat motus animalium
narrat dicens. Non revertebantur
cum incederent. at paulo post
subiecit dicens Et animalia ibant
et revertebantur cum incederent
Sancta quippe animalia aliquando
vadunt et minime redeunt.
Aliquando vadunt et protinus re
vertuntur. quia electorum mentes
cum post collatam sibi active
vite gratiam. erroris vias dese
ruerint, redire ad mala mundi
nesciunt que reliquerunt. Cum vero
per contemplationis aciem trahantur
eadem vita activa se suppeditant
eunt et redeunt. quia per hoc
quod diu persistere minime in contem
platione sufficiunt. sese iterum ad
actionem fundunt. ut in hiis que
sibi iuxta sunt se exercendo re
foveant. et super se rursum surgere
contemplando convalescant. Sed dum
hec eadem contemplatio more
debito per tempora intervalla repetitur
in deficiente procul dubio tenens
soliditate persistitur. quia etsi inf
irmitatis sue ipse pondere superata
mens deficit. Hanc tamen iterum
continuis conatibus repetita com
prehendit. nec stabilitatem suam
in ea perdidisse dicenda est aqua et
si semper deficit. Hanc et cum perdidit
semper inquirit. Sequitur. Miserie quoque ob
liviscieris et quasi aquarum que preteri
erunt non recordaberis. Mala autem b
presentis vite tanto durius animus
sentit. quanto pensare bona que
sequuntur negligit. Cumque non vult pre
mia considerare que restant quam gra
mat que tolerat. Unde et contra fla
gella ictum cogitatio ceca conqueritur
et quasi infinita calamitatis credit
que diebus cursu labentibus cottidie fini
untur. At si semel quisque ad eterna se
erigit atque in hiis que incommutabiliter
permanent oculum cordis figit. prope
nichil esse hic conspicitur quidquid ad finem
currit presentis vite adversi tolerat
sed quasi nichil esse omne quod labitur pensat.
Quo enim se intus gaudiis robustius
inserit, eo minus extra dolores
sentit. Unde Sophar nequaquam veritus
ausu temerario doctorem meliorem ex
hortatur admisticia et demonstrat
quia nulla iusti oculis videtur pena.
Ac si aperte dicat. Si degustas gau xv. x.
dium quod intus permanet. leve fit
protinus omne quod foris dolet. Unde autem
presentis vite miserias aquis preteri
euntibus comparat. quia calamitas transiens
electi mentem nequaquam vi percussionis
subruit. sed tamen tacta merore perfundit
humectat quidem per merorem [illegible]
sue rectitudine non frangitur salutis.
Sepe autem non solum flagella accedunt
sed in ministerio iusti etiam malignorum
quoque spirituum temptamenta grassantur
ut exterius ex percussione doleat et
interius afflictus ex temptatione frigescat.
Sed nequaquam gratia deserit quem quo
nos durius ex dispensatione percutit
amplius ex pietate custodit. nam
cum tenebrescere per temptationem ceperit
post se iterum lux in ea succendit. Unde
et subditur. Et quasi meridianus y.
fulgor consurget tibi ad vesperum. Ful
gor quippe meridianus in vespere est
virtutis renovatio in temptatione. ut
repentino caritatis fervore minus
vigeat. que iamque limine sibi gratie

occubuisse formidabat. Quod ad huc
Sophar subtilius aperit: cum subiungit
Et cum te consumptum putaveris orie-
ris ut lucifer. Sepe namque tot
temptamenta nos obsident, ut ipsa
nos eorum importunitas pene ad lapsum
desperationis inclinet. Unde plerumque
mens in tedium vertitur, dum ipsa vitii
sui dampna considerat. et tota
dolens, sed quasi iam assensui dolo-
ris frangitur aliena. et emigrare non valens
quanto cogitationum tumultu vastatur.
Vincitura se per momenta conspicit, atque
ne arma repugnationis accipiat
consumens meror ipse contradicit. Cir-
cumductos quoslibet oculos obscuri-
tatis obsidet. et cum visum tenebre
semper impediunt. tunc molesta mens
nil aliud quam tenebras videt. Sed
aspicit misericordem iudicem sepe hec
ipsa que ad visum quoque orationis
assignat pro nobis subtilius tristicia
exorat. Statim meror in caligine
conditor conspicit et sub tanti luminis
radios infundit, ita ut erecta
protinus per dona mentis vigeat, quia
paulo ante de eterna vita superbie
calce deprimebatur. mox corporis pon-
dus deserit. atque ad contemplationis
lumine post perturbationis sue tenebras
erumpit, mox in gaudio prosperus attol-
litur, que inter temptamenta penis cadere
ex desperatione cogebatur. Sine cogita-
tionis certamine pugna despicit, sine
dubitationis obstaculo de ventura
retributione confidit. Iustus ergo
cum se consumptum putaverit, ut lucifer
orietur. quia mox ut tenebrescente temp-
tationum caligine cepit, ad lucem gratie
reformatur. et in se ipso inicit diem
iusticie. qui casurus paulo ante
timuit noctem culpe. Recte autem
lucifero iusti vita comparatur. solem quippe
precurrens lucifer nunciat. Et quid
nobis sanctorum innocentia nisi sequen-
tis iudicii claritatem clamat. In eorum
namque admiratione conspicimus
quid de maiestate veri luminis esti-
memus. nec dum redemptorem nostrum
per speciem vidimus, sed tamen virtutes
illius in electorum suorum moribus ad

miramur. Vita igitur bonorum viam
in consideratione sua oculis mentis
viam veritatis obicit. Clarum ad
nos lucifer ante solem venit. Sa-
ciendum vero est quod hec que ex temp-
tatione spiritualium adversitate dis-
cutimus. iuxta exteriorum quoque mala
nil obstat intelligi. Sunt etenim vi-
ri qui summa mediocritatis diligunt
et in finis diurni pacium sed in fine
gaudii lumine inveniunt. quod
habent in hoc spacio perierunt vite
contempnunt. Unde nunc per Sophar dicitur
Et quasi meridianus fulgor con-
surget tibi ad vesperam. Peccatoris et-
enim lumen est in die. et obscuritas
in vespere. Quia in presentis vite fe-
licitate attollitur. sed adversitatis tene-
bris in fine devoratur. Iusto autem
hic meridianus fulgor ad vesperam
surgit. quia quanta sibi claritas ma-
neat. cum iam occumbere cepit ag-
noscat. Hinc namque scriptum est. Time- Ecc 1
ti deum bene erit in extremis. Hinc
psalmista dicit. Cum dederit dilectis xvi. 3.
suis somnum. hec est hereditas
domini. Qui in infimis quoque vite
adhuc certamine positus. cum se con-
sumptum putaverit ut lucifer orietur
quia foris cadens intus innovatur
et quo magis ad ima tollerat
eo uberius virtutum lumine intus
choruscat Paulo attestante qui
ait. Sed licet is qui foris est 1 cor x
noster homo corrumpitur. tamen is
qui intus est renovatur de die
in diem. Id enim quod in presenti est
momentaneum et leve tribulationis
nostre supra modum in sublimitate et
eternum glorie pondus operatur in nobis.
Et nondum quod nequaquam consump-
tus fuerit. Sed cum te consumptum
putaveris dicit. Quia et [illegible] vi-
demus in dubietate et. et quod
speramus in certitudine. Unde et ipse 2 cor 6
Paulus non se consumptum noverat
sed putabat. qui inter adversa tri-
bulationum coruscus ut lucifer
resplendebat dicens Quasi mo-
rientes et ecce vivimus. quasi tristes
semper autem gaudentes. sicut egentes

Dinor
tollerancia pro
cernora
fiunt spac
pena

multos aut locupletates. Sed et a-
liquos est quod bonorum mens quo
duriora pro veritate tolerauit, eo ce-
lestis patria ciuis fiat. Unde
et apte subditur: Et habebis fiduciam
posita tibi spe. Tanto namque spes
in deum solidior surgit, quanto
pro illo quisque grauiora pertulerit. Quia
nequaquam retribucionis gaudium
de eternitate colligitur, quod non pia
hic prius tribulacione seminatur.
Hinc psalmista dicit: Euntes ibant
et flebant mittentes semina sua;
venientes autem venient cum exul-
tacione portantes manipulos suos.
Hinc paulus ait: Si commorimur
et conviuemus; si sustinemus et
conregnabimus. Hinc discipulos
amonet dicens: Per multas tri-
bulaciones oportet vos intrare
in regnum dei. Hinc sacrorum gloriam
Johanni angelus indicans ait:
Hii sunt qui venerunt de tribulacione
magna, et lauerunt stolas suas
et candidas eas fecerunt in sanguine
agni. Quia igitur nunc per tribulacionem
seritur, ut post gaudii fructus
metatur, et tanto maior fiducia
mente roboratur, quanto hic fortius
cor pro veritate afflictio angustat,
recte pertinens adiungitur: Et
defossus securus dormies. Sic-
ut enim malis prius securitas laborem,
ita bonis prius labor perpetuam
securitatem parit. Unde et de-
fossum se securum dormire posse
iam nouerat qui dicebat: Ego
enim iam immolor et tempus mee
resolucionis instat. Bonum certamen
certaui, cursum consummaui, fidem
seruaui. De reliquo reposita est michi
corona iusticie, quam reddet michi
deus iustus iudex in illa die.
Quia enim contra mala tunc se-
minauit sine defectu certauerat,
mansuris nimirum gaudiis sine
dubietate presumebat. Quamuis
defossus intelligi et aliter potest.
Sepe namque rebus transitoriis
occupati pensare negligimus

per quanta peccauimus. Sed si reducto con-
sideracionis oculo agrum cordis teneri
cogitacionis ager excluditur, quidquid
in mente latebat inuenitur. Unde sa-
ncti viri animorum suorum latebras perscru-
tari non desinunt, sese subtiliter in-
dagantes terrenarum rerum curas abia-
ciunt, et effossis plene cogitacionibus
cum nullo se reatu cuius morde-
ri deprehendunt, velut in stratu
cordis apud se secure requiescunt.
Late quoque ab huius mundi actibus
appetunt, semper sua considerant, et a-
lieno regiminis minime constringuntur.
Iudicare que aliena sunt recusant.
Defessi ergo secure dormiunt, quia
dum sua in intima vigilanter penetrant,
a laboribus se huius mundi oneribus
sub quietis ocio occultant. Unde et ad-
huc: Requiesces et non erit qui te
exterreat. Quisquis presentem gloriam 33
querit, profecto despectum metuit.
Qui semper ad lucra inhiat, semper
videlicet dampna formidat. Cuius enim
percepcione reficitur, eius rei periculo
et amissione sauciatur. Et quo obliga-
tus mutabilibus ac perituris inheret,
eo longe in fimis ab arce securitatis
iacet. At contra quisquis in solo
eternitatis desiderio figitur, nec prosperitate
attollitur, nec ad aduersitate quassatur.
Dum nil habet in mundo quod appetat,
est quod de mundo pertimescat. Hinc et-
enim Salomon ait: Non contristabit
iustum quidquid ei acciderit. Hinc iterum
dicit: Justus quasi leo confidens
absque terrore erit. Bene itaque nunc
dicitur: Requiesces et non erit qui te
exterreat. Quia tanto quisque a se ple-
nius pauorem qui ex mundo est ab-
icit, quanto in semetipso verius mundi
concupiscenciam vincit. Quam non absque pa-
nore qui ex mundo est paulus in
corde requieuerat qui dicebat: Certus
sum enim quia neque mors neque vita
neque angeli neque principatus neque
instancia neque fortitudo neque pro-
fundum neque creatura alia poterit
nos separare a caritate dei que est in christo

X.

ihesu domino nostro. Cuius videlicet fortitudo caritatis vel sancte ecclesie voce laudatur, cum per canticum canticorum dicitur: Valida est ut mors dilectio. Virtuti etenim mortis dilectio comparatur, quia nimirum mentem quam semel ceperit a delectatione mundi funditus occidit. Et tanto hanc valentius in auctoritate erigit, quanto insensibilem contra terrores reddit. Sed inter hec sciendum est quod pravi cum recta predicant, valde difficile est ut ad hoc quod tacite ambiunt non erumpant. Unde et Sophar protinus adiungit: Et despicient sicut tinea plurimum. Neque enim iniusti viri ideo se per innocentie itinera arta custodiunt, ut ab aliis exorentur. Sed sive heretici sive perversi quilibet, per hoc quod inter homines innocentes vivunt videri ab hominibus transgressores volunt, et cum sancta loquentes insinuant quod ipsi appetunt, hoc aliis pro magno pollicentur. Dum celestia predicant, in suis repente professionibus ostendunt quod amant. Sed ne diu terrena pollicendo patescant, quod sunt ad verba sanctitudinis citius recurrunt. Unde mox subditur: Oculi autem impiorum deficient, et effugium peribit ab eis. Per oculorum nomine intentionis exprimitur, per eum attestante veritate dicens: Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Quia videlicet si operationum nostrarum intentio munda preeminet, qualibet aliter hominibus videatur, in terris tamen iudicis mundum subsequentis actionis corpus ostendit. Oculi ergo impiorum sunt intentiones carnalium desideriorum, qui ideo deficiunt, quia et eterna negligunt, et sola semper transitoria prestolantur. Adipisci quippe terrenam gloriam cogitant, multiplicari rebus temporalibus exoptant. Ad mortem cottidie cursu rerum labentium tendunt, sed cogitare mortalia mortaliter nesciunt. Carnis vita per momenta deficit, et tamen carnale desiderium crescit. Res habita in statu sine corrumpitur, et undique amplietas non finitur. Hos illorum oculos

(margin: vlt° ; Mt 6)

a iocunditate pristina claudi presentialiter considerabat, cum dicebat: In die illa peribunt omnes cogitationes eorum. Quia et eterna mala numquam cogitata reperiunt, et subito amittunt bona temporalia, que diu tractata tenuerunt. Quibus et omne effugium perit, quia eorum malicia ad animadversionem districti iudicis quo se valeat occultare omnino non invenit. Sed cum impios subtrahit, eorum profecto desideria cum vita terminat. Nam nunc impii cum tristicia vel adversa aliqua patiuntur, effugii latebras inveniunt, quia ad voluptatem protinus desideriorum carnalium recurrunt. Ne enim paupertas cruciet, divitiis animum demulcet; ne despectus proximorum deprimat, se se dignitatibus exaltant. Sed fastidio corpus atteritur, antepositis epularum diversitatibus nutritur. Si quo animus mesticie impulsu deicitur, mox per interposita iocorum blandimenta relevatur. Tot ergo hic habent effugia, quot sibi preparant delectamenta. Sed quibus ab eis effugium perit, quia eorum mentes amissis omnibus se solum modo et iudicem conspiciunt. Tunc voluptas subtrahitur, et voluptatis culpa servatur. Et repente miseri pereundo discunt, quia peritura tenuerunt, qui tamen quousque corporaliter vivunt, querere nocitura non desinunt. Unde adhuc subditur: Et spes illorum abhominatio anime. Quid enim peccator totis cogitationibus sperat, nisi ut potentie ceteros transcendat, ut cunctos rerum multiplicitate transcendat, adversantes dominando subiciat, se sequentibus mirandus innotescat, ire ad nutum satisfaciat, benignum se cum laudatur ostendat, quidquid gula appetit offerat, ad hoc quod voluptas operis imperat expletione concurrat. Bene ergo spes illorum abhominatio anime dicitur, quia ea que carnales ambiunt spiritales quique iudicio rectitudinis

(margin: XVIII ; A. ; B. ; ale ambiunt)

Sed cum mors
impios subtrahit
eorum profecto desideria
cum vita terminantur
quorum scilicet artis et perpetua
vlaone desinant quod sine hic iudicio
a terrena delectatione desistere noluerunt

ausant. Nam quod peccatores volupta-
tem estimant, hoc iusti procul dubio
penam putant. Abhominatio ergo
est anime spes pravorum. quia minimum
spiritus deficit. ubi caro regimen sentit.
Ut enim caro mollibus. sic anima
duris nutritur. Illam blandimenta re-
fovent. hanc aspera exercent. Illa de-
lectationibus pascitur. hec amaritudi-
nibus vegetatur. Et sicut carnem
sauciant dura. sic spiritum necant
mollia. Sicut illam laboriosa
interimunt, ita hanc delectabilia
extinguunt. Spes itaque carnalium
abhominatio anime dicitur. quia in de-
fectum spiritus intendit. unde adte-
rius caro suaviter vivit. Sed
hec sophar vere diceret. nisi beatus
Job cuncta largius etiam immodo
predixisset. At postquam sanctorum
mone demita mittitur. Doctorem
quem se erudire sapiens magistro co-
natur. Ipse doctorum suorum pondus
levigat. qui in discretione importu-
na. omne quod loquitur destruit. quia
liquorem sciencie pleno vasculo
superfundit. Sic namque alii discretionis
opes scientie. sicut abstulatis sepe
corporalis substantie opes possidet.
Non nulli enim qui thesaurorum rerum
multiplicitate submixi sunt, alii
multa et quibus egent. ut ipsi
hec cunctis largius gerere videantur.
Ita plerisque cum vera sapiunt, etiam
quedam etiam rectoribus locuntur. Non
ut alios audientes doceant. sed
ut ipsi quanta doctrina polleant
innotescant. Prius se quippe sapientem
cunctos existimant, et idcirco
nil se talibus dicere vult nescientes
sue magnitudinis putatur. Sic primi
quibus. sic omnes [illegible] superba vo-
ce meliores docere non metuunt,
quia omnes prima se inferiores
arbitrantur. Sed sancti viri elatos
quosque abestimationis sue culmine
revocant, et discretionis manu
adequalitatis compagem reformant.
Unde beatus Job qui eiusdem certitudinis
sancte membrum est. videns quod amicorum

mens. per verba prelate eruditionis in-
tumuit illico intulit dicens: Cap. xv.
Ergo vos soli estis homines et vobiscum
morietur sapientia. Quisquis se prius sapien-
tiorem omnes existimat, quid aliud
quam solum se esse hominem exultat.
Et sepe contingit. ut dum pre timorem
mens in altum ducitur in despectum omnium
sine admiratione sublevetur. In cogita-
tione enim propria favores oriuntur sibi
quod de singularitate sapientie blanditur.
Ipsa fatuitas pensat. ea que audie-
rit. ac verba que profert et miratur sua
et deridet aliena. Qui ergo se solum
sapere estimat. quid aliud quam hanc
eandem secum oriri sapientiam putat. Nam
quia nunquam aliis adesse cupit soli
sibi hanc tribuens presto intra tempora
sue brevitatis claudit. Pensandum vero
est. vir sanctus quanta discretione utitur
ut amicorum superbiam arrogantiam con-
primatur. cum protinus adiungit: Et michi
est cor sicut et vobis nec inferior
vestri sum. Quis et enim nesciat quan-
tum beati Job vita. atque scientia amicorum
eius scientiam excedit. Sed ut eorum super-
biam corrigat. nec se inferiorem negat
et ne sue humilitatis tumescat. nec se super-
biorem tacet. nec preferendo se. sed con-
ferendo indicat quid de se hiis qui ei
longe sunt impares dictat. ut dum
sponte inflectitur sapientia que eminet
nequaquam se contra vires erigat scientia
que iacet. Quos bene mox ad e-
qualitatis sensum revocat, quia tu-
mere valde quasi de singularitate
magnitudinis pensat, cum sequens
adiungit: Quis enim que nostis xix. c.
ignorat. Ac si aperte dicat. Cum cunctis
sint nota que dicitis de doctorum scientia
singularitate cur tumetis. Quia igitur
elatorum arrogantiam ad equalitatis
communionem revocamus perfecta
correptione redarguit ad doctrine
nunc scientias erumpit. Ut amici eius per-
ius humiliati discerent virtutis pondus
que venerunt audiunt. Sequitur: Qui
deridetur ab amico suo sicut ego in-
vocabit deum et exaudiet eum.

Sepe infirma mens cum de bonis
actibus aura humani favoris ex
cipitur. ad gaudia exterioris diriuatur
ut postponat quod intus appetit
et in hoc libenter resoluta iaceat. quod
foris audit, ita ut beatam non tam
fieri quam dici se gaudeat, cumque
laudis sue vocibus inhiat quod esse
ceperat relinquat. Unde ergo a deo
disiungitur. inde in deo laudanda
videbatur. Nonnunquam vero recto operi
animus constanter innititur, et tamen
humanis irrisionibus urgetur. Miranda
agit et obprobria recipit. Et qui exire
foris per laudes potuit repulsus con
tumeliis ad semetipsum redit. et eo
se ipsum intus robustius solidat
quo foris non invenit ubi requiescat.
Tota etenim spes in auctore figitur
et inter irrisionum convicia solus in
terior testis imploratur. atque afflicti
animus fit deo tanto proximus quanto
et a gratia humani favoris alienus.
In precem protinus funditur. et pressus
exterius ad penetranda que intus
sunt mundius liquatur. Bene itaque
nunc dicitur. Qui deridetur ab ami
co suo sicut ego invocabit deum
et exaudiet eum. Quia bonorum
mentis dum pravi exprobrant, oste
dunt quem suorum actuum testem querant.
Que dum compuncta se se in precibus
attingit, inde intra se superne ex
auditionis iungitur, unde extra se ab
humana laude separatur. Notandum
vero quam provide interponitur. sicut ego.
Quia sunt non nulli quos et humane
irrisiones deprimunt. et tamen divinis
auribus exaudibiles non sunt.
Nam cum derisio contra culpam
nascitur, profecto nullum virtutis meritum
in derisione generatur. Baal etenim
sacerdotes clamosis hostie vocibus
implorantes derisi ab helya fuerant
cum diceret. Clamate voce maiori
deus enim vester forsitan loquitur
aut in diversorio est. Sed hec eius
derisio ad virtutis usum non fuit
quia pro culpe merito venit pro

3 Reg. 18

Derisio que pro culpa fit non est peccatum :-

inde ergo nunc dicitur. Qui deri
detur ab amico suo sicut ego in
vocabit deum et exaudiet eum.
Quia illum facit humana derisio
deo proximum quem ab humanis per
versitatibus vite innocentia fecerat
alienum. Sequitur. Deridetur enim
iusti simplicitas. Huius mundi ff
sapientia est cor machinationibus tegere,
sensum verbis velare. que falsa
sunt vera ostendere, que vera sunt
falsa demonstrare. Hec nimirum
prudentia usu a iuvenibus scitur,
hec a pueris pretio discitur. Hanc
qui sciunt ceteros superbiendo de
spiciunt. Hanc qui nesciunt sub
iecti et timidi in aliis mirantur.
Quia ab eis hec eadem dup
licitatis iniquitas nomine palliata
diligitur. dum mentis perversitas
urbanitas vocatur. Hec sibi obse
quentibus precipit honorum culmina
querere, adepta temporalis glorie
vanitate gaudere, irrogata ab
aliis mala multiplicius reddere
cum vires suppetunt. nullis resi
stentibus cedere. Cum virtutis possi
bilitas deest. quicquid explere per
maliciam non valet. hoc in pacifica
bonitate simulare. At contra
iustorum sapientia est nil per ostensionem
fingere. sensum verbis aperire. vera
ut sunt diligere. falsa devitare.
bona gratis exhibere. mala libentius
tolerare quam facere. nullam
iniurie ultionem querere. pro
veritate contumeliam lucrum putare.
Sed hec iustorum simplicitas de
ridetur. quia ab huius mundi
sapientibus puritatis virtus
fatuitas creditur. Omne enim quod
innocenter agitur ab eis procul dubio
stultum putatur. et quicquid in opere
veritas approbat. carnali sapientie
fatuum sonat. Quid namque stultius xx. c.
videtur mundo. quam mentem verbis
ostendere. nil callida machinatione
simulare. nullas iniuriis contumelias

Sapientia mundi

Sapientia iustorum

redde. pro maledicentibus exorare
paupertatem querere. possessa re
linquere. rapienti non resistere. per
cucienti alteram maxillam prebe
re. Sed bene huius mundi dilectores
ille egregius doctor dei stupere
dicit. Abhominaciones egypciorum
ymolabimus domino deo nostro.
Oves quippe egypcii esse dedig
nantur. Sed quod abhominantur egypcii hoc
israhelite deo offerunt. Quia
simplicitatem consciencie quam iniusti
quique velut infimam abiectamque
despiciunt. hanc iusti in virtutis
sacrificium vertunt. Et extollentes
veri puritatem ac mansuetudinem
deo ymolant. quam abhominantes
reprobi fatuitatem putant. Quem in
mirum iusti simplicitatis breviter
sed sufficienter exprimitur cum protinus
subinfertur. Lampas contempta
apud cogitaciones divitum. Quos
hoc loco designatur nomine divitum
nisi elatos superbos qui venturi
iudicii respectum non habent.
Dum superbis apud semetipsos
cogitacionibus tumet. Nam sunt
non nulli quos census pro tumo
rem non elevat sed misericordie opera exaltant.
Et sunt non nulli qui dum se
terrenis opibus habundare con
spiciunt veras divicias non re
quirunt. atque eternam patriam
non amant. quia hoc sibi suffi
cere quod rebus temporalibus fulciunt
putant. Non est ergo census
in crimine. sed affectus. Cuncta
enim que deus condidit bona
sunt. Sed qui bonis male utitur
profecto agit ut quasi per edacita
tis ingluviem eo perimat quem
vivere debuit pane moriatur.
Pauper ad requiem lazarus ve
nerit. superbum vero divitem
tormenta cruciabant. Sed tamen
dives abraham fuerat. qui in
sinum lazarum tenebat. Cum tamen
auctori suo colloquens dicit. lo
quar ad dominum meum cum sim

pulvis et cinis. Quid itaque iste
divicias suas estimare noverat
semetipsum pulverem et cinerem pensa
bat. aut quomodo hunc res possesse ex
tollerent. qui de se quoque eas videbat
possessore tam abiectum sentiret. At 3
et iterum sunt non nulli quibus
et res terrene non suppetunt et tamen
pro fastu tumoris eriguntur. Hos et
census ad ostensionem potencie mi
nime subvehit. et tamen morum
pravitas inter reprobos divites addicit.
Quos igitur ergo sequentis vite amor
non humiliat. hoc loco sacer sermo
divites appellat. Quia in iudicii
quoque ulcione non discrepat. quos
rebus an solis moribus tumescere
cernit. qui cum vitam simplicium
hoc mundo humilem atque abiectam
conspiciunt. elatis protinus despecti
bus irrident. Nequaquam quippe eis
hoc extrius adesse considerant. ad quod
ipsi totis conatibus anhelant. Et
stultos ergo despiciunt. quos scilicet
ea non habent. que ipsi utique aut habendo
vel solummodo amando moriuntur.
Et quasi mortuos deputant quos
nequaquam secum vivere carnaliter perspiciunt.
Omnis enim ab hiis mundi appetitu
moriens eternis profecto mentibus
omnino extinctus estimatur. Quod bene
nimirum nostri redemptoris signat
cum ab inmundo spiritu hominem
liberavit. De quo nimirum scriptum est.
Clamans et multum discerpens
eum exiit ab eo. et factus est sicut mor
tuus. ita ut multi dicerent. quia
mortuus est. Ihesus autem tenens
manum eius elevavit eum et surrexit.
Velut mortuus quippe ostenditur
quia a maligni spiritus potestate liberatur.
quisquis iam terrena desideria sub
igit. vitam in se carnalis conversacio
nis extinguit. Et mundo mortuus
apparet. Quia possessore pravo qui
per inmunda desideria se agitabat
caret. Quem multi mortuum dicunt
quia qui spiritualiter vivere nesciunt
eum qui carnalia bona non sequitur

Marginal notes:

Epistola 8

h.

1 misericordie opera

2.

nota
Census divicias non dampnat
horum census sed affectus
18 [illegible] 18 c. 7

Vide Thomas de vite l. 3 c. 118

Aug[ustinus] de [illegible] l. 1 c. 8 profecto in diviciis respiciendus est [illegible] non facultas.

[illegible] l. 7 c. 16 [illegible]

Divites sunt:
Virtutibus — vere divites
Operibus — false divites
Tumoribus — miseri

extinctum fuisse arbitrantur. Sed quia
ipsi quoque derisores simplicium spiri-
tualitatis nomine censentur, reverentia
religionis pressi ex habere malum pu-
blice irrisionis erubescunt. Unde fit
ut apud se tumidi taciteque de-
rideant quos abiectos valde atque
infirmos per simplicitatem. Bene ergo
dicitur: Lampas contempta apud cogita-
tiones divitum. Quia superbi quique
dum perversitatis bona sequentia ut su-
perius despicere nesciunt, pene nil
estimant quem non vident habere
quod amant. Sepe namque contingit
ut [illegible] electus quisque qui ad eter-
nam felicitatem ducitur continua hic
adversitate deprimatur. Non hunc rerum
habundantia fulciat, non dignitatum
gloria honorabilem ostendat, nulla ei
obsequiorum frequentia suppetat, nulla
hunc habitus vestium pompa compo-
nat, aspicitur vero despicabilis cunctis
et huius mundi gratia indignus es-
timatur. Sed tamen cum occultis in-
ternis oculis virtutibus emicat, vi-
te meritis coruscat. Honorari me-
tuit, despici non refugit. Corpus
continentia afficit. Sola in animo di-
lectione pinguescit. Mentem semper
ad patientiam preparat, et erectus pro
iustitia de perceptis contumeliis ex-
ultat. Afflictis ex corde compatitur.
De bonorum prosperitatibus quasi de suis
letatur. Sacri verbi pabula in mente
sollicitus ruminat, et inquisitus
perplexe eloqui dum per ignorat. Hic
itaque iusti simplicitas et lampas
esse dicitur et contempta. Lampas quia
intus lucet. Contempta quia exte-
rius non lucet. Intus ardet flamma
caritatis, foris nulla resplendet gloria
decoris. Lucet ergo et despicitur qui
flagrans virtutibus abiectus estimatur.
Mentes quippe carnalium pensare bo-
na non valent nisi que carnaliter vident.
Hinc est quod David quem pater ipse
despexerat, quem propheta Samuel oculis
reputare renuebat, qui ad unctio-
nis gratiam dum septem filios de-

1 reg 16

duxisset, a propheta requisitus an
numerum sobolis explesset, cum ma-
gna despectione vidit: Est puer
parvulus qui pascit oves. Quo
deducto et electo protinus audivit:
Homo videt in facie, Deus autem
perscrutatur cor. Lampas ergo
David prius nocentium fuerat, sed
tamen valde contempta quia
exteriora contactibus non lucebat.
Sciendum vero est quod iustus quisque
aut temporalem gloriam habet non,
aut hanc de semetipso frangit:
si habet, ut honori suo liber emi-
neat, ne ei victus delectatione
succumbat. Hinc est enim quod ille pre-
dicator egregius ante humanos
oculos elatus suam gloriam
humiliaverat qui dicebat: Non
usi sumus hac potestate ut possemus
oneri esse ut Christi apostoli, sed facti sumus
parvuli in medio vestrum. Eius
quoque auditoribus nimirum
timor divitum adhuc in corde
remanserat cum dicebant: Epistole
graves sunt et fortes, presentia autem
corporis infirma, et sermo contemp-
tibilis. Quem enim talia dicere posse
cognoverant, secum convivere
non posse iudicabant. Cumque eum
humilem videndo cernerent et altum
sermone pensarent, sua eos elatio
contempsit, ut que prescripta timu-
erant presentie verba despicerent.
Quid igitur Paulus nisi contempta
lampas apud cogitationes di-
vitum fuit? Quia vim magiste-
rii humilitatis exhibuit, in de-
cedentibus discipulis superbie con-
tumelias recepit. Horrendo
etenim modo languor superbientium
vim detumescere debuit, ex quo dum
mens elata carnalium hunc
quem despicabilem ostendit. An con-
tempta lampas non erat qui
tot virtutibus eminens, tanta
a persecutoribus adversa tolerabat,
legatione in catena fungitur,
eiusque vincula in omni pretorio
manifestantur, virgis ceditur, multisque

Marginalia: pruban- | 1 cor 9 | xxvj l. | 2 cor x

Saluandi adversa in modo paciantur aliquando [illegible]

ex gente ex gemmis preciosis
vigere / lapidibus ictus tunditur
pedibus extra urbem trahitur
quia extinctus estimatur / Sed
nimirum lampas ista contemptibilis
ibi quo despicabilis habetur / Nun
quid iam fulgore suo micare
exerit / et nunquam quanta clari
tate candeat ostendit / Ostendit
plane quia cum lampas contemp
ta apud cogitationes divitum
dicitur protinus addit / Parata
m ad tempus statutum / Statutum
quippe contempte lampadis tempus
est extremi iudicii predestinatus
dies. quo iustus quisque qui nunc
despicitur. quanta potestate fulgeat
demonstratur / Tunc enim cum deo iu
dices veniunt. qui nunc pro deo
iniuste iudicantur / Tunc eorum
lux tanto latius emicat. quanto
eos nunc manus persequentium
durius angustat / Tunc reproborum
oculis patescit. quod celesti potestate
subnixi sunt. qui terrena omnia
sponte reliquerunt / Unde electis
suis veritas dicit / Vos qui se
Mt 19 cuti estis me in regeneratione cum
sederit filius hominis in sede ma
iestatis sue. sedebitis et vos
super sedes xii. iudicantes xii.
tribus israel / Neque plus quam xii.
iudices illa intimi consessus cu
ria habebit non / Sed nimirum
duodenario numero quantitas uni
versitatis exprimitur // Quia quisquis
stimulo divini amoris excitatus
hic possessa reliquerit. et illic pro
cul dubio culmen iudiciarie po
testatis obtinebit. ut simul
tunc iudex cum iudice veniat
Qui nunc consideratione iudicii
sese spontanea paupertate casti
gat // Hinc est enim quod de sponso
pa vlto ecclesie sponso per salomonem dicitur
Nobilis in portis vir eius quando
sedit cum senatoribus terre / Hinc
3 ysaias ait Dominus ad iudi
cium veniet cum senioribus populi
sui. Hinc eosdem seniores ve

ritas iam non famulos sed amicos
denunciat dicens / Non iam vos
servos sed amicos meos. Quos mi
rum propheta intuens ait / Michi
autem nimis honorificati sunt ami
ci tui deus. quorum dum celsitudinem
cordis aspiceret. mundi gloriam quam
calce calcaret protinus addidit / Ni
mis confortatus est principatus eorum
Ac ne paucos esse crederemus quos per
fice usque ad summa virtute perfectos
agnoscimus. illico adiungit. Dinu
merabo eos et super arenam multiplica
buntur / Quot quot ita nunc pro amore
veritatis sese libenter humiliant. tot tunc
in iudicio lampades choruscant / Dicat
ergo recte lampas contempta. apud
cogitationes divitum parata ad tempus
statutum. quia universi iusti cum
velut abiecta contemnuntur. cum de
gentes in terris gloriam non habent
sed admirabiles tunc demum desuper
fulgent // Libet mentis haec ad redemptoris
nostri mentis oculos tollere. sensumque
a membris ad caput venire. Ipse enim
nobis lampas vacue extitit. qui
pro redemptione nostra in cruce moriens
tenebrosis nostris mentibus lucem per
fugium fudit / Hac nos lampade
Iohannes illuminari conspexerat cum dice
Io 1 bat / Erat lux vera que illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum
Quam tamen apud cogitationes divitum
contemptam vidit cum paulo post sub
dit. In propria venit et sui eum non
receperunt / Huius lampadis flammas
herodes explorare voluit. cum eius
miracula videre concupivit. Sic scrip
tum est / Erat enim ex multo tempore cu
luc 23 piens videre eum eo quod audisset multa
de illo. et sperabat signum ab illo aliquod
fieri / Sed lampas hec ante oculos eius
nullo radio lucis emicuit / quia ei
qui se non pie sed curiose quesierat
nil de se mirabile ostendit / Iustitiam
quippe redemptor celavit. Expectata
miracula exhibere contempsit. se seque
exteriora querere reperit et gratuos foras
reliquit magis eligens apte sapiu

contempnentibus despicit. quia a non cre-
dentibus vacua voce laudari [illegible]
et perimus lampas ista contempta
est. sicut illic subditur. Sprevit autem
illum Herodes cum exercitu suo et
illusit indutum veste alba. Sed con-
tempta lampas que in terra infide-
les tolerans de celo lucendo corus-
cat. Unde hic apte subiungitur. Parata
ad tempus statutum. de quo videlicet
tempore per psalmistam dicitur. Cum accepero
tempus ego iusticias iudicabo.
Hinc in ewangelio per semetipsum denunciat
dicens. Tempus meum nondum ad-
venit. Hinc Petrus ait. Quem oportet
celum suscipere usque ad tempora restitucio-
nis. Lampas ergo que nunc con-
tempnitur ad statutum tempus venturi
paratur. quia ipse parati in die ultimo
iudicat qui nunc perfidorum derisi-
ones pertulit. et tanto tunc divinus
districtionem exerit. quanto nunc vo-
candis peccatoribus suam lenius
patienciam stetit. Cum enim diu
contemnendos expectat. non considerantes
sine retractatione cruciat. quod per prophe-
tam scilicet breviter insinuat dicens.
Tacui semper silui paciens fui,
sicut parturiens loquar. Ut enim prediximus.
Parturiens cum dolore
eicit hoc quod in intimis tempore
longo gestavit. Qui ergo semper
siluit. sicut parturiens loquitur. Quia
venturus iudex qui sine ultione diu
facta hominum pertulit. quandoque cum dolore
mentis quamdam animadversionis sen-
tenciam intus servavit ostendit.
Nemo igitur hanc lampadem cum latet
despiciat. ne contemptores suos cum
de celo fulserit exurat. Cui enim
nunc non ardet ad veniam. tunc pro-
culdubio ardebit ad penam. Quia
ergo per superna gratiam vocationis tempus
accepimus. dum adhuc licencia sup-
est. Eius iram qui ubique est moves
in melius convertendo fugiamus.
Solum quippe cui in adversis illa
non invenit que correcto abscon-
dit. Hec nos largiente domino
in duobus iam corporibus transcripsisse
sufficiat. Quia enim sacri libri
sequencia misteriorum virtutibus extensa
completa breviter exponendo non
possumus, ea necesse est ut aliis
voluminibus reservemus. quatenus
lector tanto fervencior ad legendi
studium redeat. quanto ex lectionis
quoque in transitione respirat. Igitur
queso ut quisquis hec legerit
apud districtum iudicem solacium
michi sue orationis impendat. et
quod in me sordidum deprehendit
fletibus diluat. Orationis autem
atque expositionis gratia collata
lector meus in recompensatione
me superat. si cum per me verba
suscipit. pro me lacrimas reddat
Amen. Finitur x liber moralium.

Liber undecimus.

3 Pars. xij lib.

Quamvis in prolixo opere esse
culpabilis non soleat stili
mutabilitas, ne quis tamen me
ex locutionis mee in mutatione
reprehendat, in epistola libris pre-
missa causas reddidi. cur tractatum
huius operis per tempora. ad aliam usque
similitudinem nunc emendando
perduxi. Quibus scilicet excusatis
hoc quoque additur quod a beato Job
dicitur. Habundant thabernacula
predonum. eiusdem partis expositio
in capite. et usque ad hoc quod scriptum
est. Dulcedo eorum vermis. dissen-
do perstringit. Que nimirum tam
multa sunt ut in uno corpore
comprehendi non possent nisi sub
magna brevitate dicerentur. Qui
ergo ab aliis actibus vacat,
legat cetera multipliciter dicta.
Qui vero ad studiose legendum
non vacat. partis ei brevitas
placeat. in qua non tam que
sentimus dicimus, quam ea que
sunt dicenda signamus. Igitur
quo tota multa sunt que lo-
quente excepta sunt. ita de re-
liquis in mutatione stili. O lector
meus eximie accipe. quia et
sepe eosdem cibos edentibus
diversitas coctionis placet. Sed

inhogens ptes psingulas adle-
gendu sumi s. reduce semper
admeolia eum quam posin
culise origine stude. Quia et p
beatum Job qui dolens d. passio
nes dum eiusdemque corporis id e
sce ecclie designat et amici eius
hereticorum tenent speciem qui ut se-
pe diximus deum dum defen
de nitunt offendunt. Qui dum ficte
consulunt. sanctorum mentes fortiter
affligunt. nec tamen penitus que
locuntur a virtutis cognitione desi-
piunt. Sed plerumque et stultis pru
dencia et fictis vera permiscent
ut dum ex virtute aliquid pro
ferunt facile ad falsitatem trahat.
Unde amici quoque beati Job non
despicabilia modo aut minora
sunt que locuntur. Que tamen
sanctus vir aliqua reprehendendo con
vincit. aliqua vero approbando
suscepit. atque ad usum rectitudinis
pertrahit. eciam que alieis recta
sed non recte proferunt. Itaque copia
sua despicientes despicit. atque
in sterquilinio corpore positus in
quanto statu culmine apud se
sedeat ondit. cum iure ex p
sentis vite divicias meditetur.
quas habundare et reprobis
narrat dicens. Habundant
thabernacula predonum et audacter
provocant deum. cum ipse dedit
omnia in manibus eorum. facile est
hominem tunc divicias despice
cum habet. difficile vero est eas
cum non habet viles estimare. Unde
patenter ondit quantus conteptus
terrenarum rerum in beati Job co
gitacione fuit. qui tunc dicit
Nulla esse que habundat reprobis
qui omnia amisit. Ait ergo Habun-
dant thabernacula predonum et au
dacter provocant deum. Quia
plerumque mali eo magis contra
deum superbiunt quo ab eius lar
gitate et contra merita ditantur
et qui provocari bonis ad melio
ra debuerunt bonis peiores

h.R.

fiunt. Sed intelligendum nobis est
quos predones appellent. dum protinus
addit. Cum ipse dedit omnia in
manibus eorum. Si enim predones sunt
violenter abstulerunt. et dubium non
est quia violentorum non fit adiutor
deus. quomodo igitur ipse dat. quod hii qui
predones sunt nequiter tollunt. Sed
sciendum est. quia aliud est quod
omnipotens deus misericorditer tribuit. aliud
quod haberi iratus sinit. Nam quod per-
versi predones faciunt. quod dispensator
equissimus non nisi iuste fieri permit-
tit. ut et is qui rapere sinitur cecatus
mente culpam augeat. et is qui
rapinam patitur iam in eiusdem rapine
dampno. pro alia qua ante perpetravit
culpa feriatur. Ecce enim quidam in monte
fauce constitutus insidiatur itineribus.
Sed is qui iter agit in aqua fortasse
aliqua perpetravit quedam. cui quod omnipotens
deus mala sua in presenti vita retri-
buens. atque hunc in insidiatoris mani-
bus tradens. vel spoliari rebus
vel eciam interire permittit. Quod ergo
predo iniuste appetit. hoc equissimus
iudex iuste fieri permisit. ut et ille
recipet quod iniuste fecerat. et iste qui
quoque feriatur peiorius nequissima vo-
luntate. culpa omnipotens deus in al
terum iuste vindicavit. Ille purgatur
que opprimitur. in isto reatus augetur
qui opprimit. ut vel de profundo ne-
quicie ad penitenciam redeat. vel non
reuertens tanto gravius eterna dam-
pnacione feriatur quanto diucius est
in sua iniquitate tolleratus. Cum
illo misericorditer agitur. ut peccatum finiat
cum isto districte ut multiplicet
nisi ad penitenciam recedat. In illo ma-
la purgat dum vim sustinet. in
isto cumulatur dum facit. Omnipotens ita-
que deus quod fieri prohibuit. iustum est
ut fieri sinat. ut unde iure ex-
spectat. et non conspos dum tolerat
quicquid inde plus feriat. Bene ergo
dicitur habundant thabernacula pre-
donum. et audacter provocant deum
cum ipse dedit omnia in manibus eorum
Quia quod iniqui tollunt eis hoc ipse

dat qui illius ad rapinam posset ob
sistere si inniti voluisset. Quod cum
intelligi de rebus quoque spiritali
bus potest. Nam plerique non nulli
doctrine dona perceperunt, sed ex eisdem
donis intumescunt. et magni pre
ceteris videri volunt. Atque omnipo
tentem deum provocare est, de eius
donis in ceteros proximos superbire. Qui
etiam predones non inmerito vo
cantur. quia dum loquuntur que non
faciunt, in usu locutionis sue verba
iustorum tollunt. Et quia hec ipsa
verba superna eis gratia tribuit, quorum
tamen vitam in pravis moribus
relinquunt. Per scientiam ipsos quidem pre
dones sunt, sed tamen bona que
habent divinitus acceperunt. Sequitur.
Nimirum interroga iumenta et do
cebunt te. volatilia celi et indi
cabunt tibi. loquere terre et respondebit
tibi. et narrabunt pisces maris.
Quid per iumenta nisi sensu pigri
ores. quid per volatilia celi nisi
summa atque sublimia sapientes
intelligere debemus. De iumentis
namque id est sensu pigrioribus scriptum
est. Animalia tua habitabunt in ea
et quia sublimia sapientes in
verbis redemptionis iam evolant
scriptum est. Ita ut volucres
Mt 13 celi veniant et habitent in ramis eius
Quid vero per terram nisi terrena sapientes
in et primo homine celestia deserenti dictum
est. Terra es et in terram ibis. Quid
pisces maris nisi curiosos huius
Ge 3 mundi debemus accipere. De quibus
psalmista ait. Pisces maris qui
perambulant semitas maris. Qui in
magnis rerum inquisitionibus quasi in ab
ditis fluctibus latent. Quid autem
cuncta hec inquisita doceant adiun
git. Quis ignorat quod omnia hec
manus domini fecerit. Ac si aperte
dicat. Sive sensu tardiores seu sub
limia sapientes. sive terrenis actibus
deditos. seu huius mundi inquisitio
nibus occupatos, requiras cuncta
hec creatorem rerum deum fatentur
et de potestate eius concorditer sentiunt
quamvis sub ea non concorditer vivunt.

Quod enim iniustus quisque etiam vi
vendo loquitur hoc et iniustus ple
rumque de deo. vel sola voce fa
teri compellitur, fitque ut mali auc
tori omnium, cum operibus resistunt
attestatione famulentur. Quia
quem impugnare moribus consi
sunt, creatorem omnium negare non
possunt. Quod tamen intelligi etiam
iuxta solam speciem litere utiliter
potest. Creata omnis respecta
creatura. quasi dat vocem attes
tationis proprie. ipsam quam habet
speciem suam. Iumenta vel vola
tilia terram vel pisces vel homines
dum consideramus que nobis con
corditer respondent. quod cuncta dominus
fecit. quia dum nostris oculis
suas species ingerunt, se a semet
ipsis non esse testantur. Eo ipso enim
quod creatura sunt, per ostensam
speciem creatori suo quasi vocem
confessionis reddunt. Qui quia
omnia condidit. qualiter etiam
debeant administrari disposuit,
iam subditur. In cuius manu
anima omnis viventis. et spiritus
universe carnis hominis. Per manum
quippe potestas exprimitur. Anima
ergo omnis viventis et spiritus uni
verse carnis hominis in eius potestate
est a quo est, ut ipse provideat
qualiter sit qui prestitit esse quod non
fuit. Potest vero per animam omnis
viventis iumentorum vita signari.
Quippe enim deus iumentorum animas
usque ad corporeos sensus vivi
ficat. hominum vero spiritum usque ad spi
ritalem intellectum tendit. Cuius
ergo manum est anima omnis
viventis et spiritus universe carnis
hominis. dum et in illo habet prestat
atque ut vivificet carnem, et in
isto adhuc vivificat animam
ut ad intelligendam perveniat
eternitatem. Sciendum vero est
quia in sacro eloquio spiritus ho
minis duobus modis poni
solet. Aliquando namque spiritus pro vita, a
liquando pro essentia spiritali ponitur.
Per animam namque spiritus dicitur, Jo 19
sicut de ipso iam capite septi

est. Inclinato capite emisit spiritum.
Si enim aliud spiritum quam animam
evangelista diceret, exeunte utique spi-
ritu anima remansisset. Pro
effectu quoque spiritali spiritus dicitur,
sicut scriptum est: Qui facit an-
gelos suos spiritus et ministros
suos ignem urentem. Angeli quippe
id est nuncii sacro eloquio non-
numquam predicatores vocantur, sicut
Malach. 2 per prophetam dicitur: Labia sacerdotis cus-
todiunt scientiam et legem requirunt
ex ore eius, quia angelus domini
exercituum est. Omnipotens ergo deus
suos angelos spiritus facit, quia
predicatores suos spiritales efficit.
Hoc autem loco si anima omnis
viventis ipsa corporis vita signatur,
spiritus universe carnis hominis effectus
intelligentie spiritalis exprimitur.
R. Sequitur: Nonne auris ver-
ba diiudicat, et fauces come-
dentis saporem? Pene nullum
latet quod quinque sint corporis sensus,
videlicet visus auditus gustus
odoratus et tactus. Et omnia que
senciunt atque discernunt virtutem
discretionis et sensus a cerebro
trahunt, et cum unus sit
index sensus cerebri qui intrinse-
cus presidet, per meatus tamen
proprios sensus quinque distinguit, deo
mira operante. Ut neque oculus au-
diat, neque auris videat, neque
os olfaciat, neque naris gustet,
neque manus odorent. Cumque
per unum sensum cerebri omnia dis-
ponantur, quilibet tamen horum
sensus aliud facere non potest preter
id quod ex dispositione conditoris
m. S. accepit. Ex istis ergo corporalibus
exterioribus interiora et spiritualia
colligenda sunt, ut per id quod in
nobis publicum est, conicere debeamus
ad secretum quod in nobis est et nos
metipsos latet. Intuendum quippe
est quia cum una sit sapientia, ali-
mentis aliis magis inhabitat,
alii hoc alii aliud prestat, et sic
cerebri more nobis metipsis valet

quibusdam sensibus utitur, ut cum
ipsa sibimet integra sit dissimilis,
per nos tamen diversa et dissimilia
semper operetur. Quatinus iste sapientie,
ille scientie percipiat donum, iste linguarum
gratiam, ille curationum habeat.
Sed in his verbis quibus beatus Job
ait: Auris verba diiudicat et fauces
comedentis saporem, etiam de electis
et reprobis aliud innuere videtur.
Quia verba sapientie que reprobi audiunt,
electi non solum audiunt, sed et gustant,
ut eis in corde sapiant, que reproborum
non mentibus, sed solummodo auribus
sonant. Aliud namque est notatum cibum
audire solummodo, aliud vero etiam
gustare. Electi itaque cibum sapientie
sic audiunt ut gustent, quia hoc quod
audiunt eis per amorem medullitus sapit.
Reproborum vero scientia usque ad cogni-
tionis sonitus tendit, ut quidem
virtutes audiant, sed tamen corde
frigido, quid sapiant ignorant. Qui-
bus videlicet verbis beatus Job ami-
corum suorum imperitiam, et eorum qui de
doctrina sapientie inflantur arrogantiam
reprobat. Quia aliud est de deo a-
liquid scire, aliud vero hoc quod con-
gnoscitur fauce intelligentie gustare.
Recte ergo dicitur: Nonne auris verba
diiudicat, et fauces comedentis
saporem? Ac si aperte arrogantibus
diceret: Doctrine verba que vobis us-
que ad aurem veniunt, michi etiam
per saporem intimum intelligentie fau-
cem tangunt. Quia vero infirmi-
tatis etiam cum recte sapit ad predicandum
deum non debet incaute prosilire,
subditur: In antiquis est sapientia et T
in multo tempore prudentia. Ita vi-
delicet in sapientie iudice solidata sunt
que per universi usum et actum ex-
perimento convalescunt. Sed quia
multis et longior vita tribuitur
et sapientie gratia non confertur, recte adiungitur
in cuius iudicio ipsa dona pendent,
dum innuitur dum subditur: Apud deum
est sapientia et fortitudo, ipse ha-
bet consilium et intelligentiam. Ver i

[illegible]

congrue de unigenito filio patris
accipimus. ut ipsum esse dei sapientiam
et fortitudinem senciamus. Nam paulus
quoque istud in testimonium attestatur
Cor. 1 dicens, Christum dei virtutem et dei sa
pienciam. qui aput ipsum semper est
Quia in principio erat verbum et ver
Io. 1 bum erat aput deum, et deus erat
verbum. Habet autem deus consilium
et intelligenciam. Consilium videlicet quia
disponit sua, Intelligenciam quia
cognoscit nostra, Potest quoque in
consilii nomine ipsa occulti iudicii
mora signari. ut quod aliquando tardius
delinquentes percutit. non quia ignorans
culpas non conspicit sed ut dispensa
cionis eorum sententias que per agenda
premia differt, quasi tarda ex con
silio prodire videantur. Que ergo cuncta
foris apta sunt indicat, sed aput
omnipotentem dominum ante secula in con
silio latebat. Sequitur, Si destruxe
rit nemo est qui edificet. si inclu
serit hominem nemo est qui aperiat
Omnipotens deus humanum cor destruit
cum delinquit, edificat cum replet
Neque enim humanam mentem debel
lando destruit sed recedendo, quia
ad perdicionem suam sufficit sibi dimissa,
Unde plerumque fit ut cum audientis cor
exigentibus culpis omnipotentis
dei gracia non repletur in cassum
exterius a predicatore moneatur, quia
mutum est omne os quod loquitur
si ille in intimis in corde non clamet
qui aspirat verba que audiuntur,
Hinc propheta ait Nisi dominus edificaverit
domum in vanum laboraverunt qui edifi
cant eam, Hinc Salomon ait Con
sidera opera dei quod nemo potest corrigere
Ec 7 quem ille despexerit. Nec mirum si
a corde reproborum predicator minime au
ditur, dum non nunquam ipse quoque dominus
in his que loquitur resistentium moribus
impugnatur, Hinc enim est quod cayn
Gn 4 et divina voce admoneri potuit
et mutari non potuit, quia exigente
culpa malicie iam intus deus cor
reliquerat, cui foris ad testimonium
verba faciebat. Bene autem subditur
Si in cluserit hominem nullus est

qui aperiat, Quia omnis homo per
id quod male agit, quid sibi aliud
quam consciencie sue carcerem facit,
ut hunc animi reatus premat
eciam si nemo exterius accuset
Qui cum iudicante deo in malicie
sue cecitate relinquitur, quasi in
tra semetipsum clauditur. ne locum
evadendi inveniat, quem inveni
re minime meretur, Nam sepe exire
non nulli a pravis actibus cupiunt,
sed quia eorundem actuum pondere
premuntur, in male consuetudinis
carcere inclusi. a semetipsis ex
ire non possunt, Et quidam cul
pas proprias punire cupientes, hoc
quod recte se agere estimant, in gravioribus
bus peccatis vertunt, fit quod modo
miserabili et unde exitum pu
tabant. hoc in clusione inveniant
Sic videlicet reprobus iudas, cum Act 1
mortem sibi contra peccatum intulit,
ad eterne mortis supplicia pervenit,
et peius de peccato penituit quam
peccavit, Dicatur ergo Si inclu serit
hominem nullus est qui aperiat
Quia sicut nemo obsistit lar
gitati vocantis, ita nullus ob
viat iusticie relinquentis, Inclu
dere itaque dei est, clausis non api
re. Unde et ad moysen dicitur de
pharaone, Ego obdurabo cor Ex 4
eius. Obdurare quippe per iusticiam
dicitur qui cor reproborum per graciam
non emollit, Includit itaque ho
minem quem in suorum operum
tenebris relinquit, Quasi enim
aperire Esau in clusione ysaac Gn 27
primogenito suo voluit. cum hunc
fratri benedicendo preponere conatus est
Sed filium quem pater fovit dominus
reprobavit, et quem dominus voluit,
pater etiam nolendo benedixit
ut qui iam primogenita fratri
pro esca vendiderat, primogenitorum Gn 27
benedictionem non acciperet. quam
ex cupidine gule reliquisset,
Qui terrena ambiens. fugitiva
sequens. hereditari cupiens benedic
tione. reprobatus est. Non enim in
venit penitencie locum, quamquam Heb 12

Indurare est ampliud & v[illegible] peccatis ad ... Tho[mas] de v[er]it[ate] li 3 c 179

Ut fructus ... predicacionis ... verbis gratia dei ... [illegible]
... admonitus ... dei ...

cum lacrimis ingemuisset eam, que
videlicet fructum non habet lamenta
que cum gemitu desiderant pe-
ritura. Aperire itaque Ysaac nec filio
potuit, quem Deus omnipotens iusto
iudicio in malicie sue carcere in-
y clusit. Sequitur: Si continuerit
aquas omnia siccabuntur; si emi-
serit eas subvertent terram. Si
aqua sancte predicationis accipitur
Proverbiorum 18 iuxta quod scriptum est: Aqua pro-
funda ex ore viri et torrens
redundans fons sapientie. Cum aquas
continet cuncta siccantur, quia
si sanctam predicatorum subtrahit, eorum
qui virescere in spe etiam pote-
rant corda protinus arescunt,
ut in desperata siccitate remane-
ant, dum fugitiva diligentes
nesciunt sperare mansura. Sin
vero aque nomine sancti Spiritus
gratia designatur, sicut voce
Jo[hannis] 7 A Veritatis in evangelio dicitur: Qui credit
in me sicut dicit scriptura, flumina
de ventre eius fluent aque vive.
Ibi statim evangelista subiunxit: Hoc
autem dixit de Spiritu quem accepturi
erant credentes in eum. Con-
gruus in hiis sermonibus intellectus
patet, quibus ait: Si continuerit
aquas omnia siccabuntur. Quia
si sancti Spiritus gratia ab audientis
mente subtrahitur, arescit protinus
intellectus, qui iam per spem viri-
descere inchoante videbatur.
Et autem non aquam, sed aquas
memorat pluralitatis appellatione
ad septiformium donorum spiritualium gra-
3 tiam recurrit, de quibus aperte
subiungitur: Si emiserit eas sub-
vertent terram. Quid enim terra nisi
peccator accipitur, cui per divinam senten-
Ge[nesis] 3 tiam dictum est: Terra es et in terram ibis.
Manet itaque terra immobilis cum
preceptis divinis obedire contempnit,
cum cervicem superbie erigit, atque
caritatis lumine oculos mentis
h. 7 claudit. Sed quia scriptum est:
Abacuk 3 Pedes eius steterunt et mota
est terra, quia cum viciis cor-
de frigitur mentis immobilitas
agitatur. Si sancti Spiritus gratia superno
munere iuxta vocem predicatoris infun-
ditur, statim terra subvertitur, quia
peccatricis mentis duritia ab immo-
bilitatis sue obstinatione permutatur,
ut tantum se postmodum divinis
preceptis flendo subiciat, quantum su-
perbiendo prius contra Deum cervicem
cordis erigebat. Videns itaque quod
terra cordis humani aqua divini
muneris fusa post libenter iniurias
tolerat, quas prius inclementer irroga-
bat; post etiam sua tribuat, que
prius aliena rapiebat; post carnem
abstinendo maceret, que prius sacie-
tate carnis per mortifera concupiscentiarum
oblectamenta defluebat; post etiam
persecutores diligat, que prius dili-
gere etiam se amantes nolebat. Cum
igitur mens humana divino munere
infusa contra hoc quod agere consueverat
cepit, terra subversa est, quia et deorsum
submissa est que prius eminebat,
et sursum levata est facies que prius
in profundum premebatur. Libet hanc rei
Act[uum] 9 exemplo eminus virum Paulum vocare,
qui cum acceptis contra Christum epistolis
Damascum pergeret, sancti Spiritus gratia divi-
ne infusus, ab ipsa protinus sua cru-
delitate mutatus est, et post modum
plagas pro Christo accepit, quas vene-
bat inferre Christianis, et prius carnalis
vite et morte conabatur sanctos Dei
trucidare, gaudet postmodum pro vita
eorum vitam sue carnis immolare. Sic
crudelitatis eius frigide cogitationes
verse sunt in ardorem pietatis, et qui
prius fuit blasphemus et persecutor,
humilis post factus est pius predicator,
qui lucrum maximum putavit se
in discipulis Christum occidere, iam vitam
suam estimat Christum et pro Christo mori
lucrum. Emissa ergo aqua terra sub-
versa est, quia Pauli mens mox ut
sancti Spiritus gratiam suscepit, statum sue
immobilitatis atque crudelitatis immu-
tavit. Quo contra per prophetam
Dominus contra Effraym queritur dicens: 7

Ozee ^

Effectum suus est sub cineritiis panis
qui non reuersatur. Panis namque sub
cineritiis super se cinerem portat. partem
mundiorem deorsum premit. partem
vero superiorem tanto sordidiorem habet
quanto in eo cinerem tolerat. Mens
itaque que terrena cogitat quid aliud
super se quam cinerem portat. Sed si reuersari
voluerit. mundam faciem quam de
orsum presserat. supernis reducit. et
cinerem quem portabat excusserit.
Si igitur terrenarum cogitationum cineres
a mente excutimus. quasi panem
sub cineritiis reuersamur. ut illa nunc
in tenebris iam postponi debeant. que
prius cogitationis infime cunctis preme
bant. et munda facies ad superio
ra veniat. ut recta intentio
mole iam terreni desiderii non pre
matur. Sed nequaquam agere possumus
nisi sancti spiritus gratia perfundamur
Qui videlicet omnipotens deus super
aquas emisit sublitem terram.
3 Sequitur. Apud ipsum est fortitu
do et sapientia. Paulo superius dic
tum fuerat. Apud ipsum est sapientia et
fortitudo. Nunc autem dicitur Apud ip
sum est fortitudo et sapientia. Quia
enim omnipotens deus pietatis sue myste
rio homo factus est. prius mansuetudinis
doctrinam protulit. et postmodum in
iudicio quante sit fortitudinis ostendit
Recte superius sapientia ante fortitudinem no
minatur memoratur. cum de prius vnige
nito dicitur. Apud ipsum est sapientia
et fortitudo. Quia vero ad iudicandum
veniens in terrore sue virtutis apparebit
et repulsis reprobis electis suis in regno
perpetuo qualiter sit sapientia prius iudica
bit. recte in subsequenti summa Apud
ipsum est prius fortitudo. et post sapientia
dicitur. In utris itaque sermonibus quibus
ait. Apud ipsum est sapientia et fortitudo
apte dicit. Quia hoc quod mansuetum
edocuit. qualiter credendum sunt in
virtute iudicium terribilis ostendit. In u
bis vero sequentibus quibus ait Apud
ipsum est fortitudo et sapientia. hunc cla
rius demonstrat. quod prius in iudicio

virtutem reprobos destruit. et
postmodum electorum mentibus eterni
regni pro lumine infulget. Sed
quia ante extremi diei iudicium
iudicare cottidie occultis dispe
sationibus facta mortalium non
desistit. Ad hoc quod nunc agitur
redit cum subdit. Ipse nouit et
decipientem et eum qui decipitur 9
Adducit consiliarios in stultum
et iudices in stuporem. Cum
omnis qui proximum decipere conatur
iniquus sit. et in iniquis vitiis di
catur Nunquam noui vos. discedite
a me qui operamini iniquitatem. Quid
hoc in loco dicitur. quia dominus de
cipientem nouit. Sed quia scire vij
dei aliquando cognoscere dicitur
aliquando approbare. Et decipientem quia
cognoscendo diiudicat. neque enim
numquam quempiam diiudicaret. si ne
quaquam cognosceret. et tamen nunquam
nescit. quia eius factum non appro
bat. et nouit ergo. quia depre
hendit. et non nouit. quia hunc
in sue sapientie specie non recognoscit
Sicut de veraci quolibet viro dicitur
quia falsitatem nesciat. non quia
vel cum ab aliis factum dicitur hoc
reprehendere ignorat. sed eandem
ipsam fallaciam. et scit in examine
et nescit in amore. Ut videlicet
ipse hanc non agat. quam actam
ab aliis dampnat. Et sit ple
rumque ut non nulli in in fidelibus va
cantes. aliene vite peruersitatibus
sue laqueos tendant. et cum
quis nesciens eisdem laqueis
capi conspicitur. verum hec dum
videamus. fortasse dubitatur. mira
tur homines si hoc deus videat
cur fieri permittat. Sed ipse nouit
decipientem et eum qui decipitur
Nouit etenim decipientem. quia ple
rumque anteriora mala eius conspi
cit. et hunc iusto iudicio cadere
etiam in alia peccata permittit. No
uit decipientem. quia in manu
suorum operum dimissum. hunc ut
ad peiora proruat deserit. Sic
scriptum est. Qui nocet noceat adhuc vltro

adhuc / et qui in sordibus est sor-
descat adhuc / Vocat quoque et
eum qui decipitur, quia sepe com-
mittunt homines mala que sciunt
et ideo permittuntur decipi ut ca-
dant etiam in mala que nesciunt
Que tamen deceptis aliquando ad
purgationem. aliquando vero ad ultionis
B incrementum fieri solet / Adducit autem
consiliarios in stultum finem
cum etiam bona que agunt non ad reten-
tionis (?) faciunt / sed ad temporalis mune-
ris retributionem tendunt / Si enim
ipse summi patris unigenitus. quia
per hoc quod suus est homo etiam nun-
ciavit / magni consilii angelus
Ys. 9 est vocatus. recte consiliarios pre-
dicatores accipimus / qui suis
auditoribus consilium vite prebent
Sed cum predicator quisque ideo
etiam predicat. ut temporalia lucra con-
sequatur. profecto in stultum finem de-
ducitur / quia illuc per laborem tendit
unde per mercedem rectitudinis fugere de-
C buit / Bene autem subditur. et iudices
in stuporem / Omnes enim qui
examinandis aliorum moribus presunt /
recte iudices vocantur / Sed cum
is qui preest subiectorum vitam ne-
quaquam sollicitudine discutit, nec que
qualiter corrigat agnoscit in stu-
porem iudex deductus est. quia
qui iudicare male acta debuit /
nequaquam ea que iudicanda sunt
D deprehendit. Sequitur. Baltheum
regum dissolvit et precingit fu-
ne renes eorum / Cum membrorum
suorum motus bene regere sciunt / non
immerito reges vocantur / Sed cum de
ipsa continentia elatione mens tangitur
Superbia sequitur luxuria plerumque omnipotens deus eam superbia
desertis (?) / hanc immunditie operis
cadere permittit / Regum itaque balthe(um)
dissolvit. qui hiis qui sua mem-
bra bene regere videbantur. per ela-
tionis culpam castitatis eis cin-
gulum destruxit / Quod vero
in fine nisi pectus accipitur / Sicut
Pr. 5 per salomonem dicitur / Iniquitates
sue capiunt impium. et funibus peccatorum

suorum constringitur. et quia in renibus
carnis delectatio principatur, districti
consideratione iudex. qui regum baltheum
dissolvit. fune precingit renes eorum
quibus dissoluto castitatis cingulo. scilicet
eorum mentibus delicto peccati dominetur
ut quos in occulto superbia inquinat
quam sunt detestabiles etiam in publico
ostendit / Sequitur. Ducit sacerdotes
inglorios. et optimates supplantat E
Magna sacerdotis gloria est rectitudo
subditorum / Unde bene egregius predicator dis-
1 ad Th. 2 cipulis dicit / Que est enim spes nostra
aut gaudium aut corona glorie nonne
vos ante deum / Sed cum sacerdotes vitam
discipulorum negligunt et nullum de eorum
profectibus ante deum fructum ferunt /
quid aliud quam inglorii ducuntur quia
ante districtum iudicem nimirum gloriam
non inveniunt / quam modo in subditorum
suorum cordibus moribus predicationis
studio non exquirunt / Bene autem dicitur
Et optimates supplantat. quia cum
mente regentium iusto iudicio deserit
hec in eorum retributionis premium non
requirunt / et in eo supplantatur quo fallitur.
ut pro eterna gloria de principatu
temporali gratuletur / Supplantantur igitur
optimates. quia dum futura vera
celestis patrie premia predicare negli-
gunt. in suis hic voluptatibus cadunt
Sequitur. Commutans labium veracium. et
doctrinam senum aufferens. Cum sacerdos F
non agit bona que loquitur, ei etiam
sermo subtrahitur ne loqui audeat
quod non operatur / Sicut per prophetam di-
Peccatori autem dixit deus quare tu
enarras iusticias meas et assumis
testamentum meum per os tuum / Unde etiam
deprecatur dicens. Et ne auferas de
ore meo verbum veritatis usque quaque
Perpendit namque quod omnipotens deus verbum
veritatis facientibus tribuit / et non faci-
entibus tollit / Qui ergo hoc de ore
suo non auferri petiit, quid aliud
quam gratiam bone operationis quesivit
Ac si aperte diceret. A bono opere cun(c)tis
me non sinas. ne deum amitto

Predicatori sermo subtrahitur
cum non operatur quod loquitur.

ordine bene vivendi, rectitudine predi-
catoris loquendi. Et plerumque doctor qui
docere audet, quod negligit agere, cum
desierit bona loqui, que operari
contempsit, docere subditos incipit
prava que agit, ut iusto omnipotentis
dei iudicio, in bono non nec lingua
serviat, qui hic bonam vitam recusat.
Quibus cum mens eius terrenarum re-
rum amori intendit, de terrenis rebus
semper loquitur. Unde in evangelio veritas dicit:
Ex habundancia cordis os loquitur. Bo-
nus homo de bono thesauro cordis
sui profert bona, et malus homo de
malo thesauro profert mala. Hinc
etiam Iohannes ait: Ipsi de mundo sunt,
ideo de mundo loquuntur. Bene ergo
dicitur: Commutans labium veracium et
707 doctrinam senum auferens. Quia hii
qui prius celestia predicando veraces
erant, dum temporalia diligentes ad terrena
recedunt, labium veracium commutatur. Et
senum doctrina tollitur, quia diligentes
temporalia priorum suorum precepta minime se-
cuntur, ut locum regiminis quasi ad
fructum voluptatis teneant, non ad
usum laboris. Quod tamen aptius de
Iudeis valet intelligi, qui ante in-
carnacionem domini vates fuit, quia
hunc venturum et crediderunt atque
narraverunt, sed postquam in carne apparuit,
negaverunt, labium itaque veracium commu-
tatum est, quia quem venturum dixerant
presentem negaverunt. Et doctrina senum
ablata est, quia neque ea credendo
secuti sunt, que patres suos predixisse
Malach. ult. meminerunt. Unde etiam Helias veniente
promittitur, quod reducat filiorum corda
ad patres eorum, ut doctrina senum que
nunc iudeorum cordibus ablata est,
tunc misericordia domini redeat. Qui hoc
de deo intelligere ceperint filii, quod predi-
caverunt patres. Sin vero senes eosdem
quoque iudeos accipimus, qui suadente
perfidia veritatis verbo contraire
conati sunt, doctrina senum ab-
lata est, postquam ecclesia ex gentibus
videlicet iuvencula accepit, que per
psalmistam dicit: Super senes intel-

lexi. Quia quia operando tenuit
qualiter super senes intellexerit, ostendit
dum protinus subdit dicens: Quia
mandata tua exquisivi, quia non
studuit operando implere quod didicit,
accepit intelligere quod docet. Unde
adhuc apte subditur: Effundit
despectionem super principes et eos
qui oppressi fuerant relevavit. Cum
enim iudeorum superbus in legis manda-
to permanet, et cuncta gentilitas
nulla dei precepta cognosceret, illa
per fidem principari videbatur, et isti
in profundo perfidie iacuerunt per fide-
litatem. Sed cum in incarnacionis
dominice misterium iudea negavit,
gentilitas credidit, et principes in
despectionem ceciderunt. Et hii qui
oppressi in culpa perfidie fuerant, in
vere fidei libertatem levati sunt.
Hinc vero israeliticum casum loge-
ns Ieremias in trenis ait: Factus
est dominus velut inimicus, precipi-
tavit israel, precipitavit menia
eius, dissipavit municiones eius.
Menia aut in urbis ornamenta
sunt, municiones vero in defensione.
Et alia sunt dona que nos muni-
unt, alia que ornant. Prophetie quippe
doctrina genera linguarum, curacionum
virtus, quasi quedam menia
sunt mentis, que et si quis non
habeat, stare per fidem et iusticiam
munitus potest, quibus ornatus
virtutum altitudine minime esse vi-
detur. Spes vero fides et caritas
non iam menia, sed municiones sunt,
que si hic negligimus, hostilibus
in sedibus patemus. Deinde ergo
quia prophetiam atque doctrinam vel mi-
raculorum signa abstulit, menia
precipitavit. Quia vero spem fidem
atque caritatem prius eius dominacionem
amittere iussit, municiones eius dis-
sipare studuit. Rectus vero ordo
servatus est, ut prius menia et
post municiones dissipare diceretur.
Quia cum peccatis anima relinquitur,
prius abeunt ornamenta dona, que ad

manifestationem prius data sunt, et postmodum fidei spei atque caritatis fundamenta destruxit. Quia cuncta dominus a perfidis ablata gentilitati tribuit, atque ex his que infidelibus abstulit mentes fidelium ornavit. Unde et scriptum est: Species domus dividere spolia. Cum enim illatum spolia iudeis abstulit, domum cordis gentilium quam per fidem inhabitare dignatus est, spem donorum dedit. Quod videlicet gestum est cum verba dei et iudeorum ipsius ad planam litteram que occidit acciperet, et conversa gentilitas per spiritum qui vivificat penetraret. Unde mox subditur: Qui revelat profunda de tenebris et producit in lucem umbram mortis. Cum enim quecumque mistica de occultis prophetarum verbis a credentibus agnoscuntur, quid aliud quam profunda de tenebris revelantur. Unde ipsa quoque veritas discipulis in parabolis loquens ait: Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine. Cum enim misticos allegoriarum nodos per explanationem solvimus, in lumine dicimus quod in tenebris audivimus. Umbra autem mortis erat duricia legis, que unumquemque peccantem morte corporis sanciebat, et postquam redemptor in acerbitatem legalis sanctionis per mansuetudinem temperavit, non iam pro culpa mortem, sed mors spiritus quam timenda esset edocuit, in lucem procul dubio umbram mortis perduxit. Ista etenim mors que cum caro separatur ab anima umbra illius mortis est, qua anima separatur a deo. In lucem ergo umbra mortis perducitur, cum intellecta morte spiritus mors carnis minime timetur. Quod tamen intelligi et aliter potest. Principes enim non inmerito vocantur qui magno consilii iudicio suis semper cogitationibus principantur,

omnesque stultos motus per ritte sapientie comprimunt. Sed sepe contingit ut in occulto animus de ipsa sui superna relationis fastu sublevetur, et subiectis viciis corruat, de quibus se victorem gaudebat fuisse. Recte ergo dicitur: Effundet despectionem super principes. Sed quia non inmerito hi qui iacere in viciis videntur, ad penitencie lamenta currunt, seque contra culpas quibus subiacebat erigunt, apte subiungitur: Et eos qui oppressi fuerant relevans. Nonnulli etenim in superno illustratione lumine aspiciunt, in quantum peccatorum suorum turpitudine iacent, fletum maculas lacrimis lavant, ut sub se carnis sue motus deprimant, a quibus ante premebantur. Quod nimirum magna dispensationis dei dispensatione agitur, ut videlicet in hac vita omnia habeant incerta, et ut nullus ex bonitatis castitate superbiat. Quia effundit despectionem super principes. Nullus ex vitiorum suorum depressione desperet, quia eos qui oppressi fuerant relevat, et quia cum hec aguntur, ex occultis dei consiliis super unumquemque sua apta perducuntur, recte subiungitur: Et revelat profunda de tenebris. Profunda enim de tenebris revelat, qui captam suam ex occultis suis consiliis indicavit, ut de uno quoque quid sentiat ostendat. Quia enim creator videt omnium, et ipse in consiliis non videtur, de illo recte psalmista dicit: Posuit tenebras latibulum suum. Sed quasi de ipsis tenebris ad lumen exit, cum quid de uniuscuiusque actibus sentiat ostendit. Et quia cum is qui peccatorum suorum pondere premebatur, ad rectitudinem status ducitur, prius ipsam mortem conspicit, in qua et deficiens iacebat, et hanc considerare nesciebat, recte additur: Et producit in lucem umbram mortis. Umbra enim mortis est prava operatio, que de imitatione antiqui hostis, quasi de corpore umbra, exprimitur. De quo

etiam sub eiusdem signi significatione dicitur
et nomen illi mors. Et plerumque eius
maligna cogitatio homines latet. atque per
hoc quod nescitur amplius prevalet. umbra
ergo mortis in lucem producitur. dum
secretum mentibus maligna operatio
antiqui hostis ut destrui valeat
aperitur. Sequitur. Qui multiplicat
gentes et perdet et subversas in integrum
restituet. Intelligi fortasse valet
quod gentes dominus multiplicat
et perdet quia nascuntur cottidie et
moriuntur et subversas in integrum
restituet. quia resurgent qui fuerant
mortui. Quod tamen melius accipimus
si hoc qualiter in eorum mente agitur
sentiamus. Multiplicat enim gentes
et perdet. quia eas et prosperitatibus se
bonis ostendit et tamen in propria infide-
litate derelinquit. Sed subversas in
integrum restituet. quia quas in infide-
litatis casu reliquerat quasque ad fidei
statum redemit. Quibus videlicet
in integritate restitutis, Antiquus ille
populus qui fidelis esse deo videbatur
reprobus corde repulsus est. ut sua
perfidia deceptus contra ipsum postea
insurgeret quem ante predicavit. Sequitur.
Qui immutat cor principum populi
terre et decipit eos ut frustra ince-
dant per invium. Palpabunt quasi in
tenebris et non in luce. et errare eos
faciet quasi ebrios. Cor enim principum
terre immutatum est cum in iudea summi
sacerdotes et seniores populi illi suo con-
silio conabantur obsistere quem prius
venturum esse predicabant. Cumque eius
nomen persequendo mollirentur extinguere
decepti sua malicia per invium incedere
frustra conabantur. Quia crudelitatem
eorum una parte non potuit contra
auctorem dum miracula cernebant
virtute terrebantur. Sed credere renuentes
adhuc signa requirebant cum dicerent
Jo 6 Quod ergo tu facis signum ut videamus
et credamus tibi. Quid operaris.
Unde itaque dicitur. Palpabunt quasi in te-
nebris et non in luce. Qui enim inter
tot aperta miracula trepidat. quasi in
tenebris palpat. quia tangit non videt.

Omnis vero qui errat nunc huc
nunc illuc ducitur. Et qui aliquando
viderant credere cum dicerent. Nisi
esset hic a deo non poterat facere quidquam. Jo 9
Aliquando hunc a deo esse negabant
eum despicientes dicentes. Nonne
hic est fabri filius. Nonne mater Mt 13
eius maria. et fratres eius Jacobus
Joseph et symon et iudas. et so-
rores eius nonne omnes apud nos
sunt. Recte subiungitur. Et errare eos
faciet quasi ebrios. Videbant quippe
eum suscitare mortuos et tamen
esse mortalem estimabant. Quia non
credebant deum quem conspiciebant
suscitare mortuos. Sed rursum cum
hunc mortalem esse conspicerent
despiciebant hunc esse in mortalitate
credere deum. Per hoc ergo quod omnipotens
deus talem se eorum oculis exhi-
buit qui posset et divina ostendere
et humana pati. errare eos quasi
ebrios fecit. ut eorum superbia que
incarnationis eius misterium de-
spicere maluit. quia sequi et contra
humanitatem eius se extolleret et in
relucente divinitatis eius potentia
miraretur. Que cuncta quia beatus
Job oculis prophetie spiritu facta sunt
preterita recte subiungitur. Ecce omnia.
In illo enim que secutura erant
videbantur astancia. cui nec futura
veniunt. nec preterita discedunt.
Sed cuncta simul ante eius oculos
assistunt. Et quia ea ipsa que ven-
tura erant alia esse vidit in cor... Et ecce omnia
alia in dictis recte subiungit.
Et vidit oculus Cap. XIII. [B.] ca[pitu]lum 13
meus et audivit auris mea.
Sed utilitatem dicta non habent
si intellectu careant. Unde et apte
subditur. et intellexi singula. Cum
enim aliquid ostenditur vel auditur
si intellectus non tribuitur prophetia
minime est. Vidit namque pharao Ge 41
prosperum que erant egypto ven-
tura. sed quia nequivit intelligere
quod vidit propheta non fuit. Aspexit
Balthazar rex articulos manus Dan 5
scribentis in pariete. sed propheta non

Aug. super gen. ad litteram 3° [12?] ... ... Visio seu Revelacio / 2. Intellectio visionis / Alias manifestacio

fuit, quia intellectum rei quam vide-
rat non intellexit. Ut ergo beatus
Job prophetie spiritum se habere testetur, non
solum vidisse sed etiam audisse et
intellexisse hec omnia narrat.
xi. c. De quo intellectu quia non extollitur
submissa eius verba testantur cum
ait: Secundum scientiam vestram et ego
novi, nec inferior vestri sum.
Quibus videlicet dictis innotes-
cit quante humilitatis fuit qui se eis
inferiorem negat, quorum longe
vitam sancte vivendo transcendebat.
Nam et secundum eorum scientiam se nos-
se confirmat, qui sciendo celestia
eorum terrenas cogitationes per
prophetie quoque spiritum transiebat. Sequitur:
Sed tamen ad omnipotentem
loquar et disputare cum deo
cupio. Cum omnipotente loquimur
cum eius misericordiam deprecamur. Cum
eo vero disputamus, dum nos
illius iusticie coniungentes facta
nostra subtili indagatione discu-
timus. Vel certe cum deo dispu-
tare est cum qui hic eius precepto
paruit, cum illo postmodum ad
iudicandos reprobos iudicem venire.
Sicut predicatoribus cuncta re-
linquentibus dicit: Vos qui secu-
Mt 19 ti estis me in regeneratione cum sede-
rit filius hominis in sede maies-
tatis sue sedebitis et vos super
sedes duodecim iudicantes tribus
Ysay. 1. israel. Unde et per ysaiam dominus dicit:
Eripite iniuriam accipientem,
iudicate pupillo, iustificate vi-
duam, et venite disputemus.
Rectum quippe est ut cum deo de po-
pulis in iudicio disputet qui
ad verba dei presens seculum perfecte
dereliquit. Loqui ergo ad orationem,
disputare ad iudicium pertinet.
Vir igitur sanctus modo ad omnipoten-
tem loquitur, ut cum omnipotente
postmodum disputet, quia ille
postmodum cum deo iudex veniet
qui hic ei modo in prece familiarius
extiterit. Sed sancta ecclesia

cuius iam sepe beatum Job speciem tenere
prediximus, non solum tunc de iniquis
iudicat cum ultimi dies iudicii ad-
venerint, sed nunc etiam de per-
verse agentibus, vel stulte senti-
entibus iudicare non cessat. Unde et
subditur: Prius vos ostendens fabrica- v
tores mendacii, et cultores perversorum
dogmatum. Quibus videlicet verbis aperte
ostenditur quod amici eius quos ex hereticorum
ad specie sancti viri iudicio usant, liquet
enim quia catholicorum signum non
tenent, qui cultores perversorum dog-
matum vocantur. Quia vero hoc quo-
que oportet intendi quod mendacii fa-
bricatores dicantur. Sicut enim edificium
lapidibus, ita mendacium sermonibus
fabricatur. Ubi enim non dolosa locutio
sed sensus veritatis est, quasi nulla
moles non ex fabrica sed ex natura-
eo surgit. Sequitur: Atque utinam taceretis
ut putaremini sapientes. Sicut clau- x
sa ianua in domo, que intus mobilia
latuerint ignorantur, sic plerumque
stultus si tacuit, utrum sapiens an
stultus sit absconditur. Ei tamen
multa alia opera proderent quod sensu
etiam tacentes loquantur. Sanctus igitur
vir amicos suos aspiciens velle ap-
parere quod non erant, eos ad tacendum
admonuit, ne possent apparere quod erant.
Pu. Unde per Salomonem dicitur: Stultus si
tacuerit sapiens putabitur. Sed quia
17 stultus cum loquitur per hoc quod sua in-
fert, sapientum verba pensare non suf-
ficit, recte adhuc post silentium in-
dictum subiungit: Audite ergo cor-
reptiones meas et iudicium labiorum
meorum attendite. Bene autem prius
correptionem et postmodum iudicium in-
tulit. Quia nisi per correptionem prius
tumor stulti deprimatur, nequaquam
per intelligentiam iudicium iusti cognoscitur.
Sequitur: Numquid deus indiget
vestro mendacio ut pro illo loquamini
dolos. Deus mendacio non eget quia
veritas fulciri non querit auxilio falsi-
tatis. Heretici autem ea que pure de deo
intelligunt, ex veritate tueri non
possunt, quasi ad probandum iudicium

luminis umbris falsitatis requirunt/
et pro deo dolos loquuntur. Quia intellectum +
illius stulta seductione decipiunt.
Sequitur Numquid faciem eius accipi-
tis, et pro deo iudicare nitimini? Sicut
enim prudentium facta conspiciunt
haec eis omnia reprehensibilia esse videntur/
sic et imperitiae atque infirmitatis
oblita, tanto in teneris de alienis
iudicant/ quanto sua profundius igno-
rant. At contra nisi cum peregrinum
facta redarguunt semper sue infirmitatis
conscii/ eos et si ex zelo feriendo/
tamen in tantum compatiendo reprehendunt/
Quia illius solius est peccata hominum
sine compassione discutere, qui ex omni-
potentia nature sue ignorat pec-
care. Quia ergo amici beati Job
ita eius facta reprehenderant/ ac si ipse
ipsi reprehensibile nil gererent. Recte nunc
dicitur Numquid faciem eius accipitis
et pro deo iudicare nitimini/ faciem eius
quippe accipere est/ auctoritatem illius in
iudicio sumere/ et quasi pro deo iudicare
nititur/ qui cum infirma quaeque talia
reprehendit/ Apud se in torsus per com-
passionem non infirmatur. Sequitur Aut
placebit ei quem celare nil potest.
aut decipietur ut homo fraudulen-
tiis vestris. Fraudem deo heretici exhi-
bent quia ea astruunt. quae nequaquam
quod ipsi pro quo loquuntur placent/ Eundem
dominum quasi defendere nituntur offen-
dunt. Quem in adversitate eius continent
cum videntur ex praedicatione familiares
Unde et psalmista dicit Ut destruas
inimicum et defensorem. Omnis quippe
hereticus omnipotentis dei inimicus
et defensor est/ Quia unde hunc
quasi defendere nititur/ inde veritati
illius adversatur/ Quem autem latere deum nil
potest. Hoc teneris iudicat quod intus sentiunt/
non quod familiari foris videtur/ quia igitur
eorum fraudulentias deus ut homo non fallitur/
vere subiungit Ipse vos arguet quoniam
in abscondito faciem eius accipitis
Statim ut se commoverit turbabit vos
et terror eius irruet super vos/ Hoc quod in
abscondito accipit accipi faciem dei duo-
bus modis valet intelligi. Sunt namque
non nulli/ qui et veritatem in corde
sentiunt/ et tamen quae falsa sunt
de deo foris loquuntur. Hi cum vera
videant et cognoscunt veritate in- // haec
terius/ et tamen exterius impugnant
Unde et bene nunc dicitur Ipse vos ar- B
guet qui in abscondito faciem eius
accipitis. Ac si aperte dicat/ tanto
magis apud eum de falsitate estis
reprehensibiles/ quanto et apud vos
metipsos quod verum est videtis/ Et sunt
non nulli. qui quando ad mentem
redeunt. dei iustitiam et rectitudinem
contemplantur/ et orando ac flendo
contremiscunt/ sed post contemplationis
horam transeunt/ sic audaces ad in-
iquitates redeunt/ ac si post dorsum
eius positi iustitie illius lumine
minime videantur. Hi itaque apud se
in abscondito. quasi culpabilem viden-
tem accipiunt faciem dei/ quia
ei et cum praesentes sunt blandiuntur/
fletibus. et cum quasi ab aspectu
illius recedunt. moribus declinant/
Qui tanto amplius de malis
suis feriendi sunt. quanto et in
occulto cogitationis recta dei iu-
dicia cognoscunt/ Unde et subditur
Statim ut se commoverit turbabit
vos. et terror eius irruet super vos C
Cum sit nec in commutabilis opus
deus. in iudicii perturbabilis
non est/ sed humano verbo mo-
tus dei dicitur ipsa rectitudinis eius
districtio. qua humana pravitas
ferit/ Iusti autem viri cum deum
metuunt. quod eius contra eos ira
moveatur. et ne commotum sentiant
tranquillum timet/ At contra pravis
tunc iam ferire pertimescunt cum fe-
riuntur/ eosque tunc terror eius a
somno corporis exsuscitat/
cum vindicta perturbat/ Unde et ps. 78.
per prophetam dicitur. Et tunc sola vexatio
intellectum dabit auditui/ Qui enim
despectis dei conceptis atque de-
spectis liberam cepit ut intelligat
quod audierunt/ Unde psalmista ait/ Cum
occideret eos tunc inquirebant eum
Bene itaque dicitur/ Statim ut se
commoverit turbabit vos et terror eius
irruet super vos/ Quia reprobis

cordibus non timor requiem, sed
pena timorem parit. Sequitur. Memo-
D ria vestra comparabitur cineri. Omnes
qui cogitacione terrena huic seculo
conformantur, per omne quod agunt huic
mundo relinquere sui memoriam
conantur. Alii bellorum titulis, alii
altis edificiorum menibus, alii di-
sertis doctrinarum secularium libris
instituendis elaborant, sibique nomine
memorie edificant. Sed cum ipsa
vita ad finem celeriter percurrit,
quid tenetur fixum stabit? quando et
ipsa celeriter mobilis pertransit.
Aura et cum cinerem rapit sicut
scriptum est: Non sic impii non sic,
sed tamquam pulvis terre quem proicit
ventus a facie terre. Recte ergo stultorum
memoria cineri comparatur, quia illic
ponitur ubi ab aura rapiatur.
Quantumlibet enim quisque perficien-
da gloria sui nominis elaboret,
memoria sua quasi cinerem ponit, quia
hanc citius ventus mortalitatis
rapit. Quo contra de iusto scrip-
tum est: In memoria eterna erit
iustus. Eo ipso enim quo facta sua
solius dei oculis imprimit, nomen
sue memorie in eternitate figit. Sequitur.
xiij. Et redigentur in lutum cervices vestre.
E Sicut per oculum visus, sic per cervicem
superbia solet designari. Cervix
itaque in lutum redigitur, cum superbus
quisque humiliatus in morte et elata
caro tabescit in putredine. Intu-
eantur enim qualia in sepulchris
iaceant divitum cadavera, que illa
extincta carne sit ymago mor-
tis, que tabes corrupcionis. Et
certe ipsi erant qui extollebantur
honoribus, habitis rebus tumebant,
despiciebant ceteros, et quasi solos
se esse gaudebant, et dum non perpen-
derent quo tendebant, nesciebant
quid erant. Sed in lutum cervix
redacta est, quia despecti iacent in
putredine qui tumebant in vani-
tate. In lutum cervix redigitur, quia
quantum carnis potencia valeat
tabes corrupcionis probat. Sequitur.
Tacete paulisper ut loquar quodcumque

mens michi suggesserit. Sensu car-
nis locutos insinuat, quos ideo ad si-
lencium restringit, ut ea que illi mens
suggesserit dicat. Non ergo carnaliter
sed spiritualiter loquitur, quia per sensum spiritus
audio, que per ministerium corporis profero.
Unde mox ad alta conscendit, seque in
misteriis elevat, et in increpacione quam
protulerat, admistica verba permutat
dicens: Quare lacero carnes me- ff
as dentibus meis, et animam meam
porto in manibus meis. In scriptura
sacra dentes aliquando sancti predicatores, ali-
quando vero interni sensus accipi so-
lent. Dentes enim pro doctoribus spon-
Can se dictum est: Dentes tui sicut
8 greges tonsarum, que ascenderunt
de lavacro. Unde et uni eorum sub specie
Act figurali dicitur: Macta et manduca,
11 id est vetustatem eorum contere, et in corpus
ecclesie videlicet in tua membra converte.
Rursum quia dentes interiores sen-
Tr 3 sus accipi solent, Ieremias propheta tes-
tatur dicens: Confregit ad numerum dentes
meos. Per dentes enim cibus frangitur
ut glutiatur. Unde non immerito per dentes
interiores sensus accipimus, quia singula
que cogitant quasi mandunt et comminuunt,
atque ad ventrem memorie transmittunt.
Quos propheta ad numerum fractos dicit, quia
iuxta mensuram uniuscuiusque peccati
intelligencie cecitas generatur in sensibus,
ut secundum hoc quod quisque egit exterius
in eo obstupescat quod de internis atque in-
visibilibus intelligere potuit. Unde eciam
Jer recte scriptum est: Homo qui comedit uvam
31 acerbam obstupescent dentes eius.
Quid namque uva acerba nisi peccatum
est? Uva quippe acerba est fructus
ante tempus. Quisquis enim presentis vite
delectacionibus saciari desiderat, quasi
fructus ante tempus comedere festinat.
Qui ergo uvam acerbam comedit, G
dentes eius obstupescunt, quia qui
presentis mundi delectacione pascitur, interni
eius sensus ligantur, ut iam spiritualia
mandere id est intelligere nequeant,
quia unde in exterioribus delectati sunt,
inde in intimis obstupescant, et dum
peccato anima pascitur, panem iusticie
edere non valet, quo ligati dentes.

exparte consuetudine gustum quod intus sapit edere nequaquam possunt. Hoc igitur loco quia dentes ut diximus interios sensus accipimus, considerare magnopere quid agere iusti soleant debemus, qui plerumque si qua in se quamlibet levia carnalia esse deprehenderint, hec in tuis sensibus reticentes vehementer in semetipsis insequuntur, afflictione se conterunt, magnisque cruciatibus vel minima in se peccata diiudicant, atque hoc reprehensum dampnant, quod idcirco agunt, ut in conspectu eterni iudicis et ipsi in venia quantum est possibile inreprehensibiles debeant. Et hii qui sic eos se iudicare conspiciunt, emendare semetipsos acrioribus conatibus inardescant. Quod videlicet beatus Job coram amicis suis speciale gloriam tenentibus et tristiciam bonis laudantibus fecit, sed tamen eorum sensum ad cognoscendam utilitatem flagelli sui perducere non valebat ut saltem pensare possent quod non solum peccata omnia detineret, sed non nunquam etiam ad universa premia irrogaret. Unde bene nunc dicit. Quare lacero carnes meas dentibus meis. Ac si patenter dicat, Cur interius sensibus carnalia si qua fuerint in me discutio, si meis spectatoribus prodesse non possum. Ubi et apte subdit. Et animam meam porto in manibus meis. Animam in manibus portare est, intencionem cordis in operacione ostendere. Habent namque hoc iusti proprium ut in omne quod dicunt et omne quod agunt non solum provectum suum sed etiam proximorum edificacionem querunt, et aliquando in quibusdam semetipsos diiudicant, ut pigros auditores ad considerandos semetipsos revocent, aliquando bona opera ostendunt, ut spectatores eorum erubescant non imitari quod vident. Nam scriptum est. Videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Qui igitur intencionem suam per operacionem sua coniungit, animam suam in manibus portat. Sed cum iustus quisque nec se diiudicando

ast 7

Spectatores iustorum

nec bona opera ostendendo utilitati proximorum proficiat, per hoc quod egerit ad umbra doloris redit. Unde recte nunc dicit. Quare lacero carnes meas dentibus meis, et animam meam porto in manibus meis. Id est cur vel me districte coram hominibus diiudico vel quod appetam in opere ostendo, si utilitati proximorum nec mala diiudicando, nec bona ostendendo proficio. Sed tamen iusti etiam cum se dicunt nunquam ad prebenda bona proximis exempla deficiunt. Unde adhuc coram amicis suis beatus iob virtutem paciencie exhibens et ostendens ait. Etiam si occiderit me in ipso sperabo. Nequaquam est paciencia in prosperis. Ille autem vere paciens est, qui et adversis atteritur, et tamen a spei sue rectitudine non inflectitur. De reprobisque sensu scriptum est. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. In hoc ergo quod mens iusta ab iniusta discernitur, quod omnipotentis dei laudem et inter adversa confitetur, quod non cum rebus frangitur, non cum casu glorie exterioris cadet, sed in hoc magis qualis fuit cum rebus demonstrat, qui et sine rebus robustior stat.

Dicta iustorum / reproborum

Sequitur. Verumtamen vias meas in conspectu eius arguam, et ipse erit salvator meus. Cum paulus apostolus dicat. Si nosmetipsos diiudicaremus non utique iudicaremur. Eo tunc dominus salvator invenitur, quo nunc pro timore domini peccatum nostrum a nobis metipsis redarguitur. Unde electi quique culpis suis nunc iudices fiunt ut possint culparum iudicem placatum invenire, et vere eum postmodum invenire salvatorem credunt, quem districtum modo iudicem metuunt. Nam qui sibi nunc in culpa parcit, ei postmodum in pena non parcitur. Dicit ergo. Verumtamen vias meas in conspectu eius arguam. Que vero utilitas de sua arguicione sequitur adiungit. Et ipse erit salvator

1 cor 11

cap. mens sequitur. Non enim veniet in
conspectu eius omnis ypocrita.
Mt 26 Cum constet quod iudex veniens
agnos ad dexteram, edos vero
ad sinistram ponat. Qua nunc racione
dicitur. In conspectu eius ypocritam
non esse venturum. qui scilicet si
inter edos erit, ad sinistram iudi-
No cis apparebit. Sed sciendum est
Veniet additum quod duobus modis in conspectu
domini venimus. Vno quidem quo
per primam hic peccata nostra subtiliter perpendentes
in eius nos conspectu punimus
et flendo diiudicamus. Nam
quociens conditoris nostri potenciam
ad sensum reducimus. tociens in
conspectu eius stamus. Vnde re-
3 reg 17 quoque primum sacerdos Helyam dicit.
Viuit dominus deus israhel in cuius
per penam conspectu sto. Alio quoque modo
in conspectu domini venimus,
cum in extremo iudicio ante
tribunal eius assistimus. Ypo-
crita igitur per vltimum examen in
conspectum iudicis venit. Sed pri-
mo culpas suas considerare et
deflere dissimulat. in conspectu
domini venire recusat. Sicut
enim iusti viri cum districcionem
venturi iudicis contemplantur,
peccata sua ad memoriam reducunt,
deflent que commiserunt, districte
se iudicant ne iudicentur. Ita ypo-
crite quo ex tunc hominibus pla-
cent, eo se in tunc aspicere negli-
gunt, totosque se in vbis proxi-
morum fundunt, et sanctos se esse
estimant. quia sic se haberi ab
hominibus pensant, cumque mente
per verba sue laudis sparserint, nun-
quam haurit ad cognicionem reducunt
culpe, nunquam considerant vbi in-
terni iudicem offendunt. Nil de
eius districcione metuunt, quia
sic se placuisse ei, sicut hominibus
credunt. qui si terrorem eius ad
mentem reduceret, hoc ipsum quod in
mala intencione positi placent
hominibus plus timerent. Bene
itaque dicitur. Non veniet in con-
spectu eius omnis ypocrita, quia

districcionem dei ante oculos non pon-
dum placere humanis oculis concu-
piscit. Qui si mente sua discuciens
semetipsum in conspectu dei puniret,
profecto iam ypocrita non esset. Sequitur.
Audite sermonem meum et enigmata
percipite auribus vestris. Per hoc quod
enigmata nominat, figuratas se hic
locuciones demonstrat, vnde apte
quoque fidelis populi voce subditur.
Si fuero iudicatus. scio quia iustus
inveniar. Que ab eiusdem eciam
beati Iob persona non discrepat. qui
hoc procul foris de semetipso loquitur,
quod veritas hosti eius in terris dixerat
Vidisti seruum meum Iob quod non sit ei
similis super terram. Et quidem iste
vir valde est in ferius quod de se me-
morat, quam quod de illo dominus dixit
Aliud est enim iustum esse, aliud ei si-
milem non esse. Humiliter igitur de semet
ipso sensit. qui dum iustus sine xv.
comparacione extitit. non se perfectis sed
iustum tantummodo inveniri posse me-
morauit. hoc tamen in eius vbis
videtur lumen hominis, quod qui superius dixit
vias eius meas in conspectu eius
arguam. Et inferius dicit. Con-
sumere me vis peccatis adolescencie mee.
Et peccata sua agnoscens, subtiliter ad-
huc longe inferius adiungit. Sig-
nasti quasi in sacculo delicta mea.
Nunc ait. Si fuero iudicatus. scio quia N.
iustus inveniar. Neque enim simul
convenire queunt peccatum et iusticia,
Sed sanctus vir sibi in iniquitate tribuens
et omnipotenti deo purgacionem sua
in peccatorem se cognoscat esse. et iustum
tamen se factum non ignorat ex munere, p
Qui in recto quoque ope positus. ex
habundanti gracia meruit flagella
sustinere, iamque se in iudicio iustum
inveniri gaudet. quia ante iudicium
percussum se videt, vnde et cum longe
post dicit. Signasti quasi in sacculo xvi
delicta mea. Statim subdit. Sed Q
curasti iniquitatem meam. Cum ergo
iustum in iudicio inveniri se memorat

nequaquam se iuste flagellatum negat. Quamvis in flagello eius dominus non peccata studuit tergere, sed merita augere. Sequitur: Quis est qui iudicetur mecum? veniat. Sancti viri itaque se in operibus suis deo auctore custodiunt, ut omnino unde accusentur exterius non inveniantur. In cogitationibus non suis tamen se cautela circumspiciunt, ut si fieri valeat, etiam irreprehensibiles interni iudicis oculis assistant. Sed quantum agere possunt, ne exterius labantur in opere, tantum in internis agere nequaquam possunt ut nunquam labantur in cogitatione. Humana enim conscientia eo ipso quo ab internis cecidit semper in lubrico est. Unde fit ut etiam sancti viri frequenter labantur in corde. Beatus igitur Iob tam voce sua quam ex voce electorum loquens dicit: Quis est qui iudicetur mecum? veniat. Quia enim in exterioribus actibus unde reprehendatur non habet, libere accusatorem querit. Quia vero etiam iustorum corda semetipsa vero destituta cogitatione non nunquam reprehendunt, propter hoc fortasse subdit: Quare tacens consumor? Tacens enim consumitur qui districta se cogitatione reprehendens apud semetipsum dente conscientie sue mordetur. Ac si aperte dicat: Sic vixi ut accusatorem nullum timere exterius, utinam sic vixissem ut interius ipsum accusatorem conscientiam non haberem. Tacens enim consumitur quem intus mens invenit unde mordeatur.

P Sequitur: Duo tantum ne facias mihi, et tunc a facie tua non abscondar. Hoc loco quid dei faciem nisi eius adversionem debemus accipere? In qua dum peccata respicit punit. A qua videlicet iustus etiam iustus absconditur, si duo que postulat non admoneantur. De quibus subditur:

xvi Q Manum tuam longe fac a me, et formido tua non me terreat. In quibus videlicet duobus quid aliud per iusticie vocem quam tempus gratie et redemptionis inquirit. Lex namque sub percussione ultionis populum tenuit, ut quisquis sub illa peccaret protinus morte puniretur, et plebs israelitica non ex amore sed ex timore domino serviebat. Nunquam vero ad plenum iusticia per timorem potest. Quia iuxta Iohannis vocem perfecta caritas foras mittit timorem. Et Paulus ad optimos filios consolatur dicens: Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis in quo clamamus abba pater. Gal. 5 li. 9 c. 28 / 4 li. 11 — 1. Io 4 — Ro. 8

Ex voce igitur generis humani legalis percussionis duriciam tunc perspiciens fugere, atque a formidine ad dilectionem pervenire appetens, que duo accipere omnipotens deus ut longe faciat exorat dicens: Manum tuam longe fac a me, et formido tua non me terreat, id est percussionis duriciam remove et formidinis pondus tolle. Sed et irradiante gratia dilectionis spiritum securitatis infunde, quia si longe a percussione et formidine non fuero, scio quia a districtione tui examinis non abscondor, quia in conspectu tuo iustus esse non valet qui tibi non per dilectionem sed per formidinem servit. Unde et per gratiam conditoris sui presentiam quasi familiaris ac corporalis querit, ut et proferat et audiat quod ignorat, et in hiis audiat que novit. Nam protinus adiungit: Voca me et ego respondebo tibi, aut certe loquar et tu responde mihi. Qui dum humanis oculis per assumptam carnem apparuit, sub hominibus peccata aperuit, que et perpetrabant et nesciebant. Unde subditur: Quantas habeo iniquitates et peccata? scelera mea et delicta ostende mihi. R. Quamvis vocare et respondere intelligi et aliter possit. Vocare enim dei est nos amando et eligendo respicere

Unde autem mirum est amoris illius bonis operibus parere, ubi apte ad dictum: Aut certe loquar et tu responde michi. Loquimur namque cum eius faciem per desiderium postulamus. Respondet vero Deus loquentibus, cum nobis amantibus se apparet. Sed quia quisquis eternitatis desiderio anhelat semetipsum subtiliter reprehendens facta sua discutit, et ne quid in illo sit in quo auctoris sui faciem offendat, querit, recte subiungit. Quantas habeo iniquitates et peccata scelera mea et delicta ostende michi. Inquirat vita nostrorum labor est ut semetipsos inveniant, et inventos flendo atque corrigendo ad meliora perducant. Et quamvis inter iniquitatem et peccatum nichil distare perhibeat

1 Io 3 Iohannes apostolus qui ait: Iniquitas peccatum est. Ipso tamen usu locutionis plus iniquitas quam peccatum sonat et omnis se homo libere peccatorem fatetur, iniquum vero dici nonnumquam erubescit. Inter scelera vero et delicta hoc distat, quod scelus etiam pondus transit. Delictum vero pondus peccati non transit. Quia et cum offerri sacrificium per legem iubet, nimirum precipitur sicut pro peccato ita etiam pro delicto. Et nonnumquam scelus in opere est, delictum vero plerumque in sola cogitatione. Unde per psalmistam dicitur: Delicta quis intelligit. Quia videlicet peccata operis tanto citius cognoscuntur quanto exterius videntur. Peccata vero cogitationis eo ad intelligendum difficilia sunt quo invisibiliter perpetrantur. Quisquis igitur eternitatis desiderio anxius apparere venturo iudici desiderat mundus, tanto se subtilius nunc examinat, quanto nimirum cogitat, ut tunc terrori illius liber assistat et ostendi sibi exorat ubi displicet, ut hoc in se per penitenciam puniat, seque hinc diiudicans indiiudicabilis fiat. Sed inter hec intuendum est, quanta prevaricationis nostre pena nos percutit, qui tantam cecitatem venimus ut nosmetipsos ignoremus. Perpetramus mala, nec tamen hec celerius deprehendimus, vel perpetrata. Exclusa quippe anima a luce veritatis nil in se nisi tenebras invenit. Et plerumque in precipicium foveam pedem porrigit, et nescit nimirum quia de sola exilii sui cecitate patitur, quia ab illuminatione divina repulsa, et semetipsam videre perdidit, que auctoris sui faciem non amavit. Unde et subditur:

Cur faciem tuam abscondis et arbitraris me inimicum tuum. xviii c.

Humanum genus contemplationem intime lucis habuit in paradiso, sed sibimetipsi placens quo a se recessit, lumen conditoris perdidit, eiusque faciem ad ligna paradisi fugit. Quia post culpam videre metuebat quem amare consueverat. Sed ecce post culpam venit in penam. Ex pena autem ad amorem redit, quia quis fuit culpe fructus invenit. Atque illam faciem quam timuit in culpa excecatus requirit in pena, ut iam caliginem cecitatis sue fugiat, atque hoc ipsum quod auctorem suum non videt graviter perhorrescat. Quo videlicet desiderio compunctus sanctus vir clamat: Cur faciem tuam abscondis et arbitraris me inimicum tuum. Quia si me ut amicum aspiceres visionis tue lumine non privares. Qui mobilitatem quoque cordis humani subsequens adiungit:

Contra folium quod a vento rapitur ostendis potentiam tuam, et stipulam siccam persequeris. v.

Quid est homo nisi folium qui videlicet in paradiso ab arbore cecidit. Quid est nisi folium qui temptationis vento rapitur, et desideriorum flatibus levatur. Mens quippe humana quot temptationes patitur, quasi tot flatibus movetur. Hanc etenim plerumque ira

perturbat / cum recedit ira / succedit i
nepta leticia. luxurie stimulis urget
estu avaricie longe lateque ad ea
que terrena sunt ambienda tendit
aliquando hanc superbia elevat. aliquando
vero inordinatus timor in infimus de
ponit / Quia igitur tot temptacionum
flatibus levatur et deicitur / recte folio
homo comparatur. Unde bene quoque per ysaiam
dicitur / Cecidimus quasi folium universi
et iniquitates nostre quasi ventus
abstulerunt nos / Quasi ventus nos
quippe iniquitas abstulit quia
nullo fixos virtutis pondere in vanam
elacionem levavit / Bene autem post
folium eciam stipula homo appellatur
qui enim arbor fuit in condicione
folium factus est. a semetipso in tempta
cione. sed post stipula apparuit in de
iectione. quia enim de alto cecidit
folium est quod vero per carnem tre primus
fuit. eciam cum stare videbatur
stipula esse meruit / Sed quod viridita
tem intimi amoris perdidit. iam
stipula sicca est / Considerat itaque vir
sanctus. et homo quante vilitatis sit
et deus quante districcionis. et dicat
contra folium quod a vento rapi
ostendis potenciam tuam et siccam
stipulam persequeris Ac si aperte
deploret dicens. Cur tanta virtu
te me impetis eum. que hic infirmum
esse in temptacione cognoscis Sequitur
Scribis enim contra me amaritudines
quia omne quod loquimur transit / quod vero
scribimus manet / Deus non loquitur
sed scribit amaritudines dicitur / Cum dum
semper nos eius flagella perdurant / Se
mel quippe peccanti homini dictum est
Terra es et in terram ibis. Et sepe
apparentes angeli hominibus precepta
dederunt / Moyses legislator per distric
cionem peccata cohercuit / Ipse unige
nitus summi patris ad nos redimendos
venit. moriendo mortem absorbuit
vitam perpetuam denunciavit nobis
quam ostendit in se. / Sed tamen illa
que in paradiso data est. de morte car
nis nostre sentencia ab ipso generis humani initio
usque ad finem seculi non mutatur Quis
est enim homo qui vivit et non
videbit mortem Unde bene rursum
psalmista ait Tu terribilis es et
quis resistet tibi. ex tunc ira tua /
quia videlicet peccanti in paradyso
homini iratus semel de mortalitate
carnis nostre sentenciam fixit. que
nunc et usque ad ultimum mutari
nullomodo valebit dicitur / Scri
bis contra me amaritudines /
Ubi adhuc subdit. Et consumere
me vis peccatis adolescencie mee.
Ecce vir iustus. quia in iuventute
sua se peccasse non invenit ado
lescencie sue peremptum esset / Sed sci
endum est. quia sicut in corpore,
ita sunt eciam incrementa
etatis in mente / Prima quippe
hominis etas est in infancia / Cum
et si innocenter vivit. nescit tamen
fari innocenciam quam habet. ac
deinde de puericia iam sequitur
In qua iam valet dicere quod vult.
cui succedit adolescencia. que
videlicet prima est in operacione quam
sequitur iuventus satis apta forti
tudini. Ac post modum senectus
eciam per tempus iam congrua
maturitati / Quia igitur primam
etatem aptam adolescenciam bonis
actibus dicimus. et iusti viri cum
in magna mentis maturitate
proficiunt / non nunquam ad memoriam
actionum suarum in iam redeunt
seque tamen de suis primordiis
reprehendunt. quanto ex cogitatione
mentis altius proficiunt. Quia
eo indiscretos se fuisse inveni
unt. quo discrecionis arte post
modum plenius consecuntur
Recte nunc per vocem sancti viri
adolescencie peccata formidantur
Quod si ad ipsam literam est tenendum
sunt considerandum est. quod sentencia sunt
peccata iuvenum et senum Sic et aliud
sic iusti metuunt quod in firma
etate deliquerunt Sequitur Posuisti
in nervo pedem meum et observasti

omnes semitas meas et vestigia
pedum meorum considerasti. Inner-
no deus pedem hominis posuit
quia pravitate illius forti dis-
trictionis sue sententia ligavit. cuius
omnes semitas observat. quia sub-
tiliter singula eius quoque diiudi-
cat. Semita enim angustior esse
solet quam via. Rimari autem vias
actiones. cogitationes non immerito
actionum semitas ipsas accipimus. Deus
itaque omnes semitas observat.
quia in singulis quibusque nostris
actionibus. etiam cogitationes
pensat. et vestigia pedum con-
siderat. quia intentiones nostrorum
operum quanta recte ponantur examinat.
ne et hoc quod bonum agitur. non
recto desiderio agatur. Possunt
quoque pedum vestigia quedam
nostre acta signari. Nam pes
in corpore est vestigium in via. Et
plerumque dum quedam prave
agimus in actibus hoc fratribus
exemplum malum prebemus.
Et quasi inflexo extra viam
pede sequentibus vestigia distor-
ta relinquimus. Dum perversa opera
ad scandalum aliena corda pro-
vocamus. Valde autem laborio-
sum est custodire. ne mala
homo facere audeat. ne in bonis
actibus prava intentione titubet.
Et inter recta opera. sinistra ei cogi-
tatio illudat. Que tamen cuncta
omnipotens deus subtiliter examinat
atque in iudicio singula repensat.
Sed quando homo qui sue carnis
infirmitate constringitur. contra
cuncta valeat subtilior assur-
gere. atque in constricta cogitatione
rectitudinem tenere. Unde apte sub-
ditur. Qui quasi putredo consu-
mendus sum. et quasi vestimentum
quod comeditur a tinea. Sicut
enim vestimentum de se exorta
tinea comeditur. Ita homo in se-
metipso habet putredinem de

qua consumatur. Atque hoc est quod unde
consumitur ut non sit. Quod intelligi et
aliter potest. Si ex voce temptati
hominis dicatur. Qui quasi putredo
consumendus sum et quasi vestimentum
quod comeditur a tinea. Homo enim
quasi putredo consumitur. dum carnis
sue corruptione conteritur. Qui quia in
nobis temptatio non aliunde. sed a semet-
ipso nascitur. more tinee carne temp-
tatio quasi vestem de qua exiit
consumit. In semetipso homo quippe
habet unde temptetur. quasi ergo
tinea vestem consumit. que ex ve-
ste eadem processit. Sciendum quoque
quod tinea sine sonitu vestem perforat.
Et plerumque cogitatio transfigit mentem
ut mens ipsa non sentiat. nisi post-
quam fuerit eius aculeo transfixa. Bene
ergo dicitur. quod homo tanquam vestimentum
a tinea comeditur. Quia non nunquam
temptationum nostrarum vulnera non co-
gnoscimus. nisi postquam a bestiis con-
fossi in mente fuimus. Quam vide-
licet infirmitatem nostram bene ad-
huc sanctus vir considerans adiungit.
Homo natus de muliere brevi vi-
vens tempore repletur multis miseriis.
In sacro eloquio mulier. aut pro sexu
ponitur. aut pro infirmitate. Pro sexu
quippe sicut scriptum est. Misit deus
filium suum natum ex muliere. factum sub
lege. Pro infirmitate vero sicut per
sapientem dicitur. Melior est iniquitas
viri. quam mulier bene faciens. Vir
etenim fortis quilibet et discretus
vocatur. mulier vero mens infirma
vel indiscreta accipitur. Et sepe contingit
ut etiam discretus quisque subito
labatur in culpam. Atque indiscretus
alius et infirmus bona exhibeat
operationem. Sed is qui indiscretus et
atque infirmus non nunquam de eo
quod bene egit elevatur. atque in culpam
gravius cadit. Discretus vero quisque
etiam ex eo quod male se egisse intelligit
ad discretionis regulam arctius reducitur.

et inde alterius ad iusticiam proficit
unde ad tempus iusticia cecidisse
uidebatur. Qua in re recte dicitur melior
est iniquitas uiri quam bene faciens
mulier. Quia non nunquam etiam
culpa fortium occasio uirtutis fit. et
uirtus infirmorum occasio peccati.
Hoc igitur loco mulieris nomine quid nisi
infirmitas designatur. cum dicitur homo
natus de muliere. Ac si aperte diceret
Quid in se habebit fortitudinis qui
natus est ex infirmitate. breui
uiuens tempore repletur multis miseriis
Ecce sanctus uiri uocibus pena hominis
breuiter expressa est. quia et angustatur
ad uitam. et dilatatur ad miseriam.
Si enim subtiliter consideretur. Omne quod
hic agitur pena miserie est. Ipsi et-
enim corruptioni carnis seruire ad
necessaria atque concessa miseria est.
ut contra frigus uestimenta. contra
famem alimenta. contra estum frigora
requirantur. quam multa cautela cus-
toditur salus ~~hominis~~ corporis. quae etiam
custodita amittitur. amissa cum graui
labore reparatur. et tamen reparata semper in
dubio est. quid hoc aliud quam
mortalis uite miseria est. quod ama-
mus amicos et timemus ne suspec-
ti offendi ualeant. formidamus
inimicos. atque securi de eis non
sumus. utique quos formidamus
quia plerumque sic in inimicis confidenter
sicut amicis loquimur. Et non nunquam
pura uerba proximorum et multum nos
fortasse diligentium. quasi uerba sus-
cipimus inimicorum. et qui falli fallere
nunquam uel falli uolumus. ex cau-
tela nimia grauius erramus. quid ita-
que hoc. nisi humane uite miseria est.
Quae amissa celesti patria repulsus
homo delectatur exilio. grauatur curis et tamen
cogitare dissimulat quam grauis sit.
quia multa cogitatur. quia priuatus est
interno lumine. et tamen in hac uita diu
~~demum~~ uult perpeti cecitate sua. quod
hoc aliud quam de pena uite nate
miseria est. Sed quis hic diu stare
desideret. ipso tamen cursu mortalis uite

compellitur ut egrediatur. Unde uir sanctus
recte subiungit. Qui quasi flos egre-
ditur et conteritur et fugit uelut
umbra et nunquam in eodem statu
permanet. Quasi flos enim egreditur
qui nitet in carne. sed conteritur
quia redigetur in putredine. Quid
enim nati sunt homines in mundo
nisi quidam flores in campo. Tenda-
mus oculos in hanc latitudinem
mundi presentis. Et ecce quasi tot flo-
ribus quot hominibus plenus est.
Vita itaque in carne. flos in feno est.
Unde bene psalmista dicit homo sicut
fenum dies eius et sicut ~~umbra pre-~~
~~tereunt~~ flos agri sic efflorebit.
Ysaias quoque ait Omnis caro fe-
num. et omnis gloria eius sicut
flos agri. Homo enim more floris
procedit ex occulto et subito ap-
paret in publico. qui statim ex pu-
blico per mortem retrahitur ad occul-
tum. Carnis nos uiriditas ostendit.
Sed ariditas pulueris ab aspec-
tibus retrahit. Quasi flos appa-
ruimus qui non eramus quasi flos
crescimus. qui temporaliter apparebamus.
Et quia per momenta homo cotti-
die compellitur ad mortem. recte subiungitur.
Et fugit uelut umbra et nunquam
in eodem statu permanet. Sed cum
sol per cursum suum in defectum pergit
et nunquam se instabilem figat. cur
cursus uite hominis. umbre po-
cius quam soli comparatur. Nisi quia amisso
amore conditoris. calore cordis
perdidit. et in solo iniquitatis
frigore remansit. Quia in ypocrita
uocem uiditur. Quoniam dabit iusticia
et refrigescet caritas multorum. Quam
igitur in amore dei. calore cordis
non habet. nec tamen uitam quam
diligit tenet. sed uelut umbra
fugit. Unde recte quoque de illo scrip-
tum est. Quia securus est umbram.
Bene autem dicitur. Et nunquam in
eodem statu permanet. Quia de
infancia ad pueriam. pueria ad
adolescentiam. Adolescentia ad
iuuentutem. Iuuentus ad senectutem.

senectus transit ad mortem. et in
profectibus vite ipsius suis augmentis
ad detrimenta impellitur. et inde
semper deficit. unde se proficere in spa
cium vite credit. Fixum etenim
statum hic habere non possumus,
ubi transitorie venimus. atque hoc
ipsum nostrum vivere cottidie a vita
XX · b · transire est. Quem videlicet lapsum
homo ante culpam habere non po
tuit. quia eo stante tempora tran
siebant. Sed postquam dereliquit,
in quodam se quasi in lubrico temporalitatis
posuit. Et quia cibum comedit
vetitum. statim sui pertulit in se
defectum. Qua tamen mutabilitate
non solum exterius sed interius
quoque homo patitur. dum ad melio
ra opera exsurgere conatur. Mens
etenim nostra mutabilitatis sue
pondere ad aliud semper ~~trahitur~~
~~tamen~~ impellitur quam est. et nisi in
statu suo arta custodie discipli
na teneatur, semper in deteriora
dilabitur. Quia enim semper stante
deseruit. statum quem habere
potuit amisit. Unde et nunc cum
ad meliora nititur. quasi contra
ictum fluminis conatur. Cum vero
ab intentione ascendendi resol
vitur. sine labore ducatur ad yma.
Quia enim ascensui labor est, in
descensu ocium. intraturos per an
gustam portam # Dicturus quippe an
guste porte premisit introitum contendite.
Quia nisi mentis contentio fer
veat. unda mundi non vincitur.
per quam anima semper ad yma revo
catur. Quia igitur homo velut flos
nascitur et conteritur. et sic umbra
fugit. atque in statu suo nunquam per
manet. quid in hac consideratione
h. subiungat audiamus. sequitur. Et dignum
ducis super huiuscemodi aperire
oculos tuos et adducere eum
tecum in iudicium. Considerans quippe
supremus et omnipotens deus potenciam
et infinitatem suam. deduxit ante
oculos se et deum pensavit. quia
cum quo ad iudicium venit, vidit

Dominus admonet dicens Contendite intrare per angustam portam

hunc hominem inde conditorem in publico
et deum. Iuste ergo ait. Et dignum ducis
super huiuscemodi aperire oculos tuos. Omni
potenti deo aperire oculos est. iudican
dum eius examinare quem feriat videre. Nam quasi
clausis oculis non vult aspicere quem non
vult ferire. Sed mox quoque de ipso
iudicio subiungit. Et adduce eum
tecum in iudicium. Sed quia contemplatus
est ad iudicium venientem dominum, rursus
considerat infirmitatem suam. videt
quia mundus per semetipsum ~~stare~~ es
se non possit. quem ut esse possit dei
mundicia prevenit atque adiungit. Quis J
potest facere mundum de immundo concep
tum semine. Nonne tu qui solus es.
Is qui per se solus est mundus munda
re prevalet ~~immunda~~ immunda. homo
enim in corruptibili carne vivens ex
temptationum immundicias impressas
in semetipso. quia nimirum eas ab ori
gine traxit. Ipsa quippe per delecta
cionem carnis eius conceptio in iniquitate
est. Unde et psalmista ait. Ecce enim in
iniquitatibus conceptus sum. et in peccatis
peperit me mater mea. Hinc est quod
et plerumque temptatur et nolens. hinc
est quod in immunda quedam in mente
patitur. quamvis ex iudicio reluctetur.
quia conceptus de immundicia dum
ad mundiciam tendit. hoc conatur vin
cere quod est. Quibusque autem occulte motus
temptationum. atque in iudicio cogitationum
vicerit. Nequaquam sibi suam mundi
ciam tribuat. quia de immundo concepti
semine nullus potest mundum facere. Nisi
is qui per semetipsum mundus solus est.
Qui ergo iam ad locum iudicii per
venit mente. conceptionis sue viam
respiciat. per quam venit. atque inde
colligat. quia ex sua virtute non habet
mundiciam vivendi. cui de immundicia
factum est inicium subsistendi. Potest
vero hoc in loco intelligi. quia beatus
Job incarnationem redemptoris intuitus
solum hominem vidit in mundo de immundo
semine non esse conceptum. qui sic in mundum
venit ex virgine. ut nil haberet de im
munda conceptione. Neque enim ex viro

et femina, sed ex sancto spiritu et maria
virgine processit. Solus ergo in carne
vere mundus exstitit qui delectatione
carnis tangi non potuit. qui nec
per carnalem delectationem huc venit.
Explicit liber undecimus. Incipit liber duodecimus.
Nos misero(rum) est
Tanto sollicitius presentem vitam
quam sit fugitiva cogitatis. quanto stu-
diosius noverit celestis patrie bona
etiam pendere. Exsules enim que inmensa
intus aspiciant. fugam labentium rerum
foris subtilius attendunt. Unde beatus
Job delapsum humanitatis cursum summopere
pertulisset dicens. Homo natus de
muliere brevi vivens tempore. et mox
fugit velut umbra et numquam in eodem
statu permanet. Adhuc de brevitate
vite huius adiungit. Breves dies
hominis sunt. numerus mensium eius apud
te est. Hoc enim apud nos velut
non esse considerat. quod tanta velocita-
te transit. Quia vero apud omnipo-
tentem deum etiam labentia stant.
apud eum esse numerum nostrorum mensium
perhibet. vel certe in diebus brevitatis
temporis. In mensibus vero multiplicata
dierum spatia designantur. Nobis ergo
dies breves sunt. Sed quia vita
nostra post tendit. apud deum numerus
mensium nostrorum esse memoratur. Unde
per Salomonem dicitur. longitudo dierum
in dextera eius. Sequitur. Consti-
tuisti terminos eius qui preteriri non
possunt. Nulla que in hoc mundo hominibus
fiunt. absque omnipotentis dei nutu
et occulto consilio veniunt. Nam
cuncta deus secutura presciens ante
secula decrevit qualiter per secula dis-
ponantur. Statutum quippe iam homini est
vel quantum hunc mundi prosperitas sequatur.
quantum ad versitas feriat. ne electos
eius. aut in moderata prosperitas elevet
aut nimia adversitas gravet. statu-
tum quoque est. quantum in ipsa vita mortali
temporaliter vivat. Nam et si annos xv.
Ezechie regi ad vitam addidit omnipotens
deus tunc eum mori permisit. tunc eum
prescivit esse moriturum. Qua in re quo-
ritur quomodo ei per prophetam dicitur. Dispone
domui tue quia morieris tu et non
vives. Cui cum mortis sententia denun-
ciata est. protinus ad eius lacrimas ad-
dita est vita. Sed per prophetam dixit
dominus. quo tempore ipse mori merebatur.
per largitatem vero misericordie illo eum tempore
ad mortem distulit. quod ante
secula ipse prescivit. Nec propheta igitur
fallax. quia tempus mortis innotuit
quo vir ille merebatur. Nec dominica
statuta convulsa sunt. quia ut
ex largitate dei anni vite crescerent
hoc quoque ante secula prefixum fuit.
atque spatium vite quod inopinate
foris est additum sine augmento
prescientie fuit intus statutum. Unde ergo
constituisti terminos eius qui preteriri
non poterunt. Quamvis intelligi etiam
moraliter sententia valet. Quia non numquam
in virtutibus proficere conamur. Et quedam
dona percipimus. a quibusdam vero
repulsi in imis iacemus. Nemo namque
est. qui tantum virtutis apprehendit quan-
tum desiderat. Omnipotens deus in-
teriora discernens. ipsis spiritalibus
provectibus modum ponit. ut ex
hoc homo quod apprehendere conatur
et non valet. in illis se non elevet
que valet. Unde ille quoque egregius
predicator qui raptus ad tertium celum
fuerat paradisi archana penetraverat
post revelationem tribulationibus atque in
temptationibus esse non valebat. Sed
quia omnipotens deus terminos constituit
homini qui preteriri non poterunt. et ele-
vavit hunc ad cognoscenda sub-
limia. et reduxit iterum ad infima
toleranda. ut mox sui metipsius
aspiceret. dum securitatem comprehendere
conaretur et non posset. ne per ela-
tionem extra se iret. per humilitatem
cogeretur intra suos terminos redire.
Sequitur. Recede paululum ab eo
ut quiescat donec optata veniat
sicut mercenarii dies eius. Hoc
loco recedere dicitur vim flagelli a-
movere. Quis enim valet deo re-
cedente quiescere. cum solus ipse
sit requies. Et a quo quisque quanto
longe fuerit tanto fiet inquietus

Ysa. 38.

Quia deus ordinat etiam que fiunt temporaliter.

Itaque sic recede ab eo, dicat, intelligas ferendo. Apte autem subiungitur: Donec optata veniat sicut mercenarii dies eius. Mercenarius quanto longe est a fine operis, tanto et a retributione mercedis. Ita vir quisque sanctus cum in hac vita positus, dum longe ab eternitate vite presentis se conspicit, longe se esse ab eternis gaudiis gemit. Quid est ergo dicere: Recede ab eo paululum ut quiescat, nisi flagella vite presentis subtrahe et bona eterne quietis concede? Unde etiam de ipsa quiete adiungitur: Donec optata veniat sicut mercenarii dies eius. Tunc namque homini optata sicut dies mercenarii venit, cum etiam requiem pro retributione sui laboris accipit. Contra vero ad presentis vite speciem spectat.

Ad hunc beatus Iob humanum genus multis miseriis repletum, quale sit quasi despectum insinuat, quatenus ipsa in semetipsis hoc perire videantur. Narrat enim dicens: Lignum habet spem, si precisum fuerit rursum virescit, et rami eius pullulant. Si senuerit in terra radix eius et in pulvere mortuus fuerit truncus eius, ad odorem aque germinabit, et faciet comam quasi cum primum plantatum est. Homo vero cum mortuus fuerit et nudatus atque consumptus, ubi queso est? Sed quia hoc iuxta litteram patet, debemus sensum ad interiora deducere, et qualiter hec mystica spiritus intelligi debeant perscrutari.

no. Lignum — In scriptura etenim sacra ligni nomine aliquando crux, aliquando vir iustus, aliquando etiam iniustus, aliquando etiam incarnata Dei sapientia figuratur. Crux etenim per lignum significatur, cum dicitur: (Je 11) Mittamus lignum in panem eius. Lignum quippe in panem mittere est dominico corpori crucem adhibere.

Rursum ligni nomine vir iustus aut iniustus exprimitur, sicut per prophetam (Eze 17) Dominus dicit: Ego Dominus humiliavi lignum sublime, et exaltavi lignum humile. Quia iuxta eiusdem veritatis vocem, (Luc 18) Omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur. Salomon quoque ait: (et 18 / Eccl 11) Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit ibi erit. Quia in die mortis sive iustus ad austrum cadit, sive peccator ad aquilonem, quia et iustus per fervorem spiritus ad gaudia ducitur, et peccator cum apostata angelo qui dixit: (ys 14) Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, in frigido suo corde reprobatur.

Rursum per lignum incarnata Dei sapientia figuratur. Sic de ea scriptum est: (Pro 3) Lignum vite est his qui apprehenderint eam. Et sicut ipse ait: (Luc 18) Si in viridi hoc ligno faciunt, in arido quid fiet? Hoc itaque loco cum lignum prefertur homini, quid homo nisi carnalis quisque accipitur? Et quid ligni nomine nisi iusti eiusque vita signatur? Lignum etenim habet spem, si precidatur rursum virescit, quia cum in morte passionis pro veritate mysterii afficitur, in eterne vite viriditate recipitur; et qui hic virebat per fidem, illic virescit per speciem; et rami eius pullulant, quia plerumque ex passione iusti fideles quique ad amorem patrie celestis multiplicantur, et viriditatem vite spiritualis accipiunt, dum hunc pro Deo fortiter egisse gratulantur.

Sequitur: Si senuerit in terra radix eius, et in pulvere mortuus fuerit truncus eius, ad odorem aque germinabit, et faciet comam quasi cum primum plantatum est. (p.) Quid radix iusti nisi sancta predicatio, quia ab ipsa oritur et in ipsa subsistit? Et quid terre vel pulveris nomine nisi peccator accipitur, cui voce divina dicitur: Terra es et in terram ibis. Vel certe sicut in nostra translatione: Pulvis es et in pulverem reverteris. Iusti igitur radix in terra senescit et in pulvere truncus emoritur, quia apud corda peccatorum eius predicatio despecta tunc viribus effeta creditur, et in pulvere truncus emoritur, quia in eorum manibus persequentium corpus illius

Sap 3

ex animatur. Iuxta vocem enim sapientie
visi sunt oculis insipientium mori et
estimata est afflictio exitus illorum.
Sed iste cuius radix in terra senuit, et in
pulvere truncus emortuus est, in ad odorem
aque germinabit, quia per afflatum
spiritus sancti in electorum cordibus ex exemplo
sui operis germen virtutis surgit. Aque
etenim appellatione, non unquam spiritus
sancti infusio signari solet. Sicut
scriptum est: Si quis sitit veniat ad me
Jo 7 et bibat. Qui autem biberit ex aqua
quam ego dedero ei non sitiet in eternum.
et faciet comam quasi cum primum plan-
tatum est. Succiso trunco comam facere
extincto corporalis mysterio ipso sue pas-
sionis exemplo multorum corda sus-
citare et ex fide recta viriditate ve-
ritatis. Unde Jo. Que autem dicitur quasi cum
primum plantatum est, omne quod cum aliquo
agitur. Secunda plantatio est. Quia prima
videlicet plantatio non tempore mysterii
sed in presentia conditoris est. Et quia que
agimus electi sicut spiritus intus con-
iungit atque disponit. Ita post mortem
perficiuntur exitus. Bene dicitur: faciet
comam quasi cum primum plantatum est
id est viriditate sua ondet in effectu
operis, quam spiritus habuit in presentia
conditoris. Potest etiam radix iusti-
tia una humanitatis intelligi quam sub-
sistit. Que videlicet radix senescit in
terra, cum natura carnis deficit in
pulverem redacta. Cuius in pulvere trun-
cus moritur, quia extinctum corpus
a sua specie dissipatur. Sed ad odorem
aque germinat, quia per adventum sancti
spiritus resurgit et faciet comam. quasi
cum primum plantatum est. Quia ad illam
speciem redit, ad quam percipiendam crea-
tus fuerat. Si in paradiso positus pec-
care noluisset. Qui fortasse etiam de
ipso saltem bonorum omnium capite dominum
nostro valet intelligi. Iuxta hoc nam-
que quod prediximus, Quia de semetipso
ait: Si in viridi hoc ligno faciunt
Luc in arido quid fiet? Se enim lignum
23 viride et nos lignum aridum dixit.
Quia ipse in se vim divinitatis habet
nos vero qui puri homines sumus

lignum aridum appellamur. Hic ergo
lignum spem si precisum fuerit et
rursum virescit, quod fieri occidi
per passionem potuit, per resurrectionis gloriam
rursus ad viriditatem vite pervenit.
Huius rami pullulant, quia ex
resurrectione illius multiplicati longe
lateque fideles creverunt. Huius
radix quasi in terra senuit, quia
eius predicatio iudeorum perfidie que
despecta fuit. et in pulvere truncus
emortuus est, quia in corde per-
sequentium quod perfidie sue vento le-
vabantur contemptibilis et despectus
est habitus. quia per carnis potuit
occidi. Sed ad odorem aque germinat.
quia per virtutem dei extincta caro
illius ad vitam redijt iuxta quod
scriptum est: Quem deus suscitavit a
mortuis. quia cum deus trinitas
est et extincta carne unigeniti
filii sancta trinitas, id est pater et filius et
spiritus sanctus resuscitavit. et fecit
comam. quasi cum primum plantatum est.
Quia illa apostolorum debilitas que
in morte illius et expavit et ne-
gavit et negando aruit, resurrectionis
illius gloria rursus ad fidem viruit.
In cuius ligni comparatione quid omnis
homo nisi pulvis est. Unde sub-
ditur. Homo vero cum mortuus fuerit
et nudatus atque consumptus, ubi
quaeso est. Nullus homo sine peccato
est. nisi ille qui in hoc mundo
non venit ex peccato. Et quia omnes
in culpa ligamur, ipsa amissione
iusticie morimur. Concessa prius
in paradyso veste innocentie nudamur.
in tactu etiam carnis subsequente
consumimur. Homo itaque peccator
in culpa moritur, nudatur a iusticia,
consumitur in pena. Hanc nuditatem
peccatoris filii tegere dignatus est
Luc 17 pater qui eo redeunte dixit: Ci-
to proferte stolam primam. Prima
quippe stola est vestis innocentie
quam homo bene conditus accepit,
quale serpente persuasus perdidit.
Contra hanc nuditatem rursus

Act 2

Apoc 16

dicit. Beatus qui vigilat et custo
dit vestimenta sua ne nudus
ambulet. vestimenta quippe cus
todimus cum precepta innocencie
servamus in mente. ut cum nudum
culpa nudat. ad amissa redeun
tes innocenciam prima operiat
Bene autem dicitur ubi queso est
Quia peccator homo illic stare
noluit ubi conditus fuit. hic
vero ubi cecidit diu esse prohibetur
patriam volens perdidit. a pere
gracione non sua quam diligit in
vitus compellitur. Ubi ergo est qui
in eius amore non est. ubi vero
esse est. Sequitur. Quo si recedant
aque de mari et fluvius vacue
factus arescat. Sic homo cum
dormierit non resurget. Mare
mens hominis. et quasi fluctus
maris sunt cogitaciones mentis
que aliquando per iram tumescunt per
graciam tranquille sunt. per odium in
amaritudine defluunt. Sed cum
homo moritur. aque maris rece
dunt. Quia iuxta psalmiste vocem
In illo die peribunt omnes cogita
ciones eorum. Et rursum de moriente
scriptum est. Amor quoque et odium
simul peribunt. Arescit ergo fluvius
vacue factus. quia sub ducta a
nima. vacuum remanet corpus
Quasi enim alueus fluvius va
cuus id est corpus exanime
Quare mare vigilat in tuendum
est. quod vita presens videlicet quousque
anima in corpore moritur. mari
et fluvio comparatur. Aqua enim ma
ris amara est. fluvius dulcis.
Et quia hic viventes in quibusdam
amaritudinibus afficimur. quodam
autem dulcedine tranquilla. ac
mites in venimus. presentis vite de
cursus comparacione exprimitur maris
et fluvius. Sed in hiis diversum
valde videtur esse quod subditur.
Sic homo cum dormierit non
resurget. Cur itaque laboramus
si in iris retribucionem non tendimus

Quid autem dicitur. Non resurgit. cum scriptum
1 cor sit. Omnes enim resurgemus. sed non
17 omnes immutabimur. Et rursum si
in hac vita in christo tantum sperantes su
mus. miserabiliores omnibus sumus
hominibus. Et per semetipsam veritas
Io 7 dicit. Omnes qui in monumentis sunt
audient vocem eius. Et procedent
qui bona fecerunt in resurreccionem vite. Sed
subiuncta sua indicant quod discrecio
in premissa lateat. Nam subditur. Donec
atteratur celum non evigilabit nec
consurget de sompno suo. Liquet. n.
Quia non resurgit. sed donec atteratur
celum. Quia nisi mundi huius finis
advenerit. humanum genus de sopno
mortis ad vitam non evigilabit. Non
ergo. quia omnino non resurgit. Sed quia
ante contricionem celi humanum genus
minime resurgit in fine. Notandum
quoque est. Cur postquam superius homine
mortuum dixerat. in feriis non mortuum
sed dormientem nominat. eumque de sopno
suo minime consurgere. donec celum
atteratur narrat. Nisi quod patenter datur
intelligi. quia in comparacione largitoris
revirentis hominem mortuum per
catore inveniunt. amitti scilicet in sue
extinctum. Ubi autem de morte carnis
loquitur. Non hanc mortem sed sompnum
maluit vocare. spem procul dubio
resurreccionis in sinuans. Quia sicut citius
homo a sompno evigilat. ita concite
ad condicionis nutum a morte corpus
resurgat. Vehementer enim a b infirmis
mentibus nomen mortis pertimescitur
Sompni autem vocabulum non adeo ti
metur. Unde et paulus discipulos ad
monens dicit. Nolumus vos ignora
re fratres de dormientibus ut non contris
temini sicut et ceteri qui spem non habent
1 tes Si enim credimus quod ihesus mortuus est
x et resurrexit. ita et deus eos qui
dormierunt per ihesum adducet cum eo.
Quid est quod predicator egregius mortem
domini mortem vocat. Mortem autem
fratrum dum non mortem sed sompnum
nominat. Nisi quia infirma audiencium
corda respiciens medicamentum predicacionis

sic nimirum morte corporis. Et illum
quem iam resurrexisse noverant
eis mortuum insinuare non du-
bitat. Eos vero qui necdum
resurrexerant, ut spem nostris insi-
nuet, non mortuos sed dormientes
vocat. Non enim verebatur dicere mor-
tuum quem auditores resurrexisse
iam cognoverant, et verebatur dicere
mortuos quos resurgere vix cre-
debant. Beatus igitur Iob, qui carne
mortuos ad vitam rursus evigi-
lare non dubitat, eos dormien-
tes potius quam mortuos appellat.
A Sequitur: Quis mihi tribuat ut
in inferno protegas me. Quia ante
adventum mediatoris Dei et hominum,
omnis homo quamvis munde probate-
que vite fuit, ad inferni claustra
descendit, dubium non est. Quia homo
qui per se cecidit, per se ad paradisi
requiem redire non potuit, nisi ve-
niret ille qui sue misterio incar-
nationis paradisi eiusdem nobis
iter aperiret. Unde et post culpam ho-
minis ad paradisi aditum rumphea
Gn 3 flammea posita esse memoratur, que et
versatilis dicitur, pro eo quod aliquando ve-
niret tempus ut etiam removeri
potuisset. Nec tamen ita iustorum ani-
mas ad inferna dicimus descen-
disse ut in locis penalibus te-
nerentur. Sed esse superiora inferni
loca, esse alia inferiora credenda
sunt, ut et in superioribus iusti re-
quiescerent, et in inferioribus iniusti
premerentur. Unde et psalmista propter
prevenientem se graciam Dei dicit: Eri-
puisti animam meam ex inferno infe-
riori. Beatus igitur Iob, cum media-
toris adventum ad infernum se
descendere sciens conditoris sui il-
lic protectionem postulat, ut a locis
penalibus alienus existat, ubi
dum ad requiem ducitur, a suppliciis
absconditur. Unde subditur: Ut abscondas
B me donec pertranseat furor tuus.
Furor enim omnipotentis Dei in hoc
cottidie vim sue districtionis peragit,

quod vinctos indigne dignis sup-
pliciis diiungit. Cum furor ne-
quidem transit, sed in fine pertransit,
quia modo agitur, sed in mundi ter-
mino consummatur. Cum tamen iste
furor quantum ad electorum animas
in redemptoris nostri adventu per-
transit, quia eas ab inferni
claustris ad paradisi gaudia
mediator Dei et hominum dum ipse
pie illuc descenderet reduxit.
Inter hoc vero sciendum quod iste furoris
nomen divinitati non congruit,
quia naturam Dei simplicem et
perturbacio nulla confundit. Unde
ei dicitur: Tu autem dominator vir- Sap 12 v
tutis cum tranquillitate iudicas,
et cum magna reverencia dispo-
nis nos. Sed quia iustorum
anime per mediatoris adventum
erant ab inferni locis, quamvis
non penalibus, quandoque liberande,
hoc quoque iustus vir providet,
et petendo subiungit: Et con- C
stituas mihi tempus in quo
recorderis mei. At ubi venit
plenitudo temporis misit Deus filium
suum natum ex muliere, factum sub
lege, ut eos qui sub lege erant
redimeret. Hanc itaque redempcionem
vir Dei presciens, in qua erant
multi ex gentilitate liberandi,
sicut ipse ait: Licet hec celes in
corde tuo, tamen scio quia universorum
memineris, apud omnipotentem
Deum tempus sibi constitui sue re-
cordacionis petit. Hinc est enim quod
in ewangelio suo dicit: Et ego si ex- Jo 12
altatus fuero omnia traham ad me
ipsum. Omnia videlicet electa. Non
enim ab inferno rediens electos sic
et reprobos traxit, sed illa exinde
omnia sustulit que sibi inhesisse
prescivit. Unde etiam per Osee prophetam Ozee 13
dicit: Ero mors tua o mors,
ero morsus tuus inferne. Quod
enim occidimus agimus ut penitus
non sit. Ex eo autem quod mordemus
partem abstrahimus, partem relinqui-
mus. Quia ergo in electis suis
Deus funditus occidit morte

mors mortis extitit, quia non
ex inferno partem abstulit, partem
reliquit. Non occidit funditus
sed momordit infernum. Dicit ergo
Ero mors tua o mors, morsus
tuus ero inferne, quia sublatis
electis te ex parte transfigo. Sciens
igitur beatus iob huius aduentum
ad inferos redemptoris nostri
petit quod futurum esse predicit. Et
constituas michi tempus in quo
recorderis mei. Sequitur. Putas
ne mortuus homo rursum vi
D uat. Solent viri iusti in eo
quod certum ac solidum ipsi sentiunt
quasi ex dubietate aliquid pro
ferre, ut infirmorum in se uerba
transferant. Sed rursus forte sententias
infirmantium dubietati contradicunt
omnimodo, quatenus per hoc quod dubie
proferre cernuntur, infirmis aliquatenus
condescendant, et per hoc quod certam
sententiam proferunt, infirmorum mentes
dubias ad soliditatem trahant.
Sed nimirum dum faciunt ex
imitatione capitis sequuntur. Passionem quippe
dominus propinquans infirmantium in se
vocem sumpsit et suscepit dicens
Mt 26 Pater si possibile est transeat a me
calix iste. Corporis timorem in
abstrahens suscepit. Et rursus
per obedientiam summe fortitudinis osten
dens ait: Verumptamen non sicut ego
volo sed sicut tu. Dixit enim hoc in
minuet quod fieri volumus. Sic per in
firmitatem petamus ut non fiat,
quatenus per fortitudinem parati simus
ut voluntas conditoris nostri etiam
contra nostram voluntatem fiat. Hoc
igitur exemplo non nunquam a for
tibus infirmitatis uerba suscipien
da sunt, ut per eorum postmodum predicamenta
fortia infirmorum corda contionis
VI. E. roboret. Quam beatus iob cum quasi
dubitantium uerba protulit dicens
Putas ne mortuus homo
rursum viuet. Illico sententiam
sue certitudinis adiunxit, quod ait
Cunctis diebus quibus nunc
milito expecto donec ueniat
immutacio mea. Cum itaque

immutationem suam tanto desiderio
expectat, quantum vim sit de iure
insinuat, et cursum uite presentis
qualem despiciat innotescat. Pre
sentem militiam appellat, quia hec vita
quippe semper ad finem tenditur
et cottidie conclusionis terminus
expectatur. Cursum itaque vite hu
ius despicit, et statum soliditatis
requirit, qui per hoc quod mutabiliter
militat, ad immutationem suam
peruenire festinat. Iustis quippe presens
hec vita ipsa sarcina sue corrup
tionis onerosa est. Quod vigilie
defatigant, somnus queritur ut labor
vigiliarum atque anxietatis temperetur.
Sed non nunquam etiam somnus occi
dit. Fames corpus atterit, atque ut
eius necessitas repellatur cibi requi
runtur. Sed sepe et cibi grauant, qui
ad expellendum debilitatis grauamen
quesiti fuerant. Grauis itaque est sar
cina corruptionis. Quod si ista grauis
esset nequaquam paulus diceret: Va
nitati creatura subiecta est non
volens sed propter eum qui subiecit
in spe. Quia et ipsa creatura liberabitur
a seruitute corruptionis in libertatem
Ro 8 glorie filiorum dei. Scimus enim
quod omnis creatura liberabitur a serui
tute corruptionis in libertate glorie
filiorum dei ingemiscit et parturit usque
adhuc. Beatus ergo vir incorrup
tionis statum desiderans dicit: Cunc
tis diebus quibus nunc milito ex
specto donec ueniat immutacio
mea. In qua immutatione quid
agatur adiungit. Vocabis me et
ego respondebo tibi. Quando cuilibet ff
dicimus, cum eius factis congrua
ad inuicem opera reddimus. In ista
igitur commutatione vocat dominus
et respondet homo, quia ante incorrup
ta claritate incorruptus homo
audit post corruptionem. Hunc et
enim quousque subditi corruptioni
sumus, auctori nostro minime re
spondemus. Quia dum corruptio
ab incorruptione longe est, similitudo
apta nostre responsionis non est. De illa

vero in mutatione scriptum est
Cum apparuerit similes ei erimus
quia videbimus eum sicuti est. Tunc
ergo vocanti deo valebimus respondere
cum ad summe incorruptionis insignia
incorruptibiles defuncti resurgimus
Et quia hoc proprie creatura ex se
metipsa non valet. Sed solius omni-
potentis dei dono agitur ut ad
tantam incorruptionis gloriam
pertingat recte subditur. Operi ma-
nuum tuarum porriges dexteram
Ac si patenter dicat. Id quod crea-
tura corruptibilis persistere ad in-
corruptionem potest. Quia tue
pietatis manum erigit. et tui res-
pectus gratia. ut persistat tenetur
Humana namque creatura
eo ipso quo creatura est in semet
ipsa habet sub se defluere. sed a
conditore suo homo accipit. ut
et supra se in contemplationem rapiatur
et in se ipso in corruptione teneatur
Creatura ergo ne sub se defluat
sed in corruptione subsistat. ad
commutabilitatis statum creatoris
b. dextera levatur. Potest etiam dextere
nomine filius designari. quia omnia
per ipsum facta sunt. Operi igitur manuum
suarum porrexit omnipotens deus dexte-
ram suam, quia ut abiectum atque
in infimis iacens. ad summa erigeret
genus humanum incarnatum ad hoc
misit unigenitum. Ex quo enim nobis
in salvatione datum est. ut qui ex
voluntate propria in corruptionem ceci-
dimus. vocanti nos deo quandoque ad
incorruptionis gloriam respondere valeamus
Qua in re largitate divine inre-
pensare quisque valeat. qui ad tan-
tam perducit gloriam hominem post
culpam. Pepercit deus mala que
fecimus et tamen per benignitatis sue
gratiam ea misericorditer relaxavit. Unde
et subditur. Tu quidem gressus
meos dinumerasti. sed parce peccatis
meis. Gressus deus dinumerat
cum singula quaeque nostra opera pro
retributione signat. Quid enim

in gressibus nisi unaquaeque nostra
actio designatur. Omnes itaque deus vij. h.
gressus dinumerat, et peccatis parcit.
Quia et subtiliter acta nostra con-
siderat. et tamen hec penitentibus mi-
sericorditer relaxat. Cum et du-
riciam a peccantibus conspicit, sed
tamen hanc preveniente gratia ad pe-
nitentiam emollit. Culpas ergo
numerat cum nos ipsos ad singula
que fecimus deflenda convertit
quas misericorditer relaxat. quia
ea dum nos punimus. ipse
nequaquam in extremo examine
iudicat. Paulo attestante qui 1 cor. 11
ait. Si nosmetipsos diiudica-
remus non utique iudicaremur. Unde
subditur. Signasti quasi in sacculo J.
delicta mea. sed curasti iniquitatem
meam. Signat delicta nostra quasi
in sacculo. quia hoc quod nos ex-
terius agimus, nisi penitentia interve-
niente diluamus. In secreto iu-
diciorum dei sub quadam occulta-
tione servat. ut quandoque etiam de
sigillo secreti exeat ad publicum
iudicium. Unde etiam per moysen dicitur Deut° 32
Nonne hec congregata sunt apud
me. et signata in thesauris meis
in die ultionis reddam illis.
Cum vero prava que fecimus
discipline flagello atterimus
et hec per penitentiam deflemus. iniquitatem
nostram deus signat et curat
Quia nec inulta hic deserit,
nec in iudicio puniendam servat
Signat igitur delicta. qui ea
hic subtiliter attendit ut feriat.
Curat vero quia per hec flagella
funditus ~~vel~~ relaxavit. Unde in
iniquitate illius persecutoris sui
que intus perstrinxit signando
curavit. cum de illo ad ananiam
dixit, Vas electionis est mihi Act 9
iste ut portet nomen meum
coram regibus et principibus
coram gentibus et filiis israel. Ego
enim ostendam illi quanta oporteat
eum pati pro nomine meo. Qui enim

adhuc per tumultus carnis excessibus ven
turus passiones minatur. Profecto
k hoc quod deliquerat in corde signa
tum tenebat. Sed Paulus dubio
delicta eius signando curavit
quem vas electionis vocavit. Vel
certe peccata nostra signantur in sacculo
cum mala que fecimus sollicito
semper corde pensamus. Quid
namque est cor hominis nisi saccu
lus dei. Ubi dum studiose
conspicimus quanta deliquimus
peccata nostra. Quasi dei signata premimus.
An peccatum suum David signatum
tenebat in sacculo qui dicebat
Iniquitatem meam ego cognosco
et delictum meum coram me est
semper. Et quia culpas quas nunc
metuendo et penitendo cognoscimus
pius conditor nobis re
servat. vere consignata in sacculo
delicta submergit. Sed curasti in
iniquitatem meam. Ac si aperte
dicat. Que modo signas ut
penitendo videamus. agis procul
dubio ne in retributione videantur.
Sequitur. Mons cadens defluit
et saxum transfertur de loco suo
lapides excavant aque et allu
vione paulatim terra consumitur
et homines ergo similiter perdes. Quid crebro
agitur ut cadentibus rupibus sa
xum ad loca alia transferatur ut
aque lapides excavent et paula
tim terra alluvionibus consumatur.
Sed magna nobis intentione dis
cutiendum est quod infertur Et homines
l similiter perdes. Quid est enim hoc
quod cadenti monti et saxo trans
lato quod excavato lapidi et per
alluvionem terre consumpte perditio
humana comparatur nisi hoc quod pa
tenter datur intelligi quia duo
sunt genera temptationum. Unum quod
in mente etiam iusti repentinum
eventum agitur quibus sic subito temp
tetur ut hunc inopinato proventu
concutiat et prosternat. Aliquando vero
non nisi postquam ceciderit videat.

Aliud vero quod paulatim venit in
mentem, et resistente animum lenibus
suggestionibus infestat. et omnes
vires iusticie non inquietate sua
sed assiduitate consumit. Quia ergo
alia est temptatio que iustos plerum
que subita invasione prosternit. Dicitur
Mons cadens defluit et saxum
transfertur de loco suo. id est mens
sancta cuius locus iusticia fuerat
impulsu subito ad culpam transfertur.
Rursum quia alia est temptatio
que se cordi hominis leniter infundit
omnemque duriciam fortitudinis cor
rumpit atque consumit. Dicitur lapi
des excavant aque. quia videlicet
duriciam mentis absorbent assi
dua et mollia blandimenta libi
dinis. Et lentum atque subtile vicium
corrumpit durum et forte propositum
mentis. Unde sequitur Et alluvio
ne paulatim terra consumitur. Sicut enim
in fluente aqua paulatim consumitur
terra, sic repente leniter vicio mens
etiam fortis absorbetur unde et
submergitur. Et homines similiter perdes. viii cap.
Id est quia cum temptatione iusto
iudicio eius menti que stare in
alto creditur repente durum permittis
cadere. ac de statione montem facis
et cum voluntas ad vicium permit
titur quasi ad locum alium transfertur saxum.
Cum vero temptationem lentam
atque subtilem sed tamen assiduam eorum
qui fortes esse creduntur mentibus
perferre sinis quasi lapides excavant
aque. et alluvione pau
latim terra consumitur. Quia minimis
suggestionibus leniter subacta mentis
duricia mollitur. Videamus David
ille qui altus mons fuit. quanta
deo unitus prophetico spiritu valuit con
templari. Sed aspiciamus quod subito
casu defluxit. Quam dum in solario
deambulans alienam coniugem con
cupivit abstulit. eiusdemque virum
cum dampno sui exercitus in certamine
repentino casu morte cecidit.
Cum mens illa misticis celestibus

2 Reg. 14

assueta in opinata temptacione
devicta est tamquam in amissime
turpitudinem sub acta. Saxum itaque
de loco suo translatum est. cum perfecte
animus a proprie mentis ex clusus
ad cogitandas turpitudines vertitur.
Videamus etiam qualiter lapides ex
cavant aque. et alluvione pau
latim terra consumitur. Salomon quippe
in moderato usu. atque assiduita
3 reg. te mulierum. ad hoc usque perductus
est ut templum ydolis fabri
caret. et qui prius deo templum
construxerat assiduitate libidinis
etiam perfidie substratus. ydolis
templa construere non timuit.
Sicque factum est. ut ab assidua car
nis petulancia. usque ad mentis per
fidiam perveniret. Quid itaque ali
ud aque excavant lapides
et alluvione paulatim terra con
sumpta est. Culpa subripiente
paulisper infusione peccati. terra cor
dis illius ad consummacionem de
fluxit. Considerat ergo beatus Job
utrasque temptaciones. vel subitam
et immensam. vel lentam atque lon
giorem. Considerat casus hominum
et ex hiis que extrinsecus accedunt
rapiat intimus contemplorum dicens.
Mons cadens defluit et saxum
transfertur de loco suo. lapides ex
cavant aque. et alluvione paula
tim terra consumitur. et homines ergo
similiter perdes. Id est sicut hec in
visibilibus modo subita corruunt modo
paulisper infusa aquarum molli
cione consumuntur. ita etiam eum
que racionabilem condidisti. vel sub
ita temptacione deicis. vel lon
ga aut lenta consumi permittis
atque mox eandem racionabilem crea
turam verbis sequentibus explicat
n. dicens. Roborasti eum paululum
ut in perpetuum pertransiret. Paululum
roboratus est homo. quia hic
vivendi vires ad modicum accepit
ut in perpetuum transeat. ubi eius ter
minus vitam non claudit

b. a

Sed in hac brevitate ubi ro
boratus est colligit. Unde in
perpetuitate inveniatur. vel ut
semper gaudeat. vel ut suscepta
supplicia evadat. Qui profecto
quia paululum roboratus est. ut
in perpetuum transeat. Apte mox sub
dit. Inmutabis faciem eius o.
et emittes eum. Faciem hominis
inmutat. cum eius species
morte atteritur. emittitur vero
quia ab hiis que volens tenuit.
transire ad eterna cogitur nolens. Sed
quia ad illa perducitur. hec que diu
cogitata tenuit. sese qualiter
habitura sint relicta nescit. Unde
subditur. Sive nobiles fuerint p.
filii eius sive ignobiles non
intelliget. Sicut enim hii qui
adhuc viventes sunt mortuorum
anime quo loco habeantur ignorant.
ita mortui vitam in carne
vivencium. post eos qualiter dis
ponatur nesciunt. quia et vita
spiritus longe est a vita carnis.
Et sicut corporea atque incorpo
rea. divisa sunt genere. ita etiam
distincta cognicione. Quod tamen
de animabus sanctis sentiendum est non
quia que intus claritatem dei
omnipotentis vident. nullomodo
credendum est. quia sit foris
aliquid quod ignorent. Quia car ix. ex
nales quique qui amore proprio
filiis inpendunt. hic eos beatus
Job nescire per hunc modum asserit
quod hic vehemencius amantur. ut
sive nobiles sive sunt ignobiles
filii nesciant. quorum eos prius cura
fatigabat. Quamvis si intelligi
spiritualiter dicitur. non incongrue filiorum
nomine opera designantur. sicut de
muliere Paulus dicit. Salva 1 thi. 2
erit per filiorum generacionem. Neque enim
mulier que continentie studens
nequaquam filios generans salva
non erit. Sed per generacionem filiorum sal
vari dicitur. quia perfectum bonorum
operum perpetue saluti sociatur.

Nobiles ergo sunt filii eius opera
ignobiles autem pusilla. Et sepe homo
agere quelibet bona in intencione
nititur. sed tamen pro multis que
subrepiunt eius acta apud
omnipotentem deum qualia ha-
beantur incertum est. Sive ita
nobiles sunt filii eius. sive
ignobiles. non intelligit. quia
subtili examine districti iudicis
apparent eius opera. an reprobe-
tur ignorat. Et homo sic in
dolore laboris positus est. et
illuc ducatur in timore suspicio-
nis. Unde ad hunc de ipso pro huius
R labore vite subditur. At tamen
caro eius dum vivit dolebit
et anima eius super semetipso
lugebat. De coniugibus plerumque
dicit. Tribulationes tamen carnis
habebunt huiusmodi. sed tribulationem
hic pati possunt. etiam qui
spiritualiter vivunt. Cum ergo in
esse coniugibus. carnis tribulatio
quasi specialiter dicitur que eciam a vita
spiritualium longe non est. nisi
quod frequenter maiores tribulationes
ex carne suscipiunt. qui carnis
voluptatibus delectantur. Unde ante
dicitur. Et anima eius super se ipso luge-
bit. quia quamquam in se gaudere
appetit. eo ipso iam in luctu est
quo a vera leticia recessit. vera
quippe leticia mentis creator est.
Dignum itaque est ut in se semper
homo merores inveniat. qui de-
licto creatore in se gaudium que-
xv cap rebat. Sequitur Cap. xv.
S Respondens autem eliphas themani-
tes dixit. Numquid sapiens respondebit
sapiens quasi in ventum loquens. et implebit
ardore stomachum suum. Crebro
iam diximus. beatum Job typum uni-
versalis ecclesie. Amicos vero illius
hereticorum speciem tenere. qui quasi
ex defensione dei occasione
stulte locucionis inveniunt. et contu-
meliosa contra bonos verba
iaculantur. Quibus cuncta que

a fidelibus senciunt. quasi in ventum
prolata displicent. Unde nunc subditur.
Numquid sapiens respondebit quasi
in ventum loquens. Nec bonorum verba
dicta rationis sed stimulos furoris
existimant. Unde et subditur. Et imple-
bit ardore stomachum suum. Quia
ea etiam que se sentire contumeli-
ose dicere student semper ut dam
est ex defensione dei palliare.
Unde eliphas subdit. Arguis verbis
eum qui non est equalis tibi. et
loqueris quod non expedit. Nullum
vero estimant timorem dei habere
nisi eum que potuint ad sue con-
fessionis stulticiam trahere. unde ad-
iungit. Quantum in te est evacuasti
timorem. et tulisti preces coram deo.
Tulisti dicitur abstulisti. Ac si aperte
dicat. Detua iusticia presumens
desperas creatoris tui graciam. Despectui enim
eum verba mala heretici contra bo-
nos non inveniunt. fingunt que
redarguant. ut iusti esse videantur.
et fit plerumque ut ad aperta contume-
liarum verba perveniant. Unde adhuc
subditur. Docuit enim iniquitas
os tuum. et imitaris linguam
blasphemancium. Iniquitas os do-
cet. qui ex mala vita concipitur.
quod peius dicatur. Quia autem beatus
Job. tanto more liber fuerit
quanto iustus in operibus amicis
suis. hereticorum typum tenentibus. et de
iniqua vita. et de audacia ore re-
prehendit ut dicat. Docuit enim
iniquitate os tuum. Ac si aperte
diceret. quod perverse loqueris ex pravitori
vita didicisti. Sepe vero heretici
dum quasi venerantur deum eius
misteriis contradicunt. et huius-
tatem pretermittit si vitatem denegant.
Sunt namque non nulli. qui se deo
iniuriam irrogare estimant si eum
veram carnem assumpsisse fateantur.
aut si huius veracem pro nobis carne
mori potuisse crediderint. Cumque deo
que honoris plus conantur tribuere R
coguntur. veris laudes bonitatis R.
illius denegare. Quid enim ei est

in capitatis sue laude potenter quam
ut illa sibi pro nobis signa ad sus-
ceptionem fecerit que ei vident in dis-
sonantia aut etiam veram carne ve-
ram mortem illius confiteantur.
Sed hec dicens abiectius irrogare
deo contumeliam credit. Unde mox
dicitur. Et imitaris linguam blasphe-
mantium. Cum si quid in hoc mundo
ad iustitiis evenit, hec ei contigisse
ex ipsa hac iniuria sue confessionis
dicunt. Unde adhuc subditur. Con-
dempnabit te os tuum et non ego, et
labia tua respondebunt tibi. Sed enim
ex errore confessionis existimant
mala adversitatis erupisse, labia sua
ei asserunt unde ut culpa eloquii
sit causa flagelli. Aliqui vero compri-
q̃ qi mere vocinantes volunt. Unde Elypha-
ez beatum Iob reprehendere ex ratione
conatur dicens. Numquid primus ho-
mo natus es. et ante colles formatus.
Numquid consilium eius audisti et
inferior te erit eius sapientia. Ac si
illis auctoribus dicat. Cum debito
loqueris peius qui iunior es. qui de
eius sapientia dignitatis perversa quia
eius consilium ignoras. Sed quia ad hoc
heretici verba dulce defensionis
assumunt, ut docti esse videantur,
et dum diuinam gloriam defendere
videntur, suam etiam hominibus in-
notescunt, ipsa hoc elyphaz subiuncta
verba testantur qui loqui quidem de
sapientia dei cepit, sed statim in elacionem
cecidit dicens. Quid nosti quod igno-
remus. quid intelligis quod nesciamus.
Que videlicet dicta patenter ostendunt
ex qua mentis elacione prodeant
quod quasi ad divinam defen-
sionem sonant. Sequitur. Et senes et
antiqui sunt in nobis multo vetus-
tiores quam patres tui. Quia omnes
heretici a sancta universali ecclesia sunt egressi
testatur Iohannes qui ait. Ex nobis
prodierunt sed non erant ex nobis. sed
ut ea que asserunt. commendare
stultis mentibus hominum quasi de an-
tiquitate possent, antiquos patres

se habere testantur. atque ipsos doctores
ecclesie sue professionis ingressos dicunt.
cumque praedicatores patres despiciant
de antiquorum patrum magisterio
falsam presumptione gloriantur. ut ea que
ipsi dicunt, etiam antiquos patres
tenuisse fateantur. Quatenus hoc quod
rectitudine astruere non valent. quasi
ex illorum auctoritate confirmet. Quia
vero scriptum est, quem diligit dominus — hebr 12
castigat, flagellat autem omnem filium
quem recipit. Sepe sancta etiam multos
in hac vita ad iustitiatibus laborat
et reprobos vita tanto sine fla-
gello dimittit, quanto ad nulla
primia servat. Sed [afflictos] ecclesiones sancte — afflictos
ecclesie videntes heretici eam despiciunt,
et tot illam flagellis atteri ex
prave professionis merito suspicantur
Unde ad hoc subditur. Numquid grande
est ut consoletur te deus. sed verba
tua prava hoc prohibent. Ac si
patenter dicat. Si professione fidei
corrigeres, iam divina consolationem
a flagellis habere potuisses. Sequitur.
Quid te elevat cor tuum. et quasi — xi.
magna cogitans. attonitos habes
oculos. Sepe iustorum mens ita
ad altiora contemplanda suspenditur
ut ex hiis corporis sensus obstupui-
sse videatur. Sed quia heretici con-
templacionis vim in occulto he-
reticis agere ignorant, hoc a iustis
erroris sapientibus fieri magis per
ypocrisim quam per veritate putant.
Quia hoc quod ipsi habere nequiunt
in esse valeant aliis non suspicantur.
Sequitur. Quid tumet contra — v.
deum spiritus tuus. ut proferas
de ore tuo huiuscemodi sermones.
Plerumque iusti aliquibus necessitatibus
afflicti sua opera cogunt fateri. quod
beatus Iob fecerat. que post iusta
flagella deprimebat. Sed ea cum
dicta in iusta audiunt, heretici pelacionis
pacius quam pravitatem existimant
prolata. Ex suis enim cordibus verba
iustorum pensant, et dicta humiliter

posse verba bona non estimat. Grauis
enim generis culpa est sibi hec
honorem arrogare, quod non est sic
plerumque culpa nulla est. Si sim-
plex bonum dicat quod est. Unde
sepe contingit ut iusti et iniusti
habeant verba similia, sed tamen
cor longe dissimile. Et ex quibus
dictis dominus ab iniustis offenditur.
In eisdem quoque iustis placatur.
Nam phariseus ingressus templum dicebat
Ieiuno bis in sabbato
decimas do omnium que possideo.
Sed iustificatus publicanus magis
quam ille exiit. Ezechias quoque rex
cum molestia corporis afflictus
ad extremum vite peruenisse corde
Ys 38 compunctus dixit, Obsecro domine
memento queso quomodo ambulauerim
coram te in veritate et in corde
perfecto. nec tamen dominus hanc confessionem
presumptionis eius despexit. a remit
que mox in suis precibus exau-
diuit. Ecce phariseus se iustificat
in opere. Ezechias se iustum asserit
etiam in cogitatione. atque vnde ille
offendit. inde iste dominum placauit.
Cur itaque hec nisi quia omnipotens
deus singulorum verba a cogitatio-
nibus pensat. Et in eius auri-
bus superba non sunt. que humili
corde proferuntur. Unde beatus Job
cum sua opera protulit coram deo
in bono tenuit. quia ea que
veraciter fecit humiliter dixit. Sed
solent heretici dictis errorum suorum
vera aliqua permiscere. et amici beati
Job quamuis in reprehensione eius
omnimodo fallant, possunt tamen
et quedam vera dicere. que ex illius
assiduitate didicerunt, quorum
dicta si omnia refutanda essent
Eliphas sententiam paulus apostolus
minime protulisset dicens Appre-
i cor 3 hendet sapientes in astutia eorum.
Quia igitur et ea que recta dicunt
contra beatum iob non recte dicunt
Nos in eorum dictis tollerans vicem
in discretionis, et discutiamus vices
x rtitudinis Sequitur. Quid est ho-

ut immaculatus sit. Eo enim ipso
quo dicit homo terrenus exprimitur
et infirmus, homo enim ab humo
appellatus est. Et quomodo esse valet
sine macula qui sponte sua ad
infirmitatem cecidit sicut dictum
ubi et ad dicitur. Et ut iustus ap-
pareat natus de muliere, prima que
in iniusticia viro propinauit in paradiso
quo ergo iustus apparebit qui de
illa natus est. que iniusticie pro-
pinatrix extitit. Sequitur. Ecce
inter sanctos eius nemo inmutabilis
et celi non sunt mundi in conspectu y.
eius. Hoc celorum nomine nunc reperit
quod sanctorum plus appellatione signat
Nam de eisdem sanctis scriptum est
Celi enarrant gloriam dei qui per
naturam omnes in semetipsis propriam
mutabilitatem habent. Sed dum inmu-
tabili veritati semper studiose inherere
desiderant in herendo agunt ut
inmutabiles fiant. Cumque ad hanc
toto se affectu teneant, quamque acci-
piunt ut super semetipsos inmuta-
biles constiterint. Quid enim mu-
tabilitas nisi mors quedam est
que dum qualibet in aliud mutat
quasi occidit quod fuit, ut incipiat
esse quod non erat. Et de auctore omnium
Not scriptum est, Qui solus habet in-
mortalitatem, Qui ipse solus videlicet
in semetipso inmutabilis est. De quo
per iacobum dicitur. Apud quem non est
transmutatio. nec vicissitudinis ob-
umbratio. Ipsa enim mutabilitas
umbra est. que quasi obscuraret
lucem. si hanc per aliquas vicissitu-
dines permutaret. Sed quia in deum
mutabilitas non venit nulla eum
~~lumen mutabilitatis non venit~~
~~nulla eius~~ lumen umbra vi-
cissitudinis intercidit. Unde autem
dicitur celi non sunt mundi in conspectu
eius, quia per semetipsos cum distric-
tum dei iudicium. nec ipsi esse mundi
ad perfectum esse possunt qui mundicie
predicatores sunt Johanne attestan-
te qui ait. Si dixerimus quia peccatum
non habemus ipsi nos seducimus. Si
igitur inter sanctos illius nemo inmutabilis.

et celi in conspectu eius non sunt
munda. quia apud se de districte
operis perimuntur. Unde et subditur.
A Quanto magis abhominabilis et in-
utilis homo qui bibit quasi aquas
in iniquitate. Quem in inmaculatum
prius hominem et iustum. Ipse posse
esse negaverat. Hunc abhominabilem
et inutilem modo appellat, abhomi-
nabilem scilicet propter immundiciam
macule, inutilem vero propter iusticiam
imperfecte vite. Quem tamen abhomi-
nabilis et inutilis intelligi aliter potest.
Aliquando enim homo pro usus quedam
recte agere videtur sed peccata que iniqua
sunt. etiam ea que eius sunt recta
destruunt. Et quia multum deo
B. displicent mala. nec illa placent
que videntur bona. Qui ergo in
malis suis abhominabilis deo est
in bonis est inutilis. Quia dum
se perversa opera deo execrabilem
exhibet, nec illud de eo quod rectum
videtur placet. Bene autem additur
Qui bibit aquas quasi iniquitatem
hoc namque quod comeditur cum mora
glutitur, quia manditur ut glutiatur
Quod autem bibitur ad glutiendum mo-
ram non habet. Quasi ad mandu-
candum necessitate non habet. Culpa
ergo quasi absorbitur homine sine
ulla retractione perpetratur. Quasi aqua
iniquitatem bibit, qui eam illatam
sine timore facit. quasi potum iniusticie
sue obstaculo deglutit. Sequitur.
C Ostendam tibi audi me. quod vidi
narrabo tibi. Sunt hoc omnes arro-
gantes proprium ut cum recte quid
vel parum senserint in usum hoc ela-
tionis inflectant. atque unde prestanciores
sibimet altiores fiunt. Inde peio-
rem in foveam elationis cadunt. se
quasi doctis doctores estimant. reverenciam
sibi a melioribus exigunt. et docere se-
niores quasi ex auctoritate contendunt
Unde nunc dicitur. Ostendam tibi audi me
Et quasi cum maiori auctoritate docet
is qui audivit. quam is qui ea que vidit
loquitur, ut fortiorem sibimet aucto-
ritatem eliphaz arrogaret dicit. Que vidi
narrabo tibi. Quia vero non

iniqua heretici de doctrinis suis
patribus confundunt, et tamen cum
sensus quasi ex auctoritate ad medium
proferunt, ex quorum stulticia inre-
prehensibiles se arbitrantur, recte ipsorum hereticorum stulticie
audacia subinfertur cum dicitur.
Sapientes confitentur et non ab-
scondunt patres suos. Iniquorum et
laude perfruuntur. et eos velut soles Ecclesie
~~exstitisse~~ prefuisse gloriantur. Unde adhuc
subditur. Quibus solis data est terra
et non transibit alienus per eos. So- D.
lis suis patribus datam terram ex-
istimant. quia solos errorum suorum
magistros rexisse vatis ecclesiam pu-
tant. Quibus vero alienus id est apo-
stata angelus vocatur. Unde et propheta
dicit. De cunctis simul malignis
spiritibus. Quoniam alieni insurrexe-
runt in me et fortes quesierunt
animam meam. Heretici igitur quia
doctorum suorum corda apostate an-
gelo existimant non fuisse subiecta
transisse per eos alienum denegant
Cum videlicet alieno per eum quem eius
transire, iniquitas in corde eius co-
gitationes immittere. Unde et propheta
propheta de malignis spiritibus contra
constantem animam dicit. Et dixerunt no 71
anime tue incurvare ut transe-
amus. Sed eliphaz themanites
quia quedam narraturus au-
diri vult. Quamvis multa que
dicenda sunt sciat, sed que beato
iob dicenda non erant nesciat
audiamus summas quas contra beatum iob
protulit. nec debemus enim. sed hoc solum
pensare quod dixit. Cunctis diebus suis E.
superbit impius. Solent etiam electi
in quibusdam suis cogitationibus
atque actibus superbire. sed quia electi
sunt. cunctis diebus suis superbire
non possunt, quia priusquam vitam
finiant ad humilitatis metum ab
elatione cordis commutantur. Impius
vero omnibus diebus suis superbit
quia sic vitam terminat. ut ab
elatione numquam recedat. et inspi-
cit quod temporaliter floret. et pensare
negligit quo in eternum ducitur
in vita carnis fiduciam ponit. ea
que diu permanere estimat. que

Duorum superbia
Electi et
reprobus.
Electus
temporaliter
Reprobus
perpetualiter.

ad prius tenuit solidatur in elatione
animus in despectum adducitur
omnibus proximis quam repentina
mors subrepat nequaquam considerat
quam sit eius incerta felicitas
nequaquam pensat qui se in celsitudine
fugitive vite conspicit in transitoriis
nequaquam tenet. Unde bene subditur
Et numerus annorum incertus est tyran-
nidis eius. Superbire enim minime
debuisset, etiam si annorum suorum
certum numerum habere potuisset. ut sci-
ens quantum viveret prospiceret qualiter
se ab elatione removeret. At quoniam
presens vita semper incerta est,
tanto mors semper subrepens
timeri debet, quanto nequaquam
XIII F. provideri valet. Usum autem superbia
impii tyrannidem vocat, proprie enim
tyrannus dicitur qui in communi re-
publica non iure principatur.
Sed sciendum nobis est quod omnis
superbus iuxta modum proprium
tyrannidem exercet. Nam quod
nonnumquam alius iure publica
hic per acceptam dignitatis potentiam,
alius in provincia, alius in civitate,
alius in propria domo, alius per la-
tentem nequitiam hoc exercet apud
se in cogitatione sua. Nec intuetur
Dominus quantum mala quisque facere
valeat, sed quantum velit. Et cum
deest potestas foris, apud se tyr-
rannus est, cui iniquitas dominatur
intus. quia et si exterius non af-
fligit proximos, intrinsecus tamen
appetit habere potestatem ut affligat.
Et quia omnium corda pensat, ita
in eius oculis impius fecit quod
cogitavit. Ad hoc autem Conditor
Mors est nobis incerta. noster latere nos voluit finem nostrum
ut dum incertum sit quando mori-
amur semper ad mortem parati
inveniri debeamus. Unde recte
dictum est: Cunctis diebus suis
superbit impius. Adiungit: Et nu-
merus annorum incertus est tyrannidis
eius. Ac si aperte diceret: Cur se
de facto extollit, cuius vita sub pe-
incertitudinis tenetur? Sed omnipo-
tens prave agentibus non solum
ventura supplicia reservat, sed eorum

corda hic etiam ibi delinquunt penis
implicat, ut eo ipso quo peccant se-
metipsos feriant, ut semper trepidi
semperque suspecti mala ab aliis pati
metuant, que se aliis fecisse memi-
nerunt. Unde adhuc de eisdem subditur:
Sonitus terroris semper in auribus G.
illius. et cum pax sit, ille
insidias suspicatur. Nichil autem
simplici corde felicius. quia quo in-
nocenciam erga alios exhibet, nichil
est quod pati ab aliis formidet. Habet
enim autem quandam fortitudinis
simplicitas suam, nec suspicatur ab
alio pati quod se fecisse non meminit.
Pro. 17. Unde bene per Salomonem dicitur: In timore
Domini fiducia fortitudinis. Et rur-
Secura sum ait: Secura mens quasi iuge
convivium. quia enim continuatio
refectionis est ipsa tranquillitas
securitatis. At contra mens prava semper
in laboribus est, quia aut molitur
mala que inferat, aut metuit
ne hec sibi ab aliis inferantur. Et quod
quid contra proximos cogitat, hoc
contra se a proximis excogitari formi-
dat, fit undique suspecta, undique
trepida, omnis qui ad memoriam
venit contraria exquirere creditur.
Cui ergo tranquillitatis securitas de-
est, huic procul dubio terroris sonitus
semper in auribus est, et sepe con-
tingit ut alia quelibet proximo suo
simpliciter loquatur. Nil ad usum co-
gitet, sed cum pax sit ille insidi-
as suspicatur. Quia qui semper
dolose agit, simpliciter erga se agi
non estimat. Et quia scriptum est:
Pro. 18. Impius dum in profundum peccatorum
venit contempnit. In volutus in-
iquitatis sue tenebris iam de luce
desperat. Unde sequitur: Non credit H.
quod reverti possit de tenebris circumspec-
tans undique gladium, quia dum
feriri undique insidiis se credit,
salute desperata semper ad nequitiam
excrescit. Aliquando iste prius etiam
superna iudicia attendit, et super se
hec venire metuit. Sed cum stipen-
dium vite presentis querit, hec eadem
iudicia que metuere ceperat, anni-

ac devictus insania contempnit eumdem se mori in peccato existimat posse, sed tamen a peccato non cessat. Unde subdit. Cum se noverit adquirendum panem. novit quod paratus sit in manum eius tenebrarum dies.
6. Panis etenim stipendium vite presentis. tenebrarum vero dies temporis ultionis accipitur. In actu itaque suo aliquis iste positus iram superni iudicii previdit futuram, sed amando mundum audit. Ut ipsa etiam quoque abeuns in tenebris valeat abiri, a cecitate aut conscientia sua feriri se metuit, sed tamen semper auget quod feriatur. contempnit etenim reditum suum. desperat veniam. superbit in culpa, sed tamen ipsem sue nequicie intus habet timorem. et quamvis prima videatur foras audacter agere, deintus tamen apud semetipsum trepidare cogitur. Unde
xiiij. scriptum est. Cum enim sit timenda
Sap. nequicia dat testimonium condempnacionis.
[?] quia cum iniquitas quis perpetrat pavet quod fecit et aptus dampnacionis testis est. Ipse timor iniquitatis. quia et timet quod agit. et tamen malum non vincit quod timet.
J. De quo adhuc subditur. Terrebit eum tribulacio et angustia vallabit eum sicut regem qui vallatur ad prelium. In omne quod iniquus agit tribulacione et angustia vallatur. quia cor eius anxietate et suspicione confundit. Alius occulte appetit aliena diripere. qui laborat in cogitacionibus ne deprehendi valeat. alius relicta veritate mentiri deliberat. ut audientem animum fallat, sed quantus labor est sollicite custodire. ne pravi eius fallacia deprehendi queat.
J. Ponit quippe ante oculos quod sibi veritatem scientibus videri possit. et magno cogitatu perscrutat quomodo per angulata falsitatis documenta veritatis exsuperet. hinc inde se circumtegit. et contra hoc ubi deprehendi potuit veritati similem visionem querit. qui si vellet verum dicere utique potuisset, plana quippe veritatis via. grave est iter mendacii. Unde et propheta dicit. Docuerunt linguam suam loqui mendacium. ut inique agerent laboraverunt. Bene ergo dicitur. Terrebit eum tribulacio et angustia vallabit eum. Quia apud semetipsum in labore tribulacionis deficit. qui securitatis sociam viam veritatis relinquit. Quem bene regi preparato ad prelium comparat. quia in eo ipso malo quod agit et terretur et festinat. et ex conscientia trepidat et ex desiderio audacter metuit et superbit pavescit ex suspicionibus et mente per audaciam erigitur. Ab eodem quoque quia rex qui preparatur ad prelium sit de hoste suspectus est ut eundem quoque quem ducit exercitum metuat. ne labefacte ne destitucione militum iaculis pateat in inimicorum. Iniquus ergo angustia vallatur sicut rex qui paratur ad prelium. quia videlicet falsa agens. falsa loquens formidat ne suos amittat milites et argumenta falsitatis. et veritatis iaculis pateat. si ei fortasse defuerit quod ex fallacia opponat, sed quamvis animus trepidet. quamvis conscientia afficiet, cupiditate tamen sua iniquus vincitur et suppresso pavore audaciam de iniquitatibus sumit. et sepe etiam ultione menti proposita se contra deum erigit. quibus ab eo ad usque premium deliberat. dum modo fiat. dum valet omne quod placet agat. Unde et adhuc subdit. Tetendit enim adversus deum manum suam. et contra omnipotentem roboratus est. cucurrit adversum eum erecto collo et pingui cervice armatus est. Hec de ipso iniquorum capite scilicet antichristo senciunt. qui contra deum erigens manum roborari dicitur. quia pro tempore permittitur exaltari. ut cum ad modicum gloriari sinitur eo atrocius in perpetuum puniatur. Sed quia eius membra sunt omnes iniqui, hoc quod in fine mundi ille tunc vim

sine labore

singularis est actuus. Videamus
k. qualiter modo a singulis agatur malignis. Sunt namque nonnulli qui et si quaedam aliqua agere contra omnipotentis dei iudicium nituntur, ipsa in possibilitate explende sue voluntatis fracti ad semetipsos respiciunt, atque ad eum quem contempnere voluerunt convertuntur, et qui discedere longe poterant si quod vellent implere valuissent, per hoc aliquando salvantur, quia quod nequiter voluerunt implere nequiverunt. Unde et ad se reducti tunc sue conditionis aspiciunt, et plangunt se contraria voluisse veritati. Et sunt nonnulli qui hoc quod perverse contra deum appetunt, iusto dei iudicio nequius perficiunt, et cum eos malicia accendit, potestas roborat. tanto iam semetipsos in errore cognoscere nequeunt, quanto in rebus affluentibus extra se per potentiam semper trahuntur. De quorum intentione nunc dicitur: Tetendit enim adversus deum manum suam et contra omnipotentem roboratus est. Contra deum quippe manum tendere est in operatione iniqua perversa despectis dei iudiciis perseverare. Et quia tunc magis irascitur deus cum permittit impleri quod saltem in cogitatione concipi non debuit, contra omnipotentem in quo iste roboratur. quia prosperare in mala sua actione permittitur contra ius et per ipsa faciat et tunc feliciter vivat. De quo adhuc subditur: Cucurrit adversus eum erecto collo.

xv f. Erecto collo contra deum currere est. ea que creatori displicent cum audacia perpetrare. De quo recte dicitur cucurrit. quia in malo opere obstaculum de adversitate non habuit. De quo adhuc additur: Et pingui cervice armatus est. Pinguis cervix est opulenta superbia affluentibus videlicet rebus quasi multis carnibus fulta. potens ergo iniquus in pingui cervice contra deum armatur. quia rebus temporalibus tumens contra precepta vite quasi de magnitudine carnis erigitur. Quid enim paupertas nisi quedam macies? Et quid habundancia rerum nisi quedam pinguedo est vite presentis. Pingui ergo cervice contra deum se erigit. qui habundanciam in superbiam assumit. Sunt enim hoc potentes et iniqui plerumque qui fallacibus diviciis occupati veras dei opes negligunt. Et quanto minus quod verum est requirunt, tanto amplius falsis diviciis extolluntur. Cura enim multiplex terrenarum rerum. quia occupat et excecat. Unde adhuc apte subiungitur: Operuit faciem eius crassitudo.

Visus quippe in facie est. et quia et prima honorabilior corporis pars est. m. Quo ergo in merito mentis intento per faciem designatur. qua quolibet vertimus illuc videmus. Faciem ergo crassitudo operit. quia desiderium terrenarum rerum habundancius oculos mentis premit. Et hoc quod in eis rationabile esse debuit. ante oculos dei fedat. quia curis multiplicibus aggravat. Quibus tamen nec solum sufficit ut ipsi superbiant. nisi hii qui eis coniuncti sunt. de eorum pinguedine etiam ipsi glorientur. Nam sunt nonnulli qui proximis maioribus adiuncti superbiunt. et de eorum potencia contra impotentes extolluntur. Unde adhuc subditur: Et de lateribus eius arvina dependet. n.

Quia arvina pinguedo carnis est. latera dicere divitum solemus eos quos eis coniunctos cernimus. Arvina de eius lateribus dependet. quia cum quis potenti et iniquo adheret. ipse quoque de eius potencia velut ex pinguedine rerum tumet. et parum perversi in iniquitate sequens deum non timeat. quos valet et proximum valet pauperes atque affligit. de gloria temporali cor elevet. Cum ergo talis est qui iniquo potenti adheret. de eius profecto latere arvina dependet. De quibus adhuc subditur: Habitabit in o. civitatibus desolatis et in domibus desertis. que in tumulos sunt redacte

Quia enim a conuersatione unicuique ciui-
tas appellatur, ciuitates desolate sunt
ipsi obsequium cuiusquam prauorum morum
clamoribus prauus iste laudatur. Cum
aspera opera pro nequicia rapit. Unde
scriptum est: Laudatur peccator in desideriis
anime sue, et iniquus benedicitur. Do-
mus vero deserte sunt cogitationes
sue, quas iniquus iste inhabitat.
Quia pro omne quod agit ignotorum hominum
cogitationibus placere appetit, quasi ciuita-
tes desolate et domus deserte inco-
luntur. Quia omnipotens deus talium
conuersationes cogitationesque precedentibus
eorum culpis relinqueret, ad permanendum
gloria mansione perueniret. Unde autem
dicitur: Que in tumulos sunt redacte.
Animarum quoque domorum, uel ciuitatum
edificia tumulos faciunt. Qui dum pre-
munque conscisis actionibus sibimetipsis
ad peruersa opera iungitur, ostendunt procul
dubio quia de edificio uite cecide-
runt. Sequitur: Non habitabit neque per-
seuerabit substantia eius nec mittet in terra
radicem suam. Ex hic dictum est: Non
habitabit. Iniquis prauis cordibus reppi-
no ditabit. Sed finis non distrepat
quamuis sermo discordat. Iste enim
ditatur virtutibus, cuius mentem inhabitat
omnipotens deus. Sed quia superbi cogitatio
abiectoris sui gratia non inhabitabit,
perfecto virtutibus non ditatur. Et quia ergo
quod intus est vacuus dicitur Non
inhabitabit. Et hoc vero quod transitorium
foris timet rite subiungit. Nec
perseuerabit substantia eius. Ac si a-
perte dicat: hoc quod habere videtur
exterius transit, et illud quod capere non
potuit interius non habet. Unde apte
subiungitur: Et mittet in terra radicem
suam. Quia si de hac terra dictum ac-
cipimus, liquet proculdubio quod arbor
que in terra radicem non habet, uel le-
uissimis commota flatibus cadit,
et superbus quisque dum contra omnipote-
tem deum roboratur, dum currit, e-
recto collo, et in pingui ceruice contra
auctorem erigitur, stare quasi arbor
uidetur. Sed status eius sine radice est,
quia uelut ad leue flatum sic ad

motum occulte sententie uita illius
eruitur. Si uero hoc loco terram eterne
eterne vite retributionem accipimus
de qua propheta ait: Portio mea in
terra viuentium. In ea iste terram
radicem suam non mittit, quia nunquam
ad eterne uite desiderium cordis sui
cogitationem plantat. Quod enim ra-
dix arbori, hoc unicuique homini
cogitatio sua est. Quia teo quod ex-
terius videtur per illud tenet quod in-
terius non videtur. Unde et per prophetam ys 36
dicitur: Mitte radicem deorsum et fa- et
ciet fructum sursum. Cum enim cogitatione
mentem ad compaciendum in digenti
proximo tendimus, quasi radicem
deorsum mittimus, ut retributio-
nis fructum sursum faciamus.
Sequitur: Non recedet de tenebris. Si R.
superbus iste culpa ad iusticiam
redire voluisset de tenebris
recederet. Sed quia iusticie lumen
non querit, de tenebris non rece-
dit. Cuius etiam exitus subditur qui et
adherent in eternis pre vectibus an-
helant. Auaricie facibus accen-
duntur, desideriorum carnalium igni-
bus uruntur. Unde et subditur: Ramos
eius arefaciet flamma. Sunt enim xvi. q.s
quosdam sibi etiam patriam
querentes adiunget, ramos iste
vides habet. Sed quia ipsi quoque
qui ei coniuncti sunt eternis deside-
riis estuant, et dum desideriorum eius
flamma clientum eius animos accen-
dunt, scilicet ramos eius arefaciunt
ut fructum boni operis non ferant,
quia ad appetenda infima praue nequitie
anhelant. Bene autem subditur:
Et auferetur spiritu oris sui. Superbus S.
etenim quisque quo in hac vita plus
valet, eo sibi lingue frena au-
dacius relaxat, ut quo loquatur
peruersa quelibet, nullum de auditoribus
suis metuat. Istos contumeliis
feriat, illos maledictionibus iaculetur.
Non nunquam in blasphemiam contra
conditorem rapitur. Sicut per psalmistam
dicitur: Posuit in celum os suum et
lingua eorum transiuit super terram. Unde Luc 16
et diues in igne positus stillam

sibi aquam ex digito lazari in lingua postulabat. quia ex re intelligitur Quia ubi amplius peccaverat ibi atrocius ardebat. Recte ergo nunc dicitur. Et auferetur spiritu oris sui. quia eo percussionis sententiam accepit. quo oris sui spiritum sub divina formidine non restrinxit. Sequitur. Non credat frustra errore deceptus quod aliquo pretio redimendus sit. Plerumque post culpam etiam facimus quasi quibusdam actibus pretium damus. Unde et per prophetam deo qui hec non agit dicitur. Non dabit deo placationem suam nec pretium redemptionis anime sue. Nonnumquam vero divites elati inferiores opprimunt aliena rapiunt et tamen quasi quedam aliis largiuntur. et cum multos opprimant aliquando quibusdam opem defensionis ferunt. et per iniquitatibus quas numquam deserunt pretium dare videntur. Sed tunc elemosine pretium nos a culpa liberat cum perpetrata plangimus et abdicimus. Nam et qui semper peccare vult et quasi semper elemosinam largiri. frustra pretium tribuit. quia non redimit animam quam a viciis non compescit. Unde nunc dicitur. Non credat frustra errore deceptus. quod aliquo pretio redimendus sit. Quia elemosina superbi divitis eum redimere non valet. quia perpetratam simul rapina pauperis. ante dei oculos ascendere non permittit. Quod fortasse intelligi et aliter potest Quia sepe superbi divites tanto elemosinam tribuunt non habitare perenne vite desiderio. sed pro extendenda vita temporali largiuntur. mortem se differre dationibus credunt. Sed non credat frustra errore deceptus. quod aliquo pretio sit redimendus. quia ex impenso munere obtinere non valet ut finem debitum evadat. cuius etiam nescientia intercipit vitam. Unde et subditur. Antequam dies eius impleantur peribit. et manus eius arescet

Ecci 20

Elemosina vera et falsa

Prefixi dies singulis ab interna dei presciencia. nec augeri possunt nec minui. nisi contingat ut ita presciantur ut aut cum optimis operibus longiores sint. aut cum pessimis breviores. Sicut Ezechias augmentum dierum meruit in compunctione lacrimarum et sicut de perversis scriptum est. Indisciplinatis obviat mors. Sed sepe iniquus quamvis in occulta dei presciencia. longa vite eius tempora non sint predestinata. ipse tamen quia carnaliter vivere appetit. longos animo dies proponit. et quia ad id tempus pervenire non valet quod expectat. quasi ante dies suos impleantur perit. Quod tamen intelligere et aliter possimus. Plerumque enim considerantes quod perversa agere. et usque ad senectutem ultimam pervenire. Quod ergo nunc dicitur. Antequam dies eius impleantur peribit. Cum in quibusdam sepe videamus. quia etate longa iam membris deficiunt. et tamen pravitatis suam corporis desideria exequi non desistunt. Sunt namque non nulli qui post vitam perditam ad semet ipsos redeunt. et accusante se conscientia perversa itinera relinquunt commutant opera. antique pravitati sue contradicunt. terrenas actiones fugiunt. superna desideria sectantur. Sed per quosdam in eisdem suis desideriis solliditur. per torporem mentis. ad ea que dimiserant repente redeunt. atque ad mala que fugere disposuerant recurrunt. Quia enim sepe contingit ut per utilitate multorum. et sancti viri exterioribus actionibus premantur. et populorum gubernationibus occupentur. hoc isti aspicientes. et pro vetustate adhuc superbiam imitari querentes exterioribus se actionibus inserunt. Sed quando adolescentes eruditi in spiritualibus veniunt. tanto eis carnaliter exeunt. Nisi enim prius cor studio longo et diutina compunctione in celestibus convalescit. cum ad exteriorem agenda refunditur ab omni statu boni operis eruditur.

Jere. V.

Huic rei quoque de hoc iniquo dicitur: Antequam dies eius impleantur peribit. Quia et si quid boni fortis se agere cepit, pugnam per longitudinem temporis cum valescat ad exteriora relabitur, et perverse deserit que recte inchoasse videbatur. Unde et apte subditur: Manus eius arescent. Quia dum exterioribus actibus intempestive involvitur, ab omni nimirum bona operatione siccatur. Unde adhuc bene subditur: Ledetur quasi vinea in primo flore botrus eius, et quasi oliva proiciens florem suum. Congregatio enim hypocrite sterilis. Nondum quippe hic de hoc iniquo generaliter loquitur, ut tamen divinus sermo ad specialem eius nequitiam deveniet. Qui enim dicens: Ledetur quasi vinea in primo flore botrus eius, et quasi oliva proiciens germen suum, protinus subdit: Congregatio hypocrite sterilis, patenter indicat quia in hoc iniquo reprobacionis sententiam contra eius hypocrisim infert. Sed nunc pensandum nobis est quare hypocrita sicut vinea in primo flore, vel sicut oliva florem proiciens comparetur. Si florentem vineam per inequalitatem aeris immoderatum frigus attigit, protinus ab omni humore viriditatis arescit. Et sunt nonnulli qui post peracta opera sanctitatis secularia appetunt, sed prius (ut diximus) desideria bona roborent, quedam prioris seculi prosperitas accipit, que eos rebus exterioribus implicat, et eorum mentem dum a calore intimi amoris retrahit, quasi ex frigore extinguit, et quod prius in eis de flore virtutum apparere videbatur interficit. Interius quippe actibus valde frigescit animus, si nec dum fuerit per intima dona solidatus. Unde necesse est ut nullorum maiora vel exteriora que humanis sunt necessitatibus profutura illi exercenda suscipiant, qui hec condiscere atque sub semetipsis premere ex virtute intima noverunt. Nam cum infirmus quisque ad locum regiminis vel ad exteriora queque retrahitur, quo quasi extra seducitur eradicatur. Quia et arbor que radices suas prius in altum non mittit, citius ventorum impetu percutitur, si se ad altum verticem extollit, eo citius ad yma corruit, quo altius in aere sine radicibus excrevit. Nonnumquam vero florentem vineam non frigus sed estus arefacit. Cumque immoderato calore tangitur, discusso flore botrus tabescit. Et plerumque contingit ut hii qui ad bona opera recta intentione non veniunt, sed cum se hominibus placere vident, ad exercendum hec eadem opera vehementius accendantur, humanis placitum oculis agere anxie studeant et quasi sancto studio fervescant. Quid itaque istos nisi in flore estus contingit, quos humane laudis appetitus a fructu alienos facit. Unde et bene subiungitur: Et quasi oliva proiciens florem suum. Oliva quippe dum in flore est, si immoderata nebula tangitur, a plenitudine fructum vacuatur. Et quotiens inchoantes quique bona opera laudari ab insipientibus ceperint atque in suis laudibus delectari, fit caligo intelligencie in cogitatione, ut iam discernere nesciat qua intentione quid faciat, et fructum perdit operis velud ex nebula favoris. Unde per Salomonem dicitur: Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt. y. Cant. 7 Florent quippe vinee cum mentes fidelium bona opera proponunt. Sed fructus non pariunt, si ab eo quod proposuerunt aliquibus victi erroribus infirmantur. Non ergo mirandum est si vinee floreant, sed si flores ad partum fructuum convalescant. Quia mirum non est si quis bona inchoet, sed valde mirabile si intentione recta in bono opere perduret. Unde XVIII z.

Oliva

In bono perseverare est difficile :-

fit plerumque ut si in bono opere
rectam intentionem non tenet, etiam
ipsum hoc opus quod bonum
credit amittat. Nam quosdam
sepe videmus terrena que possede-
rant reliquisse, et nil cupitorum
querere, nullis per hanc vitam injuriis
admisceri. Cum itaque hoc ipse
fidelis anima ostendit, quasi
olyua florem protulit. Sed cum
quidam ex talibus rursus ceperint
mundi gloriam quam contempserant
querere, et terrenis actibus quos
spreuisse videbantur insatiabiliter in-
hyare, injurias vicinis, proximorum
lesiones exquirere, nimirum proiecit
olyua florem quem proposuit, et
rudimenta boni studii ad perfecta
opera non perduxit. Sed sciendum
quia hec semper eis eveniunt
quia deum puro ac simplici cor-
de non sequuntur. Unde recte subditur:
Congregatio enim ypocrite sterilis.

Ypocritarum bona opera non sunt pura

Ceptum enim bona non amitteret
si ypocrita non esset. Cogitur
vero et ypocrite bona opera, sed eorum
sterilis est ipsa congregatio, quia pro hoc
quod agunt fructum recipere in eterna
retributione non appetunt. Fecundi
ac virides in suis operibus humanis
oculis videntur. Sed in conspectu
occulti iudicis infecundi et aridi
apparent. Sepe vero estu aua-
ricie accensi, eo maiora de se
opera humanis oculis ostendunt
quo ampliora sibi ab hominibus
offerri munera appetunt. Unde adhuc
subditur: Et ignis devorabit tha-
bernacula eorum qui munera libe-
ter accipiunt. Sicut enim corpus
in thabernaculo, sic mens habitat
in cogitatione. Et ignis thaberna-
cula devastat. Et fit plerumque
ut ypocrita ante omnes ut quemque cor-
poralia accipere recuset ab hominibus,
sed quia hec non accipit maiores
ab eis laudes recipere querit.
Sed fortasse munus se accepisse
non estimat, quia bona corporalia
accipere recusat. Unde sciendum est quia
aliud munus amanum, aliud de

denotat ad estus auaricie cogitationes

vero ab ore porrigitur. Nam qui muni-
tribuit munus ex manu dedit. Qui
autem libamen laudis impendit mu-
nus ab ore protulit. Ypocrita itaque
et si exteriora dona que terrene
forsitan necessitati congruunt ac-
cipere recusat, plus est quod hoc retribui
appetit, cum ultra meritum laudari
desiderans munus ab ore querit.
Et quia in ipso laudis appetitu
nimio cor ardore ~~attendit~~ suc-
cenditur, dicitur recte: Et ignis devora-
bit thabernacula eorum qui munera
libenter accipiunt. Sin vero eorum
thabernacula corpora debemus accipe-
re, quibus anime illorum continentur, ignis
eorum thabernacula devorat, quia qui
hic in mente ardent igne aua-
ricie, illic etiam in carne concremantur
ignibus iehenne. Et quia mens
ypocrite nunquam vacat a malitie
cogitatione. Nam sine termino quemque
sine laudem appetit, hec aliis in-
videt que sibi tribui anhelat et
tanto ceteros perversos ostendere mo-
litur quanto videri sanctior omnibus
appetit, ut ex eo alii despicabi-
les fiant, ipse venerabilior semper
appareat. Unde fit ut de opinione
proximi, aut humana iudicia lingue
sue laqueos protendat, ut eorum
quibus placere appetit soli estima-
tionem capiat. Unde et sequitur: Concepit
dolorem et peperit iniquitatem, et
uterus eius preparat dolos. Dolorem
quidem concipit cum perversa cogi-
tat. Iniquitatem parit cum ex-
plere cepit quod cogitavit. In vide-
do dolorem concipit, derogando in-
iquitatem parit. Grauis quippe in-
iquitatis est, quia is qui perversus est
ostendere alios perversos est molitur, ut
inde ipse quasi sanctus appareat, quo
alios sanctos non esse docuit. Sciendum
vero est quod in sacro eloquio venter
vel uteri nomine mens solet intel-
ligi. Hinc etenim per Salomonem dicitur:
Lucerna domini spiraculum hominis
que investigat omnia secreta ventris.
Ipso enim gratie que superveniunt

A

B

pu 20

De

spiritualium hominis prestat ad vitam; que videlicet hic omnia secreta ventris investigare dicitur, quia occulta mentis penetrat, ut ea que de se ipsa latebant animam, quam eius oculos flenda reducat. Hinc Ieremias ait: Ventrem meum doleo. Ventrem meum doleo. Cumque ostenderet quid dixisset ventrem, subadiunxit: Sensus cordis mei turbati sunt. Uteri itaque nomine recte mens accipitur, quia sicut proles in utero concipitur, sic cogitatio in mente generatur. Et sicut in ventre fit cibus, ita continentur in mente cogitationes. Uterus itaque ypocrite preparat dolos, quia semper tanto maiore malicia contra proximos tendere concipit, quanto solus pre aliis omnibus videri innocentior querit. Hoc ideo Elyphaz protulit, quia beatum Job tanto peritissimum liberé preter ypocrisym putavit. Sed et illius verba et si multis congruunt, ab ipso solo aliena sunt. Pro quo solo dicebatur, quia sanctus vir in suis actibus nil duplicitatis habuit, quem vitae testis Deus cordis simplicitate laudavit. Sequitur

Liber XIII

Esse hoc perversorum proprium solet, ut mala sua per cognitionem bonis ingerant, quatenus de hiis ipsi videantur accusent, et dum metuunt increpari, de hiis que faciunt adustum tes suis pravitatibus iustos hec facere testantur. Sancti autem viri pacienter audiunt, etiam que se umquam fecisse meminerunt, quatenus ea mala que sibi ingeri conspiciunt ab ipsis suis criminatoribus noverint esse perpetrata. Et cum eos predicando corrigere non possunt, paciendo tollerant, quatenus si fructum conversionis eorum non valent, ex operibus tamen premium longanimitatis accipiant. Unde et sub voce etiam David prophete vocibus dicit: Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores. Quia videlicet cum hereticos vel quoslibet reprobos quos corrigere non valet tollerat, facta pravitatum eorum supra dorsum portat. Beatus itaque Iob videns Elyphaz amicum suum multa contra se de ypocrisi concurrentem, qui ex consolatoris verbis ad amaritudinem increpationis erumperat, et simulatus consolator apparebat, et iactanciam sua opera sunt esse, que noverit talia audiendo tolerare, et cum eius sermone amittit ratiocinando destruere dicit:

Audivi frequenter talia. cap. XVI.

Electi quippe aliena mala frequenter quasi sua audiunt, et absque crimine eis impingitur quibus crimina impincta perpetrat aut visione. Beatus Job sancte ecclesie tempus signat, quo pressa ab adversariis temporali eorum potencia quasi deiecta creditur. Unde sequitur: Consolatores onerosi omnes vos estis. Sunt enim heretici sine principibus quibus cum laborare bonos in adversitatibus conspiciunt, in eo quod eos consolari appetunt, mala eis persuadere conantur. Unde non immerito bonorum mentibus onerosa fit consolatio eorum, quia in eorum verba dulcedinis propinare cupiunt virus erroris, et dum levibus dictis dolores quasi leniunt, pectori omnis imponere festinant. Sed electi viri, etiam cum temporali gloria premantur, interna vigorem iudicii non amittunt. Nam sciunt et foris adversa perpeti, et tamen intus in sancta vita sine pavore defendere. Unde subiungitur: Numquid habebunt finem verba ventosa? Ventosa enim verba sunt, que in flatum temporalia potius quam virtutudini serviunt. Saepe autem mala bona etiam dicunt, sed quia bona non dicunt, ventosa verba proferunt. Nam dicta eorum et si quando vera sunt per superbiam inflata, cum sunt prelationi, in hoc versu quod dictum est: Consolatores onerosi omnes vos. Quid aliud beatus Job magisterio docemur, nisi ut quisque pensare sollicite studeat ne lucis tempore in increpationis verba inferat. Sunt enim nonnulli quidem qui increpari

iure debeant in afflictione postpo-
nenda sunt. ne consolator in-
crepando dolorem augeat, quem
lenire proposuerit. Sequitur. Aut
aliquid tibi molestum est si lo-
quaris. Mali viri cum aliis de
similibus eorum vitiosa verba proferunt
eo citius obmutescunt, quo de
se talia mox audiunt qualia
suis auditoribus dicunt, cum autem
bonos viros pro eorum vitiosa verba
iaculantur. nil eis molestie ex eo-
rum vitio nascitur. Quia eorum tacentes
loquuntur nec compelluntur audire que
sunt quia nisi eorum vitia non red-
dunt etiam dum coguntur audire
que non sunt. Bene ergo dicitur. Aut
aliquid tibi molestum est si loqueris.
Ac si aperte diceretur eo plus loque-
ris quo amore molestum aliquid de
tua actione non audis. Unde
subditur. Poteram et ego vestri
similia loqui. Narrat iustus
quid facere potuit. sed ne iustitiam
desereret. quod facere potuit declinat.
n· ff· Sequitur. Atque utinam esset anima
vestra pro anima mea consolarer
et ego vos sermonibus et moverem
caput meum super vos. roborarem
vos ore meo. et moverem labia
quasi parcens vobis. Aliquando
necesse est ut pravis mentibus que
humana predicatione corrigi ne-
queunt, divina flagella benigne
optari debeant. Quod tamen magno
fit amoris studio, quia videlicet
non errantium pena. sed correctio
queritur et ideo potius quam maledictio
esse monstratur. Iustis autem
verbis beatus Iob innuit iccir-
co ut amici qui dolori eius
per caritatem compati nesciebant
ab experimento discerent aliene
afflictioni quantum misereri debuis-
sent, atque edomiti doloribus
a sua passione traherent conso-
lationem aliis quantum inferrent, et
tunc salubrius intrinsecus vive-
rent, cum aliquid extrinsecus de
infirmitate sentirent. Notandum
vero quod non ait. esset anima mea

pro anima vestra. Sed utinam esset
anima vestra pro anima mea. Quia perfecto
sibi maledicere. si se illis similem
optaret. Illis vero meliora volunt
quos sibi similes fieri querunt.
Consolamur vero pravos in flagello 6
constitutos, cum de exteriori percussione
interiorem eis salutem convalescere
medicamur. Caput etiam movemus
cum mentem que principale est nostri
ad compassionem inflectimus, corpus
et flagella roboramus. cum doloris
eorum vim. verbis mitibus lenimus.
Sunt namque non nulli qui dum terrena
nesciunt de malis exterioribus desi-
biliter affliguntur. De quibus propheta tam
dicitur. In miseriis non subsistent. Ille
enim bene novit in exterioribus miseriis
subsistere, qui scit de interna spe
gaudere. Quod vero non ait, parcens
sed quasi parcens vobis, nequaquam hoc ne-
gligenter pretereundum est puto. Quia
sancta etiam discipline vigorem
cum permixtione mansuetudinis ser-
vans aliquem malis et quasi parcens
non parcit. Aliquem vero et quasi non parcens h·
parcit. Quod melius ostendimus si ipsa
plerumque que accidunt proferimus.
Ponamus itaque ante oculos mentis
duos pravos in terra scilicet etiam
esse constitutos. Quorum unus sit
potens et primus. Alter minor et sub-
ditus. Et quia minori et subdito
culpa subripuerit, hunc primus
increpando predicator insequitur
corrigit, eumque corripiendo a culpa
liberat, atque ad viam rectitudinis
reformat. Quid itaque huic. nisi
non parcens pepercit. Quia dum cor-
reptionis verbum non distulit. citius
hunc a culpa liberavit. Liberet enim
arguens non pepercit. At eorum potens
et primus cum aliquid perpetrasse
cognoscitur tempus queritur ut de malo
quod fecit increpetur. Nisi enim n·j
predicator sustineat quousque fere congrue
correptionem possit, auget in eo ma-
lum quod insequitur. Sepe enim
contingit ut talis sit qui nulla
increpationis verba suscipiat. Quod

Correctionis modus { Potentis / Non potentis }

itaq; in hijs culpa p̄dicatori agendū
est/ nisi ut in s̄mone admonitōis
quem p̄ cōmuni salute om̄i audi
torū facit/ tales culpas admedīu
deducat quales eum ꝑpetrasse cō
siderat/ qui et p̄pto est. et de sola
adhuc argui non potest ne dete-
rior fiat/ Et cum gnalit̄ cont̄
culpam in vectō intendit/ correp
cōis nerbum libent̄ admentem
ducit/ Quia potens p̄mus igno
rat. q̄ sibi hec sp̄alit̄ dicit/ Quid
itaq; isti p̄dicator sinus ī p̄cens
minime pepcit. cui et sp̄alit̄ correp
cōnis uba nō intulit/ et tamen
uelũs illius sub cōmuni admoi
cōne p̄cussit/ Vn̄ fit plerūq; ut
eo vehemencius ꝑpetratā culpam
lugentqua reatum sui. et cum
se p̄cussum senciat nesciri putat/
Magna itaq; p̄dicacōnis arte age
dum ē. ut qui ex apta correpcōe
deteriores fiunt. quodam tēpamēto
correpcōnis ad salutē redeant/ Vn̄
etiā paulus d̄. Que putamus
ignobiliora "ee" mēbra "corpis. hijs
honore habundaciorem circūdamus
et que in honesta sunt nr̄a habūu
dancōrem honestate hn̄t/ Hone
sta aut̄ nullius egent/ Sicut eni
in honesta mēbra ī corpore/ ita
quidā sunt in ecc̄ia potentes ꝑ
ꝑterui/ Qui dum apta ī vectōne
feriri nesciunt/ quasi honoe tegi
minis velant̄/ s; hoc de occultis
potencium loqm̄/ Nam qui etalijs
agnoscētibus peccant/ ecc̄ alijs
cognoscētibus intrepidi sunt/ Ne
si p̄dicator tacet culpā approbasse
videat̄/ atq; hec crescens in exēplū
veniat/ quā pastoris lingwa non
secuit/ Sancta ergo ecc̄ia cuſtores
suos. quedā facta malorū sub
dissimulacōne in vectōis ī crepat/ q̄si
p̄cepe parcens labia monet/
Sed tamen p̄cedo non parcit
quia ab in vectōne culpe gnal̄
nō tacet. que sp̄al̄r tacet/ Sequit̄
Sed quid agam. si locutus fuero
nō quiescit dolor meus. et si
tacuero nō recedit a me/ hec p̄sone
b̄ti iob qualit̄ cōgruat ut̄s ignat

Sed si ad sancte ecc̄e typū trahat̄
hec q̄ eū loqui dolor minime qui
escit. qū locucōne sua p̄uersos
corrigi minime conspicit/ et cū
tacet dolor minime recedit/ Quia
et si adu̇sitā cōtinuerit. hic ipm
amplius quod tacet gemit. q̄
se tacente p̄uersorum culpas ex
crescē cōspicit/ Sequit̄ Nunc
aut̄ oppssit me dolor meus
et in nichilū redacti sunt om̄s
artus mei/ Dolore suo sancta
ecc̄ia p̄mit̄/ qn̄ in malicia sua
impios crescē ī tuet̄/ Et q̄ sūm
dum crescit/ ecc̄ā in firmi qui in
tea sunt. ad seqūda studia ꝑ
mittis iungit̄ Rēte addit Et
ad nichilū redacti sunt omnes
artus mei/ Sicut eni p̄ossa
fortes/ sic p̄ artus in firmi quiq;
designari solet/ Mēbra g° ecc̄ie
ad nichilū redigunt̄/ qn̄ ex imi
tacōne p̄uersorum in hoc mundo cres
cētā in firmi quiq; deterius
in firmat̄/ videtes etenī felici
tatem malorum sepe et abipso
fidei statu dilabunt̄/ Bona tp̄a
lia appetunt. et velut ī nichilū
redigunt̄/ quia dū manentem
dei essenciā deserunt diligen
tes transitoria. quasi ad nō esse
tendunt Vn̄ aut̄ dicat̄/ Nunc aut̄
quia tempus doloris ecc̄ie mō
est/ et tp̄s gaudij postmodum
Seq̄r Sepe vō cōtingit ut s̄ca
ecc̄ia nō solum in fideles atq;
extra positos ad u̇sarios tolet
s; eorum quoq; insidias atq; ad
u̇sitate ꝑp ferat quos intus
habet Vn̄ beati viri voce apte
mox subd̄r Et ruge mee testi
moniū dicunt contra me/ Quid
p̄ rugas nisi duplicitas desig̃t
Ruge itaq; s̄ce ecc̄ie sunt om̄s
qui ī ea duplicat̄ viuunt/ qui
fidē vocibus clamat opibus d̄
negat/ hi minimorum pacis tempe
quia honos mundi petentibus eade
fidem honorari cōspiciunt "se ee || fideles
mentiunt̄/ s; cū sanctam ecclesiam
subita ad u̇sitatꝭ p̄cella turbaunt
illico ondunt quid ī pfida mēte

Ruge ecc̄e

(in left margin: ad cor[inthios] 12)

mollitur. Has autem rugas in electis suis sancta ecclesia non habet, quia videlicet nesciunt foris aliud de se ostendere, et intus aliud habere.

[illegible]

m. ap.
Ut exhibeat ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam. Maculam quippe et rugam non habet, que et turpitudine operis et duplicitate sermonis caret. Sed quia nunc intra sinum fidei multos etiam reprobos tenet, cum tempus persecutionis exarserit, ipsos hostes patitur quos predicationis verbis ante alere videbatur. Dicit itaque: Rugae meae testimonium dicunt contra me. id est ipsi me in persecutione increpant qui nunc in meo corpore porto, duplicitatis sue ipsi malitiam non emendant.

n. Unde bene adhuc subditur: Et suscitatur falsiloquus adversus faciem meam contradicens michi. Etiam pacis sue tempore sancta ecclesia falsiloquum patitur, dum sunt tam multi qui de promissione eternitatis diffidunt, et tamen fideles esse se mentiuntur. Qui dum predicationi eius aperte contradicere non presumunt, falsiloquium non contra faciem, sed quasi post dorsum patitur. Sed cum malicie tempus eruperit, is qui nunc mentiens derogat, ad contradicendum ante faciem venit, quia verbis vere fidei apertis vocibus obsistit. Sciendum vero est quia cum hec a carnalibus patimur, non tamen ipsi sunt qui in nostra morte seviunt, quam malignus spiritus qui in mente eorum principatur. Sicut per Paulum dicitur: Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum. Hinc est quod cum de falsiloquo loqueretur, recte mox ad describendum eius falsiloqui principem verba convertit dicens:

Eph. 6

o. Collegit furorem suum in me et comminatus michi infremuit contra me dentibus suis; hostis meus terribilibus oculis intuitus est me. Quid aliud omnes iniqui quam membra sunt dyaboli? Ipse itaque per eos agit quod ipse in eorum cordibus ut agere debeant immittit. Habet etiam nunc dyabolus contra sanctam ecclesiam furorem, sed furor eius absconsus est, quia occultas temptationes per singulos movet. Cum vero contra eam in aperta persecutione prorumpit, furorem suum in eam colligit, quia in afflictione illius totam se intentione constringit. Membra autem eius pacis tempore, ideo contra electos collectum furorem non habent, quia maliciam suam minus se sentiunt posse implere quam volunt. Cum vero sibi suppetere licentiam perversitatis aspexerint, tanto hanc audacius feriunt, quanto et contra illam ex unanimitate conglomerantur. Recte itaque nunc dicitur: Collegit furorem suum in me. Cuius adhuc furor ut latius exponatur, dicitur: Et comminatus michi infremuit contra me dentibus suis. De quo subditur: hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Ille quippe antiquus hostis ecclesie contra hanc dentibus fremit, eamque terribilibus oculis intuetur, quia per alios crudelia exercet, et per alios quid exerceat providet. Dentes namque huius sunt bonorum persecutores atque carnifices qui eius membra laniant, dum electos eius suis persecutionibus affligunt. Oculi vero huius hostis sunt hii qui contra eam provident mala que fiant, suisque consiliis persecutorum eius crudelitates inflammant. Antiquus ergo adversarius fremit contra eam dentibus suis, dum per infideles reprobos membra eius persequitur. Vitam bonorum intuetur hanc terribilibus oculis, quia pravorum consiliis non cessat mala exquirere, quibus hanc pdetius affligit. Nam sicut incarnata veritas in predicatione sua pauperes ydiotas et simplices elegit, sic e contrario dampnatus ille ho p.

quem in fine mundi apostata ange-
lus assumit ad predicandam falsitatem
suam. astutos ac duplices. atque
homines mundi studium gerentes clamo-
sum est. Unde et Ysaias dicit: Ve terre
cymbalo alarum que est trans flumina
ys ethyopie que mittit in mare lega-
18 tos. et in vasis papiri super aquas.
Terra quippe cui ve dicitur principaliter ille
dampnatus est homo. qui cymba-
lum alarum vocatur. quia hii qui
per superbiam in altitudine cogitationis
evolant eundem perditum hominem pre-
dicando sonant. Que scilicet terra
recte trans flumina ethyopie esse perhibetur.
Ethyopia etenim nigrum populum mittit
et iste mundus omnem hominem qui
peccatorem profert quasi nigrum ethy-
opia populum parit. Sed terra
cui ve dicitur trans flumina ethyopie
esse perhibetur. Quia dampnatus ille
homo tanta in iniquitate singularis
est ut omnium peccatorum peccata transcen-
dat. qui mittit legatos in mare,
quia predicatores suos in seculo
spargit. De quibus recte subditur qualiter
mittantur cum dicitur: In vasis papiri
super aquas. Ex papiro quippe carta
fit. Quid itaque in papiro nisi secularis
scientia designatur. Vasa ergo papiri
sunt corda doctorum secularium. In
vasis ergo papiri super aquas
legatos mittere est predicatores suam
in sapientia carnalium cordibus ponere
et defluentes ad culpas populos
vocare. Quem ergo illic per vasa pa-
piri ipsi hic quia carnalitate videt
per oculos designat. De quibus et
ad hoc subditur: Aperuerunt super
me ora sua. exprobrantes. ora sua
scilicet reprobi ~~exprobrantes~~ aperiunt
exprobrantes cum et errores sui
mala predicare non metuunt et pre-
dicamenta recte fidei irrident. De qui-
bus sciendum est. quia illos preci-
pue in sancta ecclesia persequuntur quos
conspiciunt nullis esse perfectos. qui
vitam carnalium verbo correptionis
conterunt, eosque in ecclesie corpus spi-
ritualiter vertunt. Unde et subditur: Per-
cusserunt maxillam meam saciati sunt
penis meis. Maxilla quippe

ecclesie sancti predicatores sunt.
Sicut sub iudee specie per Jeremiam
dicitur: Plorans ploravit in nocte v. c. 1
et lacrime eius in maxillis eius.
Quia in adversitate ecclesie illi am- R
plius plangunt. qui vitam carna-
lium predicando confringere noverunt
Per ipsos quippe sancta ecclesia
iniquos a viciis conterit. et
quasi comedens in sua membra
convertit. Unde ipsi quoque predica-
tori, velut maxille ecclesie dicitur: Act. x.
Occide et manduca. Hinc est
etiam quod Sampson maxillam Iudic 17
azini tenuit et hostes peremit
quia redemptor noster simplicitatem
atque patientiam predicantium manu
sue virtutis tenens a viciis suis
carnalibus interfecit. et maxilla
in terram proiecta postmodum
aquas fudit. quia data mor-
ti predicatorum corpora magna po-
pulis monstrare miracula. Maxil-
lam ergo ecclesie perversi feriunt
cum bonos predicatores insequuntur.
Et quia tunc reprobi grande se
aliquid fecisse estimant cum vitam
predicatorum necant. Post percussione
maxille apte subiungitur: Saciati
sunt penis meis. Illa quippe eos
pena saciat. que perimere mente
ecclesie castigat. Sequitur: Conclusit
me deus apud iniquum et mani-
bus impiorum me tradidit. Electo-
rum plerumque apud iniquum concluditur
cum eius caro antiquum hostis per-
secutionibus temporaliter datur. Quem non
spiritu sed manibus impiorum tradit
quia quo hunc in mente capere
nequeunt, eo contra carnem illius
crudelius inardescunt. Sed sanctus
ecclesie plerumque cum ad alta gradum perven-
cepit. et in firmos suos ad dete-
riora delabi conspexit, Pas-
sue tempore ad mentem revocat. qui
fideles suos predicatoris sue opu-
lencia pascebat. Unde apte subditur:
Ego ille quondam opulentus re- B
pente contritus sum. Ideo quod se
repente contritum asserit in-
firmorum mente in perdicionem signat.
Quam dum mala que ventura sunt

prude(n)t(er) nescit/ tanto eis (con)t(ra)rio
ra fiu(n)t q(u)anto ab eis inopina(m)
tollerant/ fortibus aut(em) incautis
repente adu(er)sa no(n) metuit. q(ui)
p(ri)us q(u)a(m) veniant p(ro)vident(ur).
Q(uo)d tu(n)c nu(n)c quoq(ue) sancta eccl(esi)a
in quibusda(m) retrolabentibus
patit(ur). qui post doctrine opule(n)
cia(m) subito aliq(uo)d vicijs (con)terunt(ur)
/ vt sic i(n) q(ui)busda(m) malis (con)maduat
ac si ibi pabulu(m) i(n)iq(ui)ta(s) (h)abuisset
T Seq(ui)t(ur). Tenuit c(er)uicem meam
(con)fregit me et posuit sibi q(ua)si
signum// Sicut i(n) malis c(er)uix sup(er)
biam/ sic in bonis lib(er)tatis erec
tio(n)em significat. Vn(de) no(n) i(n)cong(ru)e
ipsa quoq(ue) sup(er)bia p(ro)tectionis
auctoritate po(n)it(ur) sicut p(er) pro
Is 60 phetam d(omin)us s(an)c(t)e eccl(es)ie polli
cens dicit/ Ponam te in sup(er)biam
seculo(rum)// Et quia p(er)secutionis t(em)p(or)e
infirmi quedam v(er)a q(ue) se(n)ci
unt p(re)dicare lib(er)e no(n) p(re)sumunt/
Vn(de) de hoc hoste d(icitu)r. Tenuit c(er)
uicem meam (con)fregit me/ For
tasse aut(em) hi c(er)uices appellatione
signati sunt. qui pacis ei(us) t(em)p(or)e
pl(er)umq(ue) decet erigunt(ur)/ et sub
occasione defende(n)de rectitudinis
vicio des(er)uiunt elationis. Qui p(er)
secutionis t(em)p(or)e ideo adu(er)sa
plus senciunt. quia de p(ro)sp(er)is
elati fuit/ De q(ui)b(us) b(ene) dicit(ur).
N Tenuit c(er)uicem mea(m) (con)fregit
me .i. elatio(n)em q(u)a(m) i(n) i(n)firmis
(h)ui(us) destructio(n)i sue p(er)secutionis
inclinauit. et posuit me sibi
q(ua)si in signu(m)/ Constat nimiru(m)
quia ideo signu(m) po(nitu)r. vt sa
V gittaru(m) emissione feriat(ur)/ Fide
lis itaq(ue) q(ui)sq(ue) i(n) signu(m) hosti suo
e(st) positus. q(ui) eu(m) (con)t(ra) suis iacti
bus i(m)petit/ eu(m)q(ue) suis p(er)secutio
nib(us) affligit/ qui e(ni)m i(n) hac
vita assidua mala tolerat/
velut in signo positus ictus
excipit ferientis/ Hi(n)c p(re)dicator
egregius cu(m) p(er)secutionu(m) mala
1 tess 2 tolleraret/ atq(ue) sub p(er)secutione ad
u(er)sario(rum) gemeret/ tenera(m) disci
pulo(rum) mente(m) de suis afflictio(n)i
bus (con)solatus ait/ Ipsi e(ni)m scitis
q(uod) in hoc positi sumus. Ac si ei(us)

apte dicat/ Quid in hoc t(em)p(or)e tribula
tio(n)u(m) miramini qui si eterna gaudia
q(ue)rimus/ sic ad hoc venimus ut feri
amur// Sequit(ur). Circu(n)dedit me lan
ceis suis. (con)vulnerauit lu(m)bos meos
no(n) pep(er)cit et effudit in t(er)ram vis F
cera mea/ Hec iuxta l(itte)ram beatu(m)
Iob (con)gruere posse videbat(ur)/ p(ro) hoc q(uod)
dicit(ur) Circu(n)dedit me lanceis suis
(con)vulnerauit lumbos meos non
pep(er)cit nisi q(uod) subdit(ur). q(uo)d deco
septimu(m) minime legit(ur)/ Effudit in t(er)ra
viscera mea/ Ex q(u)a re necesse e(st)
vt dum hoc iuxta l(itte)ram i(n)venire
no(n) possumus. ea que i(n) v(er)bis ei(us)
s(e)c(un)d(u)m hystoria(m) so(n)ant. iux(ta) sp(iritu)m re
q(ui)ramus// Sancta eccl(esi)a ab hoste
suo lanceis (circu)mdat(ur)/ q(uia) i(n) membris
suis ab i(n)pugnatore callido temp
tatio(n)u(m) iaculis i(m)petit(ur)/ Vn(de) aut(em)
lanceis (circu)mdari dicit(ur)/ Quia a(n)
tiquus hostis temptationis sue iacul(is)
ab omni p(ar)te nos i(m)petit/ Sepe e(n)i(m)
dum gula restringit(ur). libido subigit(ur)/
Inanis glorie aculeus mentem
pulsat/ Si aut(em) corpus abstine(n)
tie afflictione no(n) atterit(ur) contra
mentem libidinis flamma se excitat.
Sepe dum s(er)uare parsymonia(m)
nitimur ad tenacitate(m) labimur. Et
sepe dum possessa effuse (con)sumimus
ad auariciam ducim(ur)/ q(ui) rursus
colligere querimus q(uo)d tribuam(us)/ Dum
ergo antiq(u)i hostis iacula nos
vbiq(ue) impetant/ Recte nu(n)c dicit(ur).
Circu(n)dedit me lanceis suis/ Et Y
quia omne peccatu(m) hostis q(ui)dem
callidus suadet/ s(ed) nos suasioni
bus ei(us) (con)sentiendo p(er)petramus
ab ap(er)te subiungit(ur)/ Convulnerauit lu(m)
bos meos/ In lumbis q(ui)ppe lu
xuria est/ Vnde et is qui cupie
bat voluptatem libidinis a corde
1 pet 2 (con)stringere p(re)dicabat d(icen)s. Succincti
lumbos meos mentis v(est)re/ Cu(m) igit(ur)
antiquus hostis fidele(m) p(o)p(u)l(u)m ad lu
xuria(m) p(er)trahit/ q(ua)si p(er)cuss(us)
in lumbis ferit/ Vbi hoc quoq(ue) no
tandu(m) est. q(uod) no(n) ait vulnerauit/ s(ed)
(con)vulnerauit lumbos meos/ Sicut
e(ni)m loq(u)i aliq(uo)d vnius est/ colloqui

vero duorum vel fortasse multorum. Sic
antiquus hostis nos quia ad cul-
pam sine voluntate nostra non ra-
pit, nequaquam lumbos nostros vulne-
rare, sed convulnerare dicitur. Quia
hoc quod ille male nobis suggerit,
nos sequentes ex voluntate propria
implemus. Et quasi cum ipso nos
prius vulneramus, et ad perpetrandum
malum ex libero arbitrio simul
ducimur. Non pepercit. Ac si dicat non
A destitit. Et effudit in terra viscera
mea. Quid aliud sancte ecclesie
viscera debemus accipere, nisi com-
mentes, qui eius quedam misteria
in se continent, qui ad intima sa-
cramenta deserviunt. Sed antiquus
adversarius cum fideles quosdam
qui interioribus sacramentis de-
servire videbantur ad secularia ne-
gocia pertrahit, eius procul dubio
viscera in terra fundit, quia illos
in rebus infimis conculcat, qui
prius in occultis atque spiritualibus
actibus latebant. Sequitur. Concidit
VIII B me vulnere super vulnus. In infir-
mis suis sancta ecclesia vulnere super vulnus
conciditur, quando peccatum peccato additur,
ut culpa vehemencius exaggeretur.
Quem enim avaricia pertrahit ad ra-
pinam, rapina ducit ad fallaciam
ut perpetratam culpam ex falsitate
etiam defendat. Quid iste nisi
super vulnus concisus est vulnere.
Unde bene per prophetam dicitur: Maledictum
et mendacium et homicidium et furtum
Ozee et adulterium inundavit, et sanguis
x sanguinem tetigit. Solet enim sanguinis
nomine signari peccatum. Unde is qui
a peccato liberari desiderat per psalmum cla-
mat: Libera me de sanguinibus.
Sanguis vero sanguinem tangit cum
culpa culpam cumulaverit. Et quia
cum vulnus vulneri addit, vires
contra nos antiqui hostis excrescunt,
C recte subiungitur. Irruit in me quasi
gigas. Facile quippe inimico re-
sistitur si non ei vel in multis lapsibus
vel in uno diucius consentitur.
Si vero eius suasionibus anima
subesse consueverit, quanto se ei cre-
brius subicit, tanto eum sibi in-
tollerabiliorem facit, ut ei reluc-
tari non valeat, quia nimirum
malignus adversarius contra hanc
ex prava consuetudine devictam
quasi more gigantis pugnat.
Sed tamen plerumque sancta ecclesia
etiam post perpetratas culpas men-
tes fidelium ad penitenciam revocat
Et peccati opus virtute spontanee
afflictionis inundat. Unde bene subditur: D
Saccum consui super cutem meam et
operui cinere carnem meam. Quid in
sacco et cinere nisi penitencia. Quid
in cute et carne nisi peccatum carnis
designatur. Cum ergo quidam
post lapsum carnis ad penitenciam re-
deunt quasi saccus super cutem
consuitur, et cinere caro operitur, quia
culpa carnis per punitionem tegitur, ne
in districti iudicis examine
ad ultionem videatur venire. Infir-
ma autem membra sua sancta ecclesia
cum a peccatis retrahit, atque ad pe-
nitencie remedium ducit, hec pro-
cul dubio fletibus adiuvat, ut
ad recipiendam auctoris sui graciam
convalescant, et perfortes plangit
quod non fecit, quod in membris suis
debilibus quasi ipsa fecit. Unde
bene adhuc additur: Facies mea E
intumuit fletu. Facies quippe
sancte ecclesie sunt hii qui in locis
regiminum positi apparent primi
ut ex eorum specie sit honor fidelis
populi. Etiam si quid deforme la-
tet in corpore, qui nimirum prelati
pedibus plangunt culpas infirman-
cium, seque sic de alienis lapsibus
ac si de propriis affligunt. Et sepe
dum quosdam vident ad veniam
post culpas redire, quosdam vero
in iniquitate persistere, occulta omnipo-
tentis dei iudicia mirantur, sed pe-
netrare nesciunt, obstupescunt enim
que non intelligunt. Unde et apte
subditur: Et palpebre mee caligave- F
runt. Palpebre enim appellati sunt
qui ad providenda pedum itinera
vigilant. Sed cum occulta dei iudi-
nec positi vigilantes intelligunt

Palpebre sancte ecclesie caligant
Sed et ut sepe iam diximus. et
sepe iam me dixisse memini. beatus
Job sancte ecclesie typum tenens.
modo voce corporis, modo autem
voce capitis utitur. Et cum de me-
bris eius loquitur. repente ad
membra capitis levatur. Unde hic
quoque subiungit. Hec passus
G. sum absque iniquitate manus
mee. dum munditias habeam ad deum
preces. absque iniquitate enim
manus sue pertulit. qui peccatum
non fecit. nec dolus inventus
est in ore eius. et tamen dolorem
crucis pro nostra redemptione tolerat.
Qui solus pre omnibus mundas ad deum
preces habuit. quia et ipso dolore
passionis pro persecutoribus oravit
Luc. 23 dicens Pater dimitte illis non
enim sciunt quid faciunt. Quid enim
Dia dici vel cogitari mundius potest
quam et eum illis misericordie intercessionis
tribuit a quibus tolerat dolor.
Unde factum est ut redemptoris
nostri sanguinem. quem persecutores
sevientes fuderant. postmodum
credentes biberent. eumque dei filium
predicarent. Deinde videlicet sanguinis
H. apte subiungit. Terra ne operias
sanguinem meum. neque inveniat
in te locum latendi clamor meus.
Peccanti homini dictum est. Terra es
Gen. 3 et in terram ibis. Que scilicet terra
redemptoris nostri sanguinem non abscondit.
quia unusquisque peccator redemptionis
sue precium sumens confitetur ac lau-
dat. et quibus valet proximis
innotescit. Terra quippe eius sanguinem
non operuit. quia sancta ecclesia redemp-
tionis eius misterium in cunctis iam
·viii· mundi partibus predicavit. Notandum est
quod subditur. Neque inveniat in te la-
tendi locum. clamor meus. Ipse
enim sanguis redemptionis qui sumitur
"est clamor nostri redemptoris est. Unde etiam
Paulus dicit et sanguinis aspersionem
Hebr. 12 melius loquentem quam abel. De
Abel sanguine dictum fuerat. Vox san-
guinis fratris tui abel clamat ad
Gen. 4 me de terra. Sed sanguis ihesu
melius loquitur quam abel. quia

sanguis abel mortem fratris fra-
tricide petiit. sanguis autem domini vitam per-
secutoribus impetravit. Ut ergo in
nobis sacramentum dominice passionis
non sit otiosum debemus imitari
quod sumimus et predicare ceteris quod
veneramur. Locum enim latendi clamor
eius in nobis invenit. si hoc quod
mens credidit lingua tacet. Sed
ne in nobis clamor eius lateat
restat ut unusquisque iuxta modu-
lum suum vivificationis sue mis-
terium proximis innotescat. Libet
mentis oculos ad dominice passionis
horam reducere cum iudei perse-
quentes sevirent. discipuli timentes fu-
gerent. qui eum carne mori vide-
bant. nequaquam deum esse credebant.
Unde hic apte subditur. Ecce enim
I in celo testis meus. et conscius
meus in excelsis. Cum enim fides
labefactaretur in terra. erat ei testis
in celo. Testis quippe filii pater est.
de quo ipse in evangelio dicit. Et qui
Jo. 5 misit me pater testimonium perhibuit de
me. Qui recte etiam conscius dicitur.
quia una voluntate uno consilio
pater semper cum filio operatur. cuius etiam
testis est. quia nemo novit filium
nisi pater. Tunc ergo in celo
testem et conscium in excelsis habuit.
Quando hii qui eum morientem
carne cernebant. divinitatis eius
potentiam considerare nesciebant.
Et cum ignoraret homines in morte
tunc mediatoris dei et hominum
noverat. qui cum ipso operabatur pater.
Que fortasse etiam ad vocem eius
K corporis referri valet. Sancta namque
ecclesia ideo adversa vite presentis
tolerat. ut hanc superna gratia
ad premia eterna perducat. Carnis
sue mortem despicit. quia resurrectionis
glorie intendit. et transitoria sunt
que patitur. perpetua que prestolatur.
De quibus nimirum bonis perpetuis
dubietatem non habet. quia fide iam
fidele testimonium redemptoris sui glo-
riam tenet. Carnis quippe eius
reditum mente conspicit. atque ad
spem fortiter convalescit. quia quod

in suo videt iam factum capite speret
in eius quoque corpore quod videt ipsa
est absque dubietate consecutura.
Quam scilicet etiam psalmista con
spiciens in perpetua perfectione mansu
ram sub appellatione lune describit
dicens Luna perfecta in eternum, quia
quia ad eternitatis spem dominica resur
rectio roborat. Recte subiunxit Et
testis in celo fidelis. quia ut de
sua eternitate non trepidet iam cum
in celo qui resurrexit a mortuis
f. testem habet. Fidelis itaque cum ad
versa patitur cum durius tribulationibus
fatigatur ad spem sequentis glorie
mentem erigit et redemptoris sui re
surrectione confidens dicit Ecce
enim in celo testis meus et conscius
meus in excelsis. Quem recte conscium
dicit quia naturam nostram non solum cre
ando novit sed etiam assumendo.
Scire enim eius est nostra suscepisse
unde et psalmista dicit Ipse scit fig
mentum nostrum. Figmentum scire dicitur domi
nus constat nichil esse quod nesciat.
Sed figmentum nostrum scire est eius
hoc in se ipso ex pietate suscepisse.
Que tamen vox est beati Job
congrue etiam nobis singulis potest.
Omnis enim qui ex eo quod agit
humanas laudes appetit testem
in terra querit. Qui autem de actibus
suis omnipotenti deo placere festinat
testem se in celo habere considerat.
Et sepe contingit ut ipsa in nobis
quoque bona opera ab incautis homi
nibus reprehendantur. Sed qui testem
in celo habet et habere considerat re
prehensiones hominum metuere non debet.
g. Unde adhuc subditur Verbosi amici
amici mei. Ad deum stillat oculus
meus. Quid enim per oculum nisi
cordis intentio designatur sicut
scriptum est Si fuerit oculus tuus
Luc. 11 simplex totum corpus tuum lucidum
erit. Quia enim bona intentione
quid agitur eius intentionis actio
apud deum munda fulgeat. Cum
ergo verbosi amici id est et ipsi de
negant qui in fide sociantur ad deum

necesse est ut oculus stillet quos intuens
nostra totum in amore in amoris intimi
tam compunctione defluat et tanto subtilius se ad
redire cogit ne foris evagetur. interiora
Sequitur Atque utinam iudicaretur IX · II erigat
sic vir cum deo. Quo iudicatur quanto per
filius hominis cum collega suo. exteriora
Peccatores quidem nos esse semper obprobria
agnoscimus. Sed tamen in flagello repulsa
positi pro quo magis peccato flagel intus
lamur ignoramus. et nos ipsos sub
tili inquisitione discutimus ut
quod causam in inquisitionis investi
gare valeamus. que dum plerumque
nos latet fit nobis oneri cecitas
nostra. et deo quod patimur
plus dolemus. Cuiusque vero
cum collega suo ad iudicium accedit
et quod sentit dicit. Et quid contra se
dicitur agnoscit. et quod voluit pul
sat et novit unde pulsatur. qui enim
divina animadversione percutitur dum
novit quidem quia vapulat
sed cur vapulet ignorat. quasi dicit
ipse quod sentit. Sed quid contra se
dicitur nescit. quia ipse quidem
ingemiscit in verbere sed deus
aperte non declarat pro qua feriat
ultione. Itaque nunc dicitur Atque
utinam iudicaretur sic vir cum deo
quo iudicatur filius hominis cum
collega suo. Ac si aperte diceret
Sicut in omne quod dico audior
sic omne quod dicitur audirem.
quod tamen in hac vita intellectum
fieri potest quia magna temporis
est oculis cordis nostri ad contem
plandam subtilitatem dei ipsa vide
licet infirmitas nostra sed tunc ad
purum intuebimur eum a quo nunc
subtiliter intuemur cum hac infirmi
tate deposita ad contemplationis
intime gratiam venerimus. de qua
Paulus dicit Tunc cognoscam 1 cor 13
sicut et cognitus sum. Unde
beatus Iob videns eandem cogni
cionem plenissime hic perfici nulla
tenus posse brevitate quidem
vite presentis gemit. Sed tamen
se de eius brevitate consolatur
dicens. Ecce enim breves anni v
transeunt et semitam quam non

reuertar ambulo. Omne quod
transit breue est, etiam si tardius
terminari uideatur. In mortis autem
semitam per quam non reuertimur am-
bulamus, non quo ad uitam car-
nis minime resurgendo reducamur,
sed quo ad labores huius uite mor-
talis, uel ad conquirenda labori-
bus premia iterum non uenimus.
xvii Spiritus meus cap. xvii.
attenuabitur. Attenuatur
spiritus timore iudicii. Quia electorum
mentes quo amplius extremo
iudicio se appropinquare sentiunt,
eo ad discuciendas semetipsas
terribilius contremiscunt, et si quas
in se carnales umquam cogitationes
inuenerint, penitentie ardore con-
sumunt. nec cogitationes suas
dilatari carnali uoluptate per-
mittunt, quia eo semetipsos di-
iudicantes subtilius feriunt, quo
districtum iudicem uicinum prestolantur.
Unde fit ut propinquum sibi
exitum suspicentur. Nam reproborum
mentes idcirco multa nequiter
agunt, quia se diucius uiuere ar-
bitrantur. Justorum ergo spiritus attenu-
atur, sed crassescit iniquorum. Quo
enim per elationem tumet, eo attenu-
ationem spiritus non habent. Justi uero
dum breuitatem uite sue consi-
derant, elationis et immundicie
culpas declinant. Unde et subditur:
Dies mei breuiabuntur et solum
michi superest sepulchrum. Qui-
enim considerat qualis erit in mor-
te, semper fit timidus in operatione,
atque unde in oculis suis iam
quasi non uiuit, inde ueraciter
in oculis sui conditoris uiuit. Nil
quod transeat appetit, cunctis presentis
uite desideriis contradicit, et
pene mortuum se considerat,
quia moriturum minime ignorat.
Perfecta enim uita est mortis imitatio,
quam dum iusti sollicite peragunt,
culparum laqueos euadunt. Unde
scriptum est: In omnibus operibus
tuis memorare nouissima tua
et in eternum non peccabis. Unde

et beatus Iob, quia dies suos breuiari
considerat, et sibi solum superesse
sepulchrum pensat, apte subiungit:
Non peccaui et in amaritudinibus
moratur oculus meus. Ac si aperte
dicat: Culpam non feci et flagella
suscepi. Sed magna re animum
monet, qui in multis se huius historie
locis peccasse confitetur. Qua ratione
se peccasse minime abnegat, sed ad hec
ratio celerius occurrit, quia nec tantum
peccauit ut flagella mereretur, nec
tamen esse sine peccato potuit. Nam
quia non pro corrigenda culpa, sed
pro augenda gratia percussus sit, iudex
ipse testatur qui laudat et ferit. Rur-
sus quia sine peccato non fuit, nec
ipse negat qui a iudice laudatur, atque ideo laudatur
quia non negat. Sed credo quia
melius hec uerba distinguimus, si
dicta ex uoce capitis sentiamus.
Redemptor etenim noster ad redemptionem
nostram ueniens, non peccauit et ama-
ritudinem pertulit, quia penam pene
nostre sine culpa suscepit. Cuius
uoce subditur: Libera me et pone me
iuxta te et cuiusuis manus pug-
net contra me. Ipse etenim non
peccauit in cogitatione uel opere,
ipse in amaritudine moratus est
passionis, ipse liberatus est per resurrectionem,
ipse iuxta patrem positus est post ascen-
sionem. quia profectus est in celum,
sedet ad dexteram dei. Et quia post
ascensionem eius iudea in discipulorum
eius persecucionem commota est, recte
mox dicitur: Et cuiusuis manus pug-
net contra me. Tunc quippe in
membris illius furor persecucionum
seuiit, cum contra fidelium uitam
flamma crudelitatis exarsit. Sed
quo irent nesciunt, aut quid agerent
dum is quem persequebantur intra
iam sedebat in celo. De quibus
adhuc subditur: Cor eorum longe fe-
cisti a disciplina. Qui enim discipline
custodiam nossent, neque magistri re-
demptoris mei preceptum contempnerent.
Ipsa eos carnis sue mortalitas

ad amorem vite in morbis excitat
hoc ipsum namque in hac vita corrip
ti nos et subiectos iam de fla
gello discipline est / Estu enim fri
gore et fame sitique turbati mor
bis affici quibus etiam extingui quid
sunt hec alia quam flagella peccati
Sed sunt non nulli qui et flagella
tolerant / et tamen mente ad
flagellantis metum minime reformant /
unde recte nunc dicitur Cor eorum longe
fecisti a disciplina / quia et si cor
sub disciplina est / cor sub disciplina
non est dum et flagellatur quisque
et tamen ad humilitatem mentis non
reducitur / Neque vero hoc dicitur Ac si
omnipotens et misericors deus longe cor
hominis a disciplina faciat / Sed
quod sponte dilapsum ibi remanere
ubi cecidit iudicando permittit
Sicut in oratione quoque dicimus
Et ne nos inducas in temptationem
id est in ducti minime permittas / Se(quitur)
Propterea non exaltabuntur / Cor enim
si sub disciplina esset altius superi
ora appeteret / adquirendis bonis
transeuntibus non inhiaret / quorum
igitur cor sub disciplina non est
Recte de illis dicitur propterea non exal
tabuntur / Quia dum in infimis
voluptatibus dimissi terrena bona
semper desiderant cor ad superna
gaudia nunquam levant / Exalta
rentur quippe si mentem ad spem
celestis patrie erigerent / Sed si
per disciplinam custodire vitam minime
student / semper per desidia in imis
iacent / et quod est gravius iacendo
se erigunt / quia rebus transitoriis
extolluntur / Extolli autem possunt
sed exaltari nequeunt quia inde
profundius in imo fiunt / unde apud
se altiores fiunt / Cor itaque quod
sine disciplina est exaltari non
mens valet quia humana sic male
elevata in infimis premitur / Sic bene
pressa in sublimibus elevatur / Unde

sequitur / Predam pollicetur sociis et ocu
li filiorum eius deficient / Postquam de
multitudine iniquorum / id est de
antiqui hostis corpore beatus iob
sententiam protulit / mox ad ipsum corporis
principem id est caput omnium perditorum
sententiam vertit / atque a plurali numero
ad singularem redit / Ita quippe
unum corpus sunt dyabolus et omnes
iniqui / ut plerumque nomine capitis
censeatur corpus et corporis nomine
appelletur caput / Nam capitis
nomine censetur corpus Cum de per
verso homine dicitur / Ex vobis unus Jo 16
dyabolus est / Et rursum nomine corporis
appellatur caput / Cum de apostata
angelo dicitur / Inimicus homo [illegible]
hoc fecit / Iste igitur princeps omnium
perversorum alios socios habet / atque ali
os filios / Qui namque sunt socii
nisi illi apostate angeli qui cum
eo de celestis patrie sede ceciderunt
Vel quos alios habet princeps
filios nisi homines qui de eius
primam per suasionem in malicie
operatione gignuntur / Unde eis veritas xi · x ·
voce infidelibus dicit / Vos ex Jo 8
patre dyabolo estis / Perversus itaque
doctor iste erroris sui predam
sociis pollicetur quia malignis
spiritibus pravorum permittit animas
in eorum fine rapiendas / Et oculi
filiorum eius deficient / Quia dum
in temptationes hominum ad sola operan
da terrena excitat / sic illos amare
facit quod diu tenere non possunt
Neque enim valet amoris pravam
intentio permanere quando et hoc quod
amat ipsumque qui amat cito sit
sub celeritate deficere / Possunt quoque
et per socios intelligi fortasse cun
ctissimi quique et omni malicia
iam repleti per filios vero hii qui
adhuc deceptoriis promissionibus
illusi augenda perversitate instruuntur
ut illos iam velut ex multo
malicie dyabolus quasi socios habeat
Quos iam non habet in perditione
quo crescat / Istos autem quasi fi
lios quos promissionibus lactat
ut ad peiora proficiant / Sed

oculi filiorum eius deficient. Quia
pravorum intenciones cadunt
cum omne quod hic appetunt
deserunt, et illic quod dolent sine
y fine paciuntur. Sequitur: Posuit
me quasi in proverbium vulgi et exemplum
sum coram eis. Hoc beatus Iob
dicit ex se, et ex vocibus omnium
electorum. Omnis quippe qui fla
gello percutitur, quasi in proverbium
vulgi ponitur. Quia stultus
quisque dum cuiquam maledicere
appetit, eo illius similitudine
maledictionem sumit quem percussum
temporaliter videt, eamque penam
suo optat adversario, quam
evenisse conspicit iusto. Unde
fit ut non vita sapientibus in exemplum
deducatur iusti. Et dum pena
iusti esse dampnacio creditur,
et que illum maneat gloria nulla
z. spe fidei previdetur. Sequitur: Caligavit
ad indignacionem oculus meus
et membra mea quasi in nichilum
sunt redacta. Ad indignacionem
oculus caligat, cum ipsi quoque
qui in Dei corpore, id est in ecclesia,
lumine virtutis fulgent, dum se
dimicantes sepius despecta aut in
dignari conspiciunt, de occulti
iudicii admiracione turbantur
et secretum Dei penetrare nesciunt,
cur temporale prosperitatis contra bonorum
innocenciam permittitur. Quis
enim non obstupescit cum Hero
diades apud temulentum regem
Mr 6 saltu filie obtinet ut caput
amici sponsi, prophete et plus quam
prophete, cum ora convivancium
in disco deferret. Sed cum iusti
ad indignacionem calligat, infirmi
plerumque ad infirmitatem corruunt
vel et subditi. Et membra mea
quasi in nichilum sunt redacta.
Membrorum quippe nomine teneri
tudo exprimitur infirmorum, qui
dum perversos prospiciant florere, intus
torquentur cruciantur. Ad hoc non nun
quam perveniunt ut se bona vel
inchoasse peniteant. atque ita

ad agenda mala citius redeunt
ac si eos vite noceat bonum quod
inchoaverunt. Hoc autem quod ait
Caligavit ad indignacionem oculus
meus, aliis planctoribus aperit t
adiungens: Stupebunt iusti super hoc
et innocens contra ypocritam
suscitabitur. Hoc loco innocens non
dum perfecte iustus accipitur. Qui
bona agit inchoans et si nocere
aliis non novit, perfecta tamen
ipse agere nequaquam valet. Sed quia
corda parvulorum dum perversos
florere in presenti vita conspiciunt, in
vidie facibus succenduntur. Tanto
enim quisque plus invidet aliis
bona presencia quanto ea minus
contempserit. Nam quod ab omnibus sit
non valet habere totum hunc despicit
quod alter habuit. Succenditur vero
contra ypocritam innocens dum gloriam
simulatoris videt. Etiam quod inulti
nocere solet. Sin vero in hoc loco
innocens quilibet in bono per
fectus accipitur, contra ypocritam
innocens suscitatur, quando hunc
et florere conspicit. Et hunc cum suo
flore eum contempnit, et predicando
que vera sunt, tanto eum despi
ciendum ceteris denunciat, quanto
eum conspicit illa amore querere
que cum eo non valeant permanere.
Iniquo adhuc spiritum subiungitur: Et
tenebit iustus viam suam et mundis
manibus addet fortitudine sua.
Considerato quippe ypocrita iustus
viam suam tenet. Quia dum illum
ex perversa voluntate obtinere ea
que mundi sunt intuetur, ipse ad
amorem celestium robustius stringitur.
Sciens quia bonis desideriis
premia eterna non deerunt, dum
et pravis et duplicibus cordibus bona
temporalia non negantur. Qui autem mun
dis quoque manibus addit forti xvi.
tudinem, quia conspiciens perversos A.
obtinere terrenam gloriam, bona sua o
pera vehit ad perfectionem, et tanto
altius temporalia despicit, quanto hec

habundare cum malis cernit, qua
enim sunt despicienda considerat, que
deus omnibus etiam prauis prestat
Si enim precipua et magna essent
nequaquam hec conditor aduersariis
suis exhiberet. Vnde et indignum sibi es
pendit ut illa bona appetat que
et habundare conspicit et malis
sed ad percipienda celestia me
tem suam dirigit que sibi cum re
probis communia esse non possunt. Igitur
postquam exteriores per uectus malorum
bonorum vero interiores intulit,
exhortationis uerba protulit dicens
B Igitur vos omnes conuertimini et venite.
Que videlicet exhortationis uerba
aperte ad electos format. quos ad
eternitatem vocat, qui duobus modis
inuitantur, scilicet ut conuertantur et ve
niant, conuertuntur in fide, veniunt
in opere, vel certe conuertuntur deserendo
mala, et veniunt faciendo bona
sicut scriptum est, Declina a ma
lo et fac bonum, quem tamen vo
C cem subdit. Et non inueniam in vobis
vllum sapientem. Quod esse est
quod eos ad sapientiam vocat et tamen
optat ne illos sapientes inueniat
nisi quod ad veram sapientiam venire
non possunt. qui false sapientie fidu
cia decipiuntur, de quibus scriptum est,
Ysa 5 Ve qui sapientes estis in oculis vestris
et coram vobismetipsis prudentes.
De quibus rursum dicitur, Nolite
esse prudentes apud vosmetipsos
Ro 12 Vnde isdem predicator egregius hos
quos carnaliter sapientes inuenerat
ut sapientiam veram perciperent primum
I cor 3 fieri stultos querebat dicens. Si
quis videtur inter vos sapiens esse
in hoc seculo stultus fiat ut sit
sapiens. Et per semetipsa veritas
dicit, Confiteor tibi domine pater
Mt 11 celi et terre quia abscondisti hec a
sapientibus et prudentibus et reuela
sti ea paruulis. Quia igitur hii
apud semetipsos sapientes sunt
ad veram sapientiam peruenire non possunt
Recte beatus Iob conuersionem auditorum
desiderans ex optat ne in eis

vllum sapientem inueniat. ac
si aperte dicat Stulti esse apud
vosmetipsos discite, ut ideo vere
sapientes esse valeatis. Sequitur
D Dies mei transierunt cogitationes
mee dissipate sunt torquentes
cor meum. Sancta ecclesia electorum
per diurna et nocturna tempora conspicit
vite sue spacia transire, quia noctem
in aduersitatibus, diem vero in prosperi
tatibus habere consueuit. Quasi vi
ci luce oritur ex tranquillitate pacis
et non ex dolore persecutionis. Sed
cum post quietis ocia ad excres
centis contra se persecutionis
laborem redit, dies suos tran
sisse testatur, In quibus tamen diebus
solet tanto grauioribus curis
premi. quanto a se de ipsa tranquil
litate pacis subtiliores ambice
rones cogitat exquiri, In tran
quillitate etenim pacis modo ambitio
suorum cogitat, modo terrenarum
rerum dispensationes curat, que
videlicet terrenorum actuum dispensa
tiones tanto bonis actibus gra
uiores sunt, quanto eas tanti
tu ab intuendis celestibus vel
admodicum euellunt. Vnde beatus
Iob sine sua voce. sine voce v
niuersalis ecclesie. Postquam dies suos
transisse testatur illico subiunxit, Co
gitationes mee dissipate sunt
torquentes cor meum. Quia dum
bonis mentibus temporalis felicitatis
transit, etiam cura eis terrena dis
pensationis subtrahitur, que eas
in cogitationibus torquere videbatur,
Dum enim erecte semper esse ad per
cipienda celestia appetunt, eo ipso
quo aliquid ex dispositione terrena
ad yma cogitando descendunt
torqueri se sentiunt. Vnde fit
ut ipsa quoque aduersitas persecu
tionis reddatur in magna exul
tationem letitie propter adeptam quietem
cordis. Vnde et aperte subditur. Noctem
verterunt in diem, Dissipate enim
cogitationes noctem in diem
verterunt, quia non nunquam mentibus
amplius placet ex aduersitate

mala preteriti quam ex prosperitate tempora-
lis dispensationis cura fatigari. Sed
quia nonnumquam electis et adversi-
tas transire et prosperitas rursus illucescere
xvi. c. apte subdidit: Et rursum post
tenebras spero lucem. Lux enim
post tenebras speratur, quia vel
post noctem vite presentis eterne lu-
men percipitur, vel ita hic adversi-
tas et prosperitas alternat ut sibi
succedere vicissim non desinant.
Unde fit ut et in die nox
in suspicione sit, et in nocte lux
in presumptione, sicut scriptum est:
Eccli. 11 In die bonorum ne immemor sis
malorum, et in die malorum ne im-
memor sis bonorum. Sed ecce per
auctoris nostri gratiam redempti
sumus, hoc iam celestis muneris
habemus, ut cum a carnis nostre
inhabitatione subtrahimur, mox ad
celestia premia ducamur. Quia
dum conditor noster ac redemptor
claustra inferni penetrans, ex-
inde electorum animas eduxit,
nos illo ire non patitur unde
iam alios descendendo liberavit.
Hii vero qui ante adventum eius
in hunc mundum venerunt,
quantamlibet virtutem iustitie
habuerint, ex corporibus educti in
sinum celestis patrie recipi nullo-
modo poterant statim, quia necdum
ille venerat qui inferni claustra
sua descensione solveret, et iustorum
animas in perpetua iam sede col-
locaret. Unde beatus Iob et afflic-
tionem sentiens et adhuc differri iustorum
retributionem sciens, apte subiungit:
ff Si sustinuero, infernus domus
mea est, et in tenebris stravi lec-
tulum meum. Priores etenim
sancti et sustinere adversa poterant
et tamen e corporibus educti adhuc
ab inferni locis liberi non poterant,
quia necdum venerat qui illuc
sine culpa descenderet, ut eos
qui ibi tenebantur ex culpa liberaret.
Tunc vero homo in tenebris stravit
lectulum suum, qui lucem iustitie
persuasori callido consentiendo de-
seruit. Et quia in ipsis inferni
locis quosdam iustorum anime sine tor-
mento tenebantur, ut et pro originali
culpa adhuc illuc descenderent, et
tamen ex propriis actibus supplicium non
haberent, quasi in tenebris lectulum
stravisse est in inferno sibi requiem
preparasse. Gravi enim tedio electis fuit
post absolutionem carnis ad hunc
spem non videre creatoris, quod tedium
non immerito beatus Iob tenebras vo-
cat. Sed quia hoc ex peccato in infirmitatem
venit, vite eiusdem infirmitatem
mox subdit dicens: Putredini
dixi: Pater meus es, et mater mea et G
soror mea vermibus. Quid est
quod dixit putredini: Pater meus es,
nisi quod omnis homo ab origine vi-
tiata descendit. Unde et addit:
Mater mea et soror mea vermibus. Quia
videlicet et ab ipsa putredine, et cum
ipsa in hunc mundum venimus.
Ingratum enim ad materiam corruptibi-
lis carnis mater nostra ac soror ver-
mes sunt, quia de putredine pro-
cessimus, et cum putredine venimus
quam portamus. Quod si intelligi spiritaliter
potest, et mater nostra et consuetudo non
immerito soror vocatur, quia ab illa
cum ista sumus. Que vide-
licet mater et soror vermes sunt, quia
ex materia corruptibili et consuetudine
perversa cogimur, ut quasi quibusdam ver-
mibus, sic inquietis cogitationibus
in mente fatigemur. Carnis enim
natura viciata et consuetudo perversa
quia in nobis curas in corde infirmita-
tis nostre generant, bene mater et soror
vermes vocantur. Mordent enim ani-
mam dum inquietant. Non enim cessant
iusti viri vel sollicite cogitare et
pertractare quid agant, vel provide
inspicere quo post presentem vitam du-
cendi sunt. Quia ergo tunc electi
ante adventum domini et in labore vite
presentis se esse cernebant, et tamen post presentem
vitam nec dum celestia bona per-
cipere, multis cogitationibus urebantur.
Expectabant enim gratiam redemptoris
sui, nec tamen ad eam poterant

in carne viuendo peruenire. Unde
et apte subiungit: Ubi est ergo nunc
prestolacio mea? Que esse potuit pre-
stolacio iustorum nisi iustus et iustifi-
cans deus qui ad penas inferni
gratis sponte descenderet captiuos
mortis iusticie sue virtute liberaret?
Huius enim precium minime cessabat
intenta cogitacione prestolari, quia
quandoque venturum esse nouerat. Sed
venire citius querebat. Unde non ait
Ubi est prestolacio mea. Sed ait ubi
est ergo nunc prestolacio mea. Dum
enim addit nunc ostendit quia quod
quandoque venturum erat venire citius
xiiij h. venire desiderabat. Sequitur: Et pa-
cienciam meam quis considerat? Ex-
pressit desiderium quo festinat in
carne redemptorem positum et ab inferis
ad superna reuocari. Equidem
paucorum hominum fuit ista expectacio ut
carerent depositis vite laboribus et-
iam de subsequente post mortem dilacione
cogitarent. Et utique iusti enim ad
ventum redemptoris moras se perpeti do-
lebant. Unde et recte nunc dicitur: Et pa-
cienciam meam quis considerat? Equi-
dem non deest qui pacienciam con-
sideret. Sed cum citius non exaudit
quasi minus considerare dicitur
deus. Ipse enim humani generis redemptor
qui in fine mundi venit, ab his qui
ab inicio mundi precesserant tarde
credebatur. Quia longo temporis spacio
a celesti remuneracione disiuncti sunt
veritate attestante que ait: Multi
prophete et reges voluerunt videre que videti-
tis et non viderunt. Itaque quod nunc
dicitur: Pacienciam meam quis considerat,
ardentis desiderii vota panduntur.
Neque enim ut predicimus iustorum pacienciam
non considerat deus, sed quasi non con-
siderare dicitur cum ad notum desiderii
minus citius apparere et per plurima
tempora dispensacionis sue graciam differre.
Dicit ergo pacienciam meam quis con-
siderat. quia quod disponenti breue
est, longum est amanti. Unde adhuc
dilacionis sue dampna considerans
hoc quod iam predixerat repetit et de-

scensurus ad yma vocem doloris
ingeminat dicens: In profundissimum
infernum descendent omnia mea. Cum
constet quod aperte inferos iusti non
in locis penalibus, sed in superiori qui-
etis sinu tenerentur, magna nobis oritur
questio quidnam sit quod beatus
Job asserit dicens: In profundissimum J.
infernum descendent omnia mea.
Qui et si ante adventum mediatoris
dei et hominum in infernum descensurus
erat, liquet tamen quia in profundissimum
infernum descensurus non erat.
An ipsa superiora loca inferni pro-
fundissimum infernum vocat? Quia
videlicet quantum ad sublimitatem ce-
li iam huius aeris spacium non immerito
dici infernus potest. Unde cum
apostate angeli a celestibus sedibus
in hoc caliginoso aere sint dimersi, dicit
Petrus apostolus: angelis pecca-
ntibus non pepercit sed rudentibus 1 pet 2
inferni detractos in tartarum tradidit
in iudicium cruciandos reservari.
Si itaque quantum ad celsitudinem
celi aer iste caliginosus infernus est,
quantum ad eiusdem aeris altitu-
dinem terra que inferius iacet
et infernus intelligi et profundus potest.
Quantum vero ad eiusdem altitu-
dinem terre etiam illa loca inferni que
superiora sunt aliis receptaculis
inferni hoc loco non incongrue
inferni profundissimi appellacione v. aer.
signantur. Quia quod ad celum est
terra ad aerem. hoc ille superior
inferiorum sinus ad terram. Sed mirum
valde est quod adiungit: Descendent
omnia mea. Cum enim sola anima
descensura esset ad inferni loca
quid est quod sanctus vir illuc pluribus
omnia sua descensura, nisi ibi
se esse totum vidit. Ubi pondus
sue remuneracionis intelligit quia
hoc quod insensibile in terra deficit
quousque ad incorrupcionem rursus
redeat se esse non sentit. Omnia
itaque sua in infernum profundissimum
descensura perhibet, quo sola anima
descensura videt, quia ibi totum

est ubi sentire posset quod recepit
vel certe in infernum omnia eius
descendunt. quia laborum omnium
retributionem adhuc in sola inferni
quiete recipi prestolabatur. et quia
illuc descendit omne quod egit
quia ibi quietem retributionis
omnibus invenit. Sed etiam ipsa
quies prestolata subiungitur cum
k illico subinfert. Putas ne sal
tem ibi erit requies mihi? Iustis
nimirum nobis innotescit quid
desideret. et tamen se adhuc de
suscipienda requie dubium esse
designat. Ne cuius sancta opera
tot flagella secuta sunt occulto
iudicio superni iudicis post fla
gella temporalia etiam mansura
tormenta sequerentur. Qua in re
cum magno nobis timore pen
sandum est quis iniquus iam de
requie etiam securus sit. Si de
ea adhuc et ille trepidat cuius
virtutis preconia. et ipse iudex quem
i pet x percutit clamat. Si enim iustus
vix salvabitur impius et peccator
ubi parebunt. Beatus etenim iob
ad requiem se post flagella perventurum
nouat. sed ut nostra in timore corda
concutiat. ipse visus est de eterne
quietis retributione dubitare cum
dicit. Putas ne ut nos videlicet
perpendamus quanta debemus
formidine venturum iudicium
semper expavescere. quando et ille
qui teste iudice laudatus est
Securus adhuc de retributione iudicii in
suis vocibus non est. Liber XIIII

lib xiiij caput i. l.

Superiori huius quartodecimi
operis parte tractavimus quod
omnipotens deus ut mentes corrigeret
sub lege positorum beati iob vitam
ad testimonium adduxit. Qui le
gem non novit et tamen tenuit.
Quia precepta vite que scripta
non acceperat custodivit. Hunc
atque deo attestante prius lau
dat. et probari postmodum insidiatoris
dyaboli permittit. ut per temptamenta
tribulationis ostenderet. quantum prius

in tranquillitate perfecisset. Hunc vite
inimicus quia humanam in ore suo
improbat. et laudari deo attestante
cognovit. et tamen ad temptandum ex
petiit. quem cum tot damnis rerum
tot orbitatibus percussum sternere nequi
visset. uxorem et in stimulo male per
suasionis excitavit. ut saltem per
familiaria verba corrumperet. quem per tot
inictiorum tormenta sternere non valet
Eius cum adiutorio femine quod con
adam in paradiso obtinuit. contra
hunc sedem in sterquilinio positum
roborari non potuit. Ad alia se temp
tamenta convertit. ut amicos eius
quasi consolantes adduceret et cum
eorum mentes in asperitatem increpationis
excitaret. Ut is enim cuius patientiam
flagella non vicerant. sive flagella
saltem aspera verba superaret. Sed in
imicus callide insidians. fraudem
quam contra sanctum virum paraverat
pertulit. quia sancto viro quot oc
casiones predicationum intulit. tot iste
victorie instruxit. Contra torme
ta quippe patientiam. contra verba sa
pientiam tenuit. quia et dolores
verberum equanimiter sustinuit et stul
ticiam male suadentium sapienter
frenavit. Sed quia in ipsis passioni
bus doctisque locutionibus sancte ecclesie
typum tenet. Amicis eius ut sepe
iam diximus quedam recta et quedam
stulta loquentibus non immerito heretica
figurantur. qui pro eo quod sancto viro
amici sunt. multa de rebus recta
dicunt. sed pro eo quod speciem hereticorum
tenent. plerumque in oris sui excessu
dilabuntur. et iniquiorum suorum iaculis sancti
viri pectus feriunt. Sed contra
mentem in expugnabilem ipsa sua
percussione fatigant. Nos igitur sub
tili debemus discretione distinguere
Et quid sit in eorum verbis. quid vero
de rebus sentiant. et quid huic con
beatum iob statum sonat. Cap xviii cap xviii

xv[m] cap[itulum]

xv. Respondens autem Baldach suites dixit usque ad quem finem
verba iactabis. Intellige prius
et sic loquamur. Omnes heretici statim
ex eadem in quibusdam cognitis super-
bire putant. Quedam vero nec in-
telligere superius. Unde baldach sui-
tes beatum iob quasi in superbia a-
struit erupisse quem fatetur verba
iactare. Sed signat ipse quanta elacione
tumuerat, qui beatum iob loqui que
non intelligeret putabat. Et quia de
heretici in estimacione sua astruit
eciam despici conqueruntur. apte sub-
ingitur. Quare reputati sumus
ut iumenta et sorduimus coram te.
Humane mentis proprium est superciliu[m]
hoc sibi fieri quod facit arbitratur. Cum
se despici qui bonorum mores de-
spiciunt conspiciunt. Et quia in hiis que
comprehendi valent racione contra he-
reticos ondit eciam racionabile non esse
quod astruunt. estimari se ab eis indoctos
velut iumenta suspicantur. Seque
despectus sui despectione prima
ad indignacionem prosiliunt. atque ad ei[us]-
dem ecclesie contumelias excitantur.
Unde subditur. Quid perdis animam tuam
in furore tuo. Heretici vel zelum rec-
titudinis vel spiritualem graciam sine p-
dicacionis non virtutis pondus sed
insaniam furoris existimant. quo fu-
rore videlicet perire fidelium animas
arbitrantur quia in de intra ecclesie
vitam credunt. Unde eam contra se
xvi. in furore conspiciunt. Sequitur. Nunquid
propter te derelinquetur terra. Qui enim ubi
que deum colere se totum mundum esti-
mant occupasse. Quid ergo est
dicere. Nunquid propter te derelinquetur
terra. nisi hoc quod sepe fidelibus di-
cunt. Quia si hoc est verum quod vos
dicitis. Omnis adeo terra derelicta est
qua iam permultitudine nos tenemus.
Sancta autem universalis ecclesia
predicat deum verum nisi intra se
coli non posse. asserens quod omnes qui
extra ipsam sunt minime salvabuntur.
At contra heretici quia eciam extra
ipsam salvari se posse confidunt
in quolibet loco sibi dominum ad
inventum agere profitentur. Unde dicunt.
Nunquid propter te delinquetur terra id est
ut quisquis extra te fuerit minime
salvetur. Unde eciam subditur. Et transferentur
rupes de loco suo. Heretici rupes
vocant eos quos sub luminibus in hu-
gile sensibus excedere putant. quos
profecto doctores se habere gloriantur.
Cum vero sancta ecclesia per verso
quosque doctores in tra sinum recte
fidei colligere studet. quid aliud quam
de locis propriis rupes monet. ut
intra eam recta sapientes humiliter
taceant. Qui in prioribus suis sensibus
rigidi prius stabant. Sed hoc fieri
heretici omnes contradicunt. Sed ipse
eius vocem rupes de proprio loco
transferri renituntur quia videlicet nolunt
ut ad eam venientes vera humiliter
senciant. hii qui apud se elatis
sensibus falsa sapiebant. Plerumque
vero heretici cum quosdam in sancta
ecclesia. vel in opere vel flagellis
laborantes aspiciunt. semetipsos
mox in arrogancia iusticie ex-
tollunt. et quid quod adversum fidelibus
evenisse considerant. hoc factum pro eorum
iniquitatibus putant. nescientes
nimirum. quia actionum meritum presentis
vite qualitas nullo modo probat. Nam
plerumque et bona malis et mala
bonis eveniunt. pro eo quod et bonis bo-
na mala malis in eterna retribucione
servat. Baldach itaque typum heretico-
rum de prosperitate vite presentis sese ex-
tollencium tenens adversum flagella
beati iob quasi eorum voce contra
iustorum obprobria insultat. et diserte
quidem contra impios disputat.
Sed quod perverse contra iustum loquatur.
talia ignorat. Nam subiecit dicens Nonne
lux impii extinguetur. nec splen-
debit flamma ignis eius. Hoc si in
presentis vite diffinicione denunciat
fallitur. Quia plerumque ipsius in esse
lumen prosperitatis cernitur. et pios tene-
bre ignobilitatis ac paupertatis abscon-
dunt. Sed vero ad hoc sermo eius
dirigitur ut ondat quod impii in suo

Nonne

p sive placavit. Vacat dicat. Nonne
lux impii extinguetur. nec splen
debit flamma ignis eius. Quod si
dici de impio recte potuit. contra
sanctum tamen virum in flagello con
stitutum dici non debuit. Sed nos
vires brachiorum in suis sententiis
pendentes pensemus. quam valide
iacula intorqueant. et desinamus
aspicere in torquendo que impetu
mittunt scientes quia frustratis
ictibus lapidem ferit. Dicit ergo
Greg. Nonne lux impii extinguetur. quia
sunt impii lucem suam prosperitate
scilicet vite presentis. Sed lux impii
extinguetur. quia fugitiva vite
prosperitas cum ipsa citius vita termina
tur. Unde apte subditur. Nec splendebit
flamma ignis eius. Omnis namque
impius habet flammam ignis proprii
que in corde suo ex fulgore desi
deriorum temporalium accenditur. Dum mo
dis omnibus modo illis cupiditatibus estu
at. Et cogitationes suas per multiplica
cia blandimenta secularis amplius
inflammat. Ignis itaque si flammam
non habet. nequaquam fuso lumine sple
det. Flamma itaque ignis eius
est decor vel potestas exterior que
de interno eius ardore procedit.
Quia quod anxie in hoc mundo ad
ipsa desiderat. plerumque adepti
mulla perditionis sue obtinet et
sive in potestate culminis. sive in divi
tiis multiplicationis quod rex teriorem
gloriam lucet. sed non splendebit fla
mma ignis eius. cum in die extre
ma omnis exterior decus subtrahitur
et solo suo in tusetus ardore con
crematur. Flamma ergo ab igne
subtrahitur cum gloria exterior ab
interno eius ardore separatur. Sunt
et iusti flamma ignis sui. sed in
ter mirum que resplendeant. quia vi
delicet eorum desideria in bonis
operibus lucent. Iniquorum vero
flamma minime lucet vel splen
det. quia per hoc quod male ap
petunt ad tenebras pertrahuntur.
m · ex · Unde et sequitur. Lux obtenebrescet
in tabernaculo illius. Sed si pereo

quod tristiciam tenebras. non inmo
lucem accipere gaudium debemus. lux
ergo in tabernaculo illius tenebre
scit. quia in eius conscientia qua ma
le inhabitat gaudium quod de ta
libus rebus habuit deficit. Unde
et apte subiungitur. Et lucerna que super
eum est extinguetur. Ut enim de usu
multorum loquar. lucerne lumen in
testa est. lumen vero in testa est
gaudium in carne. Lucerna vero que
||cu super est extinguitur. quia cum malorum
suorum retributio impium sequitur. in
mente carnale gaudium dissipat.
Unde aut decet lucerna non dicit
que apud eum est. Sed super eum est
quia iniquorum mentem terrena gau
dia possident. sic quod eum in voluptati
bus absorbent. ut super ipsam sint
non apud ipsam. Iusti autem cer
tam prosperitatem vite presentis habent
etiam sub semetipsis premere noverunt
ut hoc quod apud se in bonis hylares
omnino gravitatis consilio tuseant et
virtutis regimine precedant. Lucerna
ergo impii que super eum est extin
guetur. quia citius eius gaudium
deficit. quod eum tantum in hac
vita possedit. Et qui nunc male
||sc voluptatibus dilatat. eum post in
suppliciis pena coangustat. Unde
ad hunc subditur. Artabuntur gressus
virtutis eius. Nunc enim quasi virtutis
sue gressus exerit. quotiens potestatis
sue violencias exercet. Sed gressus R
virtutis eius artabuntur. quia vires
malicie illius. quas nunc in volup
tate sua exhibet. per ymodum pena
constringit. Sequitur. Et precipitabit
eum consilium suum. Habet nunc con
silium omnis iniquus presentia appetere
eterna desperare iniuste agere. iusta
deridere. Sed cum iudex iustorum iniu
storumque venerit. suo unusquisque ipsius
consilio precipitabitur. quia per hoc quod
hic appetere primus cogitationibus eligit.
in eternum suppliciis tenebras demergitur.
Que enim hic gloria temporalibus

extollit, huic illic sine termino pena succedit. Qui hic in voluptate leta- tus est, illic perpetua ultione cruciatur. Et sit plerumque ut ipsa huius mundi prosperitas, quam ab impiis in gaudium appetitur, eorum gressus iam obliget, ut etiam cum ad bona opera voluerint venire redire, vix possint, quia iam agere non valent, cum huius mundi amatoribus displicere timent. Unde agitur ut per gloriam quam impius ex peccato assequitur, eius ad hunc peccatum amplius multiplicetur, quod hic Baldach exprimit cum subiungit: In misit enim in rethe pedem suum et in maculis eius ambulat. Qui pedes in rethe mittit, non cum voluerit exit. Sic qui in peccatis se dicit, non mox ut voluerit surgit. Et qui in maculis rethis ambulat, gressus suos ambulando implicat. Et cum se expedire ad ambulandum nititur, ne ambulet obligatur. Sepe namque contingit ut qui huius mundi delectatione persuasus in eo honoris gloriam pertingat, ad desideriorum suorum effectum perveniat, et pervenisse se ad hec que expetiit letetur. Sed quia bona mundi non habita in amore sunt, plerumque habita vilescunt, percipiendo discit quam vile sit quod expetiit. Unde revocatus ad mentem exquirit qualiter sine culpa fugiat, quod se cum culpa conquirit adeptum. Sed ipsa eum dignitates que implicaverunt tenent, et sine culpis alias fugere non valet, hoc ubi non sine culpa pervenit. In misit ergo in rethe pedes suos et in maculis eius ambulat, quia cum expediri nititur, tunc verius conspicit quam durius nexibus teneatur. Nexus enim vere obligationum nostrarum cognoscimus, nisi cum evadere nitentes quasi levare pedes conamur. Unde et adhuc eandem obligationem apte subiungens ait: Tenebitur planta illius laqueo, quia videlicet stringitur finis in peccato. Et quia hostis generis humani cum vinctum quemque

iniquum in culpa obligat, ad eius mortem avidius anhelat, recte subiungit: Et exardescet contra eum sitis. Antiquus quippe inimicus iniquum cum in peccato vinctum illaqueat, sitit ut mortem peccatoris bibat. Quod tamen intelligi et aliter potest. Nam perversa mens cum in peccato se venisse conspicit, quadam cogitatione sufficiente evadere peccati laqueos querit, sed vel terrores vel obprobria hominum timens eligit in eum mori quam ad tempus adversitatis aliquid pati. Sicque totum se vitiis deserit quibus semel iam obligatum sentit se. Cuius ergo usque in finem vita culpa stringitur, eius planta laqueo tenetur. Sed quia se male obligatum pensat, eo desperatio reditum desperat. Ipsa iam desperatione adhuc huius mundi concupiscentias acrius estuat, et fit desideriorum fervor in mente, et perditis precedentibus irretitus animus ad maiora etiam delicta succenditur. Unde et subiungit: Et exardescet contra eum sitis. Iniquus quippe animo contra eum sitis exardescit, quia quo agere perversa consuevit, eo ad bibenda mala vehementius accenditur. Impio quippe sitire est huius mundi bona concupiscere. Unde et redemptor noster cum pharisei domum ydropicum curat, et cum contra avaritiam disputat, scriptum est: Audiebant autem omnia hec scribe et pharisei qui erant avari et deridebant eum. Quid est ergo quod ante pharisei domum ydropicus curatur, nisi quod per alterius egritudinem corporis in altero exprimitur egritudo mentis? Ydropicus quippe quo amplius biberit, amplius sitit. Quia et omnis avarus ex potu sitim multiplicat, qui cum ea que appetit adeptus fuerit, ad appetenda alia amplius anhelat. Qui enim adipiscendo plus appetit, huic sitis ex

(Margin notes: b; c; iiij. b; aliquid; luc 14; luc 16; x)

y. potu crescit. Sequitur. Abscondita est
in terra pedica eius. et decipula il-
lius super semitam. In terra pedica
absconditur. cum sub terrenis commo-
dis culpa occultatur. Inimicus
quippe insidians ostendit humane
menti in terreno lucro quod appetat.
et occultat peccati laqueum. ut a-
nimam illius strangulet. quatenus vi-
deat quidem quod concupiscere valeat
et tamen nequaquam videat in quo
culpe laqueo pedem figat. Deci-
pula vero a decipiendo dicta est.
Et tunc ab antiquo hoste super
semitam decipula ponitur quando in actione
huius mundi qua mens appetit
peccati laqueus paratur. que videlicet
non facile deciperet nisi videri po-
tuisset. Sic quidem decipulam
ponit. ut dum ostendit escam nequa-
quam adversante videat. Quasi
esca quippe in laqueo est lucrum
in culpa. et huius mundi prosperitas
cum iniquitate. Dum itaque ad con-
cupiscentiam lucrum appetit. quasi
pedem mentis apprehendit deci-
pula que non videtur. Sepe enim
proponit animo cum culpa hono-
res divicie salus et vita tempora-
lis. que mens infirma dum quasi
escam videt. et decipulam non
z. videt. Pestam quam videns
appetit in culpa constringitur que
non videtur. Existunt enim qualitates
morum. que certis viciis sunt vi-
cine. Nam mores asperitatis cru-
delitati aut superbie solent esse con-
iuncti. Mores autem blandi. et quam
decet paulo amplius hilares
non numquam luxurie et dissolucioni.
v. Intuetur ergo inimicus generis hu-
mani uniuscuiusque mores cui vi-
cio sint propinqui. et illa opponit
ante faciem ad que cognoscat faci-
lius inclinari mentem. ut bla-
dis ac letis moribus sepe lu-
xuriam. non numquam vanam gloriam.
asperis vero mentibus iram super-
biam vel crudelitatem proponat.
Ibi ergo decipulam ponit ubi se-
mitam mentis esse conspicit

quia illic periculum decepcionis in-
serit. ubi viam esse invenerit pro-
pinque cogitacionis. Et quia prius
homo omnino quod facit etiam pati
metuit. atque hoc sibi ab omnibus
fieri estimat. quod ipse omnibus quibus
valet parat. Recte subiungitur. Un-
dique terrebunt eum formidines. Quia 7
enim contra se omnes esse suspicatur.
qualis ipse contra omnes extitit.
Que nimirum formidines quid in ea
actione faciant subinfertur cum dicitur
Et involvet pedes eius. Pedes quippe
si involuti fuerint. liberos gressus
habere non possunt. et nullum iter carpe-
re valent. quia sua eos involucra
retinent. prava itaque desideria ad pes-
simam actionem trahunt. sed pessima
actio constringit in formidine. que vi-
delicet formido involvet pedes
ne in rectum exire valeant actionem
Et sepe contingit. ut idcirco quisque
bonus esse metuat. ne hoc a pravis
ipse paciatur. quod se bonis fecisse reminis-
citur. Dumque hoc pati quod fecit
metuit. undique territus undique sus-
pectus. quasi pedes involutos habet
qui timore irretitus nil libere agere
prevalet. qui in bono opere quasi in-
de gressum perdidit. unde ad mala que
conceperat excessit. Sequitur. Atte- A
nuatur fame robur eius et inedia
invadet costas eius. Scriptura sacra
more scripture videt. quod futurum pre-
videt. scilicet non maledicentis animo sed
predicentis. Omnis itaque homo quia
ex anima et carne constat quasi
ex robore et infirmitate compositus
est. Ex ea enim parte qua spiritus rationa-
lis est conditus. non incongrue dicitur
robustus. ex ea vero parte qua car-
nalis infirmus est. robur ergo
hominis anima rationalis que repug-
nantibus viciis resistere valet pravi-
tatum. Unde et superius per beatum Iob dictum
est. Roborasti enim paululum ut
in perpetuum preualeret. Ex rationali quippe
anima habet homo ut in perpetuum
vivat. Huius ergo iniqui robur

Dyabolus adhibet temptaciones.
secundum mores hominum et inclinaciones.

Superbia devorat bona opera

fame attenuatur quia eius anima
nulla interni cibi refectione pascitur
de qua scilicet fame per prophetam dicitur
Emittam famem in terram. non famem
panis. neque sitim aque. sed audiendi
verbum dei. Unde autem subditur Et in-
edia invadet costas eius. Coste
enim viscera constringunt. ut latentia
intrinsecus viscera earum soliditate
muniantur. Coste ergo uniuscuiusque
sunt sensus animi. qui latentes
cogitationes muniunt. Inedia igitur
invadit costas. quando dum spiritualis
refectione subtracta mentis sensus
deficiunt. et cogitationes suas rege-
re vel tueri non possunt. Inedia inva-
dit costas impii. quia fames in-
terna sensus mentis extenuat. ut
cogitationes suas nullatenus tegat
Nam si sensus mentis obtusi fue-
rint cogitationes ad exteriora pro-
deunt. et quasi costis infirmatis
ea que in occulto sana latere poterant
foris viscera fundunt. Unde fit ut in
cogitationibus exterius sparsis exte-
rioris glorie speciem deceptus appetit
animus. nichilque diligit nisi quod pul-
chrum videt foris. Contra quem ad-
b huc subditur. Devoret pulchritudinem
cutis eius. et consumet brachia
illius primogenita mors. Pulchritudo
cutis est gloria temporalis. que dum
foris concupiscitur. quasi species in cute
retinetur. Brachiorum vero nomine non
incongrue opera designantur. Quia
corporale opus brachiis agitur. Quid
autem mors nisi peccatum est quod ab in-
teriori vita animam occidit. Unde
scriptum est. Beatus et sanctus qui habet
Apoc. partem in resurrectione prima. quia ille post
20 in carne feliciter resurget. qui in hac
vita prius a mentis sue morte
resurrexit. Si igitur peccatum mors
non incongrue. primogenita mors
superbia valet intelligi. de qua scriptum est
Eccli. Initium omnis peccati superbia. Pul-
10 chritudinem igitur cutis eius et bra-
chia illius primogenita mors de-
vorat. quia in impio gloriam vel
operationem superbia supplantat. Potuit

enim in hac vita sine culpa glori-
osus existere. si superbus minime fuisset
Potuit auctoris sui iudicio qui-
busdam suis opibus commendari
nisi hec ipsa opera ante eius oculos
elatio supplantaret. Sepe enim quos- c.
dam divites videmus. qui opes
et gloriam sine culpa habere potuissent
si hec habere cum humilitate voluissent
Sed extolluntur rebus. inflantur
honoribus. dedignantur ceteros. om-
nemque vite sue fiduciam in ipsa
habundantia rerum ponunt. Unde et
quidam dives dicebat Anima ha- Luc 12
bes multa bona reposita in annos
plurimos. requiesce comede bibe
epulare. Quas eorum cogitationes
dum supernus iudex aspicit. de
ipsa hac eos fiducia evellit. Un-
de hic quoque apte subditur
Avellatur de tabernaculo suo fiducia d
eius et calcet eum quasi rex in-
teritus. Hoc loco interitus nomine
ipse hostis humani generis qui interitum
intulit designatur. qui per suum quendam
satellitem exprimitur. quo ad Iohannem
dicitur Nomen illi mors. Iste itaque Apoc. 6
interitus in die exitus quasi rex
super impium calcat. quia quem prius
blandis persuasionibus decepit
ad extremum violentus miseriis ad
supplicium rapit. tanto quoque eum durius
deprimit. quanto in pravis actibus
vehementius astringit. Quem hic quoque vi. c.
mentem reprobi dum possidet cal-
cat. quia quotiens eam delecta-
tionibus pressit. quasi totiens super
eam pedem sue tyrannice domi-
nationis posuit. Si vero interitus
nomine non apte dyabolus sed
peccatum debet intelligi. ex quo con-
tingit reprobos ad interitum trahi.
Talis nimirum interitus. quasi rex
calcat mentem. cum eam possi-
det non resistentem. Non enim pec-
catum in hac vita posito deesse
temptatio peccati. Sed aliud est a peccato
temptari resistere. aliud dominanti
servire. Iniquus vero quisquis quia

Divitie sunt licite vide ... h x c 20 [?]

Divitibus quanta est superbia ... h 26 r 19 v.

resistere peccati suasionibus nescit,
subiugari ante eius dominio
non pertimescit. Recte ergo dicitur:
Calcet super eum quasi rex inte-
ritus. Huius quippe interitus
regnum a discipulorum cordibus re-
Ro 6 pellebat apostolus cum diceret: Non
regnet peccatum in vestro mortali
corpore. Non enim ait, non sit, sed non
regnet. Quia non esse non potest,
non autem regnare in cordibus
bonorum potest. Quia ergo quelibet
culpa cum cor iniqui pulsaverit,
resistens illud non invenit, suo
dominio substernit. Dicatur recte:
Avellatur de tabernaculo suo fiducia
eius et calcet super eum quasi
rex interitus. De tabernaculo ergo
fiducia eius avellitur, quando prorsus
quisque qui multa sibi ad usum
in hac vita parat, repentina
morte dissipatur. Et calcat super
eum quasi rex interitus. Quia
vel hic vitiis premitur, vel mortis
sue tempore peior quam ad supplicia
rapitur, peccati demoniace subiu-
gatur. Et ideo ita in reproborum men-
" ca tibus agitur, quia " et occasio perpe-
trandi peccati deest, desideriorum
cogitationes eorum cordibus nulla-
tenus desinunt. Et cum scilicet dampnum
non sequatur in opere, valde tamen se
obligant in cogitatione. Prius quippe
culpa in cogitatione est, postmodum
ff vero in opere. Unde filie Babylonis
dicitur: Descende, sede in pulvere,
Ys xl filia Babylon, sede in terra. Quia enim
semper pulvis terra sit, non tamen
terra semper est pulvis. Quid
ergo pulverem nisi cogitationes
debemus accipere, que dum in-
portune ac silenter in mente evo-
lant, eius oculos excecant, et
peccatum nisi terram actio designatur.
Et quia reproborum mens prius
ad prava cogitanda deicitur,
postea ad facienda, recte filie Ba-
bylonis que ab interne rectitudinis
iudicio descendit, perseverantem
suam dicitur, ut prius in pulvere
et postea in terra sedeat. Quia nisi

se in cogitatione prosterneret, in malo
opere non hesisset. Sequitur: Habitent
in tabernaculo illius socii eius g.
qui non est, id est in mente eius apo-
state angeli per nequissimas cogi-
tationes conversantur. Eius scilicet socii
qui ideo non est, quia a summa esse-
ntia recessit. Et peior cotidie ex-
crescente defectu quasi ad non
esse tendit. Quod semel ab eo
qui vere est tendit, qui recte quoque non
esse dicitur. Quia bene esse perdidit,
quamvis nature essentiam non amiserit.
Adhuc tamen easdem iniqui
cogitationes sub tribus exprimens
subiungit dicens: Aspergatur in habi-
taculo eius sulphur. Quid aliud h.
sulphur quam fomentum ignis est? Quod
tamen sic ignem nutrit ut fetorem
gravissimum exhalet. Quid itaque in
sulphure nisi peccatum carnis acci-
pimus. Quod cum perversis cogitationi-
bus quasi quibusdam fetoribus
mentem replet, eterna incendia
preparat. Et dum fetoris sui nebu-
lam in reproba mente dilatat,
contra eam subsequentibus flammis
quasi nutrimenta subministrat. Nam
quia per sulphur fetor carnis accipitur,
Ge ipsa sacri eloquii hystoria testatur,
19 que contra Sodomam ignem et sulphur
pluisse dominum narrat. Quia cum
carnis eius scelera punire decre-
visset, in ipsa qualitate ultionis // cum
notavit maculam criminis. Sulphur
quippe fetorem habet, ignis ardorem.
Qui itaque ad perversa desideria
ex carnis fetore arserant, digni
fuerant ut simul igne et sulphure
perirent. Quatinus ex iusta pena dis-
cerent quid ex iniusto desiderio quid
fecissent. Sic ergo in tabernaculo sulphur
iniqui aspergitur, quotiens ~~perversa~~
perversa carnis delectatio in eius
mente dominatur. Quem quia in
desideriis prave cogitationes possi-
dent, eique boni operis fructum
ferre vetant, recte subiungitur: Deor-
sum radices eius siccentur, sur-
sum autem atteratur messis eius

viij Quid nam radicum nomine que in
j. occulto site sunt · et germen in ap
tum ferunt nisi cogitationes acci
piuntur que dum non videntur
in corde visibilia opera producunt
Vnde et messis nomine · eadem aperta
operatio signatur · Que videlicet expla
tenti radice prodiat / et quia omnis
iniquus prius in cogitationibus pro
tectionum arescit et postea ab omnibus
actibus deficit. Recte per Baldach dicitur
Deorsum radices eius siccentur
Sursum autem atteratur messis eius
Quia dum prius quisque cogita
tiones suas in infimis rebus ponit
et sempiterne viriditatis gaudia ap
petere negligit. Quid aliud quam
radices suas deorsum siccare per
mittit. Cuius messis sursum at
teritur quia eius operatio omnis
a supremo iudice quasi in inutile
deputatur / Jn ymo itaque radices
sunt · et in supremis messis / Quia cum
per bonas cogitationes mittimus
ut quidoque bonorum operum fructum
percipe in eterna retributione mereamur
Sed iniquus quisque dum bonas co
gitationes deserit · et adeo quod sunt
extinus semetipsum fundit Deorsum
siccantur radices eius / Sursum vero
messis atteritur · quia quem hic prosperitas vel felicitas
tur post hanc vitam ad nulla p
k. mia vocatur / Sequitur · Memoria il
lius pereat de terra et non celebretur
nomen illius in platheis. Intuendum
nobis est · quia sic Baldach sen
tes · de vno quoque iniquo loquitur
ut latenter ad caput omnium iniquorum
eius verba vertant / Caput quippe
iniquorum dyabolus est. Ipse quippe
in ultimis temporibus · illud vas per
dicionis ingressus antixpus vocabitur
qui nomen suum longe lateque dif
fundere conatur · quod nunc vniversitatem
inunitatur · cum de memoria eterni
nominis gloriam laudis sue ex
tendere nititur · alterius opinione tran
sitoria letatur. Sicque ergo hec verba
intelligantur de vno quoque iniquo
ut referri quoque debeant ad ipsum
specialiter caput iniquorum / Dicit itaque

Memoria illius pereat de terra
et non celebretur nomen illius in pla
theis / Plathee quippe appellatione
greca a latitudine sunt vocate
Memoria vero suam in terra sta
tuere conatur antixpus cum in e
terna gloria appetit si possibile
esset in perpetuum permanere / Nomen suum
in platheis celebrari gaudet
cum longe lateque operum sue in
iquitatis extendit / Sed quia
hec eius iniquitatis diu non
sinetur extolli. Dicitur / Memoria
illius pereat de terra · et non cele
bretur nomen eius in platheis id
est et citius laudem terrene po
testatis amittat · et omne gaudium
sui nominis perdat · quod longe lateque
in brevi prosperitate diffuderat /.
l. Sequitur · Expellet eum de luce in te
nebras / De luce ad tenebras du
citur · cum de honore presentis vite
ad supplicia eterna dampnationis
Vnde apertius subditur Et de orbe trans
ferret eum / De orbe quippe trans
fertur cum supremo iudice apparente
de hoc mundo tollitur · in quo presens
gloriatur · Qui pro eo cum omnibus
sequacibus suis in ruente
mundi fine dampnabitur / Recte
subiungitur · Non erit semen eius
neque progenies in populo suo · nec
ulle reliquie in regionibus eius
Scriptum quippe est / Quia dominus
ihesus interficiet eum spiritu oris 2 Thess 2
sui et destruet illustratione
adventus sui / Dum ergo iniqui
tas eius cum mundi statu ter
minatur / Progenies eius in populo
suo non relinquitur / quia et ipse
et eius populus cum eo ad supplicium
pertrahitur / et omnes iniqui qui
decius perversa suasione sunt in
pravis actibus nati sunt illu
stratione adventus sui dum
eterno interitu cum eodem suo
capite ferientur / Ac nulla eius pro
genies in mundo remanet quia
districtus iudex iniquitates
illius cum ipso mundi fine

concludit. Quod vero hec apte
de antichristo intelligi debeant de-
q. monstratur cum subdit: In diebus
eius stupebunt novissimi et pri-
mos invadet horror. Tanta enim
contra iustos in iniquitate effre-
nabitur ut etiam electorum corda non
parvo pavore feriantur. Unde scriptum
ap^r 2^x est: Ita ut in errorem inducantur
etiam electi si fieri potest. Quod
videlicet dicitur non quia electi casuri
sunt, sed magnis erroribus trepi-
viii daturi. Tunc vero contra eum
n. certamine iusticie et novissimi electi
hic narrantur et primi; quia scilicet
et hi qui electi in fine mundi re-
periuntur in morte carnis proster-
nendi sunt, et illi etiam "qui in principiis"
mundi partibus processerunt, enoch
scilicet et helyas ad medium revocantur
et crudelitatis eius sevitiam in
sua adhuc mortali carne passu-
ri sunt. Huius vires in tanta
potestate laxatas novissimi obstu-
pescunt, et primi metuunt. Quia
licet iuxta hoc quod spiritu superbie
sublevatur omnem temporalem eius
potestatem despiciunt, iuxta hoc
tamen quod ipsi adhuc in carne
mortali sunt, in qua cruciari
possunt, ipsa que fortiter tollerant
supplicia perhorrescunt. Ita ut eis
uno eodem tempore et constantia ex
virtute sit et pavor ex carne.
Quia et si electi sunt ut tormentis
vinci nequeant, per hoc tamen quod homines
sunt, et ipsa metuunt tormenta
que vincunt. Dicatur ergo: In diebus
eius stupebunt novissimi et primos
invadet horror. Quia videlicet
tanta tunc signa monstraturus
et crudelia ac dura facturus est
ut ad stuporem perducat quos
in fine mundi invenerit, et priores
patres qui in eius expugnacione
servati sunt carnalis mortis do-
lore transfigat. Igitur quia dein
ignis omnibus vel de ipso iniquo
capite multa narrantur, quali

mox diffinitione subiungit: Hec sunt
ergo thabernacula iniqui. et iste lo- o
cus eius qui ignorat deum. Su-
perius enim dixerat: Expellet eum
de luce ad tenebras. et de orbe trans-
feret eum. Cunctis tamen malis sub-
iungit admixit: Hec sunt thaber-
nacula iniqui. et iste locus eius qui
ignorat deum. Videlicet iniquus quia
is qui nunc ~~deum~~ ignorancia dei
extollitur tunc ad propria thabernacula
pervenit, quia eum sua iniquitas
in supplicia demergit, et locum
suum invenit id est tenebras, qui-
dum hic de falsa gaudet luce
iusticie locum tenebat alienum.
Perversi enim in omne quod simula-
verunt nomine glorie iustorum quasi
locum alienum occupare nituntur, sed
ad locum suum tunc perveniunt cum
in iniquitatis sue merito igne perpetuo
cremantur. Hic namque pro nomine quod agunt
rapiende laudis desiderio sumunt
et per ymaginem bonorum operum summam
mentis ad avariciam extendunt.
Sit ergo nunc iniquus et multis P.
apparatibus tumidus, sua hic tha-
bernacula construat, nomine glorie
extendat, plura multiplicet, sepe
fundationis operibus delectetur. Cum
vero ad supplicia eterna devenerit
profecto cognoscet quia hec thabernacula
iniqui. et iste locus eius qui ig-
norat deum. Recte vero hec
Baldach dixerat. sed cui diceret igno-
rabat. vehementer autem iustum cor x
affligitur quando contra illud sine
ex iniusta estimatione proferuntur.
Unde et beatus Job protinus subdit
dicens: Respondit. Cap xix. cap xix
Usquequo affligitis animam meam
et atteritis me sermonibus. Ba
viri eloquia ut sepe iam diximus
aliquando ex persona propria. aliquando ex vo-
ce capitis, aliquando autem ex typo uni-
versalis ecclesie sentienda sunt. Valde
vero affligitur anima iustorum quando
illi contra bonos districtis sermo

in torquent, qui bene vivere ignorant
et ex voce sibi iusticiam vendicant
quam moribus impugnant. Verba autem
beati Job ut sepe iam diximus
hereticorum typum tenentibus recte ab
eodem videtur. Usquequo affligitis animam
meam. et atteritis me sermonibus.
Atteruntur boni sermonibus iniquorum
quando contra eos illi verbis tument,
qui aut in perversa fide. aut in pravis
moribus iacent. Sequitur. En decies
confunditis me. Renatis vicibus lo
cutionum amicorum iob ad hunc quin
quies locutos esse cognoscimus, sed
ipse hoc verbis quinquies increpationes
audierat. quorum in increpationibus
quinquies ipse respondit, decies se per hos
esse confusum. quia in eo quantum
laboravit quod frustra increpatus est
et in eo confusionem pertulit. quod verba
doctrine non audientibus dixit. Ista
quoque et cum audiens tacet, et in
loquens non audiret. ipse laborem
pertulit. quia et tacendo patienter
in eis loquendo utilitatem cordis do
lorem sensit. Unde et superius dicit
Quid agam si locutus fuero non
quiescit dolor meus. et si tacuero
non recedet a me. Sin vero ad ty
pum sancte ecclesie verba referimus
liquet quod magnum est eius gaudium
servare decalogi precepta. Sed hanc
perversi decies confundunt, quia pro me
quod peccant pravis suis moribus
decalogi precepta delinquunt. et toties
bonis confusionem faciunt, quotiens
in suis actibus divinis vocibus ob
sistunt. Sequitur. Et non erubescitis
opprimentes me. Sunt nonnulli quos
ad perpetranda nequitiam aborta
subito malicia invitat, sed tamen
humana verecundia revocat. Et ple
rumque per hoc quod exterius erubescunt
ad interiora sua redeunt. Et contra
se internum iudicium sumunt, quia si per
hominem mala facere metuunt, quanto
magis per deum. qui cuncta conspicit
nec aspicere mala debuerunt. Sugm
bus fit ut mala maiora corrigat

per bona minima scilicet per exteriorem
verecundiam interiorem culpam. Et
sunt quidam qui postquam deum
in mente contempserunt. multo
magis humana iudicia spernunt
atque omne malum quod appetunt
audacter perage non erubescunt
quos ad perpetrandum malum iniquitas
occulta invitat. et nulla aperta
verecundia retardat. Sicut de
quodam iudice dicitur. Deum non luc 18
timebat et hominem non verebatur.
Hinc est etiam quod de quibusdam
impudenti fronte peccantibus dictum ys 3
est. Et peccatum suum quasi sodoma
predicaverunt. plerumque ergo tales sunt
adversarii sancte ecclesie qui perpetran
dis malis nec timore dei nec
hominum pudore refrenantur. Quibus
bene per beatum Job dicitur. Et non eru
bescitis opprimentes me. quia et
si primum fuit mala voluisse peius
est male appetita non erubescere
Sequitur. Nempe et si ignoravi
meum erit ignorantia mea. Sunt
hereticorum proprium ut de magna scientie
sue arrogantia inflentur. et recte crede
ntium simplicitatem sepe derideant
et nullius esse meriti humilem vitam
dicant. At contra sancta ecclesia in
omne quod vacat sapit sensum
suum humiliter deprimit. ne scientia
inflatur, ne in requisitione occul
torum timeant, et perscrutari aliqua
que ultra vires sunt illius pre
sumat, utilius et enim studet
nescire que perscrutari non valet,
quam audacter diffinire quod nescit.
Scriptum quippe est sic. Qui mel Pv 27
multum comedit. non erit ei bonum.
Sic qui perscrutator est maiestatis
opprimetur a gloria. Dulcedo enim
mellis, si plus quam necesse est sumitur
unde os delectat. inde vita come
dentis necatur. Dulcis quoque est
requisitio maiestatis. sed qui plus
~~quam~~ hanc scrutari appetit quam
humanitatis cognitio permittit

ipsa homines eius gloria opprimit, que
velut immoderate vel superbum
per sanctitatis sensum dum non capitur
irrumpit. Nobiscum vero esse dicitur
quod pro nobis est. et rursum non no-
biscum esse quod contra nos est. Quia
ergo stulta sua scientia cor inflat,
fidelis autem cognitio ignorantie
sue cor humiliat, beatus Job sua
voce dicat, dicat etiam confes-
sione universalis ecclesie: Nempe et
si ignoravi mecum erit ignorantia
mea. Ac si aperte hereticis dicatur:
Cum vestra scientia nobiscum non est,
quia contra nos est, dum stulta
elatione vos erigit. Mea vero
ignorantia mecum est quia pro me est. quia
dum perscrutari de deo aliquid
superbe non audeo, in veritate me
humiliter servo. Et quia hec ipsa
scientia que scire gerunt ad usum
solius elationis arripiunt ut ceteris
fideles et humiles docti videantur,
v. recte subiungitur: Et vos contra me
erigimini. Sed hec fortasse verba me-
lius pendimus si ipsis specialiter ami-
cis beati Job quemadmodum con-
gruant demonstremus. Ipsi et
enim percussum iustum videntes
ad sua intima redire debuerunt.
Et nequaquam beatum Job verbis increpationis
premere, sed se deflere. Quia
si sic percussus fuerit qui ita ti-
mebat, qua ultione feriri merebantur
qui non ita timuerunt? quibus bene
dicitur: At vos contra me erigimini.
Ac si eis apertius dicatur: Quid
contra me erigimini qui contra
vosmetipsos erigi ex mea percussi-
one debuistis? Ordo quippe
erectionis in bono est iste, ut
prius contra nos et postea contra
alios malos erigamur. Nam qui
contra bonos erigitur per superbiam
inflatur. Contra nosmetipsos autem
erigimur quando mala propria re-
cognoscentes, districta nosmet-
ipsos penitentie ultione ferimus. quando
nequaquam nobis in peccatis parcimus
et nullis erga nos cogitationum
blandimentis inclinamur. Cum si
districte prius intra in nobis

mala insequimur iustum quoque est
ut etiam contra aliena mala uti-
liter erigamur. Et ea que in nobis
punimus, etiam in aliis redarguendo
insequimur. Sed hanc erectionem mali
nesciunt. quia se erigunt et relinquunt,
ac bonos impetunt. sibi se intra
conscientiam suam mollicia blande ad-
ulationis inclinant. et contra bonorum
vitam districtione asperitatis eriguntur.
Unde amicis beati Job etiam eius
flagello timentibus recte dicitur: At
vos contra me erigimini. Id est vos-
metipsos redarguendos relinquitis
et me districtis sententiis increpatis.
quid in alio rectum — Qui enim semetipsum prius non iudicat
iudicet ignorat. et si novit fortasse
per auditum quod recte iudicare debeat, recte
tamen aliena merita iudicare non
valet. cui conscientia innocentie
proprie nullam iudicii regulam prebet. x.
Hinc est enim quod in insidiantibus quibus-
Jo 8 dam. et puniendam adulteram de-
ducentibus dicitur: Qui sine peccato
est vestrum prius in illam lapidem
mittat. Ad aliena quippe punien-
da peccata ibant, et sua reliquerant.
Revocentur itaque intus ad conscientiam
ut prius propria corrigant et tunc a-
liena reprehendant. Hinc est quod cum
tribus Beniamin in cervicis sce-
Jdc 20 lere fuisset obvincta, collectus omnis
israhel ultrix in iniquitate voluit.
Sed tamen semel et iterum in certamine
belli prostratus est. Consulto autem
deo si ad ulciscendum ire debuisset
iussum est. Quia in ista domini voce
imperium prebuit et semel ac secundo
perdidit. et tunc demum peccatores
tribum valde feriens fere fundi-
tus extinxit. Quid est quod in ultione
sceleris inflammatur et tamen ipse
prius prosternitur, nisi quod prius ipsi pur-
gandi sunt per quos aliorum culpe
feriuntur. ut ipsi per ultionem iam mundi
veniant qui aliorum vicia corrige-
re festinant. Unde necesse est. ut cum con-
″ ultio — tra nos″ dum examinis cessat intra
se conscientia ipsa reprehendat atque ad

lamenta pravitatis ipsa se contra semetipsam
ipsam erigit. ne contra bonos ela-
ta et sibi similis sed contra se rigi-
da sit. Bonis vero omnibus submissa.
superbis vero corripientibus recte nunc
dicitur. At vos contra me erigimini. et
arguitis me obprobriis meis. Omnes
elati grave esse obprobrium deputant
mala tolerare. Tanto vero quemque a
deo despectum credunt. quanto nunc
afflictum ex percussionis flagello conspi-
ciunt. Nil enim in moribus nil in actibus
querunt. sed quoslibet in hac vita per-
cussos viderint. iam divino iudicio
dampnatos esse arbitrantur. Unde
nunc beati Job voce dicitur. et
arguitis me obprobriis meis. quia hunc
qui iustum ante flagella noverant
iniustum esse ex ipsa iam sua per-
cussione iudicabant. Unde et sepe
heretici quia affligi quosdam iniu-
stum etiam vident. scriptum quoque
de deo est. flagellat omnem filium
quem recipit. Tribulationes fide-
lium non nisi ex peccato esse suspicantur.
seque ideo iustos credunt. quia in
perversitatis sue sensu dimissi sine fla-
gello durmierint. Sequitur. Saltem
nunc intelligite quia deus non
equo iudicio afflixit me. Quam
durum sonat vox iusti verbibus
afflicti. quam tamen non elatio. sed dolor
expressit. Sed iustus non est qui iu-
sticiam in dolore deserit. Beatus autem
Job. quia mite cor habuit. nec iracun-
da voce peccavit. Nam si hunc in
hac voce peccasse dicimus in pro esse
dyabolum astruimus quod proposuit dicens.
Tange os et carnem eius. et si in fa-
ciem benedixit tibi. gravis itaque ori-
tur questio. Si enim non peccavit in eo
quod dicit. saltem nunc intelligite quia
deus non equo iudicio afflixit me.
deum quod nephas est dici. aliquid
iniuste egisse consentimus. Si vero
peccavit dyabolus de illo quod promisit ex-
hibuit. astruendum igitur est. quia
deus recte contra beatum Job egit. Et tamen
beatus ex eo quod dicit se non iusto iu-
dicio afflictum mentitus non sit

et antiquus hostis in eo quod de beati
viri culpa promiserit mentitus sit.
Non iniqua itaque ideo penam contem-
plantur verba bonorum. quia in interiori sua intel-
ligentia immine pensant. Beatus igitur
Job vitam suam attenderit et ea que
paciebatur flagella recipet. Et cum
dicit. Non equo iudicio afflictum
hoc libra voce locutus est. quod in secreto
suo dominus de illo adversario eius di-
xerat. Commonuisti me adversus eum
ut affligerem eum frustra. Quod enim
dicit deus. quia frustra beatum Job
afflixit. hoc rursum beatus Job asse-
rit. quia non equo iudicio afflictus
sit. In quo itaque peccavit qui a sententia
auctoris sui in nullo discrepavit.
Sed fortasse aliquis dicat. Ad nos
de nobis bonum dicere. quod de vobis in
occulto iudex dixit. sine peccato esse
non posse. Nam quem ipsum iudex
laudat. esse hunc iure laudabi-
lem non dubitat. At vero si ipse se
laudavit. iam eius iusticia laude
digna non creditur. Et videlicet recte dicatur.
Si quod iudex iustus pro equa sententia
hoc is de quo agitur de se non presu-
mat post dicere prelatam mente.
Nam si ipse quoque in humili cogi-
tatione permanens exigente causa
vel dolore. bona de se veritatem
dixit in tantum iusticia non re-
cessit in quantum veritate nullo modo
discrepavit. Beatus paulus quoque
apostolus. multa de se fortia per disci-
pulos suos edificatione narravit.
sed hec narrando minime deliquit
quia veritatis limite et attestatione
certa. et corde humili non recessit.
Justam itaque beatus Job vitam suam
senciens dicit. non se esse iudicio
iusto afflictum. nec peccavit in hac
voce in qua non discrepat ab auc-
tore. quia is quem deus frustra
percussit. ipse quoque semetipsum as-
serit non iusto iudicio afflictum.
Sed rursus alia questio oritur
quam iam in hiimus operis memi-
ni ex ordio solutam. Cum omnipo-

pensabat et videbat eum non esse ut ad flagella veniret flagella

deus frustra nil faciat / Cur beatum iob
frustra se afflixisse testatur / Iustus enim
conditor inter tot ubertates in beatum
iob non vicia illius curavit extinguere
sed merita augere / Equum ergo fuit quod
fecit per augmentum boni meriti. non
tamen videbatur equum. quod credebatur
causa punire peccati / Beatus autem iob
peccata sua illis flagellis deleri
credidit non merita augeri / Et ideo
non equum iudicium vocat. quia vitam
suam cum flagellis examinat. Ergo
si vitam et flagella pensant. non
equum fuit. quod beatus iob sicut depre-
hensionem districtionis sibi fieri credidit.
Si vero merita iudicis attenditur.
quia per penam iusti viri vite eius
merita cumulant / equum uel pocius
mitioris iudicium fuit / Igitur et verax
Iob dixit. Dum vitam suam cum
flagellis pensavit / Et deus non
iniusto iudicio iob afflixit. quia merita
eius ex flagello cumulavit / Et usque
quod premiserat non implevit / quod beatus
iob inter verba que dixit peccat. et
a vera sua et absimilitate mente
non recessit / Sed hec afflicti verba
minus fortasse intelligimus. nisi se-
tencia iudicis cognoscamus. qui cum
inter utrasque sententiam daret dixit
amicis iob / Non estis locuti co-
ram me recte sicut servus meus
iob / Quis ergo stulta mente beatum
Job in locucione sua peccasse fateatur /
et dum voce ipsa iudicis recte
locutus asseritur / Cuncta quidem voce
sua ad personam ecclesie sancte referimus
infirmis eius membris non congruere
aptamus. que persecucionis eius tem-
pus et merita illius et flagella
considerant / quia iniustos florere
conspiciunt. et iustos interire /
hoc iniustum indignacionis suspirant.
A Bene autem beati Job voce subditur.
Et flagellis suis me circuivit / Aliud
quippe est flagellis percuti. aliud
cingi / flagellis namque percutimur cum
consolacionem et in doloribus exquirebamus
aliis servimus / Nam tanta nos

afflictio deprimit. ut ex nullius rei
consolacione respirare animus possit
Non iam flagellis solum modo ferimur
sed eciam cingimur quia tribulacionum
verbere ex omni parte circumdamur /
2 cor Cinctus enim flagellis paulus fuit
cum diceba. foris pugne intus
A timores. Cinctus flagellis fuerat
cum dicebat / Periculis exsilii / periculis
ex gentibus / periculis in civitate
periculis in solitudine. et cetera que
ita enumerat. ut nusquam se requiem
habere ostendat / Sancta vero eccle-
sia cum tribulacionum suarum flagellis
cingitur. in ea infirmi quique in pu-
sillanimitatis casum rediguntur / ita
ut se iam desperatos eo existiment
quo exaudiri tardius videntur / Que
adhuc eciam in corpus typo sancti vi-
ri voce subiungit. Et ecce clamabo B
vim paciens et nemo audiet / vo-
ciferabor et non est qui iudicet
Omnipotens deus quid nobis profuturum
esse valeat sciens dissimulat ex-
audire dolencium vocem / ut augeat
utilitatem / ut purget vita presens
et quietis tranquillitas que hic inve-
niri non valet alibi queratur / Sed hanc
disposicionis graciam non nulli fidelium
ignorant / ex quorum eciam persona
nunc dicitur. Ecce clamabo vim paciens
et nemo audiet vociferabor et non
est qui iudicet / Non est qui iudicet cum
dicitur. qui diiudicare dissimulat. ipse
qui est. quia et causam nostram
contra adversarium preter eum qui
iudicet non est / Nec tamen hec sine
iudicio est. quod iudicium differtur /
Quia et cum hec beatus iob diceret
et sancti viri merita et ad usum pre-
crescebat / Hoc ergo ipsum iudicium dif- xij
ferre iudicis est / Sed aliud est quod
iuste in visceribus disponit deus. aliud
quod foris flagellis attritus expetit
animus / Qui adhuc depressi liberum D
depressione expetit subditur / Semitam C
meam circumsepsit et transire non possum
et in calle meo tenebras posuit / Cir

cu

conseptum verbibus semitam suam
vidit · tum transire ad securitatem
cupiens euadere flagella non potuit
et quia se penitus afflexit · nec tamen
percussionem declinauit / vitium ipse
metipso repperit quasi in calle cor
dis ignorantie sue tenebras in
venit / Cum cur ita flagellaret
penetrare non potuit / quod ad summa
quoque membra sancte ecclesie non in
congrue refertur / quando per hoc quod
se prius egisse meminerunt / a bono
quoque opere retardantur · et ex infirmi
tate propria timidi / bona contra
hec fortia aggredi non presumunt /
timent enim magna bona incipere
qui se in suis actibus infirmos esse
meminerunt / Et cum plerumque etiam
boni quos eligant nesciunt · quasi
in calle suo positis tenebris per
horrescunt / Nam sepe ita de suo
opere animus fit incertus ut igno
ret omnino · quid quod virtus quid culpa
sit / in calle suo tenebras invenit
qui in hiis que agere appetit · quid
eligere debeat nescit / Quia igitur
sepe infirmitate / non nunquam vero
ignorantia peccatur ex infirmitatibus
membris dicitur / Semitam meam circumsep
sit et transire non possum / Ex eis
vero membris que ad hunc ipsum opus
boni quid eligant colligunt / sub
ditur / Et in calle meo posuit tene
bras / Et pena etenim culpe est videre
bonum quod agere debeant · et tamen
implere non posse / Et rursum · ex gra
viori pena culpa est quod agere debeant
nec videre / Unde contra hec utrumque
psalmiste voce dicitur / Dominus illuminatio
mea et salus mea quem timebo
Contra ignorantie enim tenebras
illuminatio / contra infirmitatem vero sa
lus est dominus · quando et ostendit
Quid agendum debeat appeti et
vires prebet ut quod ostenderit possit im
pleri / Sequitur / Spoliauit me gloria
mea · et abstulit coronam de capite
meo / Que cuncta hec beati viri in af
flictione positi persone conueniunt

dubium non est / Sed quia hystorie
verba patent iuxta litteram / et ex
positione non indigent / Oportet
ergo quod per misticos sensus debeat
investigari · Ait namque Spoliauit
me gloria mea · id est iusticia ab in
firmis ablata est · que ab eis a
uferri non posset / si medullitus in
hesisset / sed ideo tolli potuit quia
more vestimenti exterius adhesit /
Sed iam requirendum est · quomodo — xiij
sancte ecclesie membra dici valeat
qui potuit iusticiam perdere quam
tenere videbantur / Sed sciendum quod
plerumque a membris eius in firmitati
bus iusticia ad tempus amittitur
Sed cum per cognitionem culpe post
modum ad penitentiam redeunt se
se ad eandem iusticiam quam
perdiderant fortius quam credebatur
astringunt / Ubi adhuc subditur
Et abstulit coronam de capite meo
Sicut caput prima pars est corporis
ita principale interioris hominis mens
est / Corona vero victorie premium
est quod desursum ponitur · ut qui bene
certavit remuneretur / Quia ergo
multi ad aduersitatibus pressi minime
in constancia perdurant · Ineis sic
etiam quasi coronam de capite a
mittit / Corona quippe in capite
est superna remuneratio in mente / Et
sunt plerique qui dum in aduersita
tibus affliguntur · superna premia — preme
cogitare negligunt · et ad perfectionem
victorie non possunt / In hiis itaque
coronam de capite aufertur · quia
supernum et spirituale premium de co
gitatione mentis tollitur · ut ex
teriora iam tranquilla appetunt /
et eterna premia que cogitare con
sueverant non requirunt / certe
caput fidelium non immerito sacer
dotes accipimus · qui pars membrorum
domini prima sunt / Unde et per pro — nb 9
phetam dicitur / caput et caudam
exterminari ubi videlicet capitis
nomine sacerdotes cauda appella
tione prophete reprobi designantur

Spoliauit me gloria mea / Gloria quippe viri ut diceret est iusticia · Quod
iusto vestimento tegit a frigore / sic iusticia munit a morte /
Unde non immerito iusticia vestimento comparatur · ut per prophetam dicitur
Sacerdotes tui induantur iusticia / Ecclesia non affliccionibus sic quasi
hac iusticie vestimento quod apud deum protegit sancta ecclesia in me
bris suis infirmantibus amittit / dicatur etc.

Corona ergo de capite aufertur, cum superne remuneracionis premia eciam ipsi deserunt, qui in hoc ecclesie corpore preesse videbantur. Et plerumque ducibus cadentibus lacius succumbit exercitus qui sequebatur. Unde mox post dampnacionem maiorum de multitudine labefactorum ecclesie subsecutus adiungit: Destruxit me undique et pereo, et quasi avulse arbori abstulit spem meam. Quasi undique enim ecclesia destruitur atque in infirmis membris perit, cum ipsa que videbantur fortia corruunt. Quando corona de capite abstrahitur, id est quando eterna premia eciam a prepositis negliguntur. Unde autem de infirmis cadentibus subditur: Et quasi avulse arboris abstulit spem meam. Arbor quippe vento impellitur ut cadat, et que minis terretur ut ad iniusticiam corruat. Quid aliud quam arboris flatum venti pertulit, et statum sue rectitudinis amisit, quasi enim evulso spem perdidit. Qui pravorum minis ac persuasionibus devictus, eterna que sperabat premia relinquit. Et quia plerumque contingit ut penas quis metuens iniusticiam deserit, sit iudicante deo ut eciam iniusticiam deserens penas quas metuit non evadat. Et qui metu iniusticiam minime timuit, eciam ceteris mala tolerat quam timebat.

1 cor x

Unde adhuc subditur: Iratus est contra me furor eius, et sic me habuit quasi hostem suum. Predicatore quippe egregio testante dicimus: Quia fidelis est deus et non patitur nos temptari super id quod possumus facere, sed faciet cum temptacione eciam proventum ut possimus sustinere. Per prophetam quoque dominus dicit: Plaga inimici percussi te castigacione crudeli.

Ier 30

Cum ergo ita percutitur ut vires illius percussione superentur, non hunc dominus iam quasi filium per disciplinam, sed quasi hostem ferit per iram. Cum ergo virtutem nostre paciencie flagella transeunt, valde nobis metuendum ne peccatis nostris exigentibus non quasi filii a patre, sed quasi hostes a domino feriamur. Et quia fit plerumque ut eciam maligni spiritus afflictorum cordibus multa suadeant, atque inter flagella que exterius feriunt cogitaciones noxias mentibus infundant, post furorem domini recte subiungitur: Simul venerunt latrones eius et fecerunt sibi viam per me. Latrones namque eius maligni spiritus sunt, qui ex inquirendis hominum mortibus ... qui viam in afflictorum cordibus faciunt, cum inter adversa que exterius tolerant cogitaciones quoque pravas immittere non desistunt. De quibus adhuc subditur: Et obsederunt in gyro tabernaculum meum.

xiiii

In gyro enim tabernaculum obsident, cum ex omni latere suis temptacionibus cingunt. Quem modo lugere de temporalibus, modo desperare de eternis, modo in impacienciam ruere, atque in deum blasphemie verba iaculari pessima suggestione persuadent. Que tamen verba, ut iam prediximus, beato Iob iuxta hystoriam congruunt. Qui dum mala que pertulit ante oculos congessit, non quasi corrigendum filium, sed quasi hostem percussum se esse indicavit. Per quem sibi eciam latrones eius viam fecerunt, quia contra eum maligni spiritus licenciam percussionis acceperunt. Cuius tabernaculum in gyro obsederunt, quia sublatis rebus et filiis eciam totum corpus eius contriverunt. Sed mirum valde est, cum latrones diceret, cur addidit eius, ut videlicet eosdem dei latrones esse monstraret. Qua in re si voluntas et potestas malignorum spirituum distinguitur, cur dei latrones dicantur aperitur. Maligni quippe spiritus ad nocendum nos incessabiliter anhelant, sed cum pravam voluntatem ex semetipsis habeant

Quales sunt latrones dei et non tamen nocent quantum volunt

potestatem tamen nocendi non habent
nisi eos voluntas summa permittat
et cum ipsi quidem iniuste nos ledere
appetunt quelibet tamen ledere non
nisi iuste permittuntur. Quia ergo
iniquis est voluntas iniusta est et
potestas iusta. Et latrones dicuntur
et dei ut expressius sit quod in se mala
iniuste desiderant et ex deo quod
desiderant iuste consummat. Sed quia
ut sepe diximus sanctus vir positus
in dolore penarum modo sue modo
ecclesie modo redemptoris nostri vocibus
utitur. Et plerumque sic sua narrat
ut tamen per typum ea que sunt
ecclesie ac redemptoris nostri proferat.
Postposita paululisper cura historie
in hiis que subiungit qualiter re
demptoris nostri vocibus congruant
demonstremus. Sequitur. Fratres meos
longe fecit a me et noti mei quasi
alieni recesserunt a me. Dereliquerunt
me propinqui mei et qui noverant
obliti sunt me. Hoc melius ostendimus
si Johannis ewangeliste testimonium ad medium
proferamus qui ait. In propria venit
et sui eum non receperunt. A
deo quippe fratres longe facti sunt
et noti recesserunt quem tenentes lege
prophetare Hebrei noverant et presentem
minime recognoscebant. Unde hic recte
dicitur. Dereliquerunt me propinqui mei
et qui me noverant obliti sunt mei.
Iudei etenim propinqui parentele noti
per legis instructionem quasi obliti sunt
quem prestolaverunt. Dum eum et
in carnatum vobis legis canerent
et incarnatum vobis perfidie negarent.
Sequitur. Inquilini domus mee et
ancille sicut alienum habuerunt me. In
quilini domus dei sunt sacerdotes
quorum origo in servicio dei deputata
iam possessionem in conditione tenebant.
Ancille autem non in merito intelligun-
tur levitarum anime ad secreta thaber-
naculi quasi ad interiora cubiculi
familiarius servientes. Dicat ergo
de sacerdotibus sedula cura deser-
vientibus. Dicat de levitis ad in

teriora domus dei obsequentibus.
Inquilini domus mee et ancille
sicut alienum habuerunt me. Quia
incarnatum dominum quem dudum
per legis verba predixerant cognoscere
ac venerari noluerunt. Qui adhuc
apertius quod aborum perfidia volun-
tas sit agnitus manifestat cum
subdit. Et quasi peregrinus fui in
oculis eorum. Redemptor etenim
noster dum a synagoga agnitus
non est in domo sua quasi peregrinus
extitit. Ut apte propheta testatur dicens
sicut colonus futurus est eis in terra
et quasi viator declinans ad ma
nendum. Qui enim ut deus non est
auditus non possessor agri sed colo
nus est creditus. Qui quasi via
tor ad manendum tantummodo de
clinavit. Quia paucos ex iudea
abstulit. Et ad vocationem gencium
pergens iter ceptum peregit. Peregrinus
ergo in eorum oculis fuit quia dum
sola que videre poterant cogitabant
non valuerunt intelligere in domino quod
videre non poterant. Dum enim de
spiciunt carnem visibilem non per
venerunt ad invisibilem maies
tatem. Dicat ergo recte. Et quasi
peregrinus fui in oculis eorum. De quo
adhuc propheta apte subiungit. Servum
meum vocavi et non respondit michi.
Quid enim iudaicus populus nisi
servus fuit qui non amore filiali
obsequebatur domino sed timore servili.
Quo contra nobis Paulus dicit.
Non accepistis spiritum servitutis iterum
in timore. Sed spiritum adoptionis filiorum
in quo clamamus abba pater. Servum
ergo suum vocat dominus quia collatis
muneribus quasi quibusdam vocibus
eum ad se ducere studuit. Sed non
respondit quia digna opera donis
eius reddere contempsit. Vocat
enim nos deus cum muneribus
prevenit. Respondemus vero nos
vocationi eius cum ei digne nostra
recepta munera servimus. Quia
igitur tot muneribus iudaycus populus
prevenit. Dicat servum meum vocavi

Io. 1.

Io. 1. x

Ro. 8

Vocat dominus
per
predicacionem
spiritualem collacionem
intimam inspiracionem
flagellorum immissionem

xv. c.

k

k

sed quia etiam post tot munera
eum contempsit, subiungit: Etiam
N. iudit sequitur: Ore proprio deprecabar
illum. Ac si aperte diceret: Ego
ille qui dum in civitatem meam
tot ei precepta facienda per prophetas
ora mandaveram, in carnatus
ad eum veniens ore eum proprio
deprecabar. Unde et Matheus cum
precepta dari ab eo in monte describeret,
ait: Aperiens os suum dixit.
Apoc. 7 Ac si patenter diceret: Tunc aperuit
os suum, qui prius aperuerat
ora prophetarum. Hinc est etiam quod
dilecto sponsi presenciam eius desiderante
Cant. 1 dicitur: Osculetur me osculo
oris sui. Sancta quippe ecclesia
cum precepta eius ex predicatione cognovit,
quasi tot oscula oris eius accepit.
Unde autem dicit: Deprecabar.
Quia in carne veniens dum mandata
vite humiliter dixit, quasi supplicantem
se ut vincet rogavit.
O Ubi et aperte subdidit: Alitum meum
abhorruit uxor mea. Quid enim
uxor domini nisi synagoga accipitur
in legis fede carnali eius intelligencia
subiecta. Alitus vero ex
carne est. Sed infidelis populus
carnem domini carnaliter intellexit,
quia purum hunc hominem credidit.
Alitum ergo eius uxor exhorruit,
quia synagoga eum quem videbat
hominem, deum credere expavit.
Cumque ab eius ore verba
corporaliter audiret, deo intelligere
divinitatis archana recusavit
et creatorem esse non credidit
quem creatum vidit. Carnis ergo
alitum carnalis uxor abhorruit,
que carnalibus sensibus dedita
incarnationis eius misterium non agnovit.
P Sequitur: Et orabam filios uteri
mei. Iudeos quippe corporis forma
non circumscribitur, membra corporis
id est manus, oculos, uterus ita
nominantur, ut ex membrorum vocabulis
effectus eius potencie designet.
Oculos quippe habere dicitur
quia cuncta videt. Manus habere

describitur, quia cuncta operatur. Utero
autem proles concipit, que in hac
vita proferetur. Quid ergo uteri dei
nisi eius consilium debemus accipere,
in quo ante secula per predestinacionem
concepti sumus, ut creati per secula
ducantur. Deus ergo qui manet
ante secula, uteri filios oravit, quia
eos quos potenter per divinitatem condidit
in carnaliter veniens humiliter
rogavit. Sed quia in ipsa carne
qua apparuit ab eorum estimacione
despectus est, subiungit: Stulti quoque
despiciebant me. Sapientibus civitatis Q
fide cadentibus, recte de stultis additur
quoque. Quia dum pharisei
eum ac legisperiti despicerent, comitem
incredulitate etiam populi turba
secuta est, que in eo quod hominem vidit
redemptoris predicamenta mundi despexit.
Nam sepe stultorum nomine hi
qui sunt in plebe pauperes designantur.
Ier. 5 Unde et per Ieremiam dicitur: Dixi forsitan
pauperes sunt et stulti ignorantes viam
domini et iudicium dei sui. Relictis
autem mundi sapientibus atque divitibus
redemptor noster querere pauperes
et stultos venerat. Unde nunc quasi
in augmento doloris dicit: Stulti
quoque despiciebant me. Ac si aperte
diceret: Ipsi me despexerunt per quibus
suadendis stulticiam predicationis assumpsi.
1 Cor. 1 Scriptum quippe est: Quia in dei
sapiencia non cognovit mundus per
sapientiam deum, placuit deo per stulticiam
predicationis salvos facere credentes.
Verbum quippe dei sapientia est,
sed stulticia huius mundi sapiencia
dicta est caro verbi. Et quia carnales
quique per carnis sue prudenciam pertingere
non valebant ad sapientiam dei, per stulticiam
predicationis, id est per carnem verbi sanare
venit. Ait ergo: Stulti quoque despiciebant
me. Ac si aperte diceret: Et ab ipsis
despectus sum, pro quibus stultus
estimari veritus non sum. Et quia
Iudeorum plebs cum miracula redemptoris
nostri cerneret, hunc exiguis
honoribus venerata dicens: Hic est Christus. Cum

vero humanitatis eius infirma con
spiceret. eum creatorem credere dedig
nabatur dicens. Non. sed seducit turbas
x hec subiunge. Et cum abeis recessisse
detrahebant michi. Quasi accede
bat quippe ad corda populorum dominus
cum eis miracula demonstraret. et quasi
recedebat cum nulla signa ostenderet
Sed recedenti domino detrahebant
cum amiraculis quiescentem prebere
fidem nolebat. Sed quid mirum
per ista aplebibus cum ipsi quoque
qui legis doctores esse videbantur
qui enim libris prophetarum in carnationem
esse prohibebant. et incarnatum vide
runt. et abeo tamen perfidie in scriptore
xv 8 diuisi sunt. De quibus subditur. Abho
minati me sunt quondam consiliarii
mei. et quem maxime diligebam
adversatus est michi. Cunctis liquet
quia deus consiliariis non egeret
ipsis quoque consiliariis homini sapientie con
silium prebet. De quo etiam scriptum est
Ro 11 Quis cognouit sensum domini. aut
quis consiliarius eius fuit. Sed
ys xl quemadmodum cum panis vel ves
timentum egenti tribuitur. hec se dominus
accepisse testatur. Ita cum nescienti
cuilibet rectum consilium datur. hec ipse
accipit. cuius ille membrum est qui
eruditur. Omnes etenim fideles re
demptoris nostri membra sunt. Sicut ergo
ipse in nobis per nostram largitatem pas
citur. ita ipse in nobis per doctrine
consilium iuuatur. Scribe itaque et
legis doctores qui erudire populos
ad vitam consueuerunt. quid aliud
quam venturi redemptoris consiliarii
fuerunt. Qui tamen dum eum in
carnatum conspicerent consiliis suis mul
tos abeius fide diuiserunt. Quibus
plus ad credendum in carnacionis eius
misterium per prophetarum uerba multos docuisse
videntur. Et quia ille apud deum magis
in amore est. qui adeius amorem plu
rimos trahit. Ad hunc decorem legis
doctorum atque phariseorum ordinem subditur.
Et quem maxime diligebam adversatus
est michi. Ipse namque ordo suadente perfidia
a fide viciis aduersus est qui prius
in labore predicationis sumens maxime

diligebatur. Quia vero ad non credendum
dum. sed usque quaque ad persequendum
quoque dominum populorum turba secuta est
et usque ad passionem illius seuientibus
fraudibus accensa. In qua videlicet
passione discipulorum corda turba
sunt. Unde et mox subditur. Pelli xvii c
mee consumptis carnibus adhesit
os meum. In ossibus fortitudo. in
carnibus vero infirmitas corporis
designatur. Quid per carnem nisi discipuli
qui passionis eius tempore infirmi abie
runt. Pellem vero que exterior
carne manet in corpore. quid nisi
ille sancte femine figurant. que ad pre
paranda subsidia corporis exterioribus
bus domino ministeriis prebebant. Nam
cum eius discipuli. quamvis nec
dum firmi virtutis fidem populis
predicaret. quasi suo carnes interius erat
et cum sancte mulieres ea que necesse
erant exteriora prepararent. quasi pellis
exterius manebant in corpore. Sed
cum adeiusmodi horam ventum est. eius
discipulos gravior expersecutione
iudeorum timor inuasit. fugerunt
singuli. mulieres et adheserunt
Quasi ergo consumpta carne os
domini pelli sue adhesit. quia
fortitudo eius passionis tempore
fugientibus discipulis iuxta se
mulieres invenit. Stetit quidem
aliquantum petrus. sed tamen post territus ne
gavit. Stetit etiam Johannes cum
ipso crucis tempore. cui dictum est Jo 19
Ecce mater tua. sed perseverare minime
potuit. quia de ipso sub Johanne
scriptum est. Et adolescens quidam Mr ix
sequebatur illum amictus syndone
super nudo corpore et tenuerunt eum
at ille reiecta syndone nudus pro
fugit abeis. Qui etsi post ut
verba redemptoris sui audiret ad
horam crucis rediit. prius tamen
territus fugit. Mulieres autem non
solum timuisse neque fugisse. sed
etiam usque ad sepulchrum stetisse
memorantur. Dicat ergo. Pelli mee
consumptis carnibus adhesit os meum
Id est qui mee fortitudinem propinquus

inherere debuerunt passionis mee
tempore/ timore consumpti sunt/ et eas
quas ad exteriora iusticia posui
in passione mea sine fortitudine
inherere minime fideliter inveni/
Ubi et apte subditur quod hec verba
per iusticiam dicantur. Dum sequitur/
b Et delicta sunt tantummodo la-
bia circa dentes meos/ Quid
enim circa dentes aliud quam labia
habemus si nulla flagella pa-
tiamur/ Sed quid per labia nisi
locucio/ quid per dentes nisi sancti
apostoli designantur. qui in hoc ecclesie
corpore idcirco positi sunt/ ut vita
carnalium correpcione mordeant
eamque asperitatis sue duriciam
confringant/. Unde et eidem primo
‖ Deute apostolorum est ‖ in corpore xpi posito
Act. I dicitur. Macta et manduca// Sed
quia passionis eius tempore isti den-
tes pre timore mortis amiserunt
morsum correpcionis/ amiserunt
etiam fiduciam roboris. amise-
runt efficaciam omnimode opera-
cionis/ Ita ut duo ex illis am-
bulantes post mortem eius ad
invicem in via loquerentur et dicerent
Nos sperabamus quia ipse esset re-
dempturus Israel. Recte nunc dicitur
Et derelicta sunt tantummodo
labia circa dentes meos/ Con-
fabulabantur adhuc de illo. sed in
illo iam minime credebant/ Tantum
ergo labia circa dentes reman-
serunt eius/ Quia virtute bone
operacionis amiserant et sola de
illo verba confabulacionis retine-
bant. perdiderunt morsum cor-
repcionis. et habebant motum locucio-
nis. Labia itaque tantummodo
circa dentes delicta sunt/ quia
adhuc quidem confabulantes ve-
nerunt/ sed predicare iam enim
aut mordere infidelium vicia for-
midabant/ Peractis itaque hiis que
in voce capitis dixit/ ad propria
beatus Job verba revertitur dicens
x Miseremini mei miseremini mei

saltem vos amici mei quia manus
domini tetigit me/ Hec habere solum
solet spiritum mens piorum/ quod cum
in iusta ab adversariis patitur/ non
tamen ad iram/ quam adpetens moneat
ut se moderamine eorum pravitas pla-
cide valeat plus deprecari eligunt
quam irasci/ Unde nunc recte dicit
Miseremini mei miseremini mei saltem
vos amici mei quia manus domini
tetigit me. Ecce eos a quibus se
per contumelias affligi considerat
amicos vocat. Quia bonis malis
etiam ipsa sunt prospera que videntur
adversa/ Nam perversi quamque bo-
norum dulcedine aut convertuntur
ut redeant. et eo ipso amici sunt
quo boni fiunt. aut maliciam perse-
verant. et in hoc quoque etiam no-
lentes amici sunt. quia si qua
bonorum delicta sunt ea suis per-
secucionibus etiam nescientes purgant
Nondum quoque quod eis que secreto
apud deum gesta sunt beati viri
~~et~~ in publico verba concordant
A Sathana quippe percussus fuerat
nec tamen percussionem suam sathane
tribuit. sed tactum se manum domini
appellat. sicut ipse quoque sathan
dixerat. Mitte manum tuam et tange
os eius et carnem. si non in facie
benedixerit tibi Sciebat quippe vir
sanctus. quia et per hoc ipsum quod per-
versa voluntate contra se sathan
egerit pretentem non esse sed adversum
habebat Sequitur Quare me per- y
sequimini sicut deus et carnibus
meis saturamini. Non abhorret a
locucione pietatis. quod se adeo per-
sequi perhibet/ Est namque persecutor
bonus. sicut de semetipso ore pro-
phetico dominus ait/ Detrahentem
secreto proximo suo hunc persequebar
Cum vero sanctus quisque flagellari
permittitur. scit quod persecucionem contra
commissa vicia ex interna disposi-
cione paciatur/ Crudeles autem persecu-

torum mentes cum per elationem feriendi
appetunt contra bonorum vitam non
studio purgationis sed livoris faci
bus accenduntur. Quae tamen eisdem bona
xviii fiunt, sed deus omnipotens permittit, et
dum una causa per eos agitur,
non tamen voluntatis una tenditur
quam causa fiat. Quia enim omnipotens
deus amando purgationem exhi
bet, in istorum pravitas seviendo
malitiam exercet. Quod ergo dicitur:
Quare me persequimini sicut deus,
ad exteriorem hoc persecutionem retu
lit, non ad intimam intentionem.
Quia etsi hoc agunt exterius
quod deus aliter disposuit, non tamen hoc
quod deus in sua actione appetunt
ut boni ex afflictione purgentur.
A Quod intelligi et aliter potest. Tanto
enim omnipotens deus iustius aliena
vitia percutit, quanto in semetipso
nil vitiorum habet. Homines vero
cum per disciplinam alios feriunt
sic aliena infirmitate debent per
cutere ut etiam ad sua noverint
oculos revocare, ut ex semetipsis
considerent quantum aliis feriendo
parcant, cum se quoque ipsos dignos
percussionibus non ignorent. Iuste
ergo dicitur: Quare me persequimini
sicut deus. Ac si aperte diceret: Ita
me ex infirmitatibus meis affli
gitis, ac si ipsi more dei de infir
mitatibus nil habeatis. Unde con
siderandum est quod si qui fortasse sit
qui asperitate correptionis indigeat
tunc eis dura correptio a nobis
admovenda est cum dei manus
cessat a verbere. Cum vero superna
flagella insunt, non a nobis iam
correptio sed sola consolatio debetur
ne dum in dolore increpatione
in tam ingerimus percussione percussi
sociemus. Unde autem subditur: Et
B carnibus meis saturamini. Quorum
mens proximorum penas esurit, satu
rari procul dubio alienis carnibus
querit. Sciendum quoque est quia
hi etiam qui aliene vite detrac
tione pascuntur, alienis procul dubio

carnibus saciantur. Unde per salomonem Pro. 23
dicitur: Noli esse in conviviis potatorum
neque comedas cum eis qui ad
vescendum carnes conferunt. Car
nes quippe ad vescendum conferre
est in collocutione derogationis vi
cissim proximorum vitia dicere. De quorum
illic pena mox subditur: Quia va
cantes potibus et dantes symbo
lum consumentur et vestietur pannis
dormitatio. Potibus vacat qui de
obprobrio aliene vite se debriat.
Symbolum dare namque est sicut unus
quisque solet pro parte sua cibos
ad vescendum. Ita in confabulatione
detractionis verba conferre. Sed va
cantes potibus et dantes sym
bolum consumuntur. Quia sicut scrip
tum est: Omnis detractor eradi Pro. 28
cabitur. Vestietur etiam pannis dor
mitatio, quia despectum et inopem
cunctis bonis operibus mors
sua invenit quem hic aliene
vite exquirenda crimina detrac
tionis sue languor occupavit.
Sed tot dura que beatus iob
sustinet dignum non est ut per si
lentium transeant ea, que antiqua
hominum ignorantie obscuritas te
git. Tanti quippe edificari ad
fruenda patientiam valent quanti
implere se superna eius passione
facta cognoscunt. Unde et idem
beatus iob in exemplum vult pertrahi
flagella que sentit, qui statim
subiungit dicens: Quis mihi C
tribuat ut scribantur sermones mei.
Quis mihi det ut exarentur
in libro stilo ferreo et plumbi lamina
vel celte sculpantur in silice. Cer
ta que pertulit. Quia forti patro
cinio doctus gravis ille iudeorum
plebs cognovit stilo ferreo et plumbi
lamina scripta sunt. Quia vero
hec etiam dura gentilium corda
cognoverunt, quid ea nisi sculpta
in silice videmus. Et nondum
quia quod in plumbo scribitur ipsa
metalli mollitie citius deletur.

In silice vero, tardius quidem littere valent exprimi. sed diffusius deleri. Nos ergo in luto plumbi laminas videamus exprimere. qui precepta dei et sine labore percipit. et cum celeritate perdidit. Per silicem gentilitas signatur que verba sacri eloquii vix custodienda suscipere potuit. sed tamen suscepta fortiter servavit. Per stilum vero ferreum quid aliud quam fortis dei sententia signatur. Unde et per prophetam dicitur. Peccatum

7. Ja

iude. scriptum est stilo ferreo in ungue adamantino. In ungue finis est corporis. Ita vero durus est lapis adamas ut ferro secari non valeat. Per stilum ergo ferreum fortis sententia. per ungue vero adamantinum signatur finis eternus. Peccatum itaque iude stilo ferreo in ungue adamantino scriptum dicitur. quia culpa iudeorum per fortem dei sententiam in fine servatur insolubilis.

xiv D

Et ecce nos plumbi laminam eos accipimus. quos avaritie pondus gravat. Quibus per increpantem prophetam dicitur. Filii hominum usque quo gravi corde. Plumbum namque cum naturaliter gravius est ponderis peccatum avaritie specialiter designatur. quod mentem quam infecerit. ita gravem reddit ut ad appetenda sublimia attolli nequaquam possit. Hinc enim

3a. 7

in zacharia scriptum est. Leva oculos tuos et vide quid est hoc quod egredietur. Et dixi quidnam est et ait. Hec est amphora egrediens. et dixit. Hec est oculus eorum in universa terra. Et ecce talentum plumbi portabatur. et ecce mulier una sedens in medio amphore. et dixit. Hec est impietas. et proiecit eam in medio amphore. et misit massam plumbeam in os eius. Qui descripta visione amphore et mulieris et plumbi ut lacius quid cognovisset ostenderet adhuc subsecutus adiunxit. Et levavi oculos meos et vidi. Et ecce due mulieres egredientes et spiritus in alis illarum. Et habebant alas quasi alas milvi. et elevaverunt amphoram inter celum et terram. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me. Quo iste deferunt amphoram. et dixit ad me. Ut edificetur ei domus in terra sennaar. Quod prophete testimonium in utilitate profecto documenti plumbi prolatum. si nos etiam repetentes exponimus. Ait enim. Leva oculos tuos et vide quid est hoc quod egreditur et dixi. Quidnam est. Et ait hec. Amphora egrediens. Volens deus prophete ostendere humani generis. ex qua a deo maxime culpa dilabatur. per imaginem amphore quasi patens os avaritie designat. Avaritia quippe velut amphora est. que os cordis in ambitu apertum tenet et dixit. Hec est oculus eorum in universa terra. Multos homines obtusi sensus cernimus. et tamen in malis actibus astutos videmus

7. x

propheta attestante qui ait. Sapientes sunt ut faciant malum. bonum autem facere nescierunt. Hii itaque sensu torpent sed in hiis que appetunt avaritie stimulis excitantur. et qui ad bona videnda ceci sunt. excitantibus premiis. ad peragenda mala vigilantes sunt. Unde recte designat eadem avaritia dicitur. Hec est oculus eorum in universa terra. et ecce talentum plumbi portabatur. Quid est talentum plumbi nisi ex eadem avaritia pondus peccati. Et ecce mulier una sedens in medio amphore. quam mulierem ne fortasse que esset dubitare possimus. Illico angelus innotuit. Nam illic mox sequitur. Et dixit hec impietas et proiecit eam in medio amphore. ~~proiecit~~ quia nimirum avaritia semper impietas tenetur. et misit massam plumbi in os eius. Massa plumbi in os eius mulieris mittitur. Quia scilicet impietas avaritie peccati suo pondere gravatur. Si enim ad ea que deorsum sunt non ambiret erga deum et proximum impia nequaquam

Impietas in media amphore ponitur

De Avaricia

existet. et levavi oculos meos et vidi
et ecce due mulieres egredientes et spiritus
in alis earum. Quid aliud in hiis
duabus mulieribus nisi duo princi-
palia vicia. Superbiam videlicet
et inanem gloriam accipimus
que impietati absque ulla dubietate
coniuncte sunt. que et in alis suis
spiritum habere narrantur quia in actionibus
suis sathane voluntati deserviunt
Spiritum quippe propheta spiritum appellat
Ecc. i. de quo Salomon ait. Si spiritus potes-
tatem habentis ascendit super te locum
tuum ne dimiseris. Et de quo per se ipsum
dominus dicit. Cum immundus spiritus ex-
Luc. 11 ierit ab homine ambulat per loca
arida et inaquosa. Spiritus in alis
earum est. quia superbia et inanis
gloria per omne quod agunt sathane
voluntati famulatur. Et habebant
alas quasi alas milvi. Milvus
semper nidos pullorum studet insidiari
Iste ergo mulieres alas habent
quasi alas milvi. quia actiones
earum demoniis sunt similes qui insi-
diantur semper vite parvulorum. Et leva-
verunt amphoram inter celum et
terram. Superbia et vana gloria
habent hoc proprium. ut cum quemque
infecerint in cogitatione sua super
ceteros homines extollat. et modo
per ambitum rerum. modo per desideria
dignitatum. que semel captum
tenuerint. quasi in honoris alti-
xx. 6 tudine elevent. Quod autem inter
celum et terram est et ima deserit
et ad superiora minime pertingit. Le-
vant ergo iste mulieres amphoram
inter celum et terram. quia superbia
et inanis gloria mentem per avari-
ciam honoris captam ita elevant
ut quoslibet proximos despicientes
quasi deserant. et alta gloriantes
petant. Sed tales quoque dum su-
perbiunt. et eos mente transeunt a
quibus sunt. et superioribus [illegible]
minime iunguntur. Amphoram ergo inter
celum et terram levatam dicit.

quia avari quoque per superbiam atque
inanem gloriam et proximos despi-
ciunt. et superiora que ultra ipsos
sunt nullatenus apprehendunt. Inter
celum et terram itaque feruntur.
quia nec equalitate sortiuntur
nec in summis paritate tenentur. Nec tamen
summa pertingere se se extollendo
prevalent. Et dixi ad angelum
qui loquebatur in me. Quo iste
deferunt amphoram. et dixit ad
me. ut edificetur ei domus in terra
sennaar. Eidem amphore edi-
ficatur domus in terra sennaar.
Sennaar quippe fetor eorum
dicitur. et sicut bonus odor ex virtute
est. paulo attestante qui ait. Odo-
rem notitie sue manifestat per
nos in omni loco. quia christi
bonus odor sumus deo. ita
e contrario fetor ex vicio. Radix 2 cor 2
enim omnium malorum est cupiditas.
Et quia quodlibet malum per avari-
ciam gignitur. dignum est ut domus
avaricie edificetur ac in fetore con-
struatur. Sciendum quoque est quod Gen. 11
sennaar latissima vallis est
in qua turris a superbientibus edifi-
cari cepta est. que linguarum facta di-
visione destructa est. que scilicet
turris Babylon dicta est. pro ipsa
videlicet confusione mentium atque
linguarum. Nec immerito ibi ava-
ricie amphora ponitur. ubi baby-
lon id est confusio edificatur
quia dum per avariciam et impie-
tatem certum est omnia mala ex-
surgere. Recte hec ipsa avaricia
atque impietas in confusione per-
hibentur habitare. Hec paucis per
excessum diximus ut [illegible]
ex propositi plumbi laminam mon-
straremus. que tamen beati iob
ecclesie sancte verba congruunt. Que
dum sacri eloquii testamentum
custodiens quasi proprios sermones suos
scribi expetit dicens. Quis mi-
chi tribuat ut scribantur sermones mei
quis michi det ut exarentur.

in libro. Que quia forti sententia
modo pondus auaricie grauis
ma ante diuinis cordibus loquitur
stilo ferreo uel plumbi lamina
uel certe in silice scribit. Sed iam
beati iob redemptoris sui eius
certe vocibus uti dicimus. Sed
quid de eodem redemptore modo
quia aperte loquitur inuenimus.
Quo etenim pacto est credendum
quia ex eo aliquid perfiguratum
insinuat, si enim nobis apertis
vocibus non demonstrauit. Sed tamen
quid de eo sentit aperiat. omnes
que nobis ambages cogitacionum
tollat. Sequitur. Scio enim quod
redemptor meus viuit. Qui
enim non ait conditor, sed redemptor
aperte eum denunciat. qui postquam
omnia creauit ut nos de capti
uitate redimeret in carne nos incarna
tus apparuit. suaque passione
nos a perpetua morte liberauit. Et no
tandum. quanta fide se in uirtute
diuinitatis eius astringat. de quo
2 cor 13 paulus dicit. Quia et si crucifixus
est ex infirmitate. sed viuit ex
virtute dei. ait namque Scio quod
redemptor meus viuat. Ac si ap
te dicat. Infideles quique illum
flagellatum derisum. palmis cesum
corona spinea coronatum. sputis
illitum. crucifixum mortuum nouerit
ego illum post mortem certa fide viuere
credo. libera uoce confiteor. quia
redemptor meus viuat. qui inter
manus impiorum occubuerat.
Sed quid beatus iob per huius illius
etiam de sue carnis resurrectione
confidat. Aperta quibus voce profitetur.
Sequitur. Et in nouissimo die
de terra surrecturus sum. Quia vi
delicet virtutem quam in se ostendit
nobis promisit. quia sui capitis
gloriam membra sequentur. Redemptor
noster ergo suscepit mortem ne mori
timeremus. ostendit virtutem ut nos
resurgere posse confidamus. Unde et
eandem mortem non plus quam triduanam
esse voluit. ne si in illo resurrectio

differetur in nobis omnino desperaretur.
quod bene de illo per prophetam dicitur. De
torrente in via bibet propterea exal
tabit caput. Quasi enim de quodam xxi
flumine nostre passionis non in mansione lx
bibit. sed in via dignatus est quia mortem
transitorie id est ad triduum contigit
nequaquam sicut nos usque ad finem
seculi remansit. Dum ergo die tercio
resurrexit. quod in eius corpore id est
in ecclesia sequatur ostendit. Exemplo
quippe innuit quod promisit in premio
ut sicut ipsum resurrexisse fideles
agnoscunt. ita in semetipsis in fine mundi
resurrectionis premia sperent. Ecce nos post
mortem carnis usque ad finem mundi
remanemus in puluere. Ille autem die
tercia ab ariditate mortis viruit
et nobis diuinitatis sue potentiam
ipsa innouacione sue carnis ostendit.
Num. 17 Quod bene per moysen virgis duodecim
in tabernaculo positis demonstratur.
Nam cum ~~virga~~ aaron sacerdotium qui
de tribu leui fuerat despiceretur. nec
digna tribus que offerret holocausta
crederetur, duodecim virge iuxta xii
tribus in tabernaculo poni precepte sunt
et ecce virga leui viruit. et quid
dignitatis in munere aaron haberet ostendit.
Quo videlicet signo quid innuitur nisi
quod omnes qui ad finem mundi iacemus
in morte. quasi virge relique in
ariditate remanemus. Sed cunctis
virgis in ariditate manentibus virga
leui ad florem redijt. quia corpus
domini veri sacerdotis nostri in mortis
ariditate positum in florem resurrectionis
erupit. Quo flore aaron verus sa
cerdos esse cognoscitur. quia hac
resurrectionis gloria redemptor noster qui
de tribu iuda ac leui ortus est
intercessor pro nobis esse monstratur. Iam
ergo ecce aaron virga post ariditatem
floret. sed virge duodecim tribuum
in ariditate permanent. quia iam quidem
corpus domini post mortem viuit. sed
nostra adhuc corpora usque ad finem
mundi carnis gloria differuntur.

De resurrectionis [illegible]

Unde ante hanc eandem dilacionem intulit dicens Et in novissimo de terra surrecturus sum. Spem ergo resurrectionis nostre considerat in gloria capitis nostri. Sed ne quis nos tacita cogitatione dicat quod idcirco ille surrexit a mortuis quia unus idemque deus et homo morte quam ex humanitate pertulit ex divinitate superavit. Nos vero qui puri homines sumus a mortis dampnatione resurgere non possumus. Resurrectionis eius tempore

mt 27 etiam multorum sanctorum corpora surrexerunt ut in se nobis exemplum ostenderet et de aliorum qui nobis per puram humanitatem similes fuerunt nos resurrectione roboraret, quatenus cum se homo desperaret percipere quod in se ostenderat deus homo, hoc in se fieri presumeret quod in illis factum cognosceret quos puros homines fuisse non dubitaret. Sunt vero nonnulli qui considerantes quod spiritus a carne solvitur, quod caro in putredinem vertitur, quod putredo in pulverem redigitur, quod pulvis in elementis solvitur ut nequaquam ab humanis oculis videatur, resurrectionem fieri posse desperant. Et dum arida ossa inspiciunt, hec vestiri carnibus rursumque ad vitam virescere posse diffidunt. Qui si resurrectionis fidem ex obediencia non tenent, certe ex racione hanc tenere debuerunt. Quid enim cottidie nisi resurrectionem nostram in elementis suis mundus imitatur? Per cottidiana quippe momenta lux ipsa temporalis quasi moritur, dum supervenientibus tenebris noctis ea que aspiciebatur subtrahitur, et cottidie resurgit, dum lux oculis suppressa iterum nocte reparatur. Per momenta quoque temporum cernimus arbusta viriditatem foliorum amittere a fructuum prolatione cessare. Et ecce subito quasi ex arescente ligno velut quadam resurrectione veniente videmus folia erumpere, fructus grandescere et totam arborem redivivo decore vestiri. Indesinenter cernimus parva arborum semina terre humoribus commendari, ex quibus non longe post aspicimus magna arbusta surgere, folia pomaque proferre.

XXII Pensemus ergo parvum cuiuslibet arboris semen quod in terra iacitur ut arbor ex illo semine producatur, et comprehendamus si possumus ubi in illa tanta parvitate seminis tam immensa arbor latuit que ex illo processit, ubi lignum, ubi cortex, ubi viriditas foliorum, ubi ubertas fructuum. Numquid tale aliquid videbatur in semine cum in terra proiceretur? Et tamen occulto rerum omnium opifice cuncta mirabiliter ordinante et in mollicie seminis latuit asperitas corticis et in teneritudine illius abscondita est fortitudo roboris et in siccitate illius ubertas fructificationis. Quid ergo mirum si tenuissimum pulverem nobis in elementis redactum cum vult in hominem reformat, qui ex tenuissimis seminibus immensa arbusta redintegrat? Quia ergo racionales sumus conditi, spem resurrectionis nostre ex ipsa debemus rerum specie et contemplacione colligere. Sed quia in nobis sensus torpuit racionis, accessit in exemplum gracia redemptoris. Venit namque conditor noster, suscepit mortem, ostendit resurrectionem, ut qui resurrectionis spem ex racione tenere noluimus, hanc ex eius adiutorio et exemplo teneremus. Dicat ergo beatus Job: Scio quod redemptor meus vivit et in novissimo de terra resurrecturus sum. Et qui resurrectionis virtutem in se posse fieri desperat, verba viri in gentilitate positi fidelis erubescat et penset quante pene pondere sit feriendus, si adhuc non credit suam qui iam resurrectionem domini cognovit factam, si ille suam credidit qui adhuc domini ipsius sperabat esse faciendam. Sed ecce resurrectionem audio, effectum tamen eiusdem resurrectionis exquiro. Credo namque quia resurrecturus sum. Sed

volo ut audiam qualis Scđa
quippe michi est vtrū in quodam
alio subtili fortasse vel aereo.
an in eo quo maior corpe re
surgam/ Sȝ si in aereo corpore
surrexero. iam ego non ero qui
resurgo Nam quō est vā rr̄.
si vera eē nō potit caro/ Apta
ergo racō suggerit/ Quia si vā
caro nō fuit. procul dubio vera
resurrectio non erit. Neqȝ eni
rte resurrectō dici potest. ubi
nō surgit qͥ cecidit/ Sed has
nobis bte iob dubietatis nebu
las tolle. et quia p acceptā sancti
spūs grām desse rrnus nostre
nobis loqui cepisti. apte indica
si caro nostra veritate resurgat
Sequitur Et rursum circumdabor
pelle mea/ Dum apte dr̄ omīs
dubitacō vē rrnis auffert/ Ca
nō sicut Euticius constantipoli
tane vrbis epūs scripsit/ Corpus
nrm in illa rrnis glīa erit ī
palpabile. ventis aereqȝ subti
lius. In illa eni rrnis gloria
erit corpus nrm subtile qdē
p effcm spiritualis potencie. sed
palpabile p vitatem nē./ Unde
eciam redemptor nr̄ dubitan
tibus de sua rrne discipulis.
ostendit manus et latus palpan
da ossa. carnēqȝ pbuit. dicens
Luc 24 Palpate et videte. quia spūs
carnē z ossa nō habet. sicut
me videtis hre/ Cui cū eidē
euticio ī constantinopolitana vrbe
positus. hoc ex vbis ewāgelicis vitatis testi
monīū ptulissem ait. Ideirco
hoc dūs fecit ut dubitacōm
rrnis sue discipulorum cordib;
amoneret/ Cui inquā. mirā res
est valde quā astruis ut īde
nobis dubietas surgat. unde
discipulorum corda a dubietate sa
nata sunt/ Quid eni deterius
dici pt. qͣ ut hoc nobis de eius
carne dubiū fiat. p qd discipuli
eius ad fidem ab omni sunt

dubietate sanati Si eni hoc nō
habuisse astruitur quod ondit. vn
fides discipulis eius confirmata
est. inde nrā destruitur/ Qui adiun
gebat etiam dicens/ Corpus pal
pabile hūit. qͥ ondit. ß post con
firmata corda palpancium omne
illud in domino qͥ palpari po
tuit. in subtilitate aliquā redac
tum est. Ad hec ipe rndi/ Scptm
Ro 6 est/ xpus resurgens a mortuis
iam nō morit̄. mors illi vltra
nō dnabit/ Sȝ si quid ergo ī eius
corpe post rrnem potuit ī mutari
contra veridicam Pauli sentenciā
post rrnem dūs redyt ī morte/
qd quis dicē vel stultus psumat
nisi qui vam eius carnis rrnem
negat/ Tunc michi obiecit dicēs
1 cor 17 Cum scptum sit. caro z sanguis
regnū dei possidē nō possunt/ Qua
rōne credendū ē resurgē vaciter
carnē ¶ Cui inquā/ In sacro eloquio -XIIII- CIJ·
alit̄ caro dicit̄. iuxta nāam. atqȝ
alit̄ iuxta corrupcōm vel culpam
Gn 2 Caro quippe iuxta nāam sic scptū
est. Hoc nunc os ex ossibus meis
z caro de carne mea. Et verbū
Jo 1 caro fcm est z habitabit in nobis
Caro vero iuxta culpam dicit̄
Gn 6 Sicut scptū est. Nō pmanebit
spūs meus in hominibus istis. eo
qͥ caro sunt/ Et sicut psalta ait
Memoratus est quia caro sunt
spūs vadens et nō rediens Vn
et discipulis paulus dicebat Vos
Ro 8 aūt in carne nō estis ß in spū
Neqȝ eni ī carne nō erant quibus
epistolas trāsmittebat Sȝ quia
passiones carnaliū desideriorū
vicerant/ iam liberi p virtute spūs
in carne nō erant/ Qd ergo paulus
aplus dicit/ Quia caro z sanguis
regnū dei possidē non possunt/
Carnē vult scdm culpam ītelligi
nō carnē scdm nāam. Vn et mox
quia carnē scdm culpam dicēt
ondit dicēs. Neqȝ corrupcō in
corrupcelam possidebit/ In illa go

celestis regni gloria caro secundum naturam erit, sed secundum passionis desideria non erit. Quia devicto mortis aculeo in eterna incorruptione regnabit. Quibus dictis idem Eutitius consentire se protinus innuit, sed tamen adhuc corpus palpabile resurgere negavit posse. Qui etiam in libello quem de resurrectione scripserat, Pauli quoque testimonium apostoli inseruerat dicens: Tu quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur, et quod seminas non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum. Hoc nimirum ostendere festinans quia caro vel palpabilis vel ipsa non erit, dum sanctus apostolus de resurrectionis gloria agens non corpus quod futurum est seminari dixit. Sed ad hoc citius respondetur. Paulus apostolus dicens: Non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, hoc insinuat quod videmus, quia granum cum culmo et foliis nascitur, quod sine culmo et foliis seminatur. Ille itaque in augmento glorie resurrectionis non dixit granum seminis deesse quod erat, sed adesse quod non erat. Iste autem dum verum corpus resurgere denegat, nequaquam adesse quod deerat, sed deesse quod erat. Tunc itaque de hac re in longinqua contentione perducti, gravissimam a nobis cepimus simultate ~~est~~ resilire. Cum pie memorie Tyberius Constantinus imperator secreto me et illum suscipiens quid inter nos discordie versaretur agnovit, et utriusque partis allegationem pensans, eundem librum quem de resurrectione scripserat suis quoque allegationibus destruens deliberavit ut flammis concremari debuisset. A quo ut egressi sumus, me egritudo valida, eundem vero Eutitium egritudo et mors protinus est secuta. Quo mortuo quia pene nullus erat qui eius dicta sequeretur, dissimulavi cepta persequi, ne in favillas verba viderer iaculari. Dum tamen adhuc viveret et ego validissimis febribus egrotarem,

quicumque noti mei ad eum salutationis gratia pergebant, ut ex eorum relatione cognovi, ante eorum oculos pellem manus sue tenebat ~~sue tenebat~~ dicens: Confiteor quia omnes in hac carne resurgemus. Quod sicut ipse fatebatur, prius omnino negare consueverat. Sed nos ista postponentes, in beati Iob sermonibus subtilius exquiramus si vera erit resurrectio verumque corpus in resurrectione. Ecce enim iam de spe resurrectionis dubitare non possumus dum ait: Et in novissimo de terra surrecturus sum. Dubietatem quoque de reparatione veri corporis abstulit qui ait: Et rursum circumdabor pelle mea. Qui adhuc ad auferendas ambages nostre cogitationis subdit: Et in carne mea videbo Deum. Ecce resurrectionem, ecce pellem, ecce carnem apertis vocibus fatetur. Quid ergo remanet ~~unde~~ unde possit mens nostra dubitare? Si itaque vir iste sanctus ante exemplum resurrectionis dominice reducendam carnem in integro statu credidit, quis erit reatus nostre dubitationis, si vera carnis resurrectio nec post exemplum credatur redemptoris? Si enim post resurrectionem corpus palpabile non erit, profecto alius surgit quam moritur. Et quod dictu nephas est credere, quia ego morior et alius resurgit. Unde queso te beate Iob subiunge que sentis, et huius nobis questionis scrupulum tolle. Sequitur: Quem visurus sum ego ipse et oculi mei conspecturi sunt et non alius. ·xxxiij· ·xx· Si enim sicut quidam erroris sectatores arbitrantur, post resurrectionem corpus palpabile non erit, sed invisibilis corporis subtilitas caro vocabitur, quamvis substantia non sit. Sed beatus Iob clamat eis summam vindicta voce destruit qui ait: Quem visurus sum ego ipse et oculi mei conspecturi sunt et non alius. Nos autem beati Iob fidem sequentes et redemptoris nostri post resurrectionem corpus palpabile veraciter credentes, fatemur carnem nostram post resurrectionem

1 Cor 17 (margin, beside "non vivificatur nisi prius moriatur")

(margin) profecto alius est qui moritur et alius qui resurgit

(margin) no

fectum et eandem et diversam. Ean-
dem per naturam, diversam per gloriam;
eandem per veritatem, diversam per potentiam.
Erit itaque subtilis, quia et incor-
ruptibilis; erit palpabilis, quia non
amittit essentiam veritatis nature.
Sed sanctus vir eandem fructus
fiduciam, qua spe tenebat, quanta
certitudine prestoletur adiungit.
Sequitur: Reposita est hec spes
mea in sinu meo. Nichil nos
habere certius credimus, quam hoc
quod in sinu tenemus. In sinu ergo
suo spem repositam tenuit, quia
vera certitudine de spe fructus
presumpsit. Sed quia venturum
diem iudicii innotuit, iam nunc
seu sua voce seu typo universalis (sancte)
ecclesie pravorum facta redar-
guit, et iudicium quod in iudicii die
sequitur predicit. Nam protinus sub-
dit: Quare ergo nunc dicitis: Per-
sequamur eum, et radicem verbi
inveniamus contra eum? Fugi-
te ergo a facie gladii, quia ultor
iniquitatum gladius est, et scitote
iudicium esse. Priori quippe sua
ignorantium facta reprehendit; sequenti-
autem ex divino iudicio penas in-
notuit que erunt. Quare nunc di-
citis: Persequamur eum, et radicem
verbi inveniamus contra eum? Per- xx. cap.
versi quilibet, quia malo studio
bene prolata audiunt, et in lingua
iusti accusationis aditum invenire
appetunt, quid aliud quam contra
eum sibi radicem querunt? Ex qua
videlicet loquendi origine sumant
et ramos prave loquacitatis in
accusationem dilatent. Sed vir sanctus
cum a pravis talia sustinet, non
contra eos, sed magis pro ipsis doluit,
et male cogitata redarguit, ac
eis mala que fugiant ostendit
dicens: Fugite ergo a facie gla-
dii, quia ultor iniquitatum gla-
dius est, et scitote esse iudicium.
Omnis qui perverse agit, eo ipso quo
hoc despicit esse Dei iudicium
nescit. Si enim hoc timendo sci-
ret, que in illo sunt punienda

non ageret. Nam sunt plerique qui ex-
tremum esse iudicium verbotenus sciunt,
sed perverse agendo testantur quod nes-
ciunt. Qui enim hoc non formidat,
ut debet, nec dum cognovit cum
quanto turbine terroris adveniet.
Si enim pensare pondus tremendi
examinis nosset, ire diem utique ti-
mendo precaveret. Faciem quippe gladii
fugere est animadversionis districte
sententiam priusquam appareat placare. Vi-
tari namque terror iudicis non nisi
ante iudicium potest. Modo non
cernitur, sed precibus placatur. Cum vero
in illo tremendo examine sederit, et
videri potest, et placari non potest,
quia facta pravorum que diu susti-
nuit tacitus, simul omnia reddet
iratus. Unde necesse est nunc timeri
iudicem, cum nec dum iudicium ex-
ercet, cum diu sustinet, cum adhuc
mala tolerat que videt, ne cum
semel manum in retributionis ultione
exseruerit, tanto in iudicio distric-
tius feriat, quanto ante iudicium diu-
tius exspectavit. Liber quintusdecimus. capitulum
Quia amici beati Iob nequaquam c. i.
perversi esse potuerunt, Sophar
Naamachites verba testantur, qui ad
decorem eius terrorem venturi iudicii
audiens protinus adiungit: Ideo p.
cogitationes mee varie succedunt
sibi, et mens in diversa rapitur.
Ac si apertis vocibus dicat: Quia
extremi iudicii terrorem considero,
idcirco cogitationum tumultibus inde
confundor. Tanto se quippe animus
in cogitatione amplius dilaniat,
quanto illud esse terribile quod imminet
pensat. Et in diversa mens rapitur,
que modo mala que egit, modo bona
que agere neglexit, modo reprehensibi-
lia in quibus est, modo recta que
sibi adhuc deesse cognoscit, sollicito
pavore perpendit. Sed licet amici
beati Iob cum assiduitate illius vite
eruditi bene vivere noverint, pensare
tamen subtiliter Dei iudicia nescien-
tes mala hic iustorum quepiam

posse recipe non credebant. Unde et
eundem sanctum virum iniquum esse sus-
picati sunt, quem flagellatum viderunt,
atque ex hac suspicione agitur ut in-
crepatione eius quoque dilabantur,
ad quam tamen increpationem quasi
sub quadam reverentia descendunt.
a Unde Sophar subiecit dicens: Doc-
trinam qua me arguis audiam,
et spiritus intelligencie mee respondebit
tibi. Ac si aperte dicat: Tua quidem
verba audio, sed an recte prolata sint
spiritu intelligencie mee discerno. Va-
cuum dictis verba despiciunt doctrina
eius non ad admiracionem sed ad occa-
sionem elacionis sumunt, ut audita
potius iudicent quam sequantur.
His itaque sub quodam moderamine
premissis in apertam beati viri ex-
probracionem prosilit cum subiungit: Hoc
scio a principio, ex quo positus est
homo super terram, quod laus impiorum
brevis et gaudium ypocrite ad in-
star puncti. Liquet nunc quia sine
intelligencie spiritu inflatus eas quas
contra impios sentencias profert in beati
Iob redargucionibus inflectit. Quem
enim prius iusta agere et post modum
perdendis tollerancie conspexit, omne
in illo ypocrisim estimat fuisse
quod videt, quia videlicet a iusto
deo iustum famulum affligi non
credidit posse. Sed nos easdem
eius sentencias quas non recte retulit
protulit soliciti in tencione pensan-
tes examinamus et contempnentes quod
fratris contra beatum Iob loquitur, intue-
amur quam vera dicat si hec con-
b tra impios loquatur. Ait itaque: Hoc
scio a principio quia ex quo positus
est homo super terram quod laus impiorum
brevis est. Ductus brevitate presen-
tis vite cordis oculum ad exordium
reduxit originis, ut ex omni actis
colligat quam nulla sunt que videntur
aliqua esse dum sunt. Si enim ab
ipso humani generis exortu usque
ad hoc tempus in quo sumus mentis
oculos ducimus, omne quod finiri

potuit quam breve fuit videmus.
Ponamus enim quemlibet hominem a
primo die mundi conditi usque ad
hodiernum diem vitam ducere,
hodie tamen eandem vitam quam
quasi longam ducere videtur finire,
ecce finis adest. Preterita iam nulla
sunt, quia cuncta transierunt.
Futurorum in hoc mundo nichil est
quia nullum ad vitam vel bre-
vissimum restat momentum. Ubi est
ergo longum tempus quod inter
initium finemque deprehensum ita
consumitur ac si nec breve umquam fuisset.
Impii itaque quia presentem vitam c
diligunt, in ea procul dubio elati
percipere laudem querunt, lingue favo-
ribus extolluntur, nec esse boni
sed dici appetunt. Qui videlicet
laudem longam appetendo estimant
dum assequuntur, sed brevem intelligunt
fuisse dum amittunt. In fine quippe
eis ostenditur quia nil fuit quod
amaverunt. Unde recte contra eosdem
impios dicitur: Hoc scio a principio
ex quo positus est homo super terram
quod laus impiorum brevis sit. Unde nota
apte subiungitur: Et gaudium ypo- d
crite ad instar puncti. Sepe ypocrita
dum se sanctum simulat et iniquum
se minime formidat, ab hominibus
honoratur eique sanctitatis gloria de-
fertur ab his qui exteriora cernunt
sed interiora perspicere nequeunt. Unde
fit ut gaudeant in prima sessione, e
hylarescant in primo recubitu, in-
flectantur in prima salutacione, eleventur
in reverenti voce subsequencium
et superba cogitacione tumeant in
famulatu subditorum, sicut quoque
voce veritatis de talibus dicitur:
Omnia vero opera sua faciunt ut Mt 23
videantur ab hominibus. Dilatant
enim phylateria et magnificant
fymbrias suas. Amant enim
primos recubitus in cenis et primas
kathedras in synagogis et saluta-
tiones in foro et vocari ab hominibus
rabbi. Sed hoc eorum gaudium

q[illegible] in registro c
38 [illegible] diligi non debet
[illegible]

eternitati comparatum quid erit quando in ruente mortis articulo ita consumitur ac si penitus non fuisset. Cum nimirum gaudii leticia pertransiit et pena permanet, et tam res amittitur quam culpa durat. Bene autem dicitur: Gaudium ypocrite ad instar puncti. In puncto enim stilus mox ut ponitur levatur nec mora ulla agitur ut exprimenda linea trahatur. Gaudium ergo ypocrite ad similitudinem puncti est, quia apparet ad momentum sed disparet in perpetuum. Et sicut stilus in puncto dum ponitur levatur, sic ypocrita presentis vite gaudium dum tangit amittit. Sequitur et subditur: Si ascenderit usque ad celum superbia eius et caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. Superbia ypocrite usque ad celum ascendere dicitur cum eius elacio celestem vitam agere videtur. Eius etiam caput quasi nubes tangit cum principalis pars videlicet intellectus illius sanctorum precedentium meritis coequari creditur. Sed tamen quasi sterquilinium in fine perdetur, quia in morte sua cum ad tormenta ducitur stercoribus viciorum plenus a malignis spiritibus conculcatur. Gaudia etenim presentis vite que iniusti estimant magna bona, iusti stercora deputant.

12 Unde scriptum est: De stercore boum lapidatus est piger. Is etenim qui deum sequi noluit ab amore eterne vite pigrescit. Et quociens rerum temporalium dampno percutitur ex hiis nimirum affligitur que iusti velut stercora contempnunt. Cum ergo ex terrenarum rerum percussione cruciatur, quid aliud quam de boum stercore flagellatur. Et recte ypocrita sterquilinio similis dicitur. Quia dum temporalem gloriam agere appetit modo per cogitacionem apud semetipsum tumens eandem gloriam aliis invidet, eamque aliis vacare irridet. Quot ergo viciis plenus est, quasi tot stercoribus in conspectu eterni iudicis illius pectus fetet. Dicatur ergo: Si ascenderit usque ad celum superbia eius et caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. Quia etsi celestem vitam se agere simulat et si intellectum suum similem esse veris predicatoribus ostentat, quasi sterquilinium tamen in fine perdetur, quia mens illius pro viciorum suorum fetore dampnabitur. Sequitur: Et qui eum viderant dicant: Ubi est. Plerumque ypocritarum vita etiam reproba ab omnibus in fine cognoscitur, ut signis iam apercioribus quid fuerit indicet. Qui ergo hunc elatum viderunt de extincto dicent: Ubi est. Quia neque hic ubi elatus fuerat apparet, neque in eternitatis requie degere esse putabat. De cuius vite brevitate adhuc apte subiungit: Velut sompnium avolans non invenietur, transit sicut visio nocturna. Quid est vita ypocrite nisi quedam visio fantasmatis que hoc ostendit in ymagine quod non habet in veritate. Unde recte quoque sompnio comparatur, quia ab eo omnis laus et gloria quam dum tenet amittitur. Sepe namque in nocturna visione non nulli pauperes fiunt se divites admirantur, conferri sibi honores aspiciunt, divitiarum moles, obsequentium multitudinem, vestium pulchritudinem, habundanciam ciborum sibimet adesse considerant, gaudent se evasisse penuriam quam cum gemitu tollerabant. Sed repente cum evigilant inveniunt quod fuisse sibi quod gaudebat, eos evigilasse penitet, quia evigilantes in inopia vera tenet. Sic ypocritarum mentes dum aliud est quod agunt atque aliud quod hominibus ostendunt, laudes de ipsa sanctitatis ostentacione recipiunt et estimacione hominum multis melioribus preferuntur. Et cum intus apud se tacita cogitacione superbiant, foris se humiles demonstrant, cumque ab hominibus immoderate laudantur, tales se apud deum quasi estimant

quales se gaudent hominibus innotuisse. Unde fit ut etiam eterne vite percepturos premia presumant. Et qui hic de humanis favoribus exultant, illic se habituros regnum omnino non dubitant. Sed in extrema hac vocationis hora subrepit, et cum carnis oculos claudunt, mentis aperiunt. Moxque supplicia eterna receperint, ibi vident quia vitiata estimatione divites in sompniis fuerunt. Bene ergo de ypocrita dicitur: Transiit velut visio nocturna. Quia hoc quod se ad momentum divitem humanis estimationibus videt, de ostensione est fantasmatis, non de soliditate veritatis. Nam cum mens eius in morte carnis evigilat, cognoscat procul dubio quia favores hominum circa se dormiens videbat. Sequitur: Oculus qui eum videbat non videbit, neque ultra intuebitur eum locus suus. Quid est locus ypocrite nisi cor adulantium? ibi quippe requiescit ubi favores invenerit. Oculus ergo qui eum viderat non videbit. neque ultra intuebitur eum locus suus. Quia subtractus in morte stultis amatoribus absconditur, qui eum consueverant admirando conspicere, nec ultra eum locus eius intuebitur, quia lingue adulantium hunc ad iudicium favoribus non sequuntur. Sed tamen quousque vivit ea que ipse egit etiam sequaces suos docere non desinit, et erroris sui pravitate alios quoque ad eam quam exhibet generat simulationem. De quibus hic apte subditur: Filii eius atterentur egestate. Scriptum est: In malivolam animam non introibit sapientia. Sap. 1 Et psalmista dicit: Divites eguerunt et esurierunt. Si enim de exterioris famis egestate eorum et esuries diceretur, profecto divites non essent, quia pane corporis indigerent. Sed quia divitiis multiplicantur, inanes fiunt, et divites pariter et egentes esse memorantur. Quia videlicet pane sapientie saciari minime merentur. Filii itaque huius ypocrite atterentur egestate, quia hii qui in ypocrisim ex eius imitatione nascuntur, dum virtutis soliditatem non tenent, in cordis egestate deficiunt. Sequitur: A Et manus illius reddet illi dolorem suum. Quid per manus nisi opera signantur? Manus itaque eius illi dolorem reddent, quia dampnationis iustam ex iniqua recipiet deceptione. Bene autem dicitur: Non dabunt, sed reddent, quia perverse actiones eius etiam ei supplicium quasi quoddam debitum persolvet. Sed priusquam ad eterna supplicia veniat, qualem se hic exhibeat plenius adiungitur. Sequitur: B Ossa eius implebuntur viciis adolescentie eius, et cum eo in pulvere dormient. Origo prave inchoationis causis culpe etiam processu multiplicat. Dum enim quisque male agere cepit, usu iam deterius hoc quod inchoavit excrescit. Quid itaque adolescentia huius ypocrite nisi inchoatio pravitatis est? In adolescentia quippe iam libido fervescere inchoat. Et tunc adolescentiam ypocrita habet, cum amplecti libidine glorie cepit. Quia dum in eo adulantium blanda fomenta multiplicant, robustiorem reddunt, et quasi in ossa convertunt. Hoc enim quod male cepit peius cottidie per consuetudinem roborat. Dicitur itaque: Ossa eius implebuntur viciis adolescentie eius. Quia dum in eo pravitatum consuetudines a vicio sumpte sunt pessime inchoationis. Unde scriptum est per proverbium: pro. 22 Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea. Que nimirum ossa cum eo in pulvere dormient, quia eo usque in illo inique consuetudines perdurant, quousque hunc ad pulverem mortis pertrahant. Cum eo enim in pulvere ossa dormire est usque ad

pulverem mortis vita eius non de
serit. usque ad mortem ab iniquitate
minime cessare. Tenet igitur illum
prave consuetudines quem semel
ceperint atque cottidie ei duriores
existunt. et cum illo in pulvere
dormiunt quia non nisi cum eius
vita finiuntur. Sed hec intelligi et
aliter possunt. Habet namque ypocrita
non numquam forte validum aliquid
in operatione. sed dum multa bona
simulat se habere que non habet perdit
Unde nunc bene dicitur. Ossa eius im
plebuntur viciis adolescentie eius
quia cum sit levis ac mollis
multa puerilia fecit. etiam in hiis
que fortia egerit in vicio molescit
Que videlicet eius ossa cum eo in
pulvere dormient. quia sicut pul
vis est omnis simulacio illa qua
agit. ita in illo si quid habet
validum omni soliditate vacuatur
ut per tumorem arrogancie hoc quoque
perdat. quod in eo potuit esse virtutis
Ossa ergo cum ipso in pulvere
dormire est. cum pravis eius
actionibus. etiam si qua sunt bene
acta deperire. Sequitur. Cum etiam
dulce fuerit in ore eius malum
abscondet illud sub lingwa sua.
In ore ypocrite malum dulce est
quia iniquitas ei suavis est in
mente. Os quippe cordis cogi
tacio est. De qua scriptum est. Labia
dolosa in corde. et corde locuti
sunt mala. Sed hoc malum quod
in ore ypocrite dulce est sub lingwa
eius absconditur. quia asperitas
malicie que latet in mente sub
tegmine blande locucionis operitur.
Malum autem in lingwa et non
sub lingwa esset. si loquens ypo
crita maliciam sue pravitatis aperiret
Sed sicut plerique iustorum cum
quosdam agere perversa conspiciunt
qui diris sunt increpationibus
feriendi in lingwa asperitate sumunt
sed sub lingwa mentis sue benignitate
tegunt. Unde sancte ecclesie sponsi voce
dicitur. Mel et lac sub lingwa tua

Quia enim mentis sue dulcedinem
infirmis aperire noluit. sed loquentes
quadam eos asperitate feriunt. et in
inter asperi verba quasi latenter
quandam dulcedinis intermittunt
Hii videlicet non in lingwa sed sub
lingwa habent dulcedinem quia inter
dura que proferunt emittunt quedam
blanda et dulcia quibus confortari
possit. et ex benignitate resoneri. Ita
perversi quoque quia malum non in
lingwa sed sub lingwa habent sermoni
bus dulcia pretendunt. et cogitacionibus
prava moliuntur. Hinc est etenim
2 reg. quod ioab amase mentum tenuit. sed
20 sinistram ad gladium latenter mittens
viscera eius effudit. Dextra quippe
mentum tenere est quasi ex benignitate
blandiri. Sed sinistram ad gladium
mittit. qui latenter ex malicia per
cutit. Hinc de ipso quoque eorum ca
pite scriptum est. Sub lingwa eius
labor et dolor. Quia enim non aperte
mala que cogitat ostendit. laborem ac
dolorem eorum quorum mortem appetit
non lingwa exerit. sed sub lingwa
premit. Bene autem de hoc ypocrita
subditur. Parcet illi et non derelinquet
illud. et celabit in guttere suo
Malo enim quod diligit parcet quia
non hoc in semetipso penitendo per
sequitur. Unde et additur. Non derelinquet
illud. Si enim vellet relinquere ne
quaquam parceret quia persequeretur. Sed
hoc celat in guttere quia sic pre
mit in cogitatione ut nunquam pro
ferat in voce. Sequitur. Panis eius
in utero eius vertetur in fel aspidum
intrinsecus. Quid in panis in utero
hoc est sacietas temporalis delectacionis
in mente. Sacietate ergo nunc ypocrita
illata laude delectatur honoribus
Panis eius in utero illius vertetur
in fel aspidum intrinsecus quia sa
cietas transitorie laudis vel dila
tionis in retribucionis fine ad ama
ritudinem vertitur. Et fel aspidum
id est malignorum spirituum persuasio
fuisse cognoscitur. quod hic laus glorie
esse credebatur. Tunc etenim nil

videant quod antiqui serpentis veneno
infecti sunt. Dum flammis ultricibus
traditi cum eodem suo persuasore
cruciantur. Panis itaque iste aliud
in ore sapit sed aliud in utero quia
transitorie delectationis leticia dul
cis est cum hic quasi mandendo agitur
sed amarescit in ventre quia perpetrata le
ticia deglutitur ad penam. Vel certe
quia panis scripture sacre intelligentia
non inconvenienter accipitur que men
tem reficit eique boni operis vires
prebet. Et plerumque ypocrita etiam
sacri eloquii misteriis erudiri stu
det non tamen ut ex eisdem vivat
sed ut ceteris hominibus quam doctus
sit pareat. Panis eius in utero in
fel aspidum intus vertitur quia
dum de scientia legis se gloriatur
vite potum convertit sibi in venenum po
culum et inde reprobus moritur unde ad
vitam erudiri videbatur. Quod tamen hoc
etiam inconvenienter accipitur quod non
nunquam ypocrita dum doctus libris
dum ad ostentationem studet divino
iudicio cecatus hoc ipsum librum sine
intelligit quod male querit. Dum
errorem heresis labitur contingit
ei ut sicut desevit aspidum sic in
felle depravi moriatur et in doctrina
sua mortem invenit quia in libris
vite vitam minime invenit. Sepe vero
evenit ut divine amonitionis elo
quia etiam si recte ypocrita intelligat
quia in opere nequaquam servat hec
perpetratis profectus vite cursum finiat
amittat ut perdat scire quod sciendo
noluit audire. Unde subditur Divitias
quas devoravit evomet et de ven
tre illius extrahet eas Deus. Vult
ypocrita scire divina eloquia ut
tamen facere vult docte loqui non
vivere. Pro eo quod non agit quod novit
etiam hoc quod novit amittit
ut quia scientie perversi operacionem
non sociat contempta puritate boni
operis et sciam perdat. Divitias sacre
legis quas legendo devoravit

obliviscendo evomet easque de
ventre illius Deus extrahet. Quia
hoc quod servare noluit iusto iudicio
de eius memoria evellit ne pre
cepta dei vel saltem in lingua teneat
que in vita non servat. Hinc psalmista tamen
dicit peccatori autem dixit deus
quare tu enarras iusticias me
as et assumis testamentum meum
per os tuum. Que etiam verba docte
si quando contingit ut ypocrita
usque in finem videatur memore tenere
inde magis dampnabitur. Unde
bono dei munere etiam malus mi
nime servat. Scriptum quippe est in
memoria retinentibus mandata
eius ut faciant ea. Item ergo
mandata eius in memoria retinet
sed nequaquam facit. hic in doctrine
verbis futuris quibus dampnetur
tenet. Hinc quippe in Zacharia
scriptum est. Et dixi Ego video
volumen volans longitudo eius
viginti cubitorum et latitudo eius
decem cubitorum. Et dixit ad me
Hec est maledictio que egreditur
super faciem universe terre. quia
omnis fur sicut ibi scriptum est iudi
cabitur. Quid namque est volumen
volans nisi scriptura sacra que dum
de celestibus loquitur ad superiora
mentis nostre intentionem levat quod
dum illam super nos esse aspicimus
prima attendere id est contemplare vir
tutibus. Cuius latitudine cubitorum
decem longitudine vero viginti
habere perhibetur quia latitudo opera
tionis nostre simpla est et longa
nimitas spei in duplum tendit
quod pro bono nostro opere et hic nobis
mentis requies et illic gaudia
eterna parantur. Veritate attestante que
ait Si quis reliquerit domum
aut agros et cetera centuplum
accipiet et vitam eternam possidebit.
Centenarius quippe numerus decem
plicato denario fit perfectus. Hic
itaque centuplum recipiet qui
in se nichil habuit. Qua tamen
perfectione mentis iam in hoc

Cap. xo Dicitur Multi

Sic evomendo et bene do cendo peccator iustis ... vivere ... et male ... quod ... debeat ... 344 250

Doctor qui non facit est scriptura dampnatur

Theologia elevat mentem ad celestia

Math. 19

Sunt perdit quod quod docet non facit.

seculo habere nil querunt. Quia ergo
per hanc duplum nobis pro simplo
redditur. recte hoc volumen per viginti
cubitos in longum tenditur. quod
per decem dilatatur. Sed quia ipsa
eloquia sacra ad eternam dampna-
cionem sunt eis. quia illa vel scire no-
lunt. vel certe sciendo contempnunt
Recte de hoc volumine dicitur. Hec est
maledictio que egreditur super faciem
universe. In cuius maledicto dicitur
adiungitur. Quia omnis fur sicut
ibi scriptum est iudicabitur. Ypocrita
igitur quia secundum verba legis que
nomine vite contempnit. et de doc-
trina sanctiores querit. fur iudi-
cabitur. quia per hoc quod iniuste loquitur
laudem sibi vite iustorum rapit
De quo adhuc subditur. Caput
aspidum suget et occidet eum lingua
vipere. Aspis parvus est serpens
vipera vero prolixionis est corporis et
aspides ova signunt. atque ex ovis
eorum filii procreantur. Vipere autem cum
conceperint. filii earum in ventre
seviunt qui ruptis lateribus ma-
trum ex earum ventribus procedunt
Unde et vipera quod vi pariat
vi. 3. nominatur. Vipera itaque sic nascitur
ut violenter exeat. et cum matris
sue extinccione producatur. Quid
ergo per aspides parvos nisi latentes
suggestiones immundorum spirituum
signantur. qui cordibus hominum
prava parvus persuasione surrepunt
Quid vero per linguam vipere nisi violen-
ta dyaboli temptacio designatur. Prius
enim leniter surrepit. postmodum vero etiam
violenter trahit. Caput itaque aspi-
dum sugit. quia initium suggestionis oc-
culte primum parvus in corde nascitur.
sed occidit eum lingua vipere. quia post-
modum capta mens veneno violente
temptacionis necatur. Primum subtiliter
consiliis ad cor hominis immundi spiritus
loquuntur. qui dum leniter persuadent quasi
venenum aspidum fundunt. Unde in
79 ysaia scriptum est. Ova aspidum ru-
perunt. et telas aranee texuerunt
qui comederit de ovis eorum morietur.

et quod confotum est erumpet in regulum.
Ova quippe aspidum pravis hominibus
rumpere est. malignorum spirituum consilia
que in eorum cordibus latent pravis
operibus aperire. telas quoque aranee
texere est. pro huius mundi concupiscentia
temporalia quelibet operari. Que dum nulla
stabilitate solidata sunt. ea paulo dum
ventus vite mortalis rapit. Bene
autem additur. Qui comederit de ovis
eius morietur. Quia qui immundorum spirituum A
consilia recepit. vitam in se anime
occidit. Et quod confotum est erumpet
in regulum. Quia consilium malignorum spirituum
quod corde tegitur ad plenam iniquita-
tem nutritur. Regulus namque serpentium
rex dicitur. Quis vero reproborum caput
est nisi antichristus? Quod ergo confotum
efficitur erumpet in regulum. Quia is
qui in se enutrienda aspidis consilia
recepit membrum eius qui caput est
in corpus antichristi accrescit. De hoc
itaque ypocrita dicitur. Caput aspidum
suget. et occidet eum lingua vipere
Quia cum iniquam suggestionem anti-
qui hostis libenter accipit. violentis
se postmodum eius temptacionibus
devictus tradit. Unde et in paradiso quod
stanti homini verba blande persuasionis
9 intulit. sed que semel recepit ad
3 consensum. iam nunc etiam renitentem
trahit. et corrupcionis sue delecta-
cionibus devictum pene violenter in
efficit. Sed fortasse hec ipsa in tel-
lige etiam per contrarium in temptacione
valeamus. Nam quia veneno suo
aspis concite. vipera autem tardius
occidit. Per aspidem violenta et subita a.
per viperam lenis et diutina temptacio
designatur. Unde et illi mors in ore
capitis. vipere autem in lingua esse
perhibetur. Quia repentina temptacio
sepe inopinatam mentem mox ut sur-
git interficit. longa vero temptacio
quia prava diucius persuadet sug-
gerit. velut ex lingua vipere occidit.
Et quia omnis ypocrita immundorum
spirituum suggestione quasi serpentum
veneno penetratus. que sunt supra
sancti spiritus dona nequaquam considerat

dum intencionem cordis in exterioribus
sermonibus divulgat. Recte subiungitur
d Non videat rivulos fluminis torrentis
mellis et butiri. In euangelio dominus dicit
Qui credit in me sicut dicit scriptura
Jo flumina de ventre eius fluent aque
7 vive. Ubi euangelista subiunxit. Hoc autem
dixit de spiritu quem accepturi erant
credentes in eum. Rivuli ergo fluminis
sunt dona sancti spiritus. Rivulus
est fluminis caritas. rivulus fluminis
est fides. rivulus fluminis spes est. Sed
quia ypocrita omnis. nec deum
nec proximum diligit. cum transitoriam
mundi gloriam querit. rivulos
fluminis non videt. quia irrigacione
caritatis non infunditur. Ypocrita
dum presencia tantum querit munera
futura despicit. et fidem non habens
rivulum fluminis mente non videt
Hebr. Quia fides est substancia rerum
11 argumentum non apparencium. Et dum
retinet ypocrita que videt. spem
negligit eorum que non videt. Ri-
vulum ergo fluminis per desiderium non
videt. quia solis visibilibus intenditur
Ro. 8 Et scriptum est. Quod enim videt quis
quid sperat. Rivulos ergo fluminis
vidisset. si apertis mundi gloria
oculos clauderet. eosque ad celestis
patrie amorem aperiret. Et non
dum quod non rivos. sed rivulos dicit
Accipi enim possunt rivuli fluminis ea
dona spiritus spiritualia que in mente
quamvis ita de celestibus subtiliter
sumuntur. ut per os carnis expleri non
possint. Sepe namque amator aliquis
tanto contemplacionis munere repletur
ut inde valeat quod loqui non
c vii valet. Fluminis autem iste torrens
E est ipsa inundacio spiritus sancti. que
in contemplantis animum exsupe-
rante infusione colligitur cum mens
plus quam intelligere sufficit repletur.
Et sciendum quia cum nos gracia spiritus
sancti infundit melle nos pariter
et butiro replet. Mel etenim desu-
per cadit. Butirum vero ex animalium
lacte colligitur. Mel itaque ex aere
butirum ex carne est. Unus ergo

Filius patris unigenitus cum sit
deus super omnia. homo est factus
inter omnia. qui cum nos dulce-
dine divinitatis sue et misterio
incarnacionis replevit. melle
nos pariter et butiro saciavit. Quia
ergo spiritus Christi mentem quam reple-
verit et divinitatis eius dulcedine
et incarnacionis fide letificat. isti
rivuli torrentis fluminis mellis
simul et butiri commemorantur
quia et de cogitacione dei altam men-
tem suavitate reficiunt. et de incar-
nacionis gracia [illegible] humane
misterio perungunt. Sed iste ypo-
crita quia in exterioribus sermonibus
fusus hec interna dona non per-
cipit. ad que post supplicia tendat
adiungit cum subdit. Luet que fecit d
omnia nec tamen consumetur. Per-
solvet enim in tormentis ea que hic
illicite fuerunt desideria. et flam-
mis ultricibus traditus semper
moritur. quia semper in morte servatur.
Non enim in morte consumitur. quia si
consumeretur vita morientis. etiam cum
vita pena finiretur. Sed ut sine
fine cruciet. vivere sine fine ipse
compellitur. Ut cuius vita hic mor-
tua fuit in culpa. illic eius mors
vivat in pena. Dicit ergo. Luet
que fecit omnia. nec tamen con-
sumetur. quia cruciatur et non extingu-
itur. moritur et vivit. deficit et
subsistit. finitur semper et sine fine
est. Hec solo auditu valde sunt
terribilia. quanto magis passione.
Sed quia multitudo iniquitatis
eius exigit. ut carere suppliciis nulla
tenus unquam possit. Apte subiun-
gitur. Iuxta multitudinem adinven- E
cionum suarum sic et sustinebit. Cum
enim multa invenit ad culpam
novis adinvencionibus cruciatur
ad penam. Nam quod hic suspicari
non potuit. hoc illic velociter edictum
sentit. Sicut enim exercitati in bonis
operibus electi non unquam plus sen-
cient agere quam eis dominus dignatus
est iubere. Carnis enim virginitas Virginitas
nequaquam iussa est. sed tantummodo est laudabilis

Electi implent consilia vel precepta:

laudata. Nam si illa iuberetur nimirum iam coniugium culpa esse crederetur, et tamen multi virtute virginitatis pollent, ut videlicet plus impendant obsequio quam acceperunt precepto. Sic plerumque perversi quique in pravis actibus exercitati sunt, ut plus inveniant in perversa operatione quod faciant, quam ex usu reproborum iniquitatis accipere exempla potuerunt. Unde et amplioris retributionis tormento feriuntur, quia et ipsi ex semetipsis amplius actiones pravas de quibus feriri debeant invenerunt. Bene itaque dicitur: Iuxta multitudinem adinventionum suarum sic et sustinebit. Nota si quis in hoc seculo nova mala adinvenit, in futuro nova tormenta sustinebit. Quia quot hic iniustis sunt delectationes, tot illic iniustis tollerantur passiones. Non enim inveniret iniquitatem novam, nisi et quereret, et nisi ex studio perpetrare festinaret. Pensetur ergo in tormento eius inquietudo male cogitationis et dolore recipit digne retributionis. Et quamvis damnatorum omnium sit dolor infinitus, graviora tamen tormenta recipiunt qui multa iniquitatibus suis quoque desideriis invenerunt. Bene autem Sophar huius ypocrite intulit penam, pertinens adiungit culpam nec unam qualibet nominat, sed eam de qua omnes oriuntur. Scriptum quippe est: Radix omnium malorum est cupiditas. Cui ergo cupiditas dominari dicitur, subiectus procul dubio malis omnibus demonstratur. Nam subiungit: Quoniam confringens nudavit pauperis domum, rapuit et non edificavit eam, nec est saciatus venter eius. Domum pauperis confringit et nudat qui eum quem potencia conterit, expoliare quoque per avariciam non erubescit. Rapit eam et non edificat. Ac si aperte diceretur: Quam hic edificare debuit, insuper rapit. Ventris

Mt 27

namque in iudicio dicturus est reprobis: Esurivi et non dedistis michi manducare; sitivi et non dedistis michi bibere; hospes eram et non collegistis me; nudus et non cooperuistis me etc. Ex qua culpa subiungitur: Discedite a me maledicti in ignem eternum, qui paratus est dyabolo et angelis eius. Si igitur tanta pena mulctatur qui non dedisse convincitur, qua pena feriendus est qui abstulisse redarguitur? Rapuit ergo et non edificavit eam, quia non solum de suo nichil tribuit, sed etiam quod alienum erat tulit. Unde autem subditur: Nec est saciatus venter eius. Venter quippe iniqui avaricia est, qua in ipsum colligitur quidquid perverso desiderio glutitur. Liquet ergo quia avaricia desideratis rebus non extinguitur, sed augetur. More enim ignis cum ligna que consumat acceperit excrescit. Qui unde videtur ad momentum flamma compressa, inde paulo post cernitur dilatari. Et sepe deus omnipotens cum avaricie menti vehementer irascitur, prius permittit ad votum cuncta suppetere, et post per ultionem subtrahit ut penas debeant supplicia tollerare. Unde et subditur: Et cum habuerit que concupierat, possidere non poterit. Maioris quippe iracundie est cum et hoc tribuitur quod male desideratur, atque inde repentina ultio sequitur, quia hoc quoque obtinuit quod deo irascente concupivit. Unde et psalmista dicitur, cum esca carnis prius male desiderasse perhibetur: Adhuc esca eorum erat in ore ipsorum, et ira dei ascendit super eos et occidit plurimos eorum. Solent namque tardius apparere divina iudicia, cum preveniunt ne impleri debeant mala vota. Nam quanto citius malum votum permittitur, plerumque tanto celerius punitur. Unde ergo ypocrita festine multiplicatur ut potens sit, inde agitur cum celeritate ut non sit, quia et arbusta que crescunt tardius annosa perdurant, et que in brevitate temporis proficiunt celerius arescunt.

Nova mala hic qui nova invenit nova tormenta sustinebit

1 Thi 6

viii. b.

R

et quasi cum festinat esse, tendunt
ad non esse. Sequitur: Non remansit
de cibo eius. Cibus eius est omne
quod perverso desiderio concupiscit.
I Sed perverso ypocrita de cibo suo nil
remanet, quia cum ipse ad eterna
supplicia ducitur, cunctis bonis que
hic possiderat alienatur. Unde et ad
hunc subdit: Propterea nil permanebit
de bonis eius. Si enim ei de bonis
suis aliquid permanet, secum que
habuerat tolleret. Sed qui omnia
ambiens timere iudicem noluit,
ex hac vita subtractus ad iudicem
nudus vadit. Cui tamen iniquo
ad retribucionem minus est quod in sequenti
pena cruciatur, si in hac saltem vita
liber esse permittitur. Sed nulla est
libertas in culpa, quia scriptum est:
2 cor. ultimo Ubi spiritus domini ibi libertas. Et plerumque
perverse menti ipsa sua culpa fit
K pena. Unde et recte subiungit: Cum
satiatus fuerit arctabitur. Prius enim
anhelat per avariciam concupita con-
gregare, et cum quasi in quodam
ventre avaricie multa congesserit,
satiatus arctabitur. Quia dum an-
xiatur quatenus acquisita custodiat, ipsa
eum sua sacietas angustat. Divitis
enim cuiusdam fructus uberes ager
Luc 12 attulerat, sed quia ubi eos tantos
reponeret non habebat, dixit: Quid faciam
quod non habeo quo congregem fructus
meos? Et dixit: Hoc faciam: destru-
am horrea mea et maiora edifi-
cabo. Qui ergo ex habundancia co-
angustatus dicebat: Quid faciam?
quasi multo cibo pressus estuabat.
Pensemus quot votis appetiit ut
uberes agri illius fructus afferret.
Ecce autem vota completa sunt, quia
fructus uberes attulit, sed ad recon-
dendum loca non sufficiunt. Mul-
tiplicatus dives quid faciat ig-
norat. O angustia ex sacietate
nata. De ubertate agri angustiatur
animus avari. Dicens namque: Quid
faciam, profecto indicat quia votorum
suorum successibus pressus sub quodam
rerum fasce laborabat. Unde autem
subditur: Cum satiatus fuerit

arctabitur. Quia mens avari que
prius ex habundancia requiem que-
sierat, post ad custodiam gravius
laborabat. Unde adhuc subditur:
Estuabit et omnis dolor irruet
super eum. Prius namque dolorem ix L
habuit in ipsa sue concupiscencie
fatigacione, qualiter concupita raperet,
quomodo alia blandimentis alia terroribus
auferret. At postquam acquisitis
rebus pervenit ad desiderium, alius
hunc dolor fatigat, ut cum solli-
cito timore custodiat quod cum gravi
labore meminit acquisitum. Hinc
insidiatores metuit, atque hoc
se perpeti quod ipse fecit aliis pertime-
scit. Formidat potenciorem alterum
ne hunc sustineat violentum.
Pauperem vero cum viderit suspicatur
furem. Ipsa quoque congesta cu-
rat magnopere ne ex natura proprie
defectu per negligenciam consumantur.
In hiis itaque omnibus quia timor
ipse pena est, tanta infelix patitur
quanta pati timet. Post hec autem
ad iehennam ducitur, eternis cruciatibus
mancipatur. Omnis ergo dolor super
eum irruit, quem et hic prius
pena concupiscencie, postmodum vero
cura custodie, et illic quandoque
pena ulcionis cremat. Cui enim est M
aut securitatis cordis aliena
non querere, sed et unius cuiusque rei con-
tentum manere. Ex qua videlicet
securitate nascitur eciam perhennis
requies, quia a bona et tranquilla
cogitacione ad gaudia transitur eterna.
Quo contra reprobi et hic fatigantur
in desideriis et illic in tormentis,
eisque de labore cogitacionis la-
bor doloris nascitur, dum ab estu
avaricie trahuntur ad ignem iehen-
ne. Et quia ut supra iam diximus
sepe perversus quisque quanto citius
pervenit ad desiderium, tanto fa-
cilius rapitur ad tormentum, op-
tune subiungit: Utinam impleatur xxi.
venter eius ut emittat in eum iram
furoris eius et pluat super illum
bellum suum. Super hunc ypocritam
bellum suum dominus pluit cum mediocris

De Avaricia: congregando, conservando, amittendo

suorum gladius eius opera perimit. Bel
lum namque deo pluere est iniqui
vitam districtis sentenciis desuper
admittam urgere. Bellum deo pluere
est superbiencia contra se corda per
cutere. et mente aridam quasi quibus
dam guttis pluuie densescentibus
indiciorum suorum iaculis ferire ut
cum iam ad iudicium rapitur modo
meminerit quia male concupiuit
et concupita perniciose congregare stu
duit. nunc doleat quod congregata
deserit. quandoque autem et ultionis
ignem senciat quem ne bene
viuet pro inde contempsit. Sequitur
Fugiet arma ferrea et irruet in
arcum ereum. Sciendum quod aua
ricia aliquando per elacionem. aliquando vero
per timorem surrepit. Sunt namque
non nulli qui dum potiores videri
appetunt. ad aliena rerum ambitu
succenduntur. Et sunt non nulli qui
dum sibi subsidiorum necessaria
deesse timent. mentem ad auari
ciam relaxant. et aliena ambiunt
tum sua sibi sufficere non posse
suspicantur. Quis vero necessitas non
incongrue ferrum vocatur. quia vitam
inopis maiori uel more cruciat
sicut de eius quoque necessitatibus
scriptum est. qui afratibus venditum
afflictam vitam ducebat. ferrum
pertransiit animam eius. Quid ergo
sunt arma ferrea nisi necessitates vite
presentis que dure premunt et vitam
in opis persequuntur. Ferrum quoque consumunt
es autem consumere difficilius solet
Ferro ergo necessitas presens que transitoria
est. ere autem superna eterna figuratur
Et quia iudicium supernum ab iniqua
mente non attenditur. iuste arcui
comparatur qui velut ex insidiis perimit
dum is qui perimitur illud non attendit.
Fugiet ergo arma ferrea et irruet
in arcum ereum. quia dum presentes ne
cessitates metuens. multa per aua
riciam rapit. extremi iudicii dis
trictis se percussionibus commitit.
et cum fugit arma ferrea. ab arcu
erei sagittis inuenitur. quia mala
temporalia stulte pertimens. sua etiam

perimitur. Quia cum hic in opere dura
cum culpa fugit illic perpetuitatem
iuste ultionis inuenit. Sed prius
ad iudicium rapiatur. ad hunc quem hic
iniquus iste operatur in semet. Sequitur
Eductus etiam egrediens de vagina sua
et fulgurans in amaritudine sua.
Iniquus iste insidiatur depredacionibus
proximorum. sed dum prava in cogitacione
machinatur quasi adhuc gladius
in vagina est. Dum vero malum quod
cogitauit iniquus perficit de vagina
sua egreditur. quia de occultacione
cogitacionis sue per iniquitatem male
operacionis aperitur. Ostenditur in opere
qualis latuit in cogitacione. Et
notandum quod ait. Eductus et egre
diens de vagina sua. eductus sci
licet per seductorem. egrediens vero
per propriam voluntatem. Nam is qui
educitur ducente procul dubio sequitur
Qui autem egreditur propria sua vo
luntate. ~~Nam is qui educitur~~ pergere
videtur. Quia ergo ad mala opera
quisque et ab antiquo hoste trahitur
et tamen sub libero arbitrio tenet
desideriis obligatur. de vagina sua
eductus et egrediens dicitur. quo hoc
quod ex prava cogitacione exit ad pes
simam operacionem et illius est spiritus
qui suggessit. et eius nequissima
qui ex propria voluntate consensit.
Cuius adhuc potencie terrorem ostendi
tum protinus subinfertur et fulgu
rans in amaritudine sua. Fulgur
quippe cum desuper repente venit
cum terrore cum claresit claritate
ostendit. et cum percutit perimit. Sic
sic iniquus cum gloriam vite presentis
assumpsit. Unde in hoc mundo
potenciam clarius ostenditur inde
agitur ut multi feriantur. Qui fulgu
rare iniquum est in huius vite ho
nore clarescere. Sed quia ille splen
dor glorie illius eternis iehenne
suppliciis mancipatur. recte nunc dicitur
Fulgurans in amaritudine sua.
Qui enim modo quasi ex errore

et claritate feriens gaudet inde per
supplicia in perpetuum sustinet. Et quidem
de quodam divite scriptum est qui
Luc 16 epulabatur cotidie splendide. Sed
aliud est splendere, aliud fulgurare.
P Nonnumquam enim splendor sine percussione
est. fulguris vero nomine splendor
exprimitur cum percussione. Qui itaque
in potestate positus aliis nocet non in
congrue fulguris dicitur, quia unde
ipse contra bonos quasi ex luce
glorie extollitur, inde bonorum vita
sauciatur. Sequitur. Vadent et venient
R super eum horribiles. Quid hoc loco
horribiles nisi maligni spiritus ap
pellantur bonis mentibus pavendi
atque fugiendi. Et quia idem maligni
spiritus certis quibusdam vicibus sin
gula obsequii credendi sunt. cum
pravus alia quidem vitia ad mo
mentum deserere videtur, sed alia
agere incipit, super hunc profecto horri
biles vadunt et veniunt. quia per
versi mente. et si alia mala de
serunt. alia occupant. Sepe namque
videas iniquum in terrena potestate
constitutum gravi furore commoveri
quod cum ira suggerit exequitur, cum furor
abscesserit mox eius mentem lu
xuria devastat. Cumque luxuria
ad tempus intermittitur elatio protinus
quasi de continentia in eius cogita
tione subrogatur. atque ut a ceteris
timeatur appetit videri terribilis. Sed
cum res exigit ut loqui quid du
pliciter debeat. quasi postposito terrore
superbie remissa locutione blanditur
et cum superbus videri desierit, du
plex effici non pertimescit. Iniqui ergo
mente vicibus vitia succedunt. Recte
de eo dicitur. Vadent et venient super
eum horribiles. Quia quod vicijs
decedentibus et succedentibus premitur
tot malignis spiritibus eius animus
quasi euntibus ac redeuntibus
vastatur. Sed hec que ait extrinsecus
partes percutiunt. Nam menti eius
simul omnia mala colliguntur. Unde
S et subditur. Omnes tenebre abscondite

sunt in oculis eius. Quia iniquus hypo
crita actiones bonas in superficie
ostendit. quedam tamen in eo ma
lorum operum tenebre apparent. Sed
tamen minus prodit in opere quam
in eius latet cogitatione. Nam
qui cuncta simul in effectu non
explet. cuncta que nocerent in
mente tacitus tenet. Omnes
ergo tenebre in oculis eius ab
scondite dicuntur, quia et si ipse
mala non ostendit, omnia tamen
proximo inferre appetit. Sed nos
ista sic reproba quia ultione feri
enda sit subiungit. Sequitur. De xvi
vorabit eum ignis qui non suc
cenditur. Miro valde modo penalis
libris expressus est ignis gehenne.
Ignis namque corporeus ut ignis
esse valeat corporeis indiget fo
mentis. Qui cum necesse est ut ser
vetur per congesta ligna procul dubio
nutritur. nec valet nisi succensus
esse. et nisi refotus subsistere. At
contra gehenne ignis cum sit in
corporeus et in se missos repro
bos corporaliter exurit. nec studio
humano succenditur, nec lignis
nutritur. sed creatus semel du
rat inextinguibilis et succensione
non indiget et ardore non caret.
Bene ergo de hoc iniquo dicitur.
Devorabit eum ignis qui non
succenditur, quia omnipotentis dei
iusticia futurorum prescia ab ipsa
mundi origine gehenne ignem
creavit, qui in pena reproborum
semel esse inciperet, sed ardorem suum
etiam sine lignis numquam finiret.
Sciendum vero est, quod omnes
reprobi quia ex anima simul et
corpore peccaverunt, illic in anima
pariter et carne cruciantur. Unde et
psalmista dicit. Pones eos sub
clybanum ignis in tempore vultus tui
Dominus in ira sua conturbabit
eos et devorabit eos ignis. Cliba
nus namque intrinsecus ardet. Is
vero qui ab igne devoratur, ab ex

ciori incipit parte concremari. Ut
ergo sacra eloquia arderi extius
et interius reprobos demonstrarent
eos et abigne devorari et sicut
chybanum poni testantur. ut perignem
crucientur in corpore et per dolorem ar-
deant in mente. Unde hic quoque
cum de hoc impio diceret. Devo-
rabit eum ignis qui non succen-
ditur. protinus de eius semine addidit.
Affligetur relictus in tabernaculo
suo. Decursus accusacione mox dicitur
Revelabunt celi iniquitatem eius
et terra consurget adversus eum.
Quid per celos nisi iustos, quid per
terram nisi peccatores accipimus. Unde
et in dominica oracione petimus. Fiat vo-
luntas tua sicut in celo et in terra.
Ut videlicet voluntatis conditoris no-
stri. sicut in omnibus iustis perficitur
ita et in nobis quoque peccatoribus
perficiatur. De iustis quoque scriptum est.
Celi enarrant gloriam dei. Et pecca-
ti homini sicut infertur qua dicitur.
Ge 3 Terra es et in terram ibis. Huius
itaque impii ad illud terribile iudicium
deducti revelant celi iniquitatem
et terra consurgit adversus eum. ut
qui hic nec bonus umquam nec ma-
lis pepercit. In illo tamen tremendo
examine. et iustorum vita et peccatorum
pariter accuset. Et gravius quidem et
siquidem iustis pocius quam peccatoribus
nocebat. Unde et per prophetam dicitur. San-
Ezech 24 guis eius in medio eius est. Super
limpidissimam petram effudit illum.
Non effudit illum super terram ut pos-
sit operiri pulvere. Per terram videlicet
et pulverem peccatores. per petram vero
limpidissimam iustum signas. qui
gravibus contagiis peccatorum non
exasperatur. Sanguis ergo super
limpidissimam petram effunditur. cum
malicia cruente mentis in afflic-
cione iusti aperte exercetur. Cum ergo
sit gravius iustos iniuste. quam
iniuste iniustos affligere. multo tamen
est gravius et iustis pariter et iniustis
.xij. nocere. Omnia ergo hic iniquis et
iustis pariter nocuit. et iniustis. in
accusacione eos depravacionis. revela-

bunt celi iniquitatem eius et terra
consurget adversus eum. quia et illis
obstitit qui celestia. et eos pressit
qui ymma sapuerunt. Possunt vero
per terram non peccatores et reprobi. sed
hii qui terrenis actibus occupati
elemosinarum et lacrimarum opere adeptam
vitam perveniunt designari. De quibus
psalmista dicit. Cum veniret dominus
ad iudicium iudicaret. Advocavit
in quit celum desursum et terram
discernere populum suum. Celos quippe de-
sursum advocat. cum hii qui sua
relinquentes omnia, eo conversacionis celes-
tis vite tenuerunt. Ad consedendum
in iudicio vocantur. atque cum eo iudices
veniunt. Terram etiam sursum vocat
cum hii qui terrenis actibus obli-
gati fuerant terrenis tamen plus ce-
lestia quam terrena lucra quesierunt.
Quibus dicitur. Hospes eram et col-
Mt 27 legistis me. nudus et operuistis me
et cetera. Ypocrite itaque huius celi
iniquitatem revelant. atque ad-
versus eum terra consurgit. dum et hii
qui cum deo iudices veniunt. et hii
qui per iudicium liberantur. perversitatis illius
testes existunt. Nichil ergo de his
que agit in tempore dampnacionis eius
abscondit. Et siquidem acta illius
modo hominibus per duplicitatem multa
celantur. sed in die dampnacionis quid-
quid in eo intrinsecus latebat ostenditur.
Unde apte subditur. Apertum erit ger-
men domus eius. detrahetur in
die furoris dei. Tunc germen
domus illius aperitur. cum omne
malum quod in consciencia illius
nascebatur ostenditur. Modo quippe
germen domus ypocrite manet
occultum. quia et si in bona yma-
gine apparet eius operacio sed latet
intencio. Aliud namque est quod agit
aliud quod intendit. Sed cum adve-
niente iudice unusquisque unicuique
quoque conscientia ad testimonium fiet deduc-
ta sicut scriptum est cogitacionibus
accusantibus aut etiam defenden-
tibus in hoc ypocrita germen domus

Affligetur relictus in tabernaculo suo. Iniqui enim tabernaculum caro est quam semper letus inhabitat. et si sit
possibile optat ut eam numquam relinquat. Iusti vero quia gaudium suum ipse celestium ponunt. cumque
quasi in celis est. Et cum adhuc in carne sit. qui in carne tamen non sunt. quia nulla carnis delectacione possidentur.
Unde et quibusdam dicitur. Vos autem non estis in carne sed in spiritu. Neque enim in carne non erant quos pungens epistolis
exhortacionis eloquia suscipiebat. Sed esse eos in carne non esse. est dicere nichil carnali nil habere. At contra
iniquus iste quia omne gaudium suum in carnali vita posuit. in tabernaculo carnis habitavit. quam videlicet
carnem cum in resurrectione receperit cum ea gehenne ignibus tradendus ardebit. Tunc abeo eciam appetitur

apitur. quia in eius mente puisa
cogitatio detegitur. et in die furoris
dei detrahitur / quia ostensa ira
iudicis flammis vltricibus ab eius
conspectu separatur / Cum enim dum
vivit summa cogitare noluit / peccatorum
suorum pondere depressus. A facie iudicis
in yma suppliciorum cadet / Nunc autem
et peruersitatem considerat iudex et tol
lerat ad conuersionem singulos. quia
dies pacientie est / et nec dum dies
furoris diem exspectat / sed in hoc die
pacie quasi in mobilis manet propo
sita / dum et multa mala perpetr
et hunc flagella nulla castigant /
Sed in furoris die detrahetur. quia
tempore vindicte raptus ad suppli
cia ab eterni iudicis vultu separatur.
Sequitur. Hec pars hominis impii
adeo et hereditas uerborum eius adeo
Si enim in hac vita positus bene
agere voluisset partem apud deum
celestis regni consortium habet / Sed
quia primus suis desideriis ele
git / partem suam adeo in torment
inuenit / quia eumdem deum gloria
participari quesiuit / Bene autem dicitur
Et hereditas uerborum eius adeo
Cum enim pro magnis malis in sup
plicium mergitur fortasse credebatur
quod pro verbis que mala dixerat minime
iudicaretur. Sed cum districta om
potentis dei iusticia suppliciorum
a reprobis peruersis actibus exigit
eis mala ipsa ad uerborum retributionem
reddit / ut qui de magnis malis
debitores sunt supplicium tributi
etiam nouissimum quadrantem re
soluant / Illis enim minima puniuntur
qui maiora in se districte mala
defleuerunt / Nam quos magna
puniunt etiam minima mala in gehenna
affligunt. Sancti autem viri non
partem a domino accipere / sed partem
suam ipsum dominum habere desiderant
Unde propheta deprecatur dicens Portio
mea dominus / Iniquus vero qui
portionem suam ipsum dominum habere
non quesiuit partem suam extra
dominum ignem inuenit ut ab eius
facie exclusus quia gaudere in ipso
non appetiit. sub ipso cruciaretur. Hec
Zophar ita intulit. ut per ea tot XVI.
ypocritam diceret. Beati iob Z.
vitam existimans. quod is qui
adeo percussus esset. cuncta bona
que egerat mente simplici non
egisset / Quem enim percussum
vidit. deo displicuisse credidit / Sed
amici beati Job etiam in hac
re hereticorum speciem tenent. qui in
sancta ecclesia dum quosdam bene
agentes aspiciunt / sub flagellis
gemere estimant / eos bona merita in
bonis actibus non habere et malos
credunt. quos affligi uerbere diuino
aspiciunt. videlicet nescientes
quia multe tribulationes iustorum
et quia flagellat omnem filium hebr. 12
quem recipit / Sed beatus Job
more sancte et inuisibilis ecclesie
que aduersis uerborum iacula eque
animiter tolerauit / et cum superborum
dicta audit humilitatis sue tra
mitem non relinquit / cum magna
cordis humilitate submittit dicens
Audite queso Capitulum xxi liber Job. A.
sermones meos et agite penitentiam
Qui enim cum diceret audite /
addidit queso. cum quanta humilitate
loquatur insinuat / dum contra
se superbientes rogat. ut eorum
sensum ad salutis doctrinam de
ducat / Sancti autem viri dum
in terra inuisibilem etiam non
solum docere recta / sed etiam peruersa
tollerare parati sunt / irriderei non me
tuunt / Unde et subiungitur Sustinete
me ut et ego loquar et post
mea uerba si videbitur ridete
Boni etenim cum loquuntur / duo
sunt que in suis locutionibus
attendunt. ut videlicet aut sibi
et auditoribus suis. aut sibimet
solis prosint. si auditoribus pro
desse non possunt / Cum enim bene
audiuntur bona que dicunt sibi
simul et auditoribus prosunt

// tunc eius tormenta euadere si valeat querit / tunc incipit velle vitare quod amauit
Sed quia eandem carnem deo preposuit / iudicante deo agitur ut opera complicis regne cruciet /
Hic itaque eam relinquere non vult / et tamen abea abstrahitur / illic eam relinquere appetit /
et tamen in ea propter supplicia seruatur / Ad augmentum itaque tormenti et hic de corpore no
lens educitur / et illic in corpore inuitus tenetur. Circa ergo spiritus eius carnem quam sibi
male amando preposuit / euadere in tormento vult et non valet / recte nunc dicitur Affligetur cum eo

Cum vero ab auditoribus deridetur, sibi procul dubio consulit quos a culpa silencii liberos fecit. Beatus itaque Iob ut sibi et suis auditoribus consulat dicit: Audite quaeso sermones meos et agite penitenciam. Ut autem ipse quod debet expleat, etiam si auditoribus prodesse non valeat, adiungit: Sustinete me ut et ego loquar, et post mea verba si videbitur ridete. Et notandum quia dum subiungit Agite penitenciam, premisit Audite; cum vero subdit post mea si videbitur verba ridete, premisit Sustinete me. Audire quippe volentis est, sustinere nolentis. Si autem irridere parati sunt, sustineant quae dicuntur. Quia videlicet superbis mentibus pondus grave est oneris doctrina humilitatis. Sequitur: Numquid contra hominem disputacio mea est, ut merito non debeam contristari?

B Omnis qui deo placet hominibus displicet, causas tristicie nullas habet. Qui autem hominibus placet, deo displicet; qui simul deo et hominibus displicere se credit, si hunc tristicia non afficit, a virtute sapiencie alienus existit. Beatus autem Iob displicuisse deo inter flagella se credidit, et iccirco animum ad tristiciam vocavit, quia despiciendus non erat cui se displicuisse formidabat. Si autem de vite sue meritis contra hominem disputaret, nequaquam contristari debuisset. Sed quia per flagella presencia anceps factus de anteacta vita fuerat, in flagellis tristiciam iure requirebat. Unde etiam subdit:

C Attendite me et obstupescite, id est considerate quae egi et admiramini in hac percussione quae pacior. Vosmetipsos etiam ab horum culpa compescite, atque in meis percussionibus dampna vestra formidate. Vel certe quia digitis quo discernimus non incongrue per digitum discrecio signatur. Unde per psalmistam dicitur: Benedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad proelium et digitos meos ad bellum. Per manus videlicet operacionem, per digitos vero discrecionem significans. Digitus ergo ori superponitur cum per discrecionem lingua refrenatur, ne per hoc quod loquitur in stulticie culpa dilabatur. Ait ergo superponite digitum ori vestro, id est locucioni vestre discrecionis virtutem adiungite, ut per haec quae vera contra ypocritas dicitis, quibus sint dicenda videatis. Sequitur: Et ego cum recordatus fuero pertimesco et concutit tremor carnem meam. xiiii D

Nunc adhuc recte subinfert dicens: Et superponite digitum ori vestro. Ac si aperte dicat: Securus bona quae egi et quasi securus mala quae pacior.

Quia beatus Iob actuum suorum oblitus non fuit, extrema eius locucio ostendit. Qua ex re hoc quod ab eo amicis nunc dicitur: Et ego quando recordatus fuero pertimesco et concutit carnem meam tremor. Constat nimirum quod percussione dicit, ac si aperte dicat: Si me aliquid ypocrite habuisse meminero, in penitencie mox fletu contremisco. Carnem vero suam si recordatus fuit tremore perhibet concuti, id est infirmitatem operis ultionis pavore fatigari. Sed quia Sophar multa de subita dampnacione ypocritarum dixerat, quibus beati Iob potenciam momordit, asseruit. Sanctus vir contra eius dicta subiungit dicens:

E Quare ergo impii vivunt, sublevati sunt confortatique diviciis? Nisi enim illos patiencia divina tolleraret, nequaquam vitam in pravis ducerent. Sublevantur namque diviciis cum esse potentes incipiunt, confortantur vero cum diu in hac vita subsistere permittuntur. Quos enim substancia elevat, in fastu sue potencie dierum longitudo confortat. Vel certe sublevati et confortati referuntur, quia sublevati honoribus, confortantur rebus. Sed sunt plerique qui et honoribus sublevati et diviciis confortati ea quae in hac concupiscunt vita acceperunt, successione autem prolis privantur. Istis nimirum ista ipsa sua potencia pena est, cum et magna se habere hereditate considerant et heredes non habent quibus

relinquant

relinquat. Quid ita prodest si assint omnia et desint filii qui successores

F fiant. Sequitur: Semen eorum permanens coram eis. In augmentum magne felicitatis cum magno patrimonio datur et heredes. At ne quid necessitatis temporis saltem ab oculis subtrahat eos in quibus animus exultat, de his eorum securitate dicitur: permanet coram eis. Quid autem si filii dati sint, sed et ipsi sterilitate feriuntur, sic in eis genus extinguitur sicut parentum sterilitate extingui timebatur. Sequitur: Propinquorum turba et nepotum in conspectu eorum. Ecce adest vita, assunt divicie, assunt filii, honores, assunt nepotes. Quid si qua metus intestina cogitatio exurat et securitatis gaudia domestica rixa turbaverit? Que est summa mundi felicitas si leta non est?

G Sequitur: Domus eorum secure sunt et pacate et non est virga Dei super illos. Secure et pacate sunt, quia peccatores vivunt, lugenda agunt et gaudia non relinquunt. Virga eos superne discipline non percutit, et tanto amplius in culpa sua proficiunt quanto minus ex culpa feriuntur. Sed quia in his que prosperantur audivimus, magis quoque que prosperitas arrideat audiamus. Sequitur: Bos eorum concepit et non abhortivit; vacca eorum peperit et non est privata fetu suo. Vulgaris usus est locutionis ut bovem masculum et vaccam femellam vel feminam vocent. Sed latine locutio bovem communis generis appellat. Unde nunc dicitur: Bos eorum concepit et non abhortivit et cetera. Omnis gregum parva felicitas est si grex sterilitate non [illegible] concipit. Secunda si conceptus ad partum pervenerit. Tercia autem si hoc quod partum est per incrementa ad provectum ducatur. Ut ergo tota simul felicitas adesse impiis demonstraretur, eorum greges beatus Iob asseruit concepisse et non abhortivisse, peperisse et fetu proprio non esse privatos. Minor est autem felicitas si cum greges crescunt, custodes quoque gregum non proficiant. Unde ad fecunditatem quoque gregum mox fecunditatis familie subrogatur. Nam dicitur: Egrediuntur quasi greges parvuli eorum et infantes eorum exultant lusibus. Ut sicut maiora ad habendum concessa sunt, ita multi conveniunt ad custodiendum. Sed quia dixit: Exultant lusibus, ipsum quoque in fatuum lusum in domo iniquorum ne vilem valde esse consideremus, subiungens ait: Tenent tympanum et citharam et gaudent ad sonitum organi. Ac si aperte dicat: Cum diu honoribus et rebus tumet, subiecti in ludicris actibus gaudent. Sed o beate Iob quid tam multa nobis de iniquorum voluptatibus narras, tam diu etiam quam in eorum descriptione loqueris, post multa breviter distinguere quod sentis.

Sequitur: Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt. XV h. Ecce beatus vir eorum gaudia diu narravit. Quo nunc asseris quod in puncto ad inferna descendant, nisi quod omnis longitudo temporis vite presentis punctus esse cognoscitur cum fine terminatur? Cum enim ad extremum quisque perducitur, de preterito iam nil tenet, quia preterita cuncta dilapsa sunt. In futuro nil habet, quia vivus hore momenta non restant. Vita ergo que sic angustari potuit punctus fuit. Ut enim per ductum in puncto stilum ponimus et levamus, qui ergo in puncto vitam tetigit, quia hanc accepit et amisit. Potest in puncto hoc quoque intelligi quod sepe hi qui diu in iniquitate tollerati sunt subita morte rapiuntur, ut nec flere eis ante mortem liceat que peccaverunt. Sed quia non numquam etiam vita iustorum subito fine terminatur, melius illud accipimus si hoc de eorum temporali vita sentimus, quia quidquid tenere potuit subitum fuit. Amicis autem beati Iob quia ideo hunc iniustum esse crediderunt, quia flagellatum viderunt. Recte eiusdem sancti viri voce de iniquorum flore et perditione

ostensum est. Quia prosperitas vite presentis innocencie testis non est. Quia multi per flagella ad perhennem vitam redeunt, et plerique ad infinita supplicia perducendi sine flagello moriuntur. De quibus adhuc subditur:

I Qui dixerunt deo: recede a nobis. Hec verba dicere vel stulti minime presumunt. Sed tamen perversi omnes deo recedere non verbis sed moribus dicunt. Qui enim illa agunt que deus omnipotens prohibet, quid aliud faciunt quam suum animum contra omnipotentem claudunt? Sicut nichil eius preceptum cogitare est eum ad se introducere, ita eius mandatis obsistere eum ab habitacione cordis repellere est. Dicunt ergo: recede a nobis, qui ei ad se prebere aditum recusant, eique pravis actibus repugnant, etiam si verbis laudare videantur. Dicunt etiam: Scientiam viarum tuarum nolumus, eo ipso quod eius sciam apprehendere contempnunt. Sunt namque nonnulli

Luc. 12.

qui eo quod veritas dicit: Servus qui non cognovit voluntatem domini sui et non facit digna plagis vapulabit paucis. Et servus sciens voluntatem domini sui et non faciens iuxta eam vapulabit multis plagis. Nolunt scire quod faciant, et quia minus se vapulaturos existimant si nesciant quod operari debuit. Sed aliud est nescisse et aliud scire noluisse. Nescit namque qui apprehendere vult et non valet. Qui vero ut nesciat aurem amore veritatis avertit, iste non nesciens sed contemptor dampnatur. Via autem dei pax, via dei humilitas, via dei paciencia est. Sed quia hec omnia iniqui despiciunt, dicunt: Scienciam viarum tuarum nolumus. Dum enim in presenti vita superbiunt, dum honoribus inflantur, dum etiam si non habent appetunt, vias dei in sua cogitacione contempnunt. Quia enim via dei in hac vita humilitatis fuit ipse hic deus et dominus redemptor noster ad obprobria et contumelias et ad passionem venit, et adversa mundi huius equanimiter pertulit, prospera fortiter vitavit, ut et exemplo suo doceret etiam vite appeti, et adversa prosperitatis vite appeti, et adversa presentis vite non formidari. Sed quia iniqui gloriam vite presentis appetunt, ignominiam fugiunt, dicere videntur: Scientiam viarum tuarum nolumus. Scire quippe nolunt quod facere contempnunt. Quorum adhuc verba subduntur cum dicitur:

K Quis est omnipotens ut serviamus ei? Mens enim hominis male extius fusa sic rebus corporeis sparsa est ut neque ad semetipsam intus redeat, neque eum qui est invisibilis cogitare sufficiat. Unde carnales viri inmissa spiritalia contempnentes deum quia corporaliter non vident, quique ad hoc perveniunt ut etiam non esse suspicentur. Unde scriptum est: Dixit insipiens in corde suo: non est deus. Unde nunc quoque ab eis dicitur: Quis est omnipotens ut serviamus ei? Plerumque enim fit ut plus appetunt homines servire hominibus quos corporaliter vident quam deo quem non vident. Per omne enim quod faciunt ad finem tendunt oculorum. Et quia in deo oculos corporis tendere non possunt, ei obsequia prebere vel despiciunt, vel si ceperint fatigantur. Esse enim sicut dictum est non credunt quem corporaliter non intuentur. Qui si auctorem omnium humiliter quererent, id quod

XVI.

non videtur ex melius in semetipsis invenirent. Ipsi quippe ex anima invisibili et corpore visibili subsistunt. Sed si hoc ab eis quod non videtur subtrahitur, illico corruit quod videtur, et patent quidem carnis oculi, sed videre quicquam vel sentire non possunt. Sensus enim visionis perit quia habitator recessit. Et domus carnis remanet vacua, quia abscessit invisibilis spiritus qui per eius fenestras respicere solebat. Quia ergo rebus

Via dei: pax, humilitas, paciencia.

XV

invisibilia visibilioribus praestanciora
sunt. Carnales quique ex semetipsis
pensare debuerunt atque perpendere ut
ita dixerim scalam consideracionis
tendere in deum. quia eo est quo
invisibilis permanet et eo summus
permanet quo comprehendi nequaquam
potest. Sunt vero nonnulli qui
deum et esse et incomprehensibilem
esse non ambigunt. qui tamen ab
eo non ipsum. sed dona exteriora
querunt. que cum ei precantibus
deesse conspiciunt ipsi ei servire
contempnunt. de quorum adhuc ver
bis adiungitur. Et quid nobis pro
dest si oraverimus illum. Cum
deus in oracione non queritur eciam
animus ab oracione lassatur. Quia
cum illa quisque postulat. que for
tasse iuxta occultum iudicium deus
retribuere renuit. Ipse quoque venit
in fastidio. qui non vult dare quod
amatur. Sed se magis dominus
quam ea que condidit vult amari
eterna pocius quam terrena postulari
Sicut scriptum est. Querite regnum
Mt 6 dei et iusticiam eius et hec omnia
adicientur vobis. Qui enim non
ait dabuntur. sed adicientur vobis
profecto indicat aliud esse quod principa
liter datur. aliud quod super additur.
Quia enim in intencione eternitas
in usu vero temporalitas esse debet et
illud datur. et hoc nimirum ex ha
bundanti superadditur. et tamen homines
dum bona temporalia postulant eterna
vero premia non requirunt. petunt
quod adicitur et illud non desiderant
ubi adiciatur. nec lucrum esse sue
peticionis deputant. si hic sint tempora
liter pauperes. et illic beatitudine divites
in eternum vivant. Sed solis ubi
dictum est visibilibus intenti la
bore postulacionis renuunt invisibi
lia mercari. Qui si superna quererent
iam tunc fructum labore exhiberent
quia cum mens in precibus ad auctoris
sui speciem anhelat. divinis deside
riis inflammata supernis coniungitur.
ab inferioribus separatur. Amore fervor

sui se aperit ut capiat. et capiens
inflammat. et superiora iam amare
sursum ire est. Dumque magno
~~magno~~ desiderio ad celestia in
hiat. miro modo hoc ipsum quod acci
pere querit degustat. Sequitur
Verumptamen quia non sunt in manu
eorum bona sua. consilium eorum longe
sit a me. Bona in manu habet
qui despiciendo temporalia sub dominio
mentis premit. Nam quisquis ea nimie
me diligit se magis illis quam
sibi ipsa supponit. Multi enim
iustorum in hoc mundo divites fue
runt rebus et honoribus suffulti
multa habere videbantur. quorum
mente quia eorum que aderant
delectacione nimia non possidebant.
bona illorum in manu illorum erant
quia potestate animi subiecta
tenebantur. At contra iniqui ita se
totis desideriorum exteriorum rerum ap
peticionibus fundunt ut non solum
ipsi habita teneant. sed eciam ab hiis
que habent captiva mente teneantur.
Quia igitur non sunt in manu sua
bona illorum recte subditur. Consilium
impiorum longe sit a me. Quid
namque est consilium iniquorum nisi
terrenam gloriam querere. eterna ne
gligere. salutem temporalem cum dampno
interiori appetere. et dolores tran
sitorios ad eternos gemitus commu
tare. Hic ergo sanctus has iniquorum
cogitaciones intuens aspicitur et
dicit. Consilium eorum longe sit a me
Quia nimirum esse bonum incomparabiliter
videt. ad breve tempus elegit
hic sub flagello gemere. quam eterne
ulcionis supplicia tolerare. Sed
neque in hac vita hii qui in ea
prosperari appetunt continue prosperantur
Nam plerumque eorum gaudia sub
orti gemitus interrumpunt. Unde
subditur. Quociens lucerna eorum
extinguitur. Sepe impius lucem
suam estimat filiorum vitam. Sed
cum filius qui nimie amatur
subtrahitur. lucerna impii que vi
debatur extincta est. Sepe impius

Divites boni ... mali

Consilium iniquorum

XVI

Primum querite regnum dei

opes breue substancie ad ee sibi
quasi magnam luminis lucernam
putat. sed cum inuecte dampno
diuicias quas plus se amat
perdit. quid iste aliud quam
lucernam in cuius lumine gaudebat
amisit. Quam ergo gaudere decet
me non appetit. neque hic ubi sol-
lidari vult potest continue letari
Nam quociens lucerna impiorum
extinguitur. et superueniet eis inun-
dacio et dolores diuidet furoris
Q suj. In vindicta impijs superuenit
tum dolorum fluctus ex aliqua
aduersitate patitur. Omnis enim de
cum se despici et in terrena videt
concupiscencia letari. et hoc quoque
doloribus punit quod sibi viderit
in cogitacione impij preferri. Bene
autem dicitur. Et dolores diuidet
furoris sui. Quam enim eternos do-
lores impiorum retribucionis seruat.
et aliquando eius mentem etiam
temporali dolore transuberit. quia
hic quoque et illic punit furoris
sui super impium dolores diuidit.
Neque enim pena punis quam animum
in iusti capiunt desiderijs non
inmutat. ab eternis suppliciis liberat.
Vnde psalmista dicit. Pluet super
peccatores laqueos ignis sulphur
et spiritus procellarum. Multos nimi-
rum dolores intulit. Sed quia
ab hijs doloribus peccator qui non
corrigitur ad eterna supplicia vocatur.
eosdem dolores non iam totum
calicem. sed partem calicis dixit.
quia videlicet eorum passio hic
quidem per dolores incipitur. sed in
vlcione perpetua consumatur. Deque
adhuc fine subiungitur. Erunt
sicut palee ante faciem venti.
et sicut fauilla quam turbo disper-
P git. Iniquus cum in potestate
conspicitur. cum valde in oppressioni-
bus ac violencijs effrenatur. ab
infirmorum cogitacionibus grauis
nimium. et quasi in hunc mundum
radicatus estimatur. Sed cum

districti iudicis sentencia venit omnes
iniqui quasi palee ante ventum
erunt. quia ut ita dicam ire flatu
subito leuantur. atque apportantur ad ig-
nem. quos hic in sinus quodam pro-
iudicijs. quasi diui ponderis sup-
iacentem molem in digenum lac-
me mouere non potuit. et ad rapien-
tis iudicis manum leues sunt. qui
per iniusticiam proximis graues fuerunt.
et sicut fauilla quam turbo dispergit.
ante oculos omnipotentis dei in-
iqui vita fauilla est. Et quia si
apparet ad momentum videtur. ad eius
tamen iudicium iam conspecta tenuitur.
quia consumacioni eterne deputata est.
Hanc fauillam turbo dispergit.
quia deus manifestus veniet. deus
noster et non silebit. Ignis in conspectu
eius ardebit. et in circuitu eius tem-
pestas valida. Huius enim tempesta-
tis turbine. ab eterni conspectu iu-
dicis iniqui rapiuntur. et qui hic
mentem desiderio peruerso solida-
uerunt. ibi palee et fauille vide-
buntur. quia eos ad eterna supplicia
turbo rapiens apportat. Sequitur.
Deus seruabit filijs illius dolorem
patris. et cum reddiderit. tunc sciet.
Exo Scriptum nouimus. Qui reddis
34 peccata patrum in filijs ac nepotibus
in terciam ac quartam generacionem. Et
rursum scriptum est. Quid est quod B
inter vos parabolam vertitis in prouer-
bium istud in terra israhel dicentes
Eze Patres comederunt vuam acerbam
18 et dentes filiorum obstupuerunt.
Viuo ego dicit dominus. si erit vobis
vltra parabola hec in prouerbium israhel.
Ecce omnes anime mee sunt. ut
anima patris ita et anima filij mea
est. Anima que peccauerit ipsa morietur.
In utraque ergo hac sentencia diuina
dissimilis sensus in veniente auditoris
animus ut discrecionis viam subti-
liter requirat instruitur. Peccatum quippe
originale a parentibus trahimus. et nisi
per graciam baptismatis soluamur. etiam
parentum portamus peccata. Quia vero

18· xviii c adhuc unum cum illis sumitur/ Reddit
ergo peccata patrum in filiis. quia cum
ab originali culpa parentis ex originali
peccato anima polluitur prolis. Et
rursum non reddit parentum peccata
in filiis/ quia cum ab originali culpa
per baptismum liberamur. non iam
parentum. sed quas ipsi committimus culpas
habemus/ Quod tamen intelligi et
aliter potest. Quia quisquis pravi parentis
iniquitatem imitatur. etiam ex illius
delicto constringitur. Quisquis autem
parentis iniquitatem non imitatur. nequaquam
delicto illius gravatur. Unde
fit ut iniquus filius iniqui patris
imitator. non solum sua que addidit.
sed etiam patris peccata persolvat/ cum vitiis
patris quibus iratum deum non ignorat
etiam suam maliciam adiungere
non formidat// Et iustum est ut qui
sub districto iudice vias iniqui parentis
non timet imitari. cogatur in presenti vita
etiam culpas iniqui parentis persolvere.
Unde et illic dictum est. Anima patris
mea est. et anima filii mea est.
anima que peccaverit ipsa morietur.
Quia in carne non iniqua filii etiam
ex peccato patris perimitur/ Deleto autem
v originali peccato ex parentum nequicia
in anima non tenetur/ Quid enim
est quod parvuli filii plerumque a demonibus
arripiuntur/ nisi quod caro filii ex pena
patris mulctatur/ Insemetipso enim percussit
pater iniquus et percussionis vim sentire
contempnit. plerumque percutitur in
filiis ut acrius urat/ et dolor
patris carni filiorum redditur/ quatenus per filiorum
penas mens patris iniqua puniatur/ Cum vero non parvuli. sed iam
provectiores filii ex parentum culpa feriuntur/
Quid aliud aperte datur intelligi.
nisi quod illorum etiam penas luunt.
quorum facta secuti sunt. Unde
recte dicitur. Usque ad tertiam et quartam
progeniem. Quia enim usque ad tertiam
et quartam progeniem etiam qua imitantur
filii parentum vitam possunt videre
usque ad eos ultio extenditur. qui
viderunt quod male sequerentur. Et quia

iniquorum oculos culpa claudit/
sed in extremum pena aperit. Recte
subiungitur. Et cum reddiderit tunc
sciet/ Nescit enim impius mala x
que fecit. nisi percussus malis puniri
cepit. Unde et per prophetam dicitur. Et tantummodo nb 28
modo sola vexatio dat intellectum
auditui. Tunc namque intelligit
quod audivit. cum se iam pro contemptu
vexari doluerit/ Hinc etiam per
ariolum balaam de semetipso dicitur.
Dixit homo cuius obturatus est Nu 24
oculus. dixit conditor sermonum
dei. qui visionem omnipotentis
intuitus est qui cadit. et sic aperiuntur
oculi eius. Consilium quippe
contra israhelitas prebuit. sed post
in pena vidit quid prius ex culpa
commiserit. Electi autem quia
ne peccare debeant provident/
eis videlicet oculi ante casum patent.
Iniquus vero post casum
oculos aperit. qui post culpam iam
in pena sua conspicit quod malum
debuit vitare quod fecit. De quo
in vita iam tunc recte infertur.
Videbunt oculi eius interfectionem y·
suam. et de furore omnipotentis
bibet/ Qui si in hac vita post
culpam suam videre voluisset de
omnipotentis furore postmodum
non biberet. Sed qui hic avertit
oculos a respectu timoris illic declinare
non valet sententiam dampnationis.
Sepe vero hii qui supplicia
eterna non metuunt. priusquam agere per
temporalem saltem percussionem pertimescunt.
Sed sunt nonnulli qui ita iniquitate
duruerint. ut nec in ipsis
metuant feriri que amant. dum
non que perverse cogitaverunt explent.
Unde hoc in loco de
iniquo homine ob duriciam subiungitur/
Quid enim ad eum pertinet
de domo sua post se. et si numerus mensium z
eius dimidietur/ Neque enim sic
debemus accipere. ut iniquus iste
postquam dampnatus est supplicus
fuit de domo sua id est

peccator qui stultus est in culpa
prudens erit in pena

cognatis quos reliquerit minime
cogitet. cum per semetipsam veritas
luc 16 dicat: Anima divitis qui in inferno
positus fuerat. de quinque fratribus quos
reliquerat. etiam in supplicio sepul-
xx. tus curam gerebat. Omnis namque
peccator prudens erit in pena. qui
stultus fuerat in culpa. quia ibi
iam dolore constrictus ad rationem
oculos aperit. quos hic voluptati
deditus clausit. et pena cogen-
te exigitur ut sapiat. qui hic ex-
cecanti se superbia desipiebat.
Cui tamen sua sapientia iam
tunc minime proderit. quia hoc
ubi operari iuxta sapientiam debuit
tempus amisit. Plerumque namque
hic bono concupiscit genere ho-
noris haberi. domum familia copi-
is repleri. et diu in hac carnis
corruptione vivere. Sed si fortasse
aliquid ad eius desiderium venit
quod tamen obtinere non possit. ipsi
cum offensione conditoris eius
animus ad paululum perturbatur
cogitat si hoc egerit. unde offen-
sionem sui conditoris incurrat.
in domo. in filiis in vita percutiatur.
Sed superbia sua perversius instigatus
obdurescit. et qualibet in domo.
qualibet in vita percussione senciat
nequaquam curat dummodo que ex-
cogitavit expleat. et quousque
vivit voluptates suas perficere
non desistit. Ecce enim domus
eius pro culpa percutitur. sed quid ad
eum pertinet de domo sua post se.
Ecce pro ultione prava operis ea que
esse potuit vite longitudo brevi-
atur. Sed quid ad eum pertinet si
numerus dierum eius dimidietur. Et in
hoc ergo se peccator contra deum
erigit. ubi deus omnipotens erectionem
eius frangit. et nec illata percus-
sio mentem eius humiliat. quam in
deliberatione contra deum obstina-
cio obdurat. Et nondum quam
gravius culpe reatus sit. et pena
percussa menti proponere. et tamen
nec tormenti metu subiugo

conditoris avertit cordis inclinare.
Sed ecce cum hec audimus cordi nostro
questio oritur. cur omnipotens et misericors
deus in tantam cecitatem cadere cor
mentis humane permiserit. Ne vero
quisquam ultra quam debet occul-
ta dei iudicia discutere presumat
recte subiungitur. Numquid deum quis-
piam docebit scientiam qui excelsos
iudicat. Cum in hiis que de nobis
aguntur ambigimus. debemus alia
que nobis sunt certa conspicere
et ea que de incertis nobis incerti-
tudine surrexerat mentis vel cogi-
tationis querelam placare. Ecce nonnullos
electos ad vitam revocant fla-
gella. et a malis actibus reprobos
nec flagella compescunt. Omnipotentis
dei iudicia valde occulta super nos
sunt. et iniusta non sunt. Sed ten-
damus oculum mentis ad superio-
ra. In illis enim aspicimus quia de
nobis quod iuste conqueramur non habemus.
Omnipotens deus angelorum merita
discernens. alios in ea luce post lap-
sum perhenniter constituit. alios sponte
lapsos a statu sue celsitudinis in
eterne dampnationis ultione prostravit.
Robustum igitur iniuste nil agitur.
qui et si subtiliorem nobis naturam
iuste iudicavit. Dicit ergo Numquid
deum quispiam docebit scientiam qui
iudicat excelsos. Qui enim super
nos mira facit constat procul dubio
quia de nobis sciens omnia disposi-
tionibus utique perversis adiungitur. ubi
humanus animus in requisitione
fatigatur. Nam subditur. Iste moritur
robustus et sanus dives et felix
viscera eius plena sunt adipe et
medullis ossa eius irrigantur. Alius
vero moritur in amaritudine anime sue
absque ullis opibus. Ista cum ita sit
quis omnipotentis dei secreta discu-
tiat. cur hec ita esse permittat. Sed
electis ac reprobis vita quidem dispar
est. carnis autem in morte corruptio
dispar non est. Unde subiungitur. Et tamen
simul in pulvere dormient. et vermes

operient eos. Quid ergo mirum si prosperitate vel adversitate presentis seculi dissimiliter ad momentum currunt, qui per corruptionem carnis ad terram similiter redeunt. Illa ergo solummodo vita cogitanda, in qua cum resurrectione carnis ad finem dissimilem pertingitur retributionis. XX. B Quae est in igne salus aut robur, quem adeps quasi divicie dum totum hic cum celeritate relinquit, et illuc retributionis quae iniqua relinqui posse invenit. Sicut autem huius iniqui leticia transit ad penam, ita afflicti innocentis pena transit ad leticiam. Nec divicie ergo debent mentem extollere, nec inopia perturbare. Vir beatus Job inter dampna rerum nulla admittit animi dampna cogitationum, sed ad eos qui se in percussione despiciunt redarguendo subiungit dicens: Certe novi cogitationes vestras et sententias contra me iniquas. Dicitis enim: Ubi est domus principis, et ubi tabernacula impiorum? Impium enim crediderant quem ablatis rebus temporalibus destructum videbant. Sed vir sanctus tanto eos alta consideratione diiudicat, quanto inter dampna que pertulerat in sancta rectitudine stabat. Quid enim si foris rerum dampna nocuerint, qui illum non amiserat quem intus amabat? Hoc vero quod dicitur: Simul in pulvere dormient et vermes operient eos. Si quid forsitan per allegoriam velit accipere, explere breviter possumus, si denuo hoc divite ea que iam sunt dicta replicemus. Dicitur C namque: Viscera eius plena sunt adipe. Sicut enim ex habundancia ciborum superbia nascitur que impinguat mentem divitis dum elevatur animus superbientis. Superbia quippe cordis quasi quedam pinguedo est crassitudinis. Unde quia plerique peccata perpetrant ex habundancia, per prophetam dicitur: Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum.

D Sequitur: Et medullis ossa illius irrigantur. Amatores huius seculi quasi ossa sunt, quando in hoc mundo fortitudine dignitatum possident. Sed si in exteriori dignitate desunt terrene et domestice divicie, quantum ad iudicium suum ossa quidem sunt, sed medullas in ossibus non habent. Plena ergo sit iste amator huius seculi exteriori potestate fulcitur, ut et interiori domus terrene habundancia pinguescat, dicitur: Et medullis ossa E illius irrigantur. Vel certe ossa sunt huius divitis prave et dure consuetudines, medulle vero in ossibus sunt ipsa desideria male viventis, que neque experimentatur satisfactione saciantur. Que medulle vero quasi ossa irrigant, cum prava desideria et perversas consuetudines suas voluptatum delectatione conservant. Et sunt nonnulli qui in hoc mundo divicias non habent, sed habere concupiscunt, elati esse appetunt, sed in hoc mundo quod cupiunt habere non possunt. Et cum nullis rebus vel honoribus fulti sint, per mala tamen desideria in conspectu interni iudicis ipsos reos conscientia adicit. Talis etenim quisque plerumque ideo affligitur quia ditescere ~~ditesc~~ [margin: ditescere] et superbire non prevalet. De quo et subditur: Alius vero moritur in amaritudine anime absque ullis opibus. Ecce unde dives superbo corde in ante gaudet, inde pauper alius superbo corde in amaris affligitur. Bene autem de utrisque subiungitur: Et tamen simul in pulvere dormient et vermes operient eos. In pulvere enim dormire est terrenis desideriis oculos mentis claudere. Unde unicuique peccanti et in sua culpa dormienti dicitur: Surge [margin: Eph. 5] qui dormis et exsurge a mortuis et illuminabit te Christus. Vermes quoque de carne nascuntur, eos simul operiunt, quia sive divitis sive pauperis superbientis animum cure carnales

adeps etiam ex habundancia

perimunt, in rebus enim terrenis pauper et dives reprobus, quamvis non pari possibilitate fulciantur, pari tamen anxietate turbantur. quia quod ille iam cum metu habet, iste cum anxietate appetit. Et quia habere non valet dolet. Dicitur ergo Simul in pulvere dormient et vermes operient eos. Quia et si non simul rebus temporalibus sublevantur, sic tamen in cura rerum temporalium mentis torpore sopiuntur, simulque eos vermes operient. quia vel istum ut concupita habeat, vel illum ne habita amittat, carnales cogitationes perimunt. Beatus autem Job qui nec habitis rebus temporalibus elatus erat, nec amissas cum anxietate requirebat. quia nullis extrinsecus dampnosis cogitationibus mordebatur, eum vermes cordis non operuerant, et quia in terrena cura mentem suam non deiecerat, nequaquam in pulvere dormiebat. Sequitur. Certe novi cogitationes vestras et sententias contra me iniquas. Cum scriptum sit Quis scit hominum que sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. Qua ratione nunc dicitur. Certe novi cogitationes vestras et sententias contra me iniquas. Sed tunc spiritus hominis ignoratur ab altero, cum verbis vel operibus non denudatur. Nam cum scriptum sit Ex fructibus eorum cognoscetis eos. per hoc quod foris agitur, quidquid intus latet aperitur. Unde recte quoque per Salomonem dicitur. Quomodo in aquis splendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. Quam de beatus Job cum amicorum colloquentium cogitationes nosse se diceret, adiunxit et sententias contra me iniquas. ut ex patenti re ostenderet. quia hoc quod interius latebat. Unde iniquas quoque eorum sententias adiunxit dicens Dicitis enim ubi est domus principis. et ubi tabernacula impiorum. Sunt quique qui hic modo florere appetunt et sic magna mala sic flagella pertimescunt, interius quos flagellatos

aspiciunt. culpas ex pena metiuntur quos enim percussos cernunt deo displicuisse suspicantur. Unde amici beati Job quem percussum viderunt impium esse crediderunt videlicet estimantes quia si impius non fuisset eius tabernacula permanerent. Sed ista non cogitat nisi qui adhuc in infirmitatis tedio laborat. qui presentis seculi gressum cogitationis figit qui transire ad eternam patriam prorsus desideriis nescit Unde bene subiungitur Interrogate quemlibet de viatoribus et hec eadem ipsa intelligere cognoscetis. quia in die perditionis servatur malus et ad diem furoris ducetur. Sepe etenim divina dum patiencia tolerat quos iam ad supplicia prescita condempnat, permittit florere quos adhuc cernit de tibi presentire, quia cum videt ad quam dampnationis foveam tendant hoc eis per modico esse existimat. quod hic perversi relinquenda multiplicant. Sed quisquis presentis vite gloriam diligit magnum esse felicitatis deputat hic secundum votum florere. quamvis cogatur postmodum supplicia eterna tolerare. Solus ergo ille conspicit vere esse quod iniquus floret. qui iam gressum cordis ab amore presentis seculi amovit. Unde recte desubsequitur dampnationem ipsius dicit permittitur. Interrogate quemlibet de viatoribus et hec eadem illum intelligere cognoscetis. Viator quippe dicitur qui presentem vitam viam sibi et non patriam esse attendit. qui in dilectione preterituri seculi cor figere despicit. qui non remanere in transeuntibus. sed ad eternam pervenire concupiscit. Qui enim in hac vita viator esse non appetit. huius vite nimie prosperitatem contempnit. et ea que ipse desiderat mirabilia cum habundare alios videt. Unde David propheta qui a dilectione presentis seculi iam corde transierat in impium gloriam describens dicebat. Vidi impium exaltatum et elevatum sicut cedros Libani. Sed quia cor huic mundo non subdidit. statim iure despexit dicens. Transivi et ecce non erat. Esset quippe in eius estimatione aliquid impius, si ipse ab hoc seculo per intentionem mentis transisset

Salvandi terrena despiciunt
dampnandi ea diligunt.

Sed hiis qui non transeuntes magnum
aliquid esset transeunti animo quod nil
esset aperuit. quia dum eciam rebus
cogitur, perpetua gloria qua sit nulla
cognoscatur. Hinc moyses cum superne
contemplacionis gloriam quereret. dixit
Transiens videbo visionem. nisi enim in-
gressum affectu amore removisset
nequaquam superna intelligere potuisset.
Hinc Jeremias luctum cordis sui con-
siderare deposcens ait. O vos omnes qui
transitis per viam attendite et videte
si est dolor similis sicut dolor meus
Qui enim presentem vitam non quasi
viam transeunt. sed quasi patriam atten-
dunt. luctum cordis electorum considerare
nesciunt. Illos ergo ut dolorem
suum considerent exquirit quos in hoc
mundo contigit animum non fixisse.
Hinc per salomonem dicitur. Aperi os tuum
muto et causis omnium filiorum qui pertranseunt
Muti enim dicuntur qui peccatorum verbis
contradicendo minime resistunt. Qui
eciam pertransentes sunt. quia in-
tencionem mentis in amore vite pre-
sentis non dignatur. Igitur quia malus
ad diem perdicionis servatur. et ad diem
furoris perducitur. hoc non nisi qui est
viator dei intelligit. qui quam cor-
ruptibiliter fixit. que iniquum supplici-
a sequatur non deprehendit. Sequitur
adhuc subditur. Quis arguet coram
eo viam eius. et que fecit quis red-
det illi. Sepe malus in dignacionem
conditoris sui. quam in eternum passus
est. et in hac quoque vita potius excipitur
dum prosperitatem quam amat amittit.
et ad adversitatem quam formidabat devenit
et quamvis inrepari de suis pravitatibus
aliquando nisi eorum eciam in prosperis
valeat. Scimus tamen quod omni seculi
sua provisione quemque deiciunt iustorum
increpacio convalescat. Quia ante
Rome nunc dicitur. Quis arguet co-
ram eo vias eius. Sed eciam iustis
tacentibus hoc quoque notum sit. qua-
tociens hic iniqui via arguitur. quo-
ciens eius prosperitas in vehemente ad-
versitate turbatur. Sed beatus Job dum
de omni malorum corpore loquitur sub-

ito ad omnium iniquorum caput conuertit
Vidit enim quod in fine mundi sathan
hominem ingrediens. quem sacra
scriptura antichristum appellat tanta
elacione extollitur, tanta virtute
principatur. tantis signis et prodigiis
in sanctitatis ostensione se elevat. ut
argui ab homine eius facta non
valeant, quia cum potestate terroris
adiungitur eciam signa ostense sanctita-
tis et ait Quis arguet coram eo
vias eius. Quis videlicet hominem
illum increpare audeat. quem
visum pertimescit ferre. Sed tamen
eius viam non solum helyas et
enoch qui in eius exprobracione
ad medium deducuntur. sed eciam omnes
electi arguunt dum contempnunt. dum
auctoritate mentis eius malicie re-
sistunt. Sed quia hoc ex divina
gracia et non suis viribus faciunt
Recte nunc dicitur. Quis arguet coram
eo vias eius. Quis etenim nisi de-
ius adiutorio electi ut resistere
valeant fulciuntur. Alii enim in scriptura
sacra cum interrogando quis po-
nitur dominus designatur. Ut scriptum est ₂ₑ 2 9
Quis suscitabit eum. Sequitur preparat... 1 reg. 1
Ubi illum dicit. Quem deus suscitavit
a mortuis. Inde ergo quod sancti
viri eius iniquitati contradicunt
non ipsi sunt qui viam eius ar-
guunt, sed ille est ex cuius gracia
confortati sunt. Et quia perdicio
eius quam in hoc ventura est. multo
atrocior in persecucione erit, quam
nunc est minime cernitur. Quod spiritaliter
adhuc in illo vase suo proprio non
gestatur, Ubi autem dictum est, Coram
eo. Multi enim nunc vias antixpi
dum dicunt res corripiunt. sed hoc quasi
tenus absencia faciunt dum illum
arguunt. que adhuc spectatur non
intuentur, Cum vero in illo sapientia
con homine venerit. quisquis eius
presencie resistet. coram eo vias eius
arguet, cuius vires conspicit et
contempnit. Vel certe vias eius ar-
guere est. prosperitatem cursus eius eterno
supplicio in vehemente terminare. quod quia

solus Dominus Jesus propria virtute facturus
2 Thess 2 est. De quo scriptum est: Quem Dominus
Jesus interficiet spiritu oris sui et de-
struet illustratione adventus sui.
Recte dicitur: Quis arguet coram eo
vias eius? Unde et subditur: Et que
fecit quis reddet ei? Quis nimi-
rum nisi Deus, qui solus illi per-
dito homini que fecit reddet? Quia
potestatem eius tam validam
per adventum suum etiam districtione
contriverit. Sed elatus iste princeps
malorum in hac vita quam diu est
XXIIII .iii. positus, quid agit audiamus. Ipse
ad sepulchra ducetur et in congerie
mortuorum vigilabit. Quia sepulchra
mortuos tegunt, quid aliud per se-
pulchra quam reproborum corpora signantur,
in quibus extincta a vita beatitudinis
anime velut in sepulchris latent?
Iniquus ergo iste ad sepulchra de-
ducitur, quia in pravorum cordibus
recipietur. Qui soli illum eum suscipient
in quibus mortue adeo anime requie-
verunt. De quo recte etiam dum eius
superbia describeretur, per prophetam dicitur:
Ezech 19 et 32 In circuitu illius sepulchra eius,
omnes interfecti et qui ceciderunt
gladio. Illi quippe in istius mysta
corpore sunt, in quibus idem malig-
nus prius mortuus iacet, qui in
iniquitatis eius gladio perempti cecide-
runt. Unde scriptum est: Qui liberasti
David servum tuum de gladio maligno.
Recte autem dicitur: Et in congerie mortu-
orum evigilabit. Quia vigil in con-
gregatione perditorum astucie sue
insidias exercet. Pro eo autem quod in mundo rari-
tas bonorum est et multitudo ma-
lorum, recte mortuorum congeries no-
minatur, ut in ipsa iniquorum multitudo
signetur. Lata est enim via que ducit
ad perditionem, et multi sunt qui incedunt
per eam. Sathan itaque in congerie mor-
tuorum vigilare est in reproborum cordi-
bus malicie sue astucias exercere.
.N. De quo adhuc subditur: Dulces fuerunt
glareis Cocyti. Greca lingua Cocytus
luctus dicitur. Quem tamen luctum feminarum
vel quorumlibet infirmantium solet

intelligi. Sapientes vero huius seculi
a luce veritatis exclusi, quasi umbras
quasdam veritatis in inquisitione tene-
contati sunt. Unde Cocyton fluvium
currere apud inferos putaverunt, videlicet
designantes quod hi qui digna dolori-
bus opera faciunt in fine ad luctum
decurrunt. Sed nos despiciamus verba
carnalis sapientie, qui iam de veritate
lucem tenemus, et cognoscamus voce
beati viri Cocytum luctum infirmantium
dici. Scriptum quippe est: Viriliter agi-
te et confortetur cor vestrum. Qui enim
in Deo confortari renuit ad luctum
per animi infirmitatem tendit. Glareas O
vero lapillos fluminum appellare con-
suevimus, quos aqua defluens trahit.
Quid ergo per glareas Cocyti nisi
reprobi designantur, qui suis voluptati-
bus dediti quasi semper affluente ad
yma detrahuntur? Qui enim contra
voluptates huius seculi stare fortiter
nolunt, glaree Cocyti fiunt, quia
suis cotidie lapsibus ad luctum ten-
dunt, ut in eternum post lugeant, quo-
modo se in suis voluptatibus delecta-
biliter relaxant. Et quia antiquus
hostis sua vasa illum hominem reprobum
ingressus, dum dona prosperis tenuit,
dum eos in hoc mundo honoribus
extollit, dum eorum oculis per dignitates
ostendit, quia fluxe mentes hunc in
suis prodigiis admirantur et sectantur,
Bene deco dicitur: Dulces fuerunt gla-
reis Cocyti. Cum enim electi hunc
despiciunt, cum mentis calce conte-
runt, illi eum sequentes diligunt, qui
velut ab aqua voluptatis ad eternum
luctum trahuntur, qui per ceca concupis-
centia more glaree cotidianis lap-
sibus ad yma dilabuntur. Aliis namque
gustum sue dulcedinis per superbiam,
aliis per avariciam, aliis per invidiam,
aliis per falaciam, aliis per luxuriam por-
rigit, et adiuncta viciorum gula pertrahit,
quasi tot sue dulcedinis potus propi-
nat. Nam cum quid superbum in mente
persuadet, fit dulce quod dicit: quia videlicet
prelatus ceteris homo prius appetit.

dum menti avaricia infundere studet
vel molitur fit dulce quod occulte loquitur
quia per habundanciam rerum vitam
dum aliquid dem vidua suggerit
fit dulce quod dicit. quia per ipsam
mens dum alium decrescere viderit
exultat se ei minorem minime
videri. Cum aliquid de fallacia
persuadet fit dulce quod suggerit. quia
ipso eo quod fallit ceteros prudentes videtur
sibi. Cum luxuria decepte menti
loquitur fit dulce quod suadet quia
xxiiij p · in voluptate animum resolvit. Quot
quot ergo vicia cordibus carnalium
inserit. quasi tot potus eis sue
dulcedinis porrigit. Qua tamen ut
predixi eius dulcedine percipiunt
nisi qui pravitatibus voluptatibus
dediti ad preceptum luctum trahuntur
Bene ergo dicitur Dulcis fuit gla
reis cocyti. Quia amarus electis
et suavis reprobis est. Illos enim
solummodo suis delectationibus pascit
quos cottidianis lapsibus ad gemi
tum impellit. Sequitur Et post se
omnem hominem trahit et ante se
innumerabiles. Hoc loco hoc humana
sapiens dicitur. sed cum plus sint omnes
quam innumerabiles [†] et post se omnes
homines trahere dicitur. nisi quod anti
quus hostis tunc reproborum hominem in
gressus. cunctos quos carnales in
venerit. sub iugo sue dicionis rapit.
Qui et nunc pugna apparent innumera
biles quidem non tamen omnes car
nales trahit. quia cottidie a car
nali ope ad vitam multi revocantur
atque ad statum iusticie. alii per breve
alii vero per longa pravitatem redeunt.
Et nunc innumerabiles rapit cum falsi
tatis sue stupenda hominibus signa
non exhibet. Cum vero coram oculis
carnalium miranda eis prodigia fecerit
post se non innumerabiles sed omnes trahit.
Quia qui bonis pravitatibus delectantur
pravi illius absque retractione subi
ciunt. Sed sicut prefati sumus quia
plus est omnem hominem quam innumera
biles trahere. cur prius dicitur quia omnem
trahit et post in augmento innumerabi
les subiciuntur. Racio namque ex
petit ut prius quod minimus est et postquam
quod maius est in augmento dicetur.
Sed sciendum est. quia hoc loco
plus sunt innumerabiles dixisse
quam omnes. Post se enim omnem
hominem trahit quia in tribus
annis et dimidio omnes quos
in studiis carnalibus invenerit
iugo sue dicionis astringit.
Ante se vero innumerabiles traxit.
quia per quinque milia et adhuc
amplius annorum curricula quamvis
carnales omnes trahere minime po
tuit. multo tamen plures sunt
vitam longo tempore. hii quos ante
se innumerabiles rapit quam omnes
quos in tam brevi tempore rapiendos
invenit. Bene ergo dicitur Et post
se omnem hominem trahit. et ante
se innumerabiles. quia et tunc minus
tollet. cum omnes tulerit. et nunc
amplius rapit cum corda omnium
non invadit. Hec beatus Iob quia
contra iniquorum principem mire
asserunt. qui in hac vita extolli
permittitur. sed in adventu domini
destruetur. de se patenter ostendit
quia flagella divina non ex of
fensione suscepit. quam si iniquus
quisque in hac vita prosperari permit
titur. necesse est ut electus dei de
beat sub flagelli freno retineri
Ex qua re amicos arguit dicens
Quomodo igitur consolamini me frus
tra. cum responsio vestra ostensa sit
repugnare veritati. Amici beati
Iob eum consolari non poterant
in quo suis sermonibus veritati
contraibant. Cumque hunc ypo
critam vel impium dicerent. per hoc quod
ipsi mencientes peccabant. culpam
augebat procul dubio pena iusti
doloribus afflicti. Nam secundum
mentes qui veritatem diligunt
etiam culpa fallacie torquetur
aliene. Quanto enim grave esse
mendacii crimen aspiciunt. tanto
hoc non solum in se. sed etiam
in aliis oderunt. Explicit liber xvi.
Liber sedecimus

† quecunque nobis est cur ante innumerabiles

Qui contra uirtutis uerba in al-
legatione deficiunt, sepe et
nota replicant, ne tacendo
uicti uideantur. Unde Elifaz post
beati Job sermonibus dicit ea que
nullus ignorat. Cap xxii. Dicit enim
cap xxii Numquid deo comparari potest homo
etiam cum perfecte fuerit sciencie.
In comparatione etenim dei sciencia
nostra ignorancia est. Ex dei namque
participatione sapimus non compara-
tione. Quid ergo mirum cum
illud quasi pro doctrina dicitur quod
sciri potuit etiam si taceretur. Qui
adhuc dei potenciam quasi defende-
do subiungit dicens: Quid pro-
dest deo si iustus fueris. aut quid
ei confers. si immaculata fuerit
anima tua. In omni quippe quod
agimus nosmetipsos non ante
deum iuuamus. Unde et psalmis-
tam dicitur: Dixi domino deus meus
es tu quoniam bonorum meorum non eges.

Ipse enim uere nobis dominus quia et
uerus deus est. qui bonorum non
eget seruientis. sed bonitatem
confert quam recipit. ut obla-
ta bonitas non ipsi. sed plus
accipientibus. et post reddentibus
prosit. Nam etsi in iudicium deus
ueniens dicit: Quod uni ex
Mt 27 his fratribus meis mini-
mis michi fecistis. Mira hoc
pietate loquitur. ex suorum com-
passione membrorum. et ipse nos
per hoc quod caput nostrum est adiuuat.
qui per nostra bona opera in suis
membris adiuuatur. Adhuc Eli-
phaz adiungit quod nullus ignorat
dicens: Numquid timens arguet
te et ueniet tecum ad iudicium.
Quis hoc uel desipiens sentiat
quod deus nos ex timore arguat.
et ex metu contra nos sese in
iudicium proponat. Sed qui uerba sua
metiri nesciunt. procul dubio ad
ociosa dicta dilabuntur. in quibus
si se minime reprehendunt statim
ad noxia et contumeliosa pro-
siliunt. Unde et Elyfaz qui ociosa
intulit ad contumeliosa protinus
uerba prorupit dicens. Et non propter
maliciam tuam plurimam et in-
finitas iniquitates tuas. Ecce
ex torpenti corde ad uerba ociosa
uenit. Ab ociosis etiam uerbis
per crimen falsitatis ad contumelias
excrescit. Isti quippe sunt casus cul-
pe crescentis. ut lingua cum non
restringitur. nequaquam ubi ceciderit iaceat.
sed semper ad deteriora descendat. Ea
uero que subiuncta sunt. quia ualde
nota hystoria patent exponenda
ad litteram non sunt. Sed quia amicos
beati Job hereticorum speciem tenere diximus.
ipsum uero ecclesie sancte significationem gerere.
Iam nunc Elyfaz uerba quo hereticorum
falsitati congruant demonstremus.
Nam sequitur: Abstulisti enim pignus
fratrum tuorum sine causa et nudos
spoliasti uestibus. Aquam lasso non
dedisti. et esurienti panem subtra-
xisti. In fortitudine brachii tui
possidebas terram et potentissimus
obtinebas eam. In scriptura sacra
appellatione pignoris. aliquando dona
sancti spiritus. aliquando uero signatur con-
fessio peccatorum. Pignus namque accipitur
donum sancti spiritus sicut per Paulum
2 Cor 1 dicitur: Qui dedit nobis pignus
spiritus. ad hoc enim pignus accepi-
mus ut de promissione que nobis facta est certitu-
dinem teneamus. Donum ergo spiritus
sancti pignus dicitur. quia anima
nostra per hoc ad interioris spei certitudinem
roboratur. Rursum pignoris nomine
peccati confessio solet intelligi. sicut
enim lege scriptum est: Cum debet tibi
Deut 38 quippiam frater tuus et abstuleris
pignus ab eo ante solis occasum
ei restitue. Frater etenim nobis de-
bitor efficitur. cum quilibet proximus
in nobis aliquid deliquisse mon-
stratur. Peccata quippe debita uocamus.
Unde peccatori seruo dicitur: Omne debitum
dimisi tibi. Et in dominica oratione
cotidie petimus: Dimitte nobis

Mt 18

debita nostra sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris. A debitore autem
nostro pinguia accipimus, quando ab
eo qui in nos peccasse cognoscitur
peccati eius iam confessionem tenemus,
pro quam relaxare peccatum quod in no-
bis perpetratum est postulamur. Cui-
us enim peccatum quod commisit fatetur et
veniam petit iam quasi pro debito
pinguia dedit. Qui nimirum pingu-
ia superbis ocius reddere iubentur,
quia priusquam in nobis pro dolore cor-
dis sol iusticie occidat, debemus
ei confessionem venie reddere, a quo
confessionem accipimus culpe, ut qui se
deliquisse in nos meminit, a nobis
mox relaxatum senciat quod deliquit.
Omnia ergo sancta ecclesia quos sibi
ab hereticis ad unitatem fidei reuer-
tentes recipit, prius ut confiteri
Debeat erroris sui culpam persuadet. Quod
sub hereticorum specie per ethyphaz dicitur:
Abstulisti pignus fratrum tuorum
sine causa, idest ab hiis qui a
nobis ad te veniunt in utiliter
confessiones exegisti erroris. Cum
vero ut pro diximus pinguia facti
prius dona sentimus. Heretici fratrum
eciam fratrum suorum dicunt pignus
abstulisse, quia illos qui ad illa
veniunt dona spiritualia suscipere
amittere. Unde et sequitur: Et nudos
expoliasti vestibus. Eos quos here-
tica prauis predicacionibus trahunt, pre-
cepta doctrine sue quasi quedam
vestimenta habere estimant, et tamen diu
illos vestitos putant, quamdiu
hec que ipsi predicaverunt ab illis sumi
considerant. Ex quibus cum quidam
ad sanctam ecclesiam redeunt, eos pri-
mus doctrine vestimenta perdidis-
se suspicantur. Sed cum nudus spo-
liari nequeat, sciendum nobis est
quomodo prius nudi et post spoliati me-
morantur. Sed sciendum quia omnes
qui cordis puritatem perseverant, eo
ipso quod duplicitatis tegimentum non
habet nudus est. Et sunt non nulli
apud hereticos qui cordis quidem
puritatem habent, sed tamen
doctrine eorum per versa dogmata
susceperunt. Hii nimirum ex sua
puritate nudi sunt, et quasi
ex eorum predicacione vestiuntur.
Et tales quoque facile ad sanctam
ecclesiam redeunt, eo quod duplicitatis
malicia non utuntur. Eos heretici
nudos fatentur, quos ab ea dicunt
vestibus expoliatos, quia sim-
plices quosque pigros atque ebetes
putant, quos prauia sua dogmata
perdidisse considerant. Et: Aquam
lasso non dedisti, et esurienti
subtraxisti panem. Heretici quo
veritatis soliditatem non tenent,
eo non unquam student ut lo-
ciores appareant, et contra catho-
licorum fidem quasi de doctrina sua
gloriantur, cunctos quos aspiciunt
prius ad se sermonibus trahere co-
nantur, et verum sibi alios admittunt
sociant, inde se agere aliquid vi-
ratus putant. Eos vero lassos
dicimus, qui sub honore seculi onere
laborioso fatigantur. Unde et ipse
metipsum veritas dicit: Venite Mt 11
ad me omnes qui laboratis et
onerati estis et ego reficiam
vos. Heretici igitur quia sua dog-
mata predicare non cessant, statim
eciam quasi de impericia decan-
dent dicentes: Aquam lasso
non dedisti et esurienti subtra-
xisti panem. Se autem aquam
lasso dare estimant, cum quibus-
dam subtiliter falso laborantibus
sui poculum erroris prebent, et
pane se esurientibus non subtra-
xisse arbitrantur, quia et de invisibilibus
atque incomprehensibilibus requisiti
cum superba audacia videt, et tunc
se doctos pre omnibus credunt, cum
loqui de incognitis feliciter presu-
munt. Ecclesia vero quia et diu quempiam
videt esurire, quod ei non possit capi-
pere, aut si iam sibi sint cognita
modeste supprimit, aut si ad
hunc videntur incognita humiliter
fatetur, eorum ad ordinate humili-

sensus revocaret, cum per semetipsum illis
predicatorem dicit: Non plus sa-
Ro 12 pere quam oportet sapere, sed sapere
ad sobrietatem. Et rursum:
Ro 11 Noli alte sapere, sed time. Atque iterum:
Altiora te ne quesieris, et fortiora
te ne scrutatus fueris. Et rursum:
Eccli 3 Mel invenisti, comede quod
sufficit tibi, ne forte saturatus
evomas illud. Mel quippe in-
venire est sancti spiritus dulcedinem
degustare. Quod tunc sufficienter
Prov 27 comeditur, cum intelligentia
iuxta mensuram sensus sub
moderamine tenetur. Nam saciatus
mel evomit, quia plus
appetens penetrare quam capit,
et illud perdit unde poterat nutriri.
Quia ergo sancta ecclesia ab in-
firmis mentibus prohibet alta
perscrutari, beato Iob dicitur: Subtra-
m. xisti esurienti panem. Et quia
eius quosdam magnitudinem heretici
non vident, qui in fide veraciter populos
universaliter tenet, cum eterne
prosperitatis tempus non veniunt,
contra eam in superbis vocibus
excedunt, et ex prosperitate arguunt
quantum prius eius potentie la-
tere non videbant. Nam sequitur:
n. In fortitudine brachii tui posside-
debas terram, et potentissimus ob-
tinebas eam. Ac si patenter di-
cat: quia in predicatione tua terram
universaliter occupasti, potentia
fortitudinis non recto virtutis
fuit. Quia enim vanos princi-
pes predicationi eius tenere con-
spiciunt, hoc quod ei apostolus credidit
non virtute rectitudinis sed auxilio
secularis potentie esse suspicantur.
Sequitur: Viduas dimisisti va-
cuas, et lacertos pupillorum commi-
nuisti. Plebesque hereticis predican-
tibus sunt subiecte, et carnali
intelligentia eorum semina perversa
suscipiunt. Easque in sua damp-
nacione sociantur. Sed cum sancta
ecclesia ipsos errores predicatores
vel rectione victos ad se suscipit,
vel studio perversitatis obduratos sub
discipline sue vinculo restringit,
destituta heretici cum remanere a pastori-
bus se plebes sine predicatoribus videt,
quid aliud asancta ecclesia quam
viduas vacuas relictas dolent?
Et quia subtractis hereticorum magistris
eorum discipulos in suo opere infirmari
suspicantur, quasi lacertos pupillorum
comminutos ab ecclesia esse conqueruntur.
Vel certe quia sancta ecclesia dum conversos
ab hereticis venientes suscipit, li-
quet nimirum quod pristino eorum
errori contradicit. Nam sunt non-
nulli qui ita argumentari carnis stu-
dent, ut in preciis dampnent. Et
sunt nonnulli qui ita abstinentiam
laudant, ut sumere alimenta detesten-
tur necessaria. De quibus Paulus dicit:
1 Thi 4 Prohibentium nubere et abstinere a
cibis quos Deus creavit ad per-
cipiendum cum gratiarum actione fi-
delibus. Quia ergo eos a carna-
li intentione sue superstitionis
revocat, heretici cum hos aspici-
unt aliter vivere quam docuerunt,
quietos eorum ab operatione quam
prius tenuerunt comminutos esse
ab ecclesia detestantur. Unde et in
hoc tempore discipline, si quid ei eve-
nerit adversitatis, hoc evenisse
ex digna Dei retributione suspicantur.
Nam subditur: Propterea circumdatus es
laqueis et conturbat te formido
subita. Illum formido subita
conturbat, qui considerare negligit
quid ex districtione iudicii venientis
immineat. Quia ergo fidelem
populum heretici culpis perfidie oppres-
sum credunt, circumdatum laqueis
accusant. Et quia existimant quod
futura non perpendunt, in percussione
sua hunc subita formidine con-
turbatum putant, qui ad hunc in-
sultantes adiungunt: Et putabas te
tenebras non visurum et impetu
aquarum inundantium non oppressum
iri. Ac si aperte dicat: Securitate
pacis tibi in tempore proposueris, et id-
circo de presumptione tua quasi

de luce gaudebas. nec te umquam
oppressum tribulationibus existimasti
sed esse supprimentibus malis af-
fligeris. an sunt uera que tenes
ipse que te opprimunt tribulationum
tenebre ostendunt. Quas uidelicet
tribulationes elisarum aquarum inunda-
tionibus comparat. quia diuinae super
alias irruunt quasi tumentibus aquis
undas sentiunt. Sequitur. An
cogitas quod deus excelsior celo sit
et super stellarum uerticem sublimetur et
dicis Quid enim nouit deus et quasi
per caliginem iudicat nubes latibulum
eius. nec nostra considerat et circa
cardines celi perambulat. Sunt
plerique ita hebetes ut formidare
nesciant nisi quod corporaliter uident
Unde fit ut deum non me-
tuant. quem uidere non possunt
Hec etiam ante quia se sapientes ar-
bitrantur uerba irrisionis contra
catholicos proferunt. atque ab eis
illum non timeri suspicantur quem
uidere corporaliter nequeunt. ut quasi
per torporem sensus auctorem suum
existimet. quia excelsior celo
est et super stellarum uertices subli-
matus ex longinquo uideri non
possit. et quia inter nos et cele-
stem sedem partes aeree interiectae
sunt. quasi in nube latens per
caliginem iudicat. et superioribus
intentus infima numquam prodat
et dum celi cardines ambiendo
constringit interiora non uideat
Sed quis dedecus ista uel despi-
ciens suspicetur. Quia nimirum dum
sit omnipotens semper sic intendit
omnibus ut assit singulis. ut sic
omnibus numquam desit. Nam etsi
quosdam peccantes deserit eos
tamen ipse adest per iudicium
quibus deesse cernitur per admonitionem
Sic itaque exteriora circuit ut in-
teriora impleat. sic interiora implet
ut exteriora circuit. sic summa re-
git ut yma non deserat. sic ymis
presens est ut a superioribus non re-
cedat. sic latet in sua specie

ut tamen cognoscatur in operatione.
sic cognoscitur in suo opere ut tamen
comprehendi non ualeat agnos-
centis estimatione. sic adest ut
uideri nequeat. sic uideri non
ualet ut tamen presentiam ipsa sua
iudicia testentur. sic se nobis in-
telligendum prebet ut tamen ipsum
nobis radium sui intellectus ob-
nubilet. et rursum sic caligine
ignorantie nos repellit ut tamen
menti nostre radios sue claritatis
intermittat. quatinus et sublevatam
quempiam uideat et reuerberata
contremiscat. et quia eum sicut
est uidere non potest aliquis uidere
deo cognoscat. Sed hec heretici
sicut etiam uidere non estimant
quia stulto iudicio solos se esse
sapientes putant. ex quorum ad-
huc typo subiungitur. Numquid se-
mitam seculorum custodire cupis
quam calcauerunt uiri iniqui. Sed
semita redemptoris nostri humili-
tas. ita semita seculorum superbia est.
Secularium atque semita uiri in-
iqui calcant quia per huius uite
desideria in elatione perambulant.
De quibus iniquis adhuc sub-
iungitur. Qui sublati sunt ante
suum tempus. et flumen subuertit
fundamentum eorum. Cum tempus
uite diuina nobis prescientia pro-
culdubio prefixum sit querendum
ualde est. qua ratione nunc dicatur
quod iniquum ex preuenti seculo ante tempus
proprium subtrahatur. Omnipotens enim
deus etsi plerumque mutat sen-
tentiam consilium numquam. Eo igitur
tempore ex hac uita quisquis
subtrahitur. quo ex diuina potentia
ante tempora presciitur. Sed sciendum
Quia creans et ordinans nos
omnipotens deus iuxta singulorum
merita disponit terminum. ut uel 1
malus ille breuiter uiuat ne
multis bene agentibus noceat 2
uel bonus iste in hac uita di-
utius subsistat. ut multis boni 3
operis adiutor existat. uel rursus

Deus mutat sententiam sed consilium non.

De tempore mortis bonorum et malorum

Mali longius differuntur in vita
ut prava adhuc opera sua au-
geant ex quorum temptatione proba-
ti iusti verius vivant / vel bo-
x citius subtrahuntur ne si diutius
vixerint eorum innocentiam malicia
corrumpat / Sciendum tamen
quia benignitas dei est peccatoribus
spacium penitencie largiri. Sed quia ac-
cepta tempora non ad fructum penitencie sed
ad usum iniquitatis vertunt. quod
a divina misericordia promereri poterant a-
mittunt. quamvis omnipotens deus idcirco
tempus uniuscuiusque ad mortem
presciat. quo eius vita terminatur
nec alio in tempore quisquam mori po-
tuit nisi ipso quo moritur / Nam
Is 38 si ezechie ad vitam additi anni
quindecim memorantur. tempus quidem
vite crevit. ab illo termino quo
ipse mori merebatur / Nam divina
dispensatio eius tempus tunc
prescivit quo hunc postmodum
ex presenti vita subtraxit / Cum ergo
ita sit. quid est quod dicitur. Qui ante
tempus sublati sunt ante tempus
suum / Nisi quod omnes qui presentem
vitam diligunt longiora sibi
eiusdem vite spacia promittunt /
Sed cum eos mors superveniens
a presenti vita subtrahit. eorum vite
spacia que sibi longiora quasi
in cogitatione tendere consueverant
intercidit / De quibus recte dicitur
Et fluvius subvertet fundamentum
-v- C eorum / Iniqui enim dum corde tran-
quillo ad eterna negligunt. et cuncta
presencia fugitiva tenentes mente
in amore vite presentis figunt
et quasi longe habitationis mansionem
sibi fundamentum construunt. quia
in terrenis rebus per desiderium
solidantur / Hinc primus in terra
Ge. 4 Cayn civitatem construxisse dicitur
quia videlicet aperte monstraretur
quod ipse in terra fundamentum posuit
qui a soliditate eterne patrie a-
lienus fuit / Primus quippe a
summis fundamentum in infimis

posuit. qui stationem cordis in de-
lectatione collocavit / Unde et in
Ge 7 eius stirpe enoch. qui dedicatio
interpretatur primus nascitur / In electorum
vero progenie enoch septimus fuisse
memoratur. quia videlicet reprobi
in hac vita que ante est semetip-
sos edificando dedicant / Electi
vero edificationis sue dedicationem
in fine temporis id est in septimo exspec-
tabunt / Videas namque plurimos
temporalia sola cogitare. honores querere
ambiendis rebus inhiare. nil
post hanc vitam requirere / Quid
itaque isti nisi in primitiva generatione
se dedicant. Videas electos nil presen-
tis glorie querere libenter inopiam
sustinere. mala mundi equanimiter
perpeti. ut possint in fine coronari
Electus ergo enoch in septima ge-
neratione nascitur. quia sui dedica-
tionem gaudii in extreme retributionis
gloria requirit / Et quia cottidiano
temporis lapsu. ipsa presentis vite morta-
litas decurrit. atque dedicationem rep-
roborum eosdem reprobos subtrahendo
destruit / Recte de iniquis dicitur
Et fluvius subvertit fundamentum
eorum. id est ipse cursus mutabi-
litatis statum in eis subruit per-
verse constructionis / Sequitur. Qui
dicebant deo recede a nobis / Hoc
etiam beatum Iob dixisse quis ambi-
gat. et que in eius dictis exposuimus
propter legentis fastidium replicare vita-
mus. Sequitur. Et quasi nichil pos-
sit facere omnipotens estimabat eum / Iniustus
quoque sermo et non sua in mutatione
Nam quod per beatum Iob dictum est. Quid
est omnipotens ut serviamus ei. Hoc
per elisionem dicitur. Et quasi nichil possit
facere omnipotens estimabant eum. Sequitur
Cum ille implesset domos eorum
bonis / Malorum domos deus bonis
implevit. quia etiam ingratis sua
dona non denegat. ut aut benigni-
tatem conditoris erubescant et ad
bonitatem redeant / aut redire

Ingratis deus dona tribuit.
ut bonitatem suam cognoscant

omnimodo contempnentes. inde illic eternis
puniantur. Qui hic et bonis dei lar
gitionibus mala reddiderunt. ut di
vina eos tunc supplicia puniant
quorum hic maliciam nec dona vi
cerunt. Sequitur. Quorum sententia
procul sit a me. Hoc etiam per beatum
Iob dictum est. Ait namque Consilium
eorum longe sit a me. Quamvis aliud
sententia. aliud consilium possit intelligi
Sententia quippe est in ore. con
silium in cogitatione. Dum ergo elo
gat longe se a malorum sententia
beatus vero Iob a consilio optimum
constat nimirum. quia iste ma
lorum verbis ille vero eorum cogita
tionibus desiderat esse dissimilis.
vi. f. Sequitur. Videbunt iusti et letabuntur
et innocens subsannabit eos. Iusti
cum hic errare iniustos conspiciunt
de errore pereuntium letari non possunt
quia eum gaudet erroribus iusti non
sunt. Rursus si per insultationem le
tantur eo quod tales non sunt quales
esse alios conspiciunt. omnino superbi
sunt. Unde et phariseus iustifica
tionem perdidit. qui publicani me
ritis gaudendo se pretulit dicens
Luc. 18. Gratias ago tibi quia non sum
sicut ceteri hominum raptores iniusti
adulteri. velut etiam hic publi
canus. Rursum si dicimus quod pro eo
gaudio exultare iusti possunt de
morte peccatorum quale est in hoc
mundo gaudium de ultione peccan
cium. in quo adhuc incerta est vita
iustorum. Discernimus ergo tempora tre
moris et exultationis. Vident et
enim nunc iniustos iusti et de eorum
nequicia contabescunt. cumque feriri
conspiciunt. de sua quoque vita complecti
~~spectri~~ sunt. Quando ergo videbunt
iusti iniquorum interitum et letabuntur
nisi cum districto iudicii perfecta
iam securitate exultationis in hoc
serviet. cum in illo extremo examine
illorum dampnationem conspiciunt. et
de sua iam quod metuant non ha
bent. Nunc itaque reprobos aspiciunt
et gemunt. tunc conspiciunt et subsanna

bunt. quia eos exultando despi
~~ciunt et gemunt. tunc conspiciunt~~
et subsannabunt quia eos exulta
do despiciunt. quos modo nec sine
gemitu in iniquitate persistentes. nec sine
metu vident per iniquitatem mo
rientes. Unde propter hoc quod subditur.
quia de ultima dampnatione eorum
dicitur ostenditur. Nam protinus
subinfertur. Nonne succisa est
erectio eorum. et reliquias eorum
devorabit ignis. Hic namque F
in igne erecti sunt. quia in pravis
actionibus extolluntur. quia et
perverse agunt et tamen pro per
versis actibus minime feriuntur.
Peccant et florent. pravitatem augent
et terrena bona multiplicant.
Sed eorum erectio tunc succiditur
cum vel a presenti vita ad interitum
vel a conspectu eterni iudicis
ad eterna iehenne incendium
pertrahuntur. Qui et semel mortua
suam carnem relinquunt. ipsam
quoque in fine recipiunt. ut cum
carne ardeant in qua peccaverunt
Sicut enim eorum culpa in mente
fuit et corpore. ita eorum pena erit
in anima pariter et carne. Quia
ergo nec hoc erit eis a tormento
liberum. quod hic mortuum relin
quunt. recte nunc dicitur. Reliquias
eorum devorabit ignis. Sequitur.
Adquiesce ergo ei et habeto pacem E.
et per hec habebis fructus optimos.
Suscipe ex ore eius legem. et pone
sermones eius in corde tuo. Cu
lpa est superbie doce meliore
quam sepe heretici perpetrant. quia
dedignus que prave sentiunt. quasi
doce catholicos presumunt. Unde
enim eos putat deo adquiescere. si
contigit eos eorum pravitatibus
consentire. et quiescentibus pacem
promittunt. qui contra eos qui
sibi consenciunt iam impugnare
desistunt. Fructus enim optimos
sibi consentientibus promittunt
quia eos solos bona opera age

estimant quos ad sua dogmata se traxisse exultant. Quibus et hoc congruit quod adiungit: Suscipe ex ore illius legem. Quia ea ipsi que sentiunt ex ore Dei procedere suspicantur. Et pone sermones eius in corde tuo. Ac si astruat dicens: quos nunc usque more tuo in corde tenuisti. Quia enim [illegible] eorum prava dogmata respuit, non ea verba Dei in sensu, sed in confusione habuisse criminantur. Unde et qui sub [illegible] specie dulcedinis infundunt virus pestifere persuasionis, ut verba Dei etiam in corde suo ponere admoneant. Que si unquam a corde suo illius recessissent, ab illis talia nullatenus audiret.

h. Sequitur: Si reversus fueris ad omnipotentem, edificaberis, et longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. Fidelem populum heretici adeo discessisse estimant, quia eum suis predicationibus resistentem vident, quem cum in malis pravitatibus afflictum conspiciunt, quasi ex amonicione adiutoris gravem trahere conantur, dicentes: Si reversus fueris ad omnipotentem, edificaberis. Ac si aperte dicant: Quia nostris dogmatibus resistendo a Domino recessisti, idcirco amicitie edificatione destructus es. Tabernaculum vero aliquando accipimus habitaculum corporis, aliquando habitaculum cordis. Nam sicut per animam habitamus in corpore, ita per cogitationes habitamus in mente. Iniquitas ergo in tabernaculo mentis est intentio perversa in studio cogitationis. Iniquitas autem in tabernaculo corporis perpetratio operis actio carnalis. Elyphaz itaque, quia amicus beati Job extitit, quedam vera sentiens, et tamen in istis sermonibus a rectitudine deviat. Hereticorum spem tenens, beatum Job ex iniquitatibus flagellatum nesciens errasse credidit, quem percussum vidit. Eique si reversus ad omnipotentem fuerit, pollicetur dicens: Longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. Ac si aperte dicat: Omnis quis ad Deum post errata revertitur, in cogitatione simul et in opere mundatur.

I Sequitur: Dabit pro terra silicem, et pro silice torrentes aureos. Quid per terram nisi infirmitas actionis, quid per duriciam silicis nisi fortitudo signatur? Quid per torrentes aureos nisi doctrina intime claritatis accipimus? Omnipotens autem Deus ad se conversis pro terra dat silicem, quia pro infirma actione tribuit fortitudinem robusti operis. Dat etiam pro silice aureos torrentes, quia pro robusto opere doctrine multiplicat predicationem, ut peccator quisque conversus et in opere fortis existere valeat, et in sua fortitudine usque ad profunda verba intime claritatis exsurgat, quatenus in eo et infirmitas actionis, in qua velut terra polluitur, bene vivendi fortitudine solidetur. Et rursus [illegible] sensus exquisita trahitur, ex ipsa fortitudine torrentes aurei defluant, quia in ore bene viventium doctrine claritatis inundant.

k Sequitur: Eritque omnipotens contra hostes tuos, et argentum coacervabitur tibi. Quos magis alios hostes patimur quam malignos spiritus, qui in nostris nos cogitationibus obsident, ut civitatem nostre mentis valeant irrumpere, eamque sub sui iugo dominii captam tenere? Argenti autem nomine sacrum eloquium designari testatur psalmista, qui ait: Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum terre. Et sepe cum eloquiis sacris intendimus, malignorum spirituum insidias gravius toleramus, quia menti nostre terrenarum cogitationum pulverem aspergunt, ut intentionis nostre oculos a luce intime

visionis obscuret. Quos nimirum psalmista
pertulerat cum dicebat Declinate a
me maligni et scrutabor mandata
dei mei. Videlicet patet in sanctis
quia mandata dei perscrutari
non poterat, cum malignorum spirituum
insidias in mente tollerabat. Quod
etiam Ysaac ope sub allophylorum
Gen 26 pravitate cognoscimus designari. qui
puteos quos Ysaac foderat terre
congerie replebat. Nos enim nos
nimirum puteos fodimus. cum in
scripture sacre abditis sensibus alta
penetramus. Quos tamen occulte
replent allophyli. cum nobis ad
alta tendentibus immundi spiritus
terrenas cogitationes ingerunt
et quasi inventam divine sciencie
aquam tollunt. Sed quia nemo
hos hostes sua virtute superat
per eliphaz dicitur Eritque omnipotens contra
hostes tuos et argentum coacervabitur
tibi. Ac si aperte diceretur. Dum ma-
lignos spiritus dominus a te repulerit intus
virtute sua. divini eloquii talen-
tum lucidius ex crescit. Sequitur
Tunc super omnipotentem deliciis af-
flues. Super omnipotentem deliciis
affluere est in amore illius scripture
sacre epulis saciari. In eius nimi-
rum verbis tot delicias invenimus
quot ad profectum nostre intelligencie
diversitates accipimus. Ut modo nuda
nos hystoria, modo sub textu littere
velata medullitus nos reficiat
moralis allegoria, modo ad altiora
suspendat contemplacio in presentis vite
tenebris iam de lumine eternitatis
interminans. Et sciendum quod qui super
deliciis affluunt in quadam sui
remissione dissolvuntur. atque a laboris
studio. quasi ex lassitudine rela
xantur. Quia nimirum anima cum
intus deliciis habundare ceperit
terrenis iam opibus incubare mi-
nime consentit. Sed amore conditoris
capta. et sua iam captivitate libera

ad contemplandam eius speciem defi-
ciendo suspirat. et quasi lassescendo
convalescit. quia dum sordida la-
bora portare iam non valet.
ad illam requietem properat quem
intus amat. Hinc etiam in ad-
Cant 6 miracione sponse scriptum est. Que
est ista que ascendit de deserto
deliciis affluens. Quia nimirum
sancta ecclesia nisi verbi dei de-
liciis affluet de deserto vite pre-
sentis ascendere ad superiora non posset.
Deliciis ergo affluit et ascendit
quia nimirum dum misticis in-
telligenciis pascitur. ad superna cot-
tidie contemplanda sublevatur.
Hinc etiam psalmista ait Et nox
illuminacio mea in deliciis meis. Quia
dum per intellectum misticum studiosa
mens reficitur. iam in ea vite pre-
sentis obscuritas fulgore diei sub-
sequentis illuminatur. ut etiam in ipsius
corrupcionis caligine in intellectum
illius vis futuri luminis erumpat.
et ubere deliciis pasta perpenso
quod distat. quod de pabulo vitii
esuriat. Sequitur Et elevabis ad
deum faciem tuam. Ad deum VIII
faciem levare est cor ad subli- CI
mia investiganda attollere. Nam
sicut per corporis faciem homini ita
per interiorem ymaginem deo noti
et atque conspicabiles sumus. Cum
vero reatu culpe deprimimur. ad
deum levare faciem cordis veri-
vemur. Dum enim nullorum bonorum
operum confidencia fulcitur in veri-
sima mens trepidat. quia ipsa
se consciencia accusat. Cum vero
iam per lamenta culpa diluitur
et sic perpetrata plangitur. ut plan-
genda minime perpetrentur. mag-
na menti fiducia nascitur. et ad con-
spiciendum superne retribucionis gau-
dia cordis nostri facies levatur.
Sed hec eliphaz recte diceret si insanum
moneret. Cum vero iustum virum
post flagella despicit quid aliud
quam verba sciencie nesciens fudit

Theodicia est signum ... :-

Que nimirum dicta si ad hereticorum
typum ducimus. ipsi falsis pro-
missionibus addere nos facere
conantur pollicentur. Ac si fideli
populo patenter dicant. Cum dominum
predicatorum nostrorum non sequeris
cor in te infirmus portas. Quia vero
eliphaz beatum Iob addere reverti
admonuit agno videlicet idem beatus
Job. numquam recessit adhuc pol-
licendo subiungit. Rogabis eum
N. et exaudiet te. Rogat quippe
dominum sed exaudiri minime meretur
quia iubentis domini precepta con-
Pro 21 temptnit. Unde scriptum est. Qui
declinat aurem suam ne au-
diat legem. oratio eius exsecra-
bilis erit. Quia dum eliphaz beatum
Job non exaudiri credidit. hunc
nimirum in suo opere errasse in-
dicavit. Unde et adhuc subiungit
Et vota tua reddes. Qui vota
vovet sed hec pro infirmitate sol-
vere non valet ei peccati pena
agitur ut volenti bonum posse
subtrahatur. Cum vero a conspectu
interni iudicis. culpa que obsistit
culpa detergitur. fit protinus ut
votum possibilitas sequatur.
Sequitur. Decernes rem. et veniet
O tibi. Hoc esse proprium infirman-
tium iudicium solet. ut tanto
quempiam existimet iustum.
quanto hunc adipisci conspicit
omne quod appetit. Cui videlicet
noverimus non inquantum bona ter-
restria subtrahi que largo mu-
nere tribuuntur iniustis. Quia et
desperatis egris medici quicquid
poposcerint dari precipiunt et
eos quos reduci ad salutem
posse prevident. quod appetunt dari
contradicunt. Sed si dicta hec
eliphaz de donis spiritualibus in-
tulit. Sciendum quod res de-
cernit et venit cum virtus que
ex desiderio appetitur largiente
deo etiam effectu prosperatur. Unde
et adhuc subdit. Et in viis

tuis splendebit lumen. In viis quippe
iustorum lumen splendere est. per
opera virtutum sue claritatis aspergere
signa. ut quasi per intencionem pergunt
ab intuentium cordibus peccati noctem
excuciant. et exemplo sui operis
in eis iusticie lumen fundant. Sed ¶ ix
qualislibet sit iusticia operis apud
internum iudicem nulla est. Si hanc
elevat tumor mentis. Unde et subdit.
Qui enim humiliatus fuerit erit in gloria
et qui inclinaverit oculos suos ipse
salvabitur. Cui nimirum sententie
veritatis ore non distrepat dicens P
Luc 18 Omnis qui se exaltat humiliabitur
et qui se humiliat exaltabitur. Hinc
et per salomonem dicitur. Antequam conteratur
Pro 18 exaltatur cor hominis. et antequam
glorificetur humiliatur. Recte autem dicitur. Qui
inclinaverit oculos suos ipse sal-
vabitur. Quia cunctum pre membrorum
ministerium deprehendi potest. prima
superbie ostensio esse in oculis solet.
Hinc enim scriptum est. Et oculos
superborum humiliabis. Hinc de eius
superbientium capite dicitur. Omne sublime
videt. Hinc de illa que ei per fi-
delitatem adhesit scriptum est. Gene-
ratio cuius excelsi sunt oculi et
palpebre eius in alta subrecte.
Oculos ergo inclinare est minimum
respiciendo despicere. sed se minorem
atque imparem cunctis quos aspicit
estimare. Salvabitur itaque qui ocu-
los inclinat. quia qui falsum
superbie verticem deserit veritatis
altitudinem ascendit. Sequitur. Salvabitur
innocens. salvabitur autem in munditia
manuum suarum. Que scilicet sententia N
si de celestis regni retributione
Ro 2 promittitur veritate fulcitur. Quia cum de
deo scriptum sit. Qui reddet uni-
cuique secundum opera sua. Illum in ex-
tremo examine eterni iudicis iusticia sal-
vat. quem hic eius pietas ab immun-
dis operibus liberavit. Si autem ad
hoc salvari quisque hic in mun-
ditia manuum suarum dicitur ut suis

Salus puet ex gratia dei provenire

bitatus innocens fiat procul dubio erat. Quia si superna gratia nocentem non preuenit, nunquam profecto inueniet quem remuneret innocentem. Unde veridica Moysi voce dicitur: Nullus apud te innocens est per se. Superna ergo gratia prius agit aliquid in nobis sine nobis, ut subsequente quoque libero arbitrio bonum quod iam appetimus agat nobiscum. Quod tamen impensam gratiam in extremo iudicio ita remunerat in nobis ac si solum processisset ex nobis. Quia enim diuina nos bonitas ut innocentes faciat preuenit, Paulus ait: Gratia autem dei sum id quod sum. Et quia eandem gratiam nostrum liberum arbitrium sequitur, adiungit: Et gratia eius in me vacua non fuit, sed habundantius his omnibus laboraui. Qui dum se de se nichil esse conspiceret, ait: Non ego. Ut vero se cum gratia operatum esse per liberum arbitrium demonstraret, adiunxit: Sed gratia dei mecum. Iudicia itaque iudicium suum innocens saluabitur, quia qui hic preuenitur dono ut innocens fiat, cum ad iudicium ducitur ex merito remuneratur. Quae cuncta Eliphaz sicut predictum est et si recta protulit, tamen perfecte ignorauit, quia doctorem meliorem audire non debuit. Quae tamen omnia per typum hereticorum persuasionibus congruunt, qui cum fideles quosque in presenti vita afflictos inueniunt, eos ex culpa perfidie percussos arbitrantur, eisque, si sua dogmata sequantur, salutem innocentie pro bonorum operum iudicio promittunt. Sed mens fidelium tanto eos altius despicit quanto illos innocentiam non habere quam pollicentur videt. Ubi bene per Salomonem dicitur: Frustra iacitur rethe ante oculos pennatorum. Pennati quippe sunt bonorum mentes, qui dum ad altiora per spem vitii euolant, apposita prauorum hominum retiacula declinant. Sequitur. Cap. xxiii.

Respondens autem Job dixit: Nunc quoque in amaritudine sermo meus, et manus plage mee aggrauata est super gemitum meum.

More suo beatus Job plangoribus verbis inchoat, sed dicta sua altis misteriis per sententiam consummat. Mederi quippe dolor afflicti ex amicorum consolatione debuerat, sed quia consolatio ad blandimenta fallacie erupit, afflicti dolor increuit. Quia enim Eliphaz spondendo quasi meliora nocuit, quasi ex noxio medicamine vulnus creuit. Unde recte quoque dicitur: Nunc quoque in amaritudine est sermo meus, et manus plage mee aggrauata est super gemitum meum. Quia videlicet inordinate consolationis intentio percussionem quam minuere debuit multiplicauit. In quibus nimirum verbis per typum sancte ecclesie etiam fidelium dolor exprimitur, qui eo amplius gemunt quo malos blandiri conspiciunt, quia iuxta Pauli vocem per blandos et dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Quae etiam verba ad considerandum subtiliter mente fidelium recte referuntur, qui esse sine amaritudine nesciunt et si in hoc mundo prosperari videantur. Omnibus enim et aduersitatibus crescit enim quem inuenit in gemitu dolore. Unde recte dicitur: Nunc quoque, ut apte monstretur quia electorum mens sine amaritudine et necessitate non fuit. Bene autem dicitur: Et manus plage mee aggrauata est super gemitum meum. Manus quippe est plage fortitudo percussionis. Primam namque percussionem suam electi considerant, quia a conditoris sui visione dimissi sunt, quia nequaquam illuminationis intime claritate perfruuntur, sed in presentis vite exilio quasi incertitudinis loco relegati gemunt. Semper ergo habet

Non tamen ego. Sed tu quia scis esse aliquid cum gratia inuenit adiunxit. Sed gratia dei mecum. Non enim dicit mecum si cum preueniente gratia liberum arbitrium subsequens non haberet. Dixit ergo sine gratia nichil esse audiret aut posse

in hac manu plage gemitum
suum. sed cum adhuc etiam ad
versa in hac vita accedunt
manus plage eorum etiam
super gemitum gravatur. Erat e-
nim plage gemitus. etiam cum pros-
pere vite adversa deessent. sed
amaritudo superne percussionis
etiam ex temptatione crescit
adversitatis. Dicit ergo. Etiam
plage mee aggravata est super
gemitum meum. Quia iustum
quemque in hac vita adversitatis
non letum perculit, sed eo dolo-
rem vulneris multiplicavit.
Fit tamen miro omnipotentis
moderamine. ut cum in hoc
mundo mens iusti adversitati-
bus plus laborat auctoris sui
contemplandam faciem amp-
C lius sitiat. Unde hic apte subditur.
Quis mihi tribuat ut cogno-
scam et inveniam illum et
veniam usque ad solium eius. E-
lectus quisque nisi deum cogno-
visset. utique non amaret. Sed
aliud est cognoscere per fidem. at-
que aliud per speciem. aliud invenire
per credulitatem. aliud per contempla-
tionem. Ex qua re agitur ut electi
omnes. eum quem fide cog-
noverunt. videre quoque per speciem
anhelent. Cuius amore flagran-
tes estuant. quia eius dulcedi-
nis suavitatem. iam in ipsa sue
fidei certitudine degustant. Quod
luc 8 bene ille in gerasenorum regione
sanatus a demonibus designat.
qui voluit abire cum ihesu
sed ei a magistro salutis dicitur. Redi
in domum tuam et narra quanta
tibi fecit deus. Amanti enim ad-
huc dilatio imponitur. ut ex dila-
tione amoris desiderio multi-
plicationis augeatur. Fit ergo nobis
omnipotens deus dulcis et mirabilis
et tamen in sua celsitudine manet
occultus. et ut quidem monstra-
do de se occulta nobis inspirator

Ad desiderium.
differtur ut
plus ampliatum
et ... augeatur.
Job 23

inspirando amore succendat et tamen ab-
scondendo maiestatis sue gloriam
amoris sui vim per estum desiderii
augeat. Nisi enim sanctus vir vide-
re hunc in sua maiestate quereret
non utique subinferret. Et veniam
usque ad solium eius. Quid namque
est solium dei nisi ille angelice po-
testates quas scriptura teste thronos vocari
scimus. Qui ergo usque ad solium
dei venire vult. quid aliud quam
inter esse angelicis spiritibus con-
cupiscit. ut nulla iam defectiva
temporum momenta sustineat. sed perma-
nente gloria in contemplatione eterni-
tatis exsurgat. Que tamen verba
etiam in hac vita positis iustis con-
veniunt. Nam cum contra votum
suum. atque desiderium quodlibet agi
conspiciunt. ad occulta dei iudicia
recurrunt. ut in eis videant quia
ordinate intus non disponitur
quod inordinatum foris currere videtur.
Cum enim presidentem angelicis spiri-
tibus creatorem omnium fidei oculis
contemplantur. ad eius nimirum solium
veniunt. Et quia considerant quo-
modo qui mire angelos regit iniuste
homines non disponit. profecto in-
veniunt causales rationes quam iuste
sint. dum ipse cause extrinsecus
videantur iniuste. Unde id stultum
faciunt semetipsos sepe in sua volun-
tate reprehendunt. quia iuste non
nunquam voti dispendunt. Dum melius
vel esse ea que disponit conditor
pensant. Unde bene adhuc subditur.
Ponam coram eo iudicium, et os
meum replebo increpationibus. Co-
ram eo iudicium ponere est. intra
secretum mentis per fidei contemplationem
ad tremendum examen maiestatis
illius oculos interne considerationis aperi-
re. et quid homo mereatur attendere et
occultis nunc terroribus iudicem quam
terribilis post appareat considerare. Ex
qua re agitur ut ad cognitionem sui
anima facilius revocetur. et quo
occultum iudicem sui magis terribilem

videt eo desius actibus formidolo-
sius angustatur animus trepidat ad
pas suas. lamentis insequitur peni-
tendo increpat. qualem fuisse se
meminit. Unde nunc quoque postquam dictum
est. Ponam coram eo iudicium.
recte subiungitur. Os meum replebo
increpationibus. Quia enim sibi in con-
spectu dei iudicium sibi opponit
os suum increpationibus replet. Ca-
dum subtile examen tremendi
contra se iudicis contemplatur
amara se penitus in vertone prosecit.
Sepe autem dum culpas nostras penitendo
negligimus. que earum reprehensio in
iudicio sequatur ignoramus. Dum vo-
cas penitendo prosequimur quid nobis
decis iudex in suo examine dice-
re possit invenimus. Unde et adhuc apte
subiungitur. Ut sciam verba que mihi
respondeat. et intelligam quid loquatur
michi. Timet enim culpas plangimus
cum pensare reperimus. Sed timet
subtilius pensamus. et sollicitius
plangimus. atque ex timento nostro
plenius nascitur. quid est quod peccan-
tibus divina districtio minatur. que
erunt illa reproborum imperia qui
tror. que implacabilis animadversio
maiestatis. Tanta enim timet deus
iniuncta reprobis dicit. quanta eos pa-
ti ex equitate premiserit. Que nimi-
rum verba animadversionis illius
iusti. dum modo sollicite metuunt
evadunt. Sed quis in illo examine
invenire iustus valeat. si secundum
fortitudinis sue maiestatem vitam
hominum discutiat deus. Apte ergo sub-
iungitur. Nolo multa fortitudine
contendat mecum. nec magnitudinis
sue mole me premat. Omnes enim
qualibet iusti si ab omnipotente
domino districte iudicantur. mole
sue magnitudinis premuntur. In his
nimirum verbis hoc quoque intelli-
gendum est. quod sanctus vir dum de
fortitudine dei dicit. quid aliud
quam in firmitate eius desiderit
et scriptum est. Quod infirmum est dei.
fortius est hominibus. Unde et protinus
adiungit. Ponat equitatem contra
me et perveniat ad victoriam iudicium

1 cor. 1

meum. Quis enim alius nisi me-
diator dei et hominum homo christus
equitatis nomine designatur
de quo scriptum est. Qui factus
est sapientia nobis a deo et iu-
sticia. Qui scilicet iusticia dum sibi
iniudium contra vias peccatorum
venit. antiquum hostem vicimus
a quo capti tenebamur. Dicat ergo
Nolo multa fortitudine contendat
mecum. nec magnitudinis sue mo-
le me premat. Equitatem ponat
contra me. et perveniat ad victo-
riam iudicium meum. i. ad ar-
guendas vias meas incarnatum
filium meum mittat. et tunc condicio-
tem adversarium per absolutionis mee
iudicium victor excludam. Si
enim in divinitatis fortitudine sic
unigenitus filius invisibilis per-
manet. ut nil de infirmitate nostra
susciperet et firmus homo ad eum
venire accessum gracie non potuisset.
Consideratum quippe pondus eius
magnitudinis opprimeret. potius
quam iuvaret. Sed fortis super omnia
accepit infirmus in te omnia. ut
dum nobis ex assumpta infirmitate
congruet ad permanente fortitudinem
suam nos elevaret. In altitudine
enim sue divinitatis a nobis utpote
parvulis apprehendi non potuit. sed
stravit se hominibus per humanitatem.
et nos quasi super iacentem astre-
dimus. surrexit elevati sumus.
Unde hoc quoque mox subditur. Per quod
divinitas invisibilis atque incom-
prehensibilis demonstratur. ita secutus
Si ad orientem iero non apparet
si ad occidentem non intelligo eum.
Si ad sinistram quid agam non
apprehendam eum. Si me vertam ad
dexteram non videbo illum. Crea-
tor quippe omnium in parte non est
quia ubique est. et tunc minus
invenitur. quando is qui totus
ubique est in parte queritur. Incir-
cumscriptus namque spiritus omnia intra
se metipsum est. que tamen implendo
circumdat. et circumdando implet et
sustinendo transcendit. et transcendendo

C. xii. A.

B

sustinet. Bene autem postquam dixit
est Si ad orientem iero non ap-
paret Si ad occidentem non intel-
ligam eum. si me vertam ad dex-
tram non videbo illum Illico ad-
iunxit Ipse vero scit viam meam
Ac si aperte dicat. Videre non va-
leo videntem me et eum qui me
subtiliter intuetur intueri
non possum. Ut videlicet ostendat
quia tanto terribilis formidandus
est. quanto conspicabilis non est.
Cum enim ita nos aspicit. ut
a nobis aspici nequeat. eo
magis timendus est. quo cuncta
videns minime videtur. Hostis enim
contra nos latere quempiam in
insidiis credimus eo illum am-
plius metuimus quo minime
videmus. Cumque eius insidias
nequaquam deprehendimus ubi sunt
ibi esse deprehendimus ubi non sunt.
Creator autem noster qui ubique to-
tus est. et cernens cuncta non cernitur
tanto magis metuendus est.
quanto invisibiliter preminens de
nostris actibus quicquid etiam de
cernat ignoratur. Que tamen
alia intelligi et aliter possunt.
Ad orientem quippe imus. cum
mentem in consideratione maiesta-
tis eius attollimus. Sed non appa-
ret. quia qualis in natura sua
est. cogitatione mortali videri
non prevalet. Si ad occidentem
non intelligam. Ad occidentem
imus cum sublevatum in deo
cordis oculum ~~mentis cordis~~ Sed ipsa
immensitate luminis reverberatum
ad nos metipsos reducimus. et
lapsum distinguimus. valde simus nos
esse quod quirebamus. Nostramque
mortalitatem considerantes indig-
nos nos ad hunc esse deprehendimus
qui immortalem inde valeamus
Si ad sinistram quid agam non
apprehendam eum. Ad sinistram ire
est. peccatorum delectationibus consentire.
Et minimus constat quia deum appre-
hendere non valet. qui adhuc in
delectatione peccati per sinistram iacet.
Si me vertam ad dexteram non
videbo illum. In dexteram procul dubio
vertitur qui de actibus elevatur. sed deum
videre non valet qui privata leticia de bo-
nis gaudet actibus. quia in eo cordis
oculum tumor elationis premit. Un-
de alias dicitur. Ne declines ad dex-
teram sive ad sinistram. Quibus autem
plerumque anima se distinguit. nec tamen
plene deprehendere homo semetipsum
valet. Unde apte subditur. Ipse vero
scit viam meam. Ac si aperte dicat
Ego me districte discutio. et ipse
scire non possum. et tamen ille quem
videre non valeo videt subtiliter cunc-
ta que ago Sequitur. Et probabit
me quasi aurum quod per ignem transit.
Aurum in fornace ad nitorem sine
claritatem proficit. dum sordes a-
mittit. Quasi aurum ergo quod per
ignem transit probatur anima iusto- xiii
rum quibus exustione tribulationis
et subtrahuntur vicia et augentur merita.
Nec elationis sunt. qui sanctus vir in tri-
bulatione positus auro se comparavit.
Quia qui dei voce iustus ante
flagella dictus est. non ideo temp-
tari permissus est. ut in eo vicia
purgaret. sed ut merita cresceret.
Aurum vero per ignem purgatur. Cum
ergo de se existimavit ipse quam
erat. dum tribulationi tradimus pur-
gari se credidit. qui purgandum
aliquid ipse non habebat. Credendum
vero est. quia quamvis de se humilia
senciat animus iustorum. et tamen
que agunt quam sunt recta conspiciant
sed de eorum rectitudine non presumunt
Unde adhuc subditur Vestigia eius
secutus est pes meus. Viam eius
custodivi. et non declinavi ex ea. a
mandatis labiorum eius non recessi
et in sinu abscondi verba oris eius.
Sed in his omnibus an se aliquid
esse existimet videamus Sequitur
Ipse enim solus est. Que subiectam
sua ondit quia in tot bonis que
egerit nil esse se credidit. Sed hec
ipsa summus verba repetentes ut pos-
simus perstringimus. Vestigia eius secu-
tus est pes meus. Quasi quedam
namque gressus dei sunt ipse quas
cernimus operationes eius quibus

bonis quisque malus regitur. quibus
iusti et iniusti suis ordinibus dispo
nuntur. quibus et subiectus quisque ad
meliora ducitur et ad usus ad deterio
ra conversus toleratur. De quibus in
mirum gressibus propheta dicebat Visi sunt
gressus tui deus. Nos itaque cum
virtute longanimitatis atque pietatis
eius intuemur. et intuentes imitari
contendimus. quid aliud quam gressuum
eius vestigia sequimur. quia ex aliqua
quedam eius operationis imitamur.
Hec enim patris vestigia imitari veri
tas admonebat cum diceret. Orate
pro persequentibus et calumpniantibus vos
Luc ut sitis filii patris vestri qui in celis
6 est. qui oriri solem suum facit super
bonos et malos. Potest etiam beatus
Job qui certa fide iam dixerat
Scio quod redemptor meus vivit
et in novissimo de terra surrecturus
sum. sic in futuro operationem incar
nationis sapientie intendere. Sic nos
eiusdem sapientie iam preterita opera
per fidem videmus quia mediator dei
et hominum benignus ad tribuendum
humilis ad sustinendum. patiens
ad exemplum prebendum fuit. Cuius
nimirum vitam dum beatus Job
superno repletus spiritu. sollicita in
tentione conspiceret. futuram man
suetudinis illius humilitate prevides
quasi ad propositum sibi exemplum
recurrit. ut quidquid in hac vita ageret
ad imitationis illius vestigia re
curreret. qui quia occulte dispositio
nis eius sublimia videre non po
terat. quasi iter tantum conspiciens
ad imitationem eius vestigia tenet.
De quibus eius vestigiis Petrus
1 Pet dicit Christus passus est pro nobis. vobis
2 relinquens exemplum ut sequamini vesti
gia eius. Decimo ad hunc subditur.
Viam eius custodivi et non decli
navi ex ea. Custodit etenim et non
declinat. qui hoc ubi intendit
E operatur. Custodire quippe per in
tentionem est. non declinare per opera
Hec namque est sollicitudo iustorum
ut actus suos cottidie iuxta
vias veritatis examinet. et eas

sibi in regulam proponentes. a rectitudi
nis tramite non declinet. Semper
semetipsos cottidie invenire contendunt
et quod in virtutum vertice provehuntur
tanta reprehensione diiudicant
quidquid de eis ex semetipsis rema
net. ipsi semetipsos et totos se
illo festinant trahere. Ubi se inve
nimirum ex parte pervenisse [illegible] sequitur XIIII ff
A mandatis labiorum eius non re
cessi. Sicut bene obsequentes fa
muli dominorum suorum vultibus intenti
sunt. ut ea que preceperint festine
audiant. et implere contendant
Sic iustorum mentes per intentionem
suam omnipotenti deo assistunt
atque in scriptura eius quasi os eius
intuentur. ut quia per eam deus
loquitur omne quod vult. tanto
a voluntate eius non distrepet
quanto eandem voluntatem eius
in eloquio illius agnoscunt. Unde
fit ut in eius verba non per eorum
aures supervacue transeant. sed
hec in suis cordibus figant. Unde
et subditur. Et in sinu meo ab
scondi verba oris eius. In sinum G
enim verba oris eius abscondimus
quando omnia mandata eius
non transitorie. sed implenda opere
audimus. Hinc est enim quod de Luc 2
ipsa matre virgine scriptum est. Ma
ria autem conservabat omnia verba
hec conferens in corde suo. Que
nimirum verba. et cum ad operationem
prodeunt. in sinu cordis abscondita
latent. si per hoc quod foris agitur
intus agentis animus non elevatur.
Nam cum conceptus sermo ad opus
ducitur. si per hoc humana laus
queritur. sermo dei in sinu mentis
procul dubio non occultatur. Sed nosse
velim beate vir. Cur tanta te in
tentione examines. cur tanta
sollicitudine astringas. Sequitur
Ipse enim solus est. et nemo aver H
tere potest cogitationes eius. Nunquid
nam non sunt angeli et homines
celum et terra. aer et maria. cunc
ta volatilia. nec quadrupedia Gap 1
atque reptilia. Et certe scriptum est

Aug[ustinus] sup[er] Gen[esim] ad litteram li. 8
Creatura ... aliud ... principaliter esse
Causa est subsistendi omnibus creaturis
... quod creata sit aliquid ...
... omnis que non creata est

Creavit ut essent omnia. Cum ergo
incircumscripta natura tam multa sint,
cur beati viri voce nunc dicitur: Ipse
enim solus est? Sed aliud est esse,
aliud principaliter esse. Sunt enim
hec omnia, sed principaliter non sunt,
quia in semetipsis minime subsis-
tunt, et nisi gubernantis manu
teneantur, esse nequaquam possunt. Cunc-
ta namque in illo subsistunt a quo
creata sunt, nec ea que vivunt
sibimetipsis vitam tribuunt, nec
ea que moventur et non vivunt su-
is nutibus ad motum ducuntur.
Sed ille cuncta movet qui quedam
vivificavit. Quedam vero non vi-
vificata in extrema essentiam
mire formans ordinavit. Cuncta
quippe ex nichilo facta sunt, eorum-
que essentia rursum ad nichi-
lum tenderet, nisi eam auctor
omnium regiminis manu retineret. Omnia
itaque creata sunt per se nec sub-
sistere prevalent nec moveri, sed
in tantum subsistunt in quantum ut
esse debeant acceperunt, in tantum
moventur in quantum occulto in-
stinctu disponuntur. Ecce enim
peccator flagellandus est de rebus
humanis: arescat in eius laboribus
terra, conturbetur in eius naufragiis
mare, ignescat in eius sudoribus
aer, obtenebrescat contra eum in
inundationibus celum, inardescant
in eius afflictionibus homines, mo-
veantur in eius adversitate et angelice
virtutes. Numquid hec inanimata
vel que viventia divinis suis in-
structionibus et non magis divinis
impulsionibus agitantur? Quid ergo est
itaque quod exterius sevit? Per hoc ille
metuendus est qui hoc interius
disponit. In omni igitur causa so-
lus est ipse metuendus qui prin-
cipaliter est. Qui etiam ad Moysen
dicit: Ego sum qui sum. Sic dices
filiis Israel: Qui est misit me
ad vos. Cum itaque flagellamur per ea
que videmus, illum debemus solli-
cite metuere quem non videmus.

Aliud immutabiliter esse, aliud ad ... mutabiliter esse

Solus deus vere est. Idem Jo. 18 c. 30 ...

essentia

que

Exo 3

Hic itaque scire despiciat quidquid ex-
terius, quidquid interius terret, quid-
quid per essentiam suam nisi regeretur
ad nichilum tenderet. Et mentis oculos
sub propriis omnibus intueatur unum, in
cuius eterne contemplatione esse nostrum
non est esse; et dicat: Ipse enim solus
est. De cuius immutabilitate mox
apte subditur: Et nemo potest avertere
cogitationes eius. Sicut enim deus
inmutabilis nature est, ita et in-
mutabilis est voluntatis. Cogitationes
quippe eius nullus avertit, quia
nemo resistere occultis eius iudiciis
prevalet. Nam et si fuerunt quidam
qui deprecationibus suis cogitationem
eius avertisse videntur, ita fuit interna
cogitatio eius ut suam quidem illi
deprecando avertere potuissent, et ab
ipso acceperunt quod agerent apud ipsum.
Dicat ergo: Et nemo potest avertere
cogitationem eius. Quia fixa semel
iudicia nequaquam possunt (mutari). Unde scrip-
tum est: Preceptum posuit et non preteribit.
Celum et terra transibunt, verba autem
mea non transibunt. Et rursum: Non enim
cogitationes mee sunt cogitationes
vestre, neque vie mee vie vestre. Cum
ergo mutari exterius videtur sententia,
interius consilium non mutatur. Quia
de unaquaque re inmutabiliter intus
constituitur quidquid foris mutabiliter
agitur. Sequitur: Et anima eius quod-
cumque voluit hoc fecit. Cum sit cunctis
corporibus exterior deus, cunctis
mentibus interior, ea ipsa vis eius
qua omnia penetrat, cuncta dis-
ponit, anima illius appellatur. Cuius
videlicet voluntati nec illa obsis-
tunt que contra voluntatem illius
fieri videntur, quia ad hoc non nisi
permittit fieri etiam quod non precipit,
ut per hoc illud etiam impleatur
quod iubet. Apostate quippe angeli
perversa voluntas est, sed tamen adeo
mirabiliter ordinatur, ut ipse quoque
eius insidie utilitati bonorum serviant,
quos purgant dum temptant. Sic ita-
que eius anima quodcumque voluit
hoc fecit, ut inde quoque voluntatem

xv. k.

mutari

Luc 21

P

suam impleat. Sed uoluntati eius repugnare uideatur. Terreatur igitur uir iustus, et tante maiestatis pondus considerans infirmum se esse deprehendat. Sed inter hec uerba perpenso contari libet ac dicere. O beate iob inter tot flagella positus, cur adhuc peiora formidas? Iam tribu-

M. lationibus cingeris, iam in innumeris afflictionibus angustaris. Mala timere debet quod nec dum susceptum est, cum in tanto positus dolore quid metuis? Sed ecce uir iustus nostris inquisitionibus satisfaciens adiungit:

· Cum expleuit in me uoluntatem suam, et alia multa similia presto sunt ei. Ac si aperte dicat: Iam quidem que patior, sed adhuc formido que pati possum. Explet enim in me uoluntate sua, quia multis me percussionibus affligit. Sed multa similia presto sunt ei, quia si ferire cogitat, ad hoc inuenit ubi plagam crescat. Hinc itaque pensandum est quam pauidus ante flagella fuit, qui etiam percussus ne feriatur adhuc metuit. Incomprehensibile quippe est uim maiestatis considerans, et perculsus et exanimis esse uir iustus uoluit nec de flagello securus. Unde adhuc metuens subiungit: Et idcirco a facie eius turbatus sum, et considerans cum timore sollicitor.

N. Bene a facie domini turbatur, qui terrore maiestatis illius cordis sui obtutibus proponit, et eius rectitudinis pauore concutitur, dum se reddendis rationibus conspicit ydoneum non esse si districte iudicetur. Recte ergo dicitur: Et considerans cum timore sollicitor. Quia diuine animaduersionis uim cum minime quisque considerat, minime formidat. Et tanto magis in hac uita quasi securus est, quanto iam considerationis interne districtionis alienus. Semper enim iusti uiri ad cordis secretum redeunt, uim occulte districtionis interne maiestatis in tuo iudicio assistunt, ut eo magis quique securi sint quo hic quandiu uiuent securi esse no-

luerunt. Nam malorum mentes cum renuunt considerare quod timeant, ad hoc quandoque gaudentes perueniunt quod timentes nullomodo euadunt. Sed ecce deuoto Job nouimus quam crebris deo sacrificiis deditus, quam hospitalibus, quam in digentiis pauperum impensis, quam suis etiam subditis humilis, quam sibi aduersantibus humilis et benignus fuit, et tamen tot flagella suscepit, nec iam inter flagella securus existit, sed adhuc metuit. Adhuc diuine districtionis uim considerans contremiscit. Quid nos itaque miseri, quid adhuc peccatores dicimus, qui sic timet qui sic egit? Sed tanti timoris pondus an a semet ipso habeat in potestate

O. Sequitur: Deus molliuit cor meum et omnipotens conturbauit me. Ex diuino munere cor iusti molle dicitur, quia superni iudicii timore penetratur. Molle est etenim quod penetrari potest. Durum quod penetrari non potest. Unde per Salomonem dicitur: Beatus homo qui semper est pauidus. Qui uero est mentis dure corruit in malum. Uirtutem ergo sue fortitudinis non sibi sed auctori tribuit qui ait: Deus molliuit cor meum. et omnipotens conturbauit me. Non autem secura sed conturbata sunt corda bonorum, qui diuini examinis pondus considerant, quietem hic habere non appetunt, securitatem suam districtionis interne consideratione perturbant. Quam tamen inter ipsa timoris supplicia sepe animum reuocant ad dona, et ut semetipsos consolatione refoueant, inter hoc quod metuunt reducunt oculum ad dona que acceperunt, ut spes subleuet quem timor premit. Unde et sequitur: Non enim perii propter imminentes tenebras, nec faciem meam operuit caligo. Ille namque in flagello positus a salute corporis propter imminentes tenebras perit, qui

P. ideo percussus percutitur ut a futuris suppliciis abscondatur. Flagella quippe bonorum aut uitia perpetrata purgant, aut ea que

Q. xx xxi

Hugo de sancto victore li. de ... aduersitate
Ecce deus hos punit et flagellat quos ad salutem parat.

poterunt preterita futura vitant. Beatus autem iob quia in flagello positus nec aptis precedentibus purgabatur. nec ab imminentibus tegebatur. sed eius tamen in flagello virtus augebatur. fiducialiter dicit. Non enim perii propter imminentes tenebras nec faciem meam operuit caligo. Quem enim semper divine formidinis pondus aspexit. eius cordis faciem caligo peccati non operuit. et is quem supplicia multa seqbantur salutem corporis propter imminentes tenebras non amisit. Et nondum quod in se priora denuncians neque qua ait. faciem meam non tegit sed non operuit caligo. Sepe enim etiam corda iustorum suborte cogitationes polluunt. transitoriarum rerum delectationibus tangunt. sed dum citius manu districtionis abigitur. festine agitur ne cordis faciem caligo operiat. que hanc iam ex illicita delectatione tangebat. Nam sepe in ipso operatione sacrificio importune se cogitationes ingerunt. que hoc rapere vel maculare valeant. quod in nobis deo flentes immolamus. Unde abraham cum ad occasum solis sacrificium offeret insistentes aves pertulit. quas studiose ne oblatum sacrificium raperent abegit. Sic nos deo volucribus custodimus. ne malingni spiritus et perverse cogitationes rapiant. quod mens nostra offerre se deo utiliter sperat. Sequitur.

Ab omnipotente Cap. xxiiii. non sunt abscondita tempora. qui autem noverunt eum ignorant dies illius. Quid dies dei nisi ipsa eternitas eius appellatur. que non numquam unius diei pronunciatione exprimitur. sicut scriptum est. Melior est dies una in atriis tuis super milia. Non numquam vero pro sua longitudine dierum multorum appellatione signatur. De quibus scriptum est. In seculum anni tui. Nos itaque intra tempora volvimur. pro hoc quod creatura sumus. Deus autem quia creator est omnium eternitate sua

tempora nostra comprehendit. Ait ergo. Ab omnipotente non sunt abscondita tempora. qui autem noverunt eum ignorant dies eius. Neque enim aliud ipse. aliud dies eius sunt. Deus namque hoc est quod habet. eternitatem quippe habet. et ipse est eternus. Lucem habet sed lux sua ipse est. Claritatem habet sed ipse est claritas sua. Non ergo in eo aliud est. et aliud habere. Quid est itaque dicere. Qui noverunt eum ignorant dies illius. Nisi quia et qui cognoscunt eum adhuc nesciunt. Nam etsi quis eum fide tenet. adhuc per speciem ignorat et cum ipse sibi sit eternitas quem vere credimus. qualis tamen ipsa sit eius eternitas ignoramus. In hoc namque quod divine nature potentiam audimus. ea non numquam cogitare consuevimus. que per experientiam scimus. Omne enim quod cepit et desiit initio et fine concluditur. Que si mora aliquantula differtur ut finiatur longum dicitur. In qua videlicet longanimitate cum quis mentis oculos reducit. retro per memoriam tendit. ante per exspectationem quasi spatium temporis dilatat in mente. Cumque audit eternitatem dei humano more intendenti animo longa vite spatia proponit. in quibus meciatur semper. et quod abiit retro. quod retineatur in memoria et quod ante restat quod exspectetur ex intentione. Sed quotiens in eternitate ista cogitamus eternitatem. nec dum cognovimus. Ibi quippe est quod nec initio incipitur nec fine terminatur. ubi neque exspectatur quod veniet neque preterit quod debeat recordari. sed est unum quod semper esse est. Quod et si nos et angeli eum in initio videmus. ubi sit semper sine fine est. ut numquam se animus tendat ad sequentia. Ac si multiplicetur que sunt et longa fiant. Nam etsi prophetie spiritu dictum est. Domine qui regnas in eternum et in seculum seculi et adhuc. more sacri eloquii humano modo pro hominibus locutus est. ut ibi ad huc diceret. Ubi exspectatio

Marginalia (upper margin of second column): est ipse quidem nostra comprehensibilis nec vero ea que illius sunt comprehendere valemus. Sed cum unus dei simplex sit in aliud valde ... dicat qui noverunt eum ignorant dies illius

Marginalia (left margin): Liber

Q

Ge 17

cum in altari cordis holocaustum deo offerimus ab[igimus] ... hoc

xxiiii cap.

xviii. B

xvi

non in esset. Ad hunc enim eternitas non
habet. que semper esse habet. in qua nulla
pars sue longitudinis preterit. ut per
alia succedat. sed totum simul est esse
et nichil deesse quod cucurrit. Inquit omne
quod est animus videt. et tardum
non esse vel longum esse. Sed hoc
de eternitate loquentes. conamur magis
aliquid videre quam videmus. Dicat
ergo sancte. Qui autem noverunt eum
ignorant dies eius. quia et si iam
deum per fidem novimus. qualis tamen
sit eius eternitas sine preterito cum secula
sine futuro post secula. sine mora
longa. sine prestolacione perpetua non
videmus. Beatus itaque iob sancte ecclesie
typum tenens. quia sub magno se
sancte freno moderatur. ne plus sapiat
quam oportet sapere. Et dies dei non
posse comprehendi testificatus ad hereticorum
mox superbiam respectum
mentis reducit. qui alta sapere appetunt.
et quod capere non possunt. pro
fecto se scire gloriantur. Nam sequitur
Alii terminos transtulerunt diripuerunt
greges et paverunt eos. Quos aliorum
nomine nisi hereticos designat. qui
a sancte ecclesie gremio extraneo ex
istunt. Ipsi etenim terminos transferunt
quia constituciones patrum prevaricando
transcendunt. De quibus nimirum consti
tucionibus scriptum est. Ne transgredia
ris terminos antiquos quos posuerunt
patres tui. Qui greges diripiunt et
pascunt. quia imperitos quosque perversis
ad se persuasionibus trahunt et doctri
nis pestiferis ad interficiendum nutri
unt. Nam quod gregum nomine in pluribus
populus designatur. sponsi verba testantur
qui sponsam suam alloquitur dicens
Nisi cognoveris te o pulcherrima inter mu
lieres egredere et abi post vestigia
gregum. Id est nisi honorem tuum
quo ad similitudinem dei condita es
bene vivendo cognoveris a conspectu
mee contemplacionis egredere et imperitorum
populorum vitam imitare. Sed. Asinum
pupillorum abegerunt et abstulerunt pro
pignore bovem vidue. Quos hoc

Loco pupillos accipimus nisi electos
dei in mentis teneritudine positos
qui magna fidei gracia innituntur
et patris sui iam prese mortui faciem
nec dum vident. Et sunt plerique
in ecclesia qui quosdam conspiciunt
celestia appetere terrena omnia desper
tum habere. Et quamvis ipsi in hiis meditandis
laboribus insudent. eos tamen
quos ad celestia anhelare conspi
ciunt de rebus quas in hoc mundo
possident humane vite adiutorium
ferunt. et quamvis in ipsa agere spiri
tualia nequeunt. ad summa tamen ten
dentibus subsidia libenter administrant.
Asinus enim onera hominum
portare solet. Quasi ergo quidam
asinus electorum est qui terrenis rebus
deserviens portat onera usibus
hominum. Et sepe cum hereticus quemlibet
talem a sancte ecclesie gremio avertunt
quasi pupillorum asinum abigunt
quia cum hunc ad perfidiam suam
pertrahunt. ministerio bonorum re
pellunt. Que autem vidua nisi sancta
ecclesia debet intelligi. que occisi viri
sui interna visione privata est.
Bos huius vidue est unusquisque
predicator. Et sepe contingit ut
heretici perversis suis dogmatibus ip
sos eciam qui predicatores videbantur
trahunt. Bovem ergo vidue auf
ferunt. cum de sancta ecclesia eciam
predicantem tollunt. Ubi recte et ad
iectum. Pignore bovem. Pignus
namque quod tollitur. aliud quidem
est quod tenetur. sed tamen adhuc ad
quiritur. Et plerumque heretici ideo eos
conantur auferre qui predicant. ut eorum
eciam sequaces trahant. Pignore
ergo bos vidue tollitur. cum ideo ipse
qui predicabat rapitur ut alii sequantur.
Ex cuius ruina plerumque agitur. ut
hii quoque de gremio sancte ecclesie
exeant. qui in eius moribus bonis
perditi mites atque humiles esse videbantur.
Unde et subditur. Subverterunt
pauperum viam et oppresserunt pariter
mansuetos terre. Pauperitatis namque
nomine sepe humilitas designari

solet. Et non nunquam hii qui mansueti atque humiles videbantur, si penuriare discretionem nesciunt exemplis aliorum cadunt. Sunt vero non nulli heretici qui populos ad ministeri fugiunt, sed secessum vite secretioris petunt. Qui plerumque eos quos invenerunt eo amplius peste sue perversionis inficiunt quo quasi ex meritis vite reverentiores videntur. De quibus apte subditur: Alii quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum.

F. Onager enim agrestis est asinus, et recte in hoc loco onagris comparantur heretici. quia in suis voluptatibus dimissi, a vinculis fidei et rationis alieni sunt. Unde scriptum est: Onager

Ier 2 — assuetus in solitudine in desiderio anime sue attraxit ventum amoris sui. Onager quippe in solitudine assuetus est, qui dum terram cordis sui, discipline virtute non excolit, ibi habitat ubi non est fructus. Qui in desiderio anime sue ventum amoris sui attrahit. Quia ea que ex desiderio suo in mente concepit in flatu prave laudis non edificare. Quos contra

1 Cor 2 — dicitur: Sciencia inflat caritas vero edificat. Unde hic quoque congrue infertur. Egrediuntur ad opus suum. Non enim dei sed sui operis peragunt. dum non recta dogmata sed propria desideria sectantur. Scriptum namque est. Ambulans in via immaculata hic michi ministrabat. Qui ergo non in via immaculata ambulat, sibi magis quam deo ministrat. Sequitur. Vigilantes ad

A. predam preparant panem liberis. Ad predam vigilant. quia verba iustorum ad sensum proprium rapere conantur. ut per hos perversis filiis panem erroris preparent. De quo videlicet pane. apud salomonem ubi mulieris procacitatis heretice typum gerentis dicitur: Aque furtive

Pv 9 — dulciores sunt. et panis absconditus suavior. Sequitur. Agrum non suum demetunt. et vineam eius

quem vi oppresserunt vindemiant. Potest agri nomine scripture sacre latitudo signari quam heretici non suam demetunt. quia ex ea sanctis longe a suis sensibus divisis tollunt. Que vinee quoque appellatione exprimitur. quia per virtutis sanctis botris fructum profert. Cuius vinee dominum id est scripture sacre conditorem quasi vi opprimunt. quia eius sensum in verba sacri eloquii violenter inflectere conantur. qui dicit: Servire me fecisti in

ys 43 — peccatis tuis prebuisti michi laborem in iniquitatibus tuis. Et eandem eius vindemiam vindemiant. quia excerpendo? botros per sue intelligentie intentione coacervant. Potest etiam agri vel vinee nomine vinculis? etiam signari. quam perversi predicatores demetunt. et auctore illius in membris suis opprimendo vindemiant. quia creatoris iura germina persequentes. dum quosdam de illa qui recti videantur rapiunt, quid aliud quam spicas vel botros animarum tollunt. De quibus ad huc subditur: Nudos dimittunt homines indumenta tollentes quibus non est operimentum in frigore. Sicut vestimentum corpus. sic bona opera protegunt animam. Unde quidam dicitur.

Apo 16 — Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua ne nudus ambulet. Heretici itaque dum in quorumdam mentibus bona opera destruunt. nimirum velamina indumentorum tollunt. Bene autem dicitur: Quibus non est operimentum in frigore. Operimentum quippe ad iusticiam pertinet, frigus ad culpam. Et sunt non nulli qui in quibusdam rebus peccata faciunt, et in quibusdam vero recta opera sectantur. Qui ergo ex aliis actibus delinquunt. atque ex aliis iusticiam peragunt. quid iste nisi in frigore vestitur, alget et tegitur. quia ex alio opere vestit ad iusticiam. qui ex alio frigescit ad culpam. Sed cum heretici bona opera talibus subtrahunt agunt ne in frigore habeant quo vestiantur. Recte ergo dicitur. Nudos dimittunt homines indumenta tollentes quibus

Margin: XIX. — B. — C.

non est operimentum in frigore. ut vide-
licet solum in culpe frigus intimat
quos calor altius operis excepte aliquo
tegebat. Potest vero per frigus deside-
riorum per vestimentum operacio designari.
Et sunt plerique qui adhuc perversis
desideriis estuant. sed contra se spiri-
taliter decertantes. viciis sibi operibus re-
pugnant. et bonis actibus teguntur
hoc quod sinistrum sibi resultare per tep-
tacionem senciunt. Hii itaque vel mala
desiderant inde algent. Vel autem
bona operantur inde vestiti sunt. Cum
vero heretici perversis allegacionibus
recte fidei eis opera subtrahunt. quid
agunt. nisi ut hii qui desideriorum
carnalium frigora senciunt. sine ve-
stimento bonorum actuum moriantur. Sequitur.
d Quos imbres montium rigant et
non habentes velamen amplexantur
lapides. Imbres montium sunt verba
doctorum. De quibus montibus voce
ecclesie sancte dicitur. Levavi oculos me-
os in montes. Hos itaque imbres
montium rigant. quia sanctorum patrum
fluenta saciant. Velamen autem
ut iam prediximus. boni operis teg-
men accipimus. quo quisque tegitur.
ut ante oculos omnipotentis punita-
tis eius feditas operiatur. Unde scriptum
est. Beati quorum remisse sunt iniqui-
tates. et quorum tecta sunt peccata. Quos
autem lapidum nomine nisi fortes
in tua sancta ecclesia viros accipimus.
Quibus pastorum primus sanctus dicitur.
Et nos tamquam lapides vivi super
edificamini. Hii itaque qui de nullo opere
suo confidunt. ad protectionem sanctorum
virorum currunt. atque ad sanctorum om-
nia opera fletibus insistunt. pueri. se
veniam eis intercedentibus deprecantur.
Quid ergo isti in hac humilitate fa-
ciunt. nisi quia bone actionis vela-
men non habentes lapides amplexantur.
e Sequitur. Vim fecerunt depredantes pu-
pillos. et vulgum pauperem spoliaverunt.
Cum prosperitatem vite presentis heretici
non habent infirmis mentibus verbis
blandicionibus perversa suadent. Si-
qua vero illis prosperitas temporis arriserit

etiam violenter trahere quos prevalent
non desistunt. Pupillorum itaque nomine
designantur hii qui adhuc teneri in
tua sancta ecclesia sunt constituti. quorum
vitam auctores per monendo prevenit
quia ad bonam intencionem iam
deducti sunt. sed adhuc in bonis
actibus nulla virtute roborantur.
Heretici igitur depredantes pupillos
vim faciunt quia contra infirmas
fidelium mentes verborum eciam
violencia grassantur. Vulgus autem
pauper est. pupillus indoctus.
qui si veris sapiencie divicias
haberet vestimentum sue fidei nequaquam
admitteret. Quasi quidam supe-
in tua sancta etiam senatores sunt
veri doctores. qui divinam scientiam in
corde multiplicant. veris apud se
diviciis habundant. Sed heretici vul-
gum pauperem spoliant. quia dum
doctos non prevalent. indoctos
quosque velamine fidei predicacione
pestifera denudant. Sequitur.
Nudis et incedentibus absque
vestitu. et esurientibus tulerunt
spicas. Qui aut nudis. hoc re-
plicat absque vestitu. Sed aliud
est nudum esse. aliud nudum
incedere. Omnis enim qui nec
bona nec mala operatur. nudus
est et ociosus. Qui in autem mala
agit. nudus incedit. quia sine
velamine boni operis per ... pravitatis iter
peragit. Sunt vero non nulli qui ma-
lum sue nequicie cognoscentes
pane iusticie saciari festinant.
propere sacri eloquium dicta deside-
rant. Qui quociens prius summas
pro edificandis mentibus in cogitacionem
vertunt. quasi de bona segete
spicas portant. Heretici ergo nudis
et incedentibus absque vestitu. et
esurientibus spicas tollunt. quia
sine quidam ociosi sunt. et in nullis
se actibus bonis exercent. seu pravis
impudencie absque velamine boni
operis pergunt. Etiam si qui iam ad
bonum redire cupiunt. et pabulum
verbi concupiscunt. eis esurientibus

c. xx. ff

spicas tollunt. Quia in eorum mente pretiosis persuasionibus parvum sinaus destruunt. Recte ergo merito spicas signare panis sinaus dicimus, quia dum saepe perfigurata eloquia proferuntur, ab eis tegmen litterae quasi aristarum paleas subtrahimus, ut medulla spiritus reficiamur. Sequitur: Inter acervos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt.

h. Omnes qui statum ecclesiae persequuntur, quid aliud quam torcular calcant, quod divina agi dispensatione permittitur, ut animarum botri in spiritale vinum defluant, quae carne corruptibili exutae ad regna caelestia velut ad apothecam currunt. Nam dum iniusti iustos deprimunt, quasi botros sub pedibus mittunt. Compressi autem botri ad superna convivii societate exuberant, qui prius quasi in huius aeris libertate pendebant. Unde David propheta sanctae ecclesiae afflictionem conspiciens psalmum pro torcularibus inscribit. Sed omnes qui vitam fidelium persequuntur calcant et sitiunt, quia gerendo crudelia ferociores fiunt, et impietatis suae initiis excitati eo ambiunt amplius facere, quo iam plura fecerunt. Haeretici autem cum persequendi potestatem persecutoris non habent, huius saeculi potentes commonent, eorumque mentes ad persequendum pertrahunt, et quibus valent persuasionibus accendunt. Quos cum crudelia contra catholicam ecclesiam conspiciunt, quasi in ipso solis fervore requiescunt. [marg.: age]

Bene ergo nunc dicitur: Inter acervos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt. Quia eorum multitudine adiunguntur, quos iam vident gravia agere, et adhuc graviora sitire. Quorum fervor dum eorum desideria satiat, in eorum actibus quasi in meridie quiescunt.

I. Sequitur: De civitatibus fecerunt viros gemere. Quia civitates a communibus populis appellantur, non incongruo civitatum nomine vere sunt fidei ecclesiae designatae, quae in singulis mundi partibus positae unam catholicam faciunt. Vel quia fideles omnes recta de Deo sentientes concorditer vivunt. Hanc namque in eius dux continentiam famulorum, id est, per locorum distinctionem concordiam designat, cum sapientis de quibusque plebibus primum quinquagenos per turmas vel centenos distribuere praecepit, ut videlicet turba fidelium statum suam et locis disiuncta et moribus coniuncta panderet. [marg.: ex 6] [marg. red: xxi. k.]

Iubilei quippe requies quinquagenarii numeri mysterio continetur, et quinquagenarius bis ductus ut ad centenarium perducatur. Quia ergo anima quiescit in opere, ut post anima plenius quiescat in cogitatione. Alii quinquagenos, alii centenos distribuunt. Quia sunt nonnulli qui iam aptius etiam cogitationibus huius regimen mentis [marg.: lev 27] [marg.: primus; nonnulli qui a primis actibus] ...

Haeretici igitur quia perversis saepe huius mundi potentibus adhaerentes bonorum socialem vitam atque concordiam persequuntur, recte nunc dicitur: De civitatibus fecerunt viros gemere. Quos recte beatus Iob memorat viros, quia illos magis haeretici extinguere ambiunt, qui perfectis gressibus per viam Dei non stupore et enervati, sed viriliter currunt. Qui cum volunt perfidiae ingeri in parvulorum fidelium mente conspiciunt, semper ad clamorem et gemitum redeunt. Unde nunc recte dicitur:

l. Et anima vulneratorum clamabit, et Deus inultum abire non permittit. Vulneratur quippe anima iustorum, cum turbatur fides infirmorum. Quibus iam hoc ipsum clamare est, de alieno lapsu contabescere. Sed Deus inultum abire non patitur, quia etsi iusto ordine iniustum aliquid fieri non permittit, quia et de reprobis bonorum iniustitia quaedam quas inesse consideravit culpas electorum punit, et tamen etiam iniustitia ferire non negligit in iustitia ferientem.

m. Sequitur: Ipsi fuerunt rebelles luminis. Plerumque perversi et cognoscunt recta quae sequi debeant, et tamen sequi despiciunt quae cognoscunt. Luminis ergo rebelles

+ || multum hic abire non sinit in iustum quod iniuste fieri permisit

sunt. qui sua desideria secundo bonum
despiciunt quod noverunt. Qui vero
non per ignoranciam. sed per superbiam de-
linquunt elacionis sue scutum iaculis
veritatis obiciunt. ne salubriter in corde
feriantur. ex qua videlicet eorum
superbia agitur. ut quia nolunt facere
que cognoscunt. nec cognoscant
iam bona que faciant. sed sua eos
cecitas a veritatis lumine funditus
excludat. Unde et subditur. Nescierunt
vias eius. nec reversi sunt per semitas
xvij: illius. Qui enim prius sciendo re-
belles sunt. postmodum cecantur
ut nesciant. Sicut de quibusdam
dicitur. Quia cum cognovisset deum
non sicut deum glorificaverunt aut
gracias egerunt. De quibus paulo post
Ro. 1 additur. Tradidit illos deus in repro-
bum sensum ut faciant que non con-
veniunt. Quia enim glorificare nolue-
runt quem cognoverunt reprobo sensui
traditi sunt. ad hoc relicti ut nesci-
rent iam pensare mala que faciebant.
Ubi autem dicitur. Nescierunt vias eius
nec reversi sunt per semitam illius. An-
gustior quippe est semita quam via.
Qui ante bona manifestiora agere
contempnunt ~~ne~~ nequaquam ad subtilio-
ra intelligenda perveniunt. Expectat
autem omnipotens deus ut per eius semitas
pergerent. sed utinam perversi vel reverti
voluissent. ut vite itinera que nolue-
runt per innocenciam. saltem per penitenciam
tenerent. Qua in re quanta sunt vis-
cera misericordie omnipotentis dei ostenditur.
qui eos quos esse discedentes aspi-
cit. ut revertantur querit. Unde post
enumeratas culpas delinquentem syna-
gogam per prophetam revocat
Jer. 3 dicens. Ergo saltem amodo voca
me pater meus. dux virginitatis mee
tu es. Sequitur. Mane primo consur-
git homicida interficit egenum et
pauperem. per noctem vero erit quasi
fur. Cum homicida in nece proximorum
per noctium maxime silencium soleat
grassari. cur hoc loco mane primo
consurgere ad interficiendum egenum
et pauperem dicitur. in nocte vero quasi

fur esse perhibetur. Sed ipsis verbis litte-
ram sibi non congruentibus. ad intelli-
gencie spiritus secreta revocamur.
In scriptura sacra mane aliquando xxvi
adventus dominice incarnacionis. p
aliquando adventus terribilis districti
iudicii. Aliquando vero presentis vite
prosperitas poni consuevit. Mane e-
nim dominice incarnacionis exstitit
sicut propheta ait. Venit mane et Ys 21
nox. quia et nove lucis primor-
dia in redemptoris presencia fulse-
runt. et tamen a persecutorum cordibus
perfidie sue tenebre non sunt deterse.
Rursus per mane adventus iudicii
signatur ut psalmista dicitur. In ma-
tutino interficiebam omnes peccatores terre.
Et sicut electorum quoque personam ex-
primens ait. Mane astabo tibi et videbo.
Rursum per mane presentis vite prosperitas
designatur. Sicut per Salomonem dicitur. Eccl. x
Ve terre cuius rex puer est. et
cuius principes mane comedunt.
Quia enim mane primum diei tempus
est. vespere extremum. nequaquam
reficiendi sumus de huius vite
prosperitate que provenit. sed de illa que
in fine diei. id est in mundi termino
sequitur. Mane ergo comedunt
qui de huius mundi prosperitatibus
extolluntur. et dum presencia vehe-
menter curant. futura non cogi-
tant. Omnis qui odit fratrem suum 1 Io 3
homicida est. Mane itaque primo
surgit homicida. quia in presentis vite
gloria prius quisque erigitur. et
illorum vitam deprimit. qui dum sequen-
tem gloriam sciunt. quasi in vespere
saciari exquirunt. Pravus etenim
quisque in hoc mundo dignitatem
transitorie potestatis arripiens. tanto
se acrius ad peragenda mala dila-
tat. quanto per caritatis viscera nullum
amat. Totis enim cogitacionibus con-
tra bonos sevit. in nocentium vitam
intendit. Qui si disponente deo
subito gloriam accepte potestatis ami-
serit. locum mutat. sed mentem non
mutat. quia ad hoc per tenus dila-
bitur quod subinfertur. Per noctem
vero erit quasi fur. In nocte quippe

tribulationis atque deiectionis sue.
Et si exercere crudelitatis manum non
valet. eis tamen quos perversitatis con
spicit consilia pravitatis prebet. Hunc
illumque destruit. et nequaquam bonorum pro
lesione suggerit. Et recte quasi fur dicitur
quia in ipsis suis pravis consiliis
metuit ne deprehendatur. Qui ergo
contra egenum et pauperem mane
consurgit homicida est. Per noctem
quasi fur absconditur. Quia per
versus quisque qui in prosperitate vite
presentis humilium vitam deprimendo
interimit. in adversitate vero ac de
iectione positus per iniqua consilia
latenter ledit. atque id quod per se ex
plere non valet. adherendo huius
mundi potentibus exercet. Sequitur.
Oculus adulteri observat caliginem
dicens. non me videt oculus. Hoc
etiam iuxta litteram nil obstat in
telligi. ut qui adulterium perpetrare
desiderat tenebras exquirat.
Sed quia contra hereticos sententia
premittitur. dignum est ut hoc quod dicitur
iuste sentiatur. Nam paulus ait.

xxiiii
R
2 Cor 2

Neque enim sumus sicut plurimi
adulterantes verbum dei. Adulter
quippe in carnali coitu non prolem
sed voluptatem querit. Et perversus
quisque. ac vane glorie serviens
recte adulterare verbum dei dicitur.
quia per sacrum eloquium non deo fi
lios gignere. sed suam scientiam de
siderat ostentare. Quem enim
libidinis gloria ad loquendum tra
hit voluptati magis quam generationis
generationi operam impendit. Ubi et
apte subiungitur. Non me videbit
oculus. Quia adulterium quod
in mente agitur. valde est dif
ficile. ut ab humano visu pene
tretur. Quod perversa mens tanto
securius perpetrat. quanto se ab
hominibus videri non metuit quos
erubescat. Sciendum quoque est
quod sicut is qui adulterium facit
carne alienam coniugem sibi illicite
coniungit. Ita omnes heretici cum
fidelem animam in suo errore ra
piunt. quasi coniugem alienam

tollunt. quia videlicet mens deo
spiritaliter inherens. et ei quasi in quo
dam amoris thalamo coniuncta
cum perversis persuasionibus ad pra
vitatem dogmatis ducitur. quasi
aliena coniunx a corruptore macu
latur. Unde autem subditur. Et operiet vul
tum suum. Ideirco adulter vultum R
suum operit ne cognoscatur. Omnis
autem qui sentiendo vel nequiter
vivit agendo vultum suum operit.
quia ad hoc pravitate dogmatis
vel operis tendit. ut ab omnipotente
deo in iudicio recognosci non possit.
Unde quibusdam in iudicio dicturus est.
Mt Nunquam novi vos. discedite a me qui
operamini iniquitatem. Quid autem vultus
cordis humani est. nisi similitu
do dei. Quem videlicet vultum per
versus operit. ut cognosci nequeat
cum vitam suam vel malis acti
bus. vel pravi dogmatis errore confundit.
Sed talis quisque cum prosperitate vite
presentis iustos fulciri conspicit. eis per
versa suadere minime presumit. Si quando
vero illos procella adversitatis in
venit. protinus ad verba pestifere per
suasionis erumpit. Unde et subditur.
Perfodit in tenebris domos sicut in
die condixerat sibi et ignoraverunt
lucem. Quid namque hoc loco do B
mos nomine nisi conscientie designantur
in quibus habitamus cum tacendo
quod agimus. Unde cuidam sanato
Luc 8 dicitur. Vade in domum tuam ad tuos
et annuntia illis quanta tibi deus
fecit. id est deserto vitio iam secu
rius ad conscientiam revertere et in voce
predicationis excitare. Iusti itaque cum
in presenti seculo de prosperitate clarescant
eis errorum magistri perversa suadere
metuunt. Sed consilia exquirunt.
deiectionem prosperitatis eorum summopere
prestolantur. ut in adversitatis tenebris
eorum mentes suadendo perfodiant
Quibus prospere pervenientibus perversa
loqui minime audebant. Quos
mox ut in adversitate viderint exsur
gunt. et eos nisi ex peccati malo etiam
illos peccati asserunt. quia solam presentis
vite gloriam diligentes flagella

dampnacionis credunt. In tenebris
ergo domos perfodiunt. quia bonorum
mentes ex ipsa eorum adversitate
corrumpere moliuntur. Unde ante dicitur
Sicut in die condixerant sibi. Quia cum
iustos conspiciunt prosperitatis luce cla-
ruisse. quos nunquam non poterunt. ad
malignitatem solummodo contra eos con-
silia vacabant. Sive autem hereticus
seu perversus quilibet. cum iustos in
delectacione conspiciunt gaudet. Cum
vero eos ad regende prosperitatis culmine
viderint erumpere perturbantur. metuunt
afflictionibus que tabescunt. Unde et subditur
Si subito apparuerit aurora arbitrantur
umbram mortis. Qui igitur semper
afflictionem iustorum expectant. eosque
in tribulacione videre desiderant. et
in tenebris domos perfodiunt. dum
cor innocencium sed tamen infirmorum
delectacionis tempore pessima collocucione
corrumpunt. Sed plerumque contingit
ut dum bonos quosque in delectacione
conspiciunt. subito occulta dispensa-
cione divina iustus quispiam qui vi-
debatur oppressus aliqua seculari potestate
fulciatur. et que prosperitatis vite splendore can-
deat. quem prius adversitatis te-
nebre premebant. quod nimirum prosperitatis
illius. cum perversi conspiciunt sicut
dictum est perturbantur. Mox enim ad
corda sua redeunt ante mentis
oculos revocant. quid contra se perverse
egisse meminerunt. Vindictam ipse
omne videri formidant. et unde ille
lucet qui potestatem suscepit. inde per-
versus qui corripi metuit in tristicia
tenebrescit. Unde recte dicitur Si subito ap-
paruerit aurora arbitrantur umbram
mortis. Aurora quippe mens iusti
est qui peccati sui tenebras. Sicut de
Cap 6 sancta ecclesia dicitur Que est ista que
progreditur sicut aurora consurgens.
Quo igitur iustus quisque iusticie
luce irradiatus in presenti vita honori-
bus sublevatur eo amplius perversorum oculos
tenebre mortis fiunt. quia quod perverse
egisse se meminerint corripi pertime-
XXIIII scunt. Semper namque desiderant in
suis pravitatibus relaxari incorrecti
vivere. et de culpa gaudium habere

cum omnibus pace desiderans ad licen-
ciam erumpit ...

Quorum ipsa letalis leticia convenienter
exprimitur. cum protinus subinfertur
Et sic in tenebris quasi in luce ambu-
lant. Perverse etenim mentes gau-
dent in facinoribus pro culpa suam
cottidie ad supplicium trahuntur
et securi sunt quasi iustorum facta
habeant. Sicut per Salomonem di- Ecc 8
citur Impii qui ita securi sunt
quasi iustorum facta habeant. De quibus
rursum scriptum est. Qui letantur Prov 2
cum male fecerint. et exultant
in rebus pessimis. Sic itaque in
tenebris quasi in luce ambulant.
qui ita gaudent in nocte peccati
quasi eos lux iusticie circumfundat.
Vel certe quia tenebre vitium pu-
tem non inconvenienter exprimunt
quia aliene conscie non videntur.
Lux vero nobis eterna patria est
in qua dum nostra aspicimus corda
in nobis nostra vicissim videmus. In
igitur autem qui presentem vitam ita di-
ligunt. atque hec exilii tempora con-
plectuntur. ac si sua in patria requie-
scat dicitur Sic in tenebris quasi in
luce ambulant. Quia sic in presenti
caritate leti sunt. ac si iam eterne
patrie luce perfruantur. Sequitur Levis
est super faciem aque. A pluralita
numero ad singulare redit. quia plerumque
quod unus mala inchoat. et imitando
multi subsequuntur. Sed eius principalis
culpa est qui pravis sequentibus
exempla prebuit iniquitatis. Unde
ad illum redit crebro sentencia
qui auctor exstitit in culpa. Aque
autem superficies levis est. que nunc
huc nunc illuc aura impellitur.
et nulla stabilitate solidata pas-
sim movetur. Iniqui enim mens
plus quam aque superficies levis est.
quia quelibet hanc aura temp-
tacionis attingit sine tarditate
aliqua retractionis trahit. Si
enim cor flexum cuiuslibet perversi
cogitamus. quid aliud quam vento
positam aque superficiem cernimus.
Nunc namque illud superbie aura
impellit. nunc aura avaricie nunc
aura invidie. nunc fallacie pertrahit

Superficies ergo aque levis est iste qui quilibet erroris ventus in verum impellit. Unde quoque psalmista dicit. Deus meus pone illos ut rotam et sicut stipulam ante faciem venti. Ut rota quippe ponuntur in eum qui in circuitu laboris missi. dum et ea que ante sunt negligunt. et ea que deserenda sunt secuntur. expositionibus elevantur et in actionibus cadunt. Qui recte quoque stipule ante faciem venti comparantur. quia irruente aura temptationis. dum nulla subnixi sunt radice gravitatis elevantur ut corruant. Et sepe eo se aliquid muniti existere existimant. quo eos in alto erroris flatus portat. Sequitur. Maledicta sit pars eius in terra. nec ambulet per viam vinearum.

Z Quisquis in mundo perverse ita agit. et adversa sustinet. laborare quidem ad correctionem cernitur. Sed ad benedictionem hereditatis eterne consumatur. Quisquis vero perverse agit. et tamen prospera recipit. seque carnalibus actibus nec donorum largitate compescit. prosperari quidem conspicitur. sed reatu eterne maledictionis ligatur. Unde recte nunc dicitur. Maledicta sit pars eius in terra. quia et si ad tempus benedicitur. in reatu tamen maledictionis tenetur. De quo et apte subditur. Nec ambulet per viam vinearum. Via namque vinearum est rectitudo ecclesiarum. Qua in re sive hereticum seu carnalem quemlibet nil obstat intelligi. Quia via vinearum id est rectitudo ecclesiarum amittitur. dum vel fides recta vel rectitudo iustitie non tenetur. Ille namque per viam vinearum ambulat. qui sancte universalis ecclesie predicationem pensans. neque a fidei. nec a bonorum actuum rectitudine declinat. In via quippe vinearum ambulare est. sancte ecclesie patres velut dependentes botros aspicere. quorum nobis dum intendit in labore itineris debriatur amore

XXV · Z eternitatis. Sequitur. Ad nimium calorem transeat ab aquis nivium. In dicto iniquitatis frigori comparatur

quia peccantis mentem torpore constringit. Unde scriptum est. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam. sic frigidam facit malicia sua. Quo contra caritatis calor est. quia videlicet mentem accendit quam replet. De quo calore scriptum est. Ubi habundavit iniquitas refrigescit caritas multorum. Et sunt nonnulli qui dum in ignorantie sue frigore declinant ad veram fidem. vel ad sanctitatis habitum veniunt. Sed quia plerumque necesse est de suis sensibus presumunt. sepe in fide quam accipiunt. ea que non capiunt perscrutari volunt. ut ratione magis in deo quam fide teneantur. Quia ergo humana mens perscrutari non valet divina secreta. Omne autem quod ratione perscrutari non possunt credere contempnunt. et per nimiam inquisitionem in errorem labuntur. Hii itaque cum necdum crederent. vel adhuc ad iniquitatis opera vacarent. Aque nivium fuerunt. Sed cum carnalia facta deserentes in fidem ad quam perducti sunt plus appetunt perscrutari quam capiunt. tanto plus profecto calent. quam calere debuerunt. Bene ergo de hoc per ipso quolibet presumentis duntaxat sententia non capientis dicitur. Ad nimium calorem transeat ab aquis nivium. Ac si aperte dicat. Qui humiliter subdi discipline vinculo non refugit. ab infidelitatis vel perversitatis frigore per immoderatum studium in errorem labitur. Unde bene quoque egregius predicator

Po 12 ad discipulorum suorum cordibus hunc exquisite sapientie nimium calorem devitans ait. Non plus sapere quam oportet sapere. sed sapere ad sobrietatem. ne fortasse nimius calor iam timeret. quos prius aque nivium id est infidelitatis vel torpentia actionum frigora mortuos tenebant. Et quia valde difficile est ut is qui se sapientem estimat. mentem ad humilitatem reducat. et recta predicantibus credat. sensumque sue presumptionis abiciat. Recte subiungitur. Et usque ad inferos ducatur Z

peccatum illius. Peccatum quippe usque ad inferos ducit.

Adversitas bonis bonum est
Prosperitas malis signum dampnationis est

Nam rustica devi
nunc non timet
nunc credere
post invenire non
valet

quod ante finem vite peccatis per correptionem
ac primam non emendatur. De quo vi
delicet peccato per Johannem dicitur: Est
peccatum ad mortem, pro illo non dico ut
roget quis. Peccatum namque est ~~peccatum~~
usque ad mortem, quia scilicet peccatum
quod hic non corrigitur eius venia
frustra postulatur. De quo adhuc
subditur: Obliviscatur eius misericordia omni-
potentis. Dei misericordia eius obliviscitur
dicitur, quia omnipotentis Dei iustitiae
fuerat oblitus. Quia quisquis enim
nunc iustum non timet, misericordem post
invenire non valet. Quae nimirum
sententia non solum ei intenditur
qui vere fidei per rudimenta deserit,
sed etiam qui in fide vera positus
carnaliter vivit, quia ultionem eterne
animadversionis non evadit. Utrum
in opere an in fide peccet. Nam etsi
dampnationis dispar est qualitas, cul-
pe tamen que nequaquam perimitur
nulla absolutionis suppetit facul-
tas. Sequitur: Dulcedo illius vermis.
Quisquis in hoc mundo appetit prosperari,
certos excedere rebus et honoribus
tumere. Hinc nimirum cura se-
cularis in delectatione est quies in
labore. Valde enim fatigatur, si desit
cura seculi qua fatigetur. Quia autem
nature humane est moveri, singulis
in cessando moveri. Non inmerito
nomine vermium signatur inquietudo co-
gitationum. Perversae itaque mentis dul-
cedo vermis est, quia in delectabilibus
pascitur, ut per inquietudinem incessanter
agitatur. Potest quoque appellatione vermis
nomine caro signari. Unde et superius
dicitur: Homo putredo, et filius hominis
vermis. Luxuriosi igitur cuiuslibet atque
carnis voluptatibus dediti, qualita-
tes certitus demonstratur, cum dicitur:
Dulcedo illius vermis. Quid namque
caro nisi putredo ac vermis est?
Et quisquis carnalibus desideriis an-
helat, quid aliud quam vermem amat?
Quae enim sit carnis substantia testan-
tur sepulchra. Quis parentum quos amicorum
fidelium qualibet dilecti sunt statui-
ente vermibus carne tangere potest? Cuius
enim cum concupiscitur pensetur quid
sit exanimis, et intelligitur quid
amatur. Nil quippe sic ad edomandum
carnalium desideriorum appe-
titum valet quam ut unusquisque
hoc quod vivum diligit, quale sit
mortuum penset. Considerata etenim
eius corruptione carnali citius
cognoscitur quia cum illicite caro
concupiscitur, tabes desideratur. Ubi
ergo de luxuriosis mente dicitur:
Dulcedo illius vermis, quia is
qui in desiderio carnalis corrup-
tionis exestuat ad fetorem putre-
dinis anhelat. Hec sicut in huius
operis textu in initio promisisse me memini
sub brevitate transcurri. Ut enim quae
in hoc opere secuntur, quia magna
obscuritate implicata sunt, opi-
tulante Deo latius disseramus.

Liber decimus septimus

Quotiens in sancti viri historie prolixo
volumine enodare mi-
sterium typice expositionis aggredi-
mur, oportet ut eiusdem viri vel
nomine vel passione significatos
mystica principaliter perferimus, cuius
habitatorum more dum super ipsum histo-
riae titulum in ipsa postis fronte
perfigimus, quia cuius cuius domus
agnoscitur, sentimus in textu. Crebro
autem me dixisse memini, quod beatus
Job passionem redemptoris nostri eiusque
corporis, id est ecclesie, et passione
sua significavit et nomine. Job
quippe interpretatur dolens, et quis alius
in hoc dolente figuratur, nisi is
de quo scriptum est: Vere languores
nostros ipse portavit, et de quo rursus
dicitur: Livore eius sanati sumus.
Amici vero hereticorum speciem tenent,
quia ut sepe iam diximus, Deum
dum defendere nituntur, offendunt.
Beatus ergo vir proverbia et verba
sic loquitur sua, ut etiam nostra
significet, et plerumque prophetie
spiritu dum futura narrat presentia
transcendit. Non numquam vero sic
de presentibus disserit, ut de futuris
contestatur. Congruit igitur distinctionis

est peccatum (margin)
X. Pars
Capitulum I

Huius custodia cum in imitatione
vocis illius se inter choros tue intelli
gentia alternet. ut tanto verius
eius sensibus congruat. quanto
se et cum eius vocibus imitat.
Verbis itaque precedentibus status vir
per disertus prudentie artis sinuis
iniqui cuiuslibet culpas protulit
et quam sit dampnatio eius actio
expressit. Dehinc pena mox
B subicit dicens. Non sit in recor
datione sed conteratur quasi lignum
infructuosum. In recordatione namque
conditoris non reducitur quisquis
usque ad finem vite iniquus subtrahitur.
Nam si hunc superni respectus me
moria tangeret procul dubio ab
iniquitate revocaret. Eius quippe
merita exigunt. ut funditus ab
auctoris recordatione deleantur.
Sciendum vero quod recordari deus
nequaquam proprie dicitur. qui enim ob
livisci non potest. quo pacto recor
dari potest. Sed quia eos nos quasi
recordari amplectimur. ab his
autem quos obliviscimur elongamur.
humano usu et recordari deus
dicitur. cum dona tribuit. et obli
visci cum in culpa delinquentes. Sed
quia cuncta penset. cuncta sine
intermissionis alternatione considerat
et recordatur. bonorum quorum tamen
nunquam obliviscitur. et nullatenus
recordatur malorum. quos tamen
per iudicium semper intuetur. Quasi enim
ad bonorum memoriam redit. quando
tamen nunquam deserit. et quasi
nequaquam malos respicit. quorum
tamen facta considerat. Sed super hec
dampnationis iudicium in ultimis
Ps. 17 pensat. Hinc enim scriptum est. Oculi
domini eos templantur bonos et malos
Hinc propheta dicit. Vultus domini super
facientes mala ut perdat de terra
memoriam eorum. Considerat ergo
quos puniat. sed cognoscere reprobos ante
non videt quos nescit. Nam quibus
dam in fine dictus est. Nescio
Mt 7 vos unde sitis. Discedite a me omnes
operarii iniquitatis. Modo ergo

modo pravorum vitam et intuetur et
obliviscitur. quia quos per districtionem
sententie iudicat. qualium est ad
memoriam nunc ignorat. Qui enim
in eius recordatione non veniunt E.
quasi in infructuosum lignum tunc dio-
eius conteruntur. Terra quippe eos
temporali sumptu alit. predicationis
pluvia desuper infundit. Sed quia
eorum vita nequaquam fructum boni
operis protulit. iratus hanc agricola
abscidit. ut inepta vitiis similium
locum non occupet. que terre alimenta
ad fructum valet. De hoc infructuoso
ligno per Iohannem dicitur. Iam securis Mt
ad radicem arboris posita est. Omnis 3
ergo arbor que non facit fructum
bonum abscidetur et in ignem mittetur.
Hoc autem loco ut etiam reprobis
supplicia designet. nequaquam lignum
dicitur abscidi sed conteri. Quia vi
delicet reprobos mors quidem carnis
abscidit. sed pena subsequens conterit.
Quasi enim hic incidit cum a presenti
vita separatur. sed in iehenna conteritur.
cum in perpetua dampnatione cruciatur.
Vir autem status quia districti prius H.
penam protulit. prius ad culpam
recurrit. ut ex iniustitie immensitate
doceret. quod tamen eius dampnatio
non sit iniusta. Sequitur. Pavit in D.
sterilem que non parit. et vidue non
bene fecit. Quid hoc loco sterilis
nisi caro nominatur. que dum sola presen
tia appetit. bonas cogitationes gig
nere nescit. Quid autem vidua nisi
anima intelligitur. que quia conditorem
sibi iungere voluit. a thalamo veri
carnalis vertit. Propheta attestante qui
ait. Egredietur tamquam sponsus procedens
de thalamo suo. Que recte vidua
dicitur quia eius vir per mortem perii
sit. et nunc in celi penetralibus ab
eius oculis occultus. quasi in parte
altius regionis vivit. Iniquus ergo
sterilem pascit. et vidue benefacere ne
gligit. quia carnis desideriis finem
curam anime vitalis contempnit.
Tota namque in tentatione omnique studio

cogitat quia sine ullis necessitatibus caro moritura subsistit, et tamen vitam anime despicit que vel in morte vel in beatitudine perpetua sine fine vivit. Hic autem cum dicitur: Pavit sterilem, premittus adiungitur: et que non parit. Quamdam namque ex sacra hystoria feminam novimus exstitisse sterilem, sed tamen extremo

luc. 1 tempore peperisse. Caro autem non solum sterilis, sed etiam que non parit dicitur, quia suo sensu bonas cogitationes gignere nec in ultimis valet. Vigore enim suo iam deficit, et tamen adhuc transitoria concupiscere non desistit. Nonnumquam presenti labore lassata pene ab ipso quem diligit mundo repellitur, et tamen adhuc ad usum improbo obtinere temporalia conatur. Agere iam prorsus non sufficit, sed tamen velle ea que non agit nequaquam desistit. Hec ergo mens non solum sterilis sed etiam non pariens dicitur, que suo sensu ut diximus ad bone cogitationis prolem nec tum in firmata fuerit fetatur.

E Quamvis intelligi etiam de hereticis predicantibus potest. Unusquisque enim predicator erroris dum plebem extra unitatem adeo positam docet, profecto sterilem et eam que parere non valet pascit, quia ei usum sui laboris impendit que spiritales fructus nequaquam reddit. Bene autem vidue non fecit, quia videlicet sancte universalis ecclesie, cuius vir adversa mortis pertulit, iuvare contempnit. Vidue enim benefacere est ei que viri sui mortui amore atteritur consolatione laborare. Unde et voce psalmiste hec eadem vidua sancta videlicet ecclesia queritur dicens: Consolantem me quesivi et non inveni. Tunc solum quippe consolantem invenit cum ex ea morte quam vir eius pertulit multos in transmutationem surgere adiuvantem cernit.

F Sepe autem predicator erroris huius vite divitibus ingeritur, qui pro eo quod terrenis occupationibus incubant dictorum astutias deprehendere ignorant. Et cum potentes exterius esse abierint, prorsus predicatoris laqueo sub labore capiuntur. Unde et subditur: Detraxit fortes in fortitudine sua. In fortitudine sua premittit fortes quosque detrahit, cum prorsus erroris astutia mundi huius capit. Quos cor Paulus dicit: Infirma mundi elegit deus ut confundat fortia. 1 Cor 1 Fortitudo autem perversi predicatoris est elata sententia locutionis, qua inflatus ceteros despicit atque in contemptu omnium quasi singulariter apud se prius intumescit, qui magna de se sentiens, sed vera de domino ignorans longe a fidei cognitione disiungitur, et tamen videri fidei predicator conatur. Unde adhuc subditur:

G Et cum steterit non credet vite sue. Stat in hoc mundo prorsus quisque predicator, quoniam terreno vivit corpore, sed vite sue credere renuit, quia de deo vera cognoscere contempnit. Vite enim sue crederet si conditoris sui substantiam rectum sentiret. Hec utique superius de quolibet iniquo prelata dicebamus, sed repente ad erroris predicatorem intellectum vertimus. Unde sciendum est quia sic ad spem ducimur, ut nequaquam tamen agende fundatis evellamur. Nam prorsus quisque etiam si rectam fidem in sinu universalis ecclesie tenere videatur stat et vite sue non credit, quia recta quidem sunt que per fidem de conditore intelligit, sed tamen fidei opera tenere contempnit. Et incredulitatis redarguitur, quia ab eo quod se ostendit credere vivendo reprobatur. Hinc enim per Iohannem dicitur: Qui dicit se nosse deum et mandata eius non custodit mendax est. 1 Io 2 Hinc Paulus ait: Confitentur nosse se deum, factis autem negant. Tit 1 Hinc Iacobus dicit: Fides sine operibus mortua est. Iac 2 Sed inter hec conditor miro dispensationis consilio et culpas respicit et vivendi tempora

Fides sine operibus mortua est.

impendit. ut longioris vite spacia
aut conversi fiant ad adiutorium
muneris. aut non conversi ad aug-
mentum dampnationis. Unde adhuc
H. subditur. Dedit ei deus locum pe-
nitentie. et ille abutitur eo in super-
biam. Omnis quippe qui delinquit et
vivit. ideo hunc divina dispen-
satio in iniquitate tolerat. ut ab in-
iquitate compescat. Sed qui diu
eius toleratur. nec tamen ab in-
iquitate compescitur. munus hoc
superne patientie percipit. sed reatus
sui vinculis ex ipso munere se ar-
cius astringit. Nam qui accepta
penitentie tempora vertit ad culpam
districtus in ultimis iudex in pe-
ne argumenta munera convertit ad pe-
nam. Hinc namque Paulus dicit.
Ro. 2 An ignoras quia patientia dei
ad penitentiam te adducit. tu autem
secundum duriciam tuam et cor impe-
nitens thesaurizas tibi iram
in die ire et revelationis iusti
67 iudicii dei. Hinc Ysaias ait.
Puer centum annorum morietur.
et peccator centum annorum maledictus
erit. Ac si aperte nos deterreret
dicens. Vita quidem pueri in longum
trahitur. ut a puerilibus factis cor-
rigatur. Sed si a perpetratione
nec temporis longinquitate compescitur
hec ipsa vite longinquitas quam
pro venia accepit ei ad cumulum
maledictionis crescit. Unde necesse
est ut cum nos expectare diu-
cius conspicimus. ipsa prorogate
pietatis tempora. quasi ad damp-
nationis incrementa timeamus
nec ex clementia iudicis crescat
supplicium peccatoris. et unde quisque
eripi poterat a morte inde gravius
ad mortem tendat. Et ideo ple-
rumque agitur. quia nequaquam a prioribus
mentis oculis separatur. Considerare
namque peccator redemptoris vias
negligit. et ideo in suis itineribus
sine cessatione versatur. Unde et subditur.
I. Oculi eius sunt in viis illius. Vias
enim suas peccator intuetur. quia

sola cogitare. sola cernere nititur. que
sibi ad comodum temporale suffragentur.
ph. 2 Hinc etenim Paulus dicit. Omnes
que sua sunt querunt non que Ihesu Christi.
Via namque elati superbia. via rapto-
ris avaricia. via lubrici concupiscentia
carnalis. In viis enim suis iniquus
quisque oculos deprimit. quia solis vi-
is ut perficit animo satisfaciat inten-
Prov. 1 dit. Unde et per Salomonem dicitur. Oculi
stultorum in finibus terre. Quia hoc so-
lum tota intentione conspiciunt corda pravorum
per quod ad finem terrenum desiderii per-
ducuntur. Nequaquam vero sue conside- M.
rationis obtutum in terra peccator figeret K.
si iam ad sui redemptoris itinera mentis
oculos levaret. Unde rursus per Salomonem
Ecc. 2 dicitur. Oculi sapientis in capite eius.
Quia videlicet sapiens quisque illum
tota intentione considerat. cuius se
membrum esse procul dubio (?) pensat. Has vias
quasi humane conversationis vias videre
contempserat qui dicebat. In man-
datis tuis exercebor et considera-
bo vias tuas. Ac si aperte videret
dicens. Que mea sunt iam videre
refugio. quia per imitationis tue vias
per gressum conversionis gressibus inardesco.
Mens enim prava iam mundo contradicit
amoris excitatione continua redemp-
toris sui vias cordis oculis obtinet
ut mens prospera fugiat. adversa ad
paretur. nichil quod demulceat ap-
petat. nichil quod deterrere credatur
pertimescat. merorem gaudium deputet.
presentis vite gaudia despiciat merens
penset. abiectionis detrimenta non
timeat. sed per hec manentis glorie
locum querat. Has enim vias seque-
tium monstrabat oculus veritatis cum
10 dicebat. Si quis vult post me venire
12 me sequatur. Ad has vias timentia
discipulorum corda revocabat cum locum
iam glorie quereret. sed iter eiusdem
ignoraret dicens. Potestis bibere
Mt. 20 calicem quem ego bibiturus sum. Ses-
sionis quippe illius celsitudinem
a dextris sinistrisque quesierunt.
Sed quanta adhuc essent itineris

Donatio diuturni temporis est argentum divine misericordie.

Misericordia dei malos tolerat patienter.

angusta non videbant. Unde et eorum
oculis mox intuendus calix passionis
obicitur. Ut videlicet si ad sublimita-
tis gaudia tenderent. prius viam hu-
militatis invenirent. Quia igitur
considerare peccator vias dei negli-
git. sed solis in quibus delectatur intendit
recte nunc dicitur. Oculi enim eius sunt in
p. viis illius. Sequitur. Elevati sunt
ad modicum et non subsistent. In
iniquorum gloria cum plerumque in amorum
multitudine tenditur. ab infirmorum
mentibus esse longa et quasi stabilis
estimatur. Sed cum repentinus hanc
finis intercipit. brevis procul dubio fu-
isse redarguitur. quo determinatus in-
notescit. quia quod preterire potuit mo-
dicum fuit. Elevantur ergo ad modi-
cum et minime subsistunt. quia eo
ipso quo alti videri appetunt. ana
dei sciencia longe per elacionem fiunt
Subsistere etenim nequeunt. quia ab
eterne essencie soliditate dividuntur
atque hanc suam ruinam tolerant
quia privatam gloriam in semet
ipsis cadunt. Hinc psalmista dicit
Deiecisti eos dum allevarentur. quia
eo intrinsecus corruunt. quo male
extrinsecus surgunt. Hanc brevitatem
glorie temporalis aspiciens iterum ait
Vidi impium superexaltatum et elevatum
sicut cedros libani. transivi et ecce
non erat. Hinc rursum ait. Pusil-
lum adhuc et non erit peccator. Hinc
x Jacobus ait. Que est enim vita nostra
vapor est ad modicum parens
Hinc propheta brevitatem glorie carna-
lis penitus demittat dicens. Omnis
caro fenum. et omnis gloria eius quasi
flos feni. Iniquorum quippe potencia
feni flori comparatur. quia nimirum
carnis gloria dum nitet cadit. Dum
apparet se extollitur. repentino intercep-
tu fine terminatur. Sic namque aurarum
flatu in altum stipula rapitur. sed cito
tamen ad yma revertitur. Sic ad nu-
bila fumus attollitur. sed repente ad
nichilum tumescendo dissipatur. Sic
ab imis nebula densescendo

se erigit. sed exortus hanc solis ra-
diis. ac si non fuit abstergit. Sic
in herbarum superficiem nocturnis horis
humor aspergit. sed diurni luminis
subito calore siccatur. Sic pluviose
aquarum bulle in cadentibus plurimis
excitate ab intimis extantium pro-
deunt. sed eo celerius disrupte de-
pereunt. quo in statu altius exte-
duntur. Cumque excrescunt ut appa- .v. ci.
reant crescendo peragunt ne sub-
sistant. Deprimuntur ergo temporalis
glorie elatores tumentibus. Sed
tamen in hac soliditate dumtaxat
dicitur recte. Elevati sunt ad modi-
cum et non subsistent. Deinde
ad hoc subdit. Humiliabuntur sicut
omnia auferentur. Sic provectus esse
cum deprimitur debet ut expan-
cis adimpleta. et exinanita ad omnia
considerando rapiatur. quatenus
gradatim ductu proficiat. et transi-
toria omnia comprehendendo dimi-
nuens. Ipsum pene incomprehensibile
excrescat. Hinc sanctus vir cum priorum
gloriam defectu quoque distruet. ad eter-
na protinus mentis oculum tendit
dicens. Humiliabuntur sicut omnia .R.
et auferentur. omnia profecto terrena
ac si apte dicat. stare nullomodo
queunt. quia ipsa quoque fugiunt
quibus inniti. dumque temporalia
diligunt. cum his ex temporis volu-
bilitate pereunt. Sed queri potest
cum per Salomonem dicitur. Generacio ero 1.
preterit. et generacio advenit. terra
vero in eternum stat. Cur beatus Iob
omnia humiliari asserat et auferri.
Sed tamen facile discutimus si terra
et celum. vel qualiter transeunt. vel
qualiter maneant distinguamus
Utraque namque hec per eam qua nunc
habent ymaginem transeunt. sed
tamen per essenciam sine fine subsis-
tunt. Hinc namque Paulus dicit 1 cor 7
Preterit enim figura huius mundi
Hinc per semetipsam veritas Celum luc 21
et terra transibunt. verba autem mea
non transibunt. Hinc ad Johannem Apoc 21
angelica voce perhibetur. Erit ce-
lum novum et terra nova. Que
quidem non alia condenda sunt

De Brevitate glorie temporalis — ff d Regn / c. 38.

Sz hec ipsa renouatur Celum igitur et terra · et transit · et erit / quia et ab ea quam nunc habet specie per ignem tergitur · et tamen in sua semper natura seruatur · Hinc et psalmistam dr Mutabis ea et mutabuntur · Que quidem ultimam commutationem suam · ipsis nobis nunc vicissitudinibus innotescit · quibus iugis vsibus alternat / Nam terra a sua specie ipsa yemali ariditate deficit · Vernali humore viridescit / Celum cottidie caligine noctis obducitur · et diurna claritate renouatur · hinc ergo hinc fidelis quisque colligat · quia mane hec et tamen per renouationem refici · que constat nunc assidue velut ex defectu reparari / Sed hec sanctus vir cum primorum cursum conspicit quanta quandoque animaduersione deficiant innotescit · cum protinus subdit

o Et sicut summitates spicarum conterentur / Spicarum quippe summitates ariste sunt · Ariste autem comitte in spica procedunt · sed crescendo paulisper asperitate et rigide disiungunt · Sic nimirum se adhuc mundi gloriam prauj diuites stringunt · nature enim sibi communione coniuncti sunt · sed contra se vicissim crescendo diuidunt · Aliquippe alium despicit · alter alterum in vidie facibus ignescit / Cum ergo a tumore mentis a communione se separant · quasi aristarum more contra se rigidi stant / Quid ergo prauos huius mundi diuites diximus · dum contra se superbiunt · sed bonorum vitam vnanimiter affligunt · Aperte se quidem diuisi sunt · sed tamen concorditer grana deorsum premunt / Nunc igitur ariste ad altum prosiliunt · grana latent · quia et reproborum potentia eminet · et electorum gloria non apparet · Illi se honorum fastibus ostendunt · isti in humilitate se deprimunt / Sed triture tempus adueniet · quod et aristarum rigiditatem frangit et grana solida non conterit /

Tunc quippe superbia iniquorum comminuitur tunc electorum vita quanta in regnitate fulgeat declaratur · quia cum in iusti deficiunt · ex hac ipsa aristarum contritione agitur · ut grana appareant que latebant / Cumque ariste franguntur · granorum candor ostenditur · quia in ignis in supplicia eterna cadentibus · sanctorum iusticia quanta veritate candeat demonstratur · Vnde recte

Math 3 quoque per Johannem dicitur / Cuius ventilabrum in manu sua est et permundabit aream suam et triticum quidem suum recondet in horreum · paleas autem comburet igni inextinguibili

c vi Beatus igitur Job prauorum elatio quanta animaduersione frangatur aspiciat eosque aristis perimitatibus comparans dicit · Sicut summitates spicarum conterentur · quia nimirum rigiditatis superborum triture vltime fortitudine frangetur · que nimis electorum vitam despiciens eleuatur / Sequitur · Quod si

p non ita est · quis me potest arguere esse mentitum · et ponere ante deum verba mea · Si ita non est ut loquitur profecto de falsitate hunc arguere omnes possunt / Cur ergo dicitur si ita non est mentitum me arguere quis potest dum scilicet nouerimus quod fallacem reprehendere cuilibet licet / Sed si loquentis sensum subtili interrogatione distinximus · quam sunt vera que protulit citius inuenimus / Justus namque et si quid nunquam delinquendo loquitur · dignum est ut ab iniustis et praue viuentibus indicetur · Vnde sanctus vir amicorum superbiam deprimens · non solum si ita est quod protulit nequaquam se reprehendisse posse confidit / quia minimum illi recte redarguere falsa possunt qui falsa agere nesciunt · Ad correptionis ausum contra fallacia procedunt · qui adhuc fallaciter viuunt · Ait ergo · Quod si ita non est · quis me potest arguere esse mentitum · Ac si aperte dicat · Ita sunt cuncta ut protulique tamen si ita non sunt

Pro auditis redargui nequaquam possint
quia dum adhuc proprie subtilitatis
aliena reprehendere fallaciam non valet.
Unde et apte subditur: Et ponere ante
deum verba mea. Quisquis enim
fallaciam dicti veritatis reprehendit,
audita cogitatus atque haec ex regu-
la veritatis pensans verba ante
deum ponit, quia apud se in con-
spectu veritatis examinat quid foris
contra fallaciam denuntiat. Ante deum
quippe verba ponere est considerato
interno iudice exteriora dicta pen-
sare. Vir ergo sanctus ab amicis
superbientibus verba sua quae ante deum
poni posse non estimat. Ac si aperte
dicat: Id ecce quod loquor ante deum
iudicem ponere non valetis, quia eius
faciem peccantes vobis abscondistis.
Quod tamen ex typo sancte ecclesie
nil obstat intelligi, quia cum de
infirmis suis ab hereticorum irrisione
deprehenditur, ipsam irrisionis eius
astuciam dedignatur, quia tollerabilius
est ut in infirmitate quisque atque ig-
norancia cum humilitate iaceat
quam cum elatione alta comprehendat.
Sed quia sanctus vir multa contra
eos protulit qui fugitiva potestate
superbiunt et ventosis honoribus
intumescunt, Baldach suites ex
eius correptione proficiens apud quem
sit vera potencia agnoscit dicens:
Potestas et terror xxv:
apud eum est qui facit concordiam
in sublimibus suis. Ac si aperte di-
cat: Solus corda mortalium vacue
qui ex divinitatis sue potencia terrore
incutit. Que eiusdem potencie ti-
morem quando careat nescit. Recte
autem dicitur: Qui facit concordiam
in sublimibus suis, quia multa hic
et inferius dissident, sed ad concor-
diam superiorum plenitudine currunt
et ex interne pacis causa agitur ut
sepe ea que sunt exterius sine pace
disponantur. Nam bonos omnipotens deus
ad meritum provehit cum contra eorum
vitam malos sevire permittit atque
in concordiam componuntur summa. Du-

Boni proficiunt ad
meritum cum mali eis
adversantur.

confunduntur in summa quia inde
electos suos in celestibus angelicis
choris sociat. Unde in terrenis et in- R·
finis reproborum mores sine mutibus
adversantes portat. Sed inter haec libet
inquirere si pax in sublimibus summa
retinetur. Quid enim est quod per ange-
lum Danieli dicitur: Ego veni propter
sermones tuos, princeps autem Persarum
restitit michi viginti et uno diebus. Dan·
Et ecce Mychael unus de principi-
bus primis venit in adiutorium -10-
michi. Et paulo post: Nunc rever-
tar ut prelier adversus principem
Persarum. Cum enim egrederer appa-
ruit princeps grecorum adveniens.
Quos itaque alios principes gentium
nisi angelos appellat qui sibi ex-
ercitu resistere potuissent? Que ergo
esse pax in sublimibus ~~esse~~ potest
si inter ipsos quoque angelicos spiritus
preliandi certamen agitur qui semper
conspectui veritatis assistunt? Sed
quia certa angelorum ministeria dispen-
sandis singulis quibusque gentibus
sunt prelata, cum subiectorum mores
adversum se vicissim prepositorum spiritum
opem merentur, ipsi qui presunt spiritus
contra se venire referuntur. Hic na-
mque angelus qui Danieli loquebatur
captivis israheliticis populis in per-
side constitutis prelatus agnoscitur.
Mychael autem eorum qui ex eadem
plebe in iudea terra remanserant
prepositus invenitur. Unde et ab eodem
angelo paulo post Danieli dicitur:
Nemo est adiutor meus in omni-
bus nisi Mychael princeps noster.
De quo et hoc quod premisimus dicit:
Et ecce Mychael de principibus primis
venit in adiutorium michi. Quem ·vij· B·
dum nequaquam simul esse sed venire
in adiutorium dicit, apte ei populo
prelatus cognoscitur qui captivus
in alia parte tenebatur. Quid est ergo
ab angelo dicitur: Ego veni propter
sermones tuos, princeps autem regni
Persarum restitit michi nisi sua sub-
ditis opera imitari. Ac si aperte
dicat: Preces quidem tuas iusti
exigunt ut israheliticus populus

Dan. 10

aingo sue captiuitatis exuatur. sed
est adhuc quod in eodem populo persa-
rum dominio purgari debeant. Unde in
ereptione illius persarum princeps
iure contradicit. quamuis
preces tunc eorum quoque lacrime
qui in iudea relicti sunt adiuuent.
Unde hoc quoque ut diximus adiungit
Michael princeps vester venit in
adiutorium meum. Cumque ut ad
suos principem persarum perlectum
egreditur. grecorum princeps sibi apparet
Quia ex re inuenit quod ad usus
grecos quoque aliud iudea commi-
serit. quorum profecto causa ereptioni
illius resistebat. Per hec igitur preces
angelus exaudit sed persarum prin-
ceps resistit. Quia et si iam uita
iusta deportatis ereptionem populi
exigit. eiusdem tamen populi ad-
huc uita contradicit. ut quia nec-
dum hii plene hi qui in captiuita-
tem fuerant ducti purgati sunt iure
eis adhuc persa dominetur. Michael
adiuuat sed grecorum princeps ad pre-
lium venit. quia meriti quidem ve-
niam tam longa captiuitatis potuit
opposidum. sed ereptionis eorum beneficio
hoc quoque quod in grecos deliquerunt
obuiabat. Recte ergo dicitur. Cum con-
tra se angeli veniunt. quia subiec-
tarum sibi gencium vicissim contra-
dicunt. Nam sublimes spiritus
eisdem gentibus presidentes.
nequaquam pro iniuste agentibus decer-
tant sed eorum facta iuste diiudi-
cantes examinant. Cumque uniuscuiusque
gentis uel culpa uel iusticia
ad superne curie consilium ducitur
eiusdem gentis prepositus uel obti-
nuisse in certamine uel non obti-
nuisse perhibetur. Quorum tamen omnium una
victoria est. si super se opificis volun-
tatis summa. quam dum semper aspiciunt
quod obtinere non valent minime vo-
lunt. Unde recte dicitur qui facit concor-
diam in sublimibus suis. Sequitur. Numquid
est numerus militum eius. In cognicione
humane racionis superiorum spirituum numerus
non est. quia quanta illa sit frequencia
invisibilis exercitus nescit. De quo

per angelum dicitur. Milia milium ministrabant
ei et decies centies milies centena
milia assistebant ei. Superiorum enim
numerus et infinitus et diffinitus exprimitur
ut qui deo innumerabilis est. nobis innumerabi-
lis demonstretur. Quamuis aliud est assis-
tere. aliud ministrare. Assistunt enim ille
procul dubio potestates. que ad quedam hominibus
nunctianda non exeunt. Ministrant
vero hii qui ad explenda officia nun-
ciorum veniunt. sed tamen ipsi quoque contempla-
cione ab intimis non recedunt. Et quia
plures sunt qui ministrant quam hii qui
principaliter assistunt. assistencium numerus quasi
diffinitus. ministrancium vero indiffinitus
ostenditur. Angelicos vero spiritus recte dei mili-
tes dicimus. quia eos decertare contra potes-
tates aereas non ignoramus. Que tamen
certamina non labore sed imperio peragunt
quia quicquid agendo contra immundos spiritus
appetunt. ex adiutorio cuncta regentis
possunt. Deinde nisi militaturi nasci-
te rege nostro scriptum est. Subito facta
est cum angelo multitudo milicie celestis
cui tamen milicie electorum quoque hominum numerus
iungitur. qui per sublime mentis desideria
terrene actionis confusione liberantur. De
quibus apostolum dicitur. Nemo militans deo
implicat se negociis secularibus. Quibus
minus pauca appareant in visibili presencia
invisibiles regunt. quia et si ex com-
paracione malorum pauci sunt in cognicione
sue frequencia metiri nequaquam possunt.
Quia vero eorundem militum virtus
non propriis viribus. sed superne gracie infu-
sione roboratur. Recte subiungitur. Et super
quem non surget lumen eius. Lumen
quippe dei est gracia preueniens quod si
in nostro corde conditum nequaquam surgit
profecto mens nostra in peccatorum suorum tene-
bris obscura remanet. Unde et subditur.
Numquid iustificari potest homo comparatus
deo. aut apparere mundus natus de muliere. viij
Usus iste superius ab eo Job dicebatur v
et nunc in eius experiencione replicatur.
Omnis namque vir iustus dei illustra-
cione iustus est. non comparacione. Humana
quippe iusticia auctori comparata iniusticia
est. quia et si in ipsa sua condicione
homo persistet. creatori non posset equari
creatura. Cum tamen ad humana desuper
pondera accessit. et culpa quam perpes
in subditis intulit. mulier in femina

persuasit. Unde mox quia homo per mulierem
culpe subditus nascitur, reatus primi
in firmitatis mole compaginatur. Et quia
in radice putruit humani generis ramus
in conditionis sue viriditate minime
subsistit. Unde recte mox dicitur: Nunquid
viij iustificari potest homo comparatus
deo aut apparere mundus natus de
muliere. Ac si aperte diceret: Ne contra
auctorem suum homo superbiat consideret
unde huc venit et intelligit quid sit.
Sed ecce nonnulli dono spiritus adiuti
contra infirmitatem carnis sue eri-
guntur, virtutibus emicant, nullus tamen
est qui sine culpa vitam transigat
quousque carnis corruptionem portat.
Unde adhuc subditur: Ecce etiam luna
x non splendet et stelle non sunt munde
in conspectu eius. Quid per lunam
nisi cuncta simul ecclesia. Quid
per stellas nisi singulorum bene viventium
anime designantur, que inter perversorum
hominum conversationes dum magnis
virtutibus eminent, quasi in tenebris noc-
tis lucent. Unde Paulus quoque disci-
phi pulis dicit: Inter quos lucetis sicut
2 luminaria in mundo. Quia enim sancta
ecclesia lune appellatione exprimitur,
propheta testatur dicens: Elevatus est sol
abacuc et luna stetit in ordine suo. Elevato
enim sole in suo ordine luna sta-
3 tuitur, quia ascendente ad celos domino
sancta protinus ecclesia in predicationis
auctoritate roboratur. Et quod stellarum
nomine electi signantur, rursus Paulus
insinuat dicens: Stella enim differt
i cor a stella in claritate. Luna ergo non
17 splendet et stelle non sunt munde in
conspectu eius, quia nec sancta ecclesia
virtute propria tot miraculis emicaret,
nisi hanc preveniens gratie dona
perfunderet, nec singulorum bene viventium
mentes aspectorum maculis munde sunt,
si remota pietate iudicentur. Quia apud
districti iudicis oculos sua unumquemque
corruptibilitas inquinat, nisi
hunc cottidie gratia parcentis tergat.
ix Electorum quippe animus per desiderium ad liber-
tatem iustitie initiatur, sed adhuc com-
pede infirmitatis tenetur, et culpas
quidem subigere perfecte desiderat, sed quo-
usque corruptione carnis astringitur

eius vinculis etiam cum non vult
ligatur. Hinc itaque colligat quanto
peccatorum pondere pressi sunt qui contra
hec decertare negligunt, si plene
culpam nec illi superant qui contra
hanc viriliter pugnant. Unde postquam
dictum est: Ecce etiam luna non splen-
det et stelle non sunt munde in con-
spectu eius, protinus additur: Quanto
magis homo putredo et filius hominis
vermis. Ac si aperte diceret: Si ipsi
quoque esse sine contagione non va-
lent qui inter pravos vite tenebras
virtutibus lucent, quanto reatu ligati et
obstricti sunt qui adhuc carna-
liter vivunt. Si aperte liberi esse
nequeunt qui iam in celestibus desi-
deriis conversantur, quid hi qui
peccatorum pondera tolerant, qui car-
nis sue voluptatibus deditum adhuc
putredinis iugum portant. Hinc Petrus
ait: Si iustus vix salvabitur, i pet 4
impius et peccator ubi parebunt.
Hinc per prophetam dicitur: Super humum 32
populi mei spine et vepres ascen-
dent, quanto magis super omnem
domum gaudii civitatis exultantis.
Humum quippe populi sui dominus
electorum omnium mentem vocat, super quam
spinas ac vepres ascendere perhibet,
et quia nec ipsam quoque esse absque
punctionibus vitiorum videt. Domus
vero gaudii civitatis exultantis est
mens perversorum, que dum ventura
supplicia conspicere negligit in car-
nis se voluptate deserens inaniter
hylarescit. Ait ergo: Super humum
populi mei spine et vepres as-
cendent, quanto magis super omnem
domum gaudii civitatis exultantis.
Ac si aperte dicat: Si et illorum
mentem vitia deprimunt qui se pro
celestis patrie desideriis affligunt,
quibus culpis perstricti sunt qui
sine ulla formidine in carnis vo-
luptate delinquunt. Nonnunquam vero
in sermone quantum Baldach ordine
conditionis tenuit et naturam,
qui hominem non vermem sed putredinem,
filium vero hominis vermem vocat. Primus
namque humani generis parens homo non
filius hominis, ex quo ceteri prodeunt

hominis filius / Secundum glossam / hominis filius

non solum homo sed filius quoque
hominis ita ex putredine nascitur
vermis. Unde recte homo putredo fi-
lius vero hominis vermis vocatur.
Primus quippe homo putredo no-
minis. quia et si per mortem putuit
non tamen ex putredine per nativi-
tatem venit. Qui autem filius
hominis est vermis dicitur quia iam
ex mortalium corporum corruptione
propagatur. Igitur quia amicorum verba
finita beatus Iob altiori acumine
persecutionis initiatur. cuiusque dicta
tam sunt valida quam extrema
quia et usus est in rixis solet
ut argumentum quo adversariis
sine cum providerit ad perfectio-
nis conclusionem finiet. Sequitur

xxvi

Respondens Iob dixit. Cap xxvi.
Cuius adiutor es. Numquid imbe-
cillis et sustentas brachium eius
qui non est fortis. Adiuvare im-
becillem caritatis est adiuvare
vero potentem velle elationis. Ita
igitur amici eius hereticorum speciem
tenentes. quasi adiuvantes deum
sapientiam suam ostendere conantur
iuste Baldach reprehendit ut dicitur
Cuius adiutor est. Numquid imbecillis
et sustentas brachium eius qui
non est fortis. Ac si aperte dicat
Deum cum adiuvare niteris sub
eius magnitudine succumbis. omne
quod impendis plane de osten-
tatione est. non de pietate. Sed in-
ter hec sciendum est. quia plerum-
que etiam deum qui videlicet imbecil-
lis non est. humiliter agentes adiuva-
mus. Unde Paulus dicit. Adiuto-
res enim dei sumus. Nam cum ei
que ipse interna gratia infundit
nos exhortationis voce concinimus
hoc quod ipse per se agit intrinsecus
nos extrinsecus in ministerio vocis ad-
iuvamus. Et tunc solum nostra exer-
citatio ad profectum ducitur cum in corde
deus fuerit qui adiuvat. Unde
et alias dicit. Neque qui plantat
est aliquid. neque qui rigat. sed
qui incrementum dat deus. Plantare
quippe et rigare adiuvare est.
Sed utrumque vacuum erit ministerium

1 Cor 3 / ibid

si in corde deus non dat incrementum.
Sed qui de suo sensu alta sapiunt
esse humiliter dei adiutores nolunt
quia dum se utiles deo estimant
a fructu se utilitatis alienant. Unde
et veritatis voce discipulis dicitur. Cum
feceritis omnia que precepta sunt vobis
dicite servi inutiles sumus. quod
debuimus facere fecimus. Cui dedisti
consilium. Sequitur. forsitan illi qui non
habet sapientiam. Dare stulto consilium
caritatis est. dare sapienti ostentacio-
nis. Dare vero ipsi sapientie presumptionis est.
Et quia hii quos tenere hereticorum speciem
diximus. per locutiones sua ostentacio-
ni potius quam utilitati serviebant. Recte
ad huc contra Baldach subditur.
Et prudenciam tuam ostendisti plurimam.
Omnium enim prudencia recta est. plurima
non est. quia in ista Pauli vocem
Non plus expedit sapere quam oportet
sapere cui vero plurima ~~non~~ est
ista quia dum ultra modum tenditur
in quolibet latere culpe declinatur.
Prudenciam vero suam ostendit plurimam
qui pre aliis prudenciores videri appe-
tunt. Unde fit plerumque ut dum mo-
derate sapere nesciunt fatua loquantur.
Ad qua re ipse ad hunc excessus pru-
dencie subigitur cum dicitur Quem docere
voluisti. Nonne eum qui fecit spira-
mentum. Per spiramentum vivimus. per pru-
denciam sapientes sumus. Primum
autem nobis est vivere. postmodum
sapere. quia ut sapientes esse valeamus
prius agitur ut simus. Qui ergo vitam
dedit procul dubio et prudenciam
contulit. Baldach autem qui beatum
Iob pro culpa flagellatum credidit
occultum dei iudicium quod venerari
humiliter debuit superba visus est
temeritate penetrare. Ipsi ergo per
prudenciam se pretulit. cuius iudicium
non intelligendo iudicavit. Ipsi
se prudenciam pretulit. a quo vivendi
spiramenta accepit. ac si plus ipso
esset sapiens. a quo habebat ut esset
Sed quia beatus Iob sancte ecclesie typum
tenens. pauca in superborum correptione

protulit quos tenere hereticorum speciem non ignoravit. sicut superius dixit. Disputare cum deo cupio. Prius vos ostendens fabricatores esse mendacii. et cultores perversorum dogmatum. Repente se ad doctrinam erigit. et contra elatorum insipientiam scientie sue latitudinem per sinus expandit dicens. Ecce gygantes gemunt sub aquis. Dignum quippe erat ut per increpationem prius timorem sapientie terrene retunderet. et pro doctrina post ad plena misteriis verba funderet. Gygantes enim vel apostaticos angelos. vel superbos quosque homines nil obstat intelligi. Hinc enim per prophetam dicitur. Mortui non vivent. Gygantes non resurgent. Quos namque mortuos nisi peccatores memoravit. et quos gygantes nisi eos qui de peccato etiam superbiunt. Illi autem non vivunt. quia prevaricando viam iusticie perdiderunt. Ipsi etiam post mortem resurgere nequeunt. quia per culpam suam in statu per superbiam ad penitentie remedia non recurrunt. Hinc rursum scriptum est. Vir qui erraverit a via doctrine in cetu gygantum commorabitur. quia quisquis iter humilitatis deserit. quorum se uno nisi in numerum superborum iungit. Bene autem contra elatos dicitur. Ecce gygantes gemunt sub aquis. Ac si aperte dicatur. Cur de scientia homo superbiat cum ignorantie abyssus et ipsos superbissimos spiritus angelorum premat. Si autem gygantum nomine potentes huius seculi designantur in aquis possunt populi signari. Iohanne attestante qui ait. Aque sunt populi. Unde autem contra superbientes dicitur. Ecce gygantes gemunt sub aquis. Quia elati omnes in hac vita assequi honorum celsitudinem cupiunt sub ponderibus populorum gemunt. Nam quanto quis altius erigitur tanto curis gravioribus oneratur. eisque ipsis populis mente et cogitatione supponitur. quibus supponitur dignitate. et bene huius verbis ac breviter indicatur quia omnis superbia eo ipso in ymo iacet quo in alto se erigit. ut inde se magis cunctis supposita sit. unde cunctis super esse appetit. Hoc quippe

in sublimibus elevatus. tantos super se sustinet. quantos suppositos regit. Hii autem qui talibus sociantur opi laboris eorum participatione desumunt. Nam cum eis laborem etiam tolerant ponderis. dum pre affectant gloriam honoris. Unde cum dicitur Ecce gygantes gemunt sub aquis. protinus adiungitur. Et qui habitant cum eis. Ac si dicat. Pre gemunt qui cum gloriae ex delectatione sociantur. Ipsa autem occupatio secularium dignitatum tanto facilioribus viciis premitur quanto maioribus curis gravatur. Humanarum namque animorum vide et discutere pectum intima valeat vel quietus. Quia ergo vidit desideratis rerum celsitudines absque peccato impleri non posse. Et quia in divine ire non abscondit examine quidquid illicitum perpetratur. apte secutus adiunxit. Nudus est infernus coram illo. et nullum est operimentum perditioni. Ex paulus quoque apostolus ait. Omnia enim nuda sunt et aperta oculis eius. Inferni vero et perditionis nomine. dyaboli. omnesque dampnationis eius designantur socios. Quis vero iste sit coram quo infernus nudus est exprimitur dicens. Qui extendit aquilonem super vacuum. Aquilonis nomine in sacro eloquio appellari dyabolus solet. qui ut torporis frigore corda gentium constringeret dixit. Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Qui super vacuum extenditur quia illa corda possidet. que dum amoris gratia non replentur. Sed tamen omnipotenti deo suppetit. etiam vasa dyaboli cunctis virtutibus vacua sue gratie munere replere. eisque divini timoris soliditatem ponere. quos nulla constringat fortitudine roborari. Unde apte subiungitur. Et appendit terram super nichilum. Quid enim terre nomine nisi ecclesia designatur. que dum verba predicationis suscipit fructum boni operis reddit. De qua per moysen dicitur. Audiat terra verba ex ore meo. expectetur sicut pluvia

Marginalia: ysa 26 · Prov. 21 · Apoc. 17 · Hebr. 4 · ysa 14 · Deut. 32

eloquium meum. Et quid per nichilum
nisi gentilitas designatur. De qui-
bus per prophetam dicitur: Omnes gentes
hb x0 — velut nichilum et vane reputate sunt.
In eo ergo terram nichilo suspendit.
quod prius vacuum ab aquilone tene-
batur. quia illa corda gentilium. que
repleta sunt caritate. que prius
prava fuit corpore dyaboli. Potest
vero et per hoc vacuum iudee infide-
litas. et per terram sicut diximus sancte
ecclesie fructificatio designari. Vir
ergo sanctus cum iudee perfidie
aspiciat. et gentilitatis veniam
ad merita redemptis ducat. Ac si
dicat. Qui extendit aquilonem
super vacuum. et appendit terram super
nichilum. Nam quia iudeorum corda
a fide vacua dyabolo sunt subdita
Extendit aquilonem super vacuum
quia vero nullis existentibus meritis
sicut dictum est. filios per nichilo
faciens eos. super gentes dominus fun-
davit ecclesiam. que per prophetam
nichilum sunt vocate. apte sequitur
ad iungit. Appendit terram super nichi-
lum. Hoc vero quo ordine factum sit
insinuat subsequens racione connectit.
H. Autem Qui ligat aquas in nubi-
bus ut non erumpant pariter deorsum.
Quid hoc loco aquas nisi scientiam
divinam. quid nubes nisi predica-
tores appellat. Nam quia ipse
eloquio. aliquando aqua scientia dicitur
pu 18 — Salomone attestante didicimus
qui ait. Aqua profunda verba ex ore
viri. et torrens redundans fons
sapientie. Aqua signari scientiam David
propheta testatur dicens. Tenebrosa
aqua in nubibus aeris. id est occulta
scientia in prophetis. quia ante adventum
domini dominum occultis sacramentis
gravida misticam in mensa gestaret
in evidentiam oculis eorum intelligentia
xv J — caligabat. Nubium vero nomine
quid hoc loco aliud quam predicato-
res sancti. id est apostoli designantur
qui per mundi partes quaqua versum trans-
missi. et ubi noverint pluere. et mi-
raculis choruscare. Quos ysayas
66 — propheta longe ante intuens ait.

Qui sunt isti qui ut nubes volant
et quasi columbe ad fenestras suas.
Quia igitur vir iste prophetico spiritu plenus
erat in hac locutione sua ad laudem
dei in ista nascentis ecclesie desiderat
et ordini studet eius ordinate ab apo-
stolorum predicatione narrare qui contine-
runt siunope rudibus parvulis plana
et capabilia non summa atque ardua
predicare. Nam si scientiam scientiam quam hic
aque nomine designatur. ut hauriebant
corde. ita ore funderent in mensi-
tate eius auditores suos opprimerent
potius quam rigarent. Unde et religata
in visceribus scientia ut non pariter deorsum
1 cor 3 — erumperet. auditores suos distillatione
sua nutriens nubes illa loquebatur
dicens. Non potui nobis loqui quasi
spiritalibus. sed quasi carnalibus. tamquam
parvulis in Christo lac vobis potum dedi
non escam. Qui enim fratres potuisset
si raptus ad tertium celum. raptus in
paradisum etiam archana verba audiens
que dici hominibus non licet. tamen in
mense supreme scientie summa caperet. Aut
cum non virtutes auditoris opprimerent
si ea que in visceribus haurire poterat
in quantum carnis lingua sufficeret
ex visceribus in undas aque huius in
mensitatis emanasset. Ut vero audito-
res rudes non in undatione scientie. sed
moderata predicationis distillatione
foveantur. ligat deus aquas in nubibus
ut non erumpant pariter deorsum. quia
doctorum predicationem temperat. ut au-
ditorum infirmitas doctorum rore in-
tincta convalescat. Quod bene marcus
luc 5 — mistica descriptione narrat cum dicit.
Ascendit Ihesus in naviculam petri et
rogavit ut a terra reduceret pusillum.
et ita sedens predicabat turbis. Per na-
vem petri quid aliud quam commissa
petro ecclesia designatur. Quam ut
dominus turbis confluentibus predicet cum
a terra paululum reduci iubet. quam
nec in altum duci. et tamen a terra
precepit removeri. profecto significatur
predicatores suos rudibus debere
parvulis. nec alta nimis de celestibus
nec tamen terrena predicare. Aqua ita
que ligatur in nubibus quia predicator

· 8 · qq · Oportet [illegible]
[illegible]

H. [illegible] .xix.
[illegible] oporteat [illegible]

Predicatores [illegible] alta [illegible] terrena predicat

sciencia infirmorum mentibus loquens
quanta sentire valeat doce prohibetur.
Nam plerumque si auditorum cor verbi
in mensitate corrumpitur lingwa do-
centem in districtionis pena multatur.
Exo 21 Unde scriptum est. Si quis aperuerit
cisternam et foderit et non operuit
eam· cecideritque bos vel asinus in ea.
dominus cisterne reddet precium
iumentorum. Quid est aperire cisternam
nisi intellectu valido sacre scripture
archana penetrare. Quid autem
per bovem et asinum. id est mundum et in-
mundum animal. nisi fidelis quisque et
infidelis accipitur. Qui ergo cisternam
fodit et cooperit ne illuc asinus vel
bos ruat. id est in sacro eloquio iam
alta intelligit. sublimes sensus cor-
am non capientibus per silencium tegit. ne
per scandalum mentis. aut fidelem
parvulum. aut infidelem qui crede-
re potuisset interimat. / Ex morte eum
iumentorum debet precium. quia illud scilicet
ad mississe eo vincitur. Unde ad agendam
penam reus tenetur. Operienda enim
est cisterna. quia coram parvulis mentibus
tegenda est alta sciencia. ne unde
cor ad alta tollitur. inde infirmitatis
auditorum ad yma dilabatur. / Dicitur
igitur recte. Qui ligat aquas in nubi-
bus. ut non pariter erumpat deorsum
Pariter autem aque erumperent. si coram in-
firmis auditoribus. quanta est sciencia
ex ore loquentis emanaret. si simul
se omnis plenitudo predicationis
effunderet. et nil sibi eum proficientibus
xiii c refrenaret. Dignum quippe est ut qui
predicat audientis modum considerat
quatinus ipse predicando cum auditoris
sui incremento crescat. Sic quippe a-
gere unusquisque predicator debet /
sicut tunc ille dimitus agitur. ut
nequaquam cuncta que sentit infirmis
insinuet / quia et quoniam ipse car-
ne mortalitatis infirmus est. ea que
supna sunt cuncta non sentit. Pre-
dicare ergo rudibus non debet quantum
cognoscit. quia et ipse de supernis mi-
steriis cognoscere non valet quanta
sunt. Hinc est enim quod apostolus paulus
post misteriis celestibus interfuit dicit /

Videmus nunc per speculum et in enig- 1 cor 13
mate. tunc autem facie ad faciem.
Unde et hic continuo sequitur. Qui
tenet vultum solii sui. et expan-
dit super illud nebulam suam. In
vultu solet cognicio demonstrari
Solii ergo vultus eius tenetur quia
a nobis regni eius gloria in hac
vita non quanta in trinsecus habetur Sap 9
agnoscitur. Super quo recte expandi
nebula dicitur. quia sicut est illa
celestis regni gloria non videtur /
Nam corpus quod corrumpitur a-
gravat animam. et deprimit terrena
inhabitacio sensum multa cogita-
tem. Ad videndum ergo eum nebula
aspergitur quia ipsa nostre ignorancie
nube. id est ob scitivitate caliginis
Unde recte per psalmistam dicitur. Caligo sub
pedibus eius. et ascendit super
cherubyn et volavit. volavit super
pennas ventorum. et posuit tene-
bras latibulum suum. Caligo namque
sub pedibus eius. quia non ea cla-
ritate ab inferioribus cernitur qua in
superioribus dominatur. Ascendit autem
super cherubyn et volavit. Cherubyn
quippe plenitudo sciencie dicitur. Deinde
super plenitudinem sciencie ascendisse
perhibetur et volasse. quia maiesta-
tis eius celsitudinem nulla sciencia
comprehendit. Volavit ergo qui lon-
ge in altum ab intellectu nostro
se rapuit / volavit super pennas
ventorum. quia scienciam transcendit
animarum. Qui posuit tenebras
latibulum suum. quia dum caligine
infirmitatis obscuratur. per ignoran-
ciam nostram nobis abscondit. ne
a nobis in terris modo in intima Cant 8
claritate videatur. / Unde et ei in cam-
ticis canticorum a sponsa dicitur
Fuge dilecte mi. fuge. Fugit nos
dicimus quociens menti nostre id quod
reviset volumus non occurrit. Fu-
git nos dicimus. quando id quod volumus
in memoria non tenemus. Sancta
ergo ecclesia postquam mortem et
resurrectionem domini ascensionis que despexit. cla-
mat ei prophetico spiritu plena. Fuge

xliii di c pariter quoque dicitur observare debet
sacerdos ne non intelligentibus secreta
misteria sua predicacione reserare incipiat
eam cum ea docet que ab auditoribus
non valent intelligi non eorum utilitate
sed sui ostentacione faciat :· et d. 41
Oportet eum qui docet et instruit animas
rudes esse talem ut pro ingenio discencium
semetipsum possit aptare et verbi ordinem
audientis capacitate dirigere

Nota dicitur in li 20 c 7. doctori iniunctus discrecionis
virtus dumtaxat ut noverit quibus
quid · quando vel quomodo inferat ·
Nota eum unum atque eandem exhortacionem cunctis
exhortacio convenit etc.

Ethicorum 6 c 12 dicitur Nota si prauum stat etc

et in li 20 c 1 ·

dilecte mi fuge. Ac si dicat. Tu
qui ex carne comprehensibilis factus
es. ex divinitate tua intelligentiam
nostri sensus excede. et in teipso nobis
incomprehensibilis permane. Tenet
ergo vultum solii sui. qui maies-
tatis sue potentiam nostris oculis abscondit.
n Sed si etiam solium angelicas vir-
tutes accipimus. ipsis quippe velut
sedi regie presidens sui nobis vultum
solii tenet. Quia quamdiu in hac
mortali carne subsistimus. que
tamen sint ista angelorum ministeria
non videmus. Et expandit super illud
nebulam suam. quia [illegible] et cor no-
strum ad comprehendendum sublevat et tamen
occulta moderatione agitur. ut ipsa re-
quisitionis inquisitione reprimatur. Unde
scriptum est. Dedit abyssus vocem suam
ab altitudine fantasie sue. Ex cla-
mare etenim mens humana in admira-
tione compellitur. Dum altitudine conside-
rationis in questionibus suis. eo ipso quo
latius extenditur angustatur. Vel
certe quia solium dei nos ipsi sumus
vultum solii sui nos in isto tenet. Dum
sua scientia progredi ad alterius prohibet.
Super quod solium suum nebulam suam
Deus expandit. quia per invisibilia manens oc-
culta super nos iudicia expetit ut
et fiat in promptis quod videre possimus
et tamen origo facti lateat in abditis
ut cur fiat nescire debeamus. Unde
xxiiii c et apte subditur. Terminum circumdedit
aquis usque dum finiantur lux et tene-
bre. quia plerumque in sacro eloquio
ut supra diximus. aquarum nomine scientia
designatur. Aquas deus termino circum-
dat. quia humani generis scientiam
moderatur. ut quousque vicissitudines
alternantium temporum transeant. perfecte ad
cognitionem claritatis interne non per-
tingat. Si vero lucis nomine iustos
accipimus. tenebrarum vero appellatione
Ephe. 5 peccatores. Unde et paulus dicit. Eratis
aliquando tenebre nunc autem lux in domino.
hoc ipsum quod diximus sentire nil
obstat. quia perfecta eternitatis scientia
nullatenus conceditur quousque cursus iustorum
in iustorum finiatur. Sed quia mirum
non est carnales peccatores superna ne-
scire. Eciam vir in eisdem potentie
divine admiratione se erigit. et

Perfecta scientia nulli in [illegible] tribuitur.

quod ipsam quoque angelorum perfectorum
gloriam sanctam intuetur dicens. Co-
lumpne celi contremiscunt. et pavent p
ad nutum eius. Quid aliud colum-
nas celi quam vel sanctos angelos
vel summos ecclesie predicatores ap-
pellat. super quos in celestibus consistens
universa spiritalis fabrice structura
surrexit. Sicut alias scriptura
sacra testatur dicens. Qui vicerit faciam
Apoc 3 illum columpnam in templo meo. Nam
quisquis in dei opere sancti intencione firmatur
columpna in structura fabrice spiritalis
erigitur. ut in hoc templo quod est ecclesia
positus et utilitati sit et decori. Hos
vero columpnas celi iob. quos apostolus
Gal 2 columpnas ecclesie vocat dicens. Petrus
et Jacobus et iohannes qui videbantur
columpne esse ecclesie dextras michi dederunt.
Possumus etiam columpnas celi ipsas
ecclesias non inconvenienter accipere. que
multe unam katholicam faciunt toto
terrarum orbe diffusam. Unde et Johannes
Apoc 1 apostolus. vii. ecclesiis scribit. ut unam
katholicam septiformis gratie spiritu
plenam designaret. Et [illegible] no-
vimus dixisse per Salomonem. Sa-
Sap 9 piencia edificavit sibi domum ex-
cidit columpnas .vii. qui ut se de
septem ecclesiis innotesceret secutus
etiam sacramentum ipsa diligenter
inseruit dicens. Immolavit victimas
miscuit vinum et posuit mensam
misit ancillas suas ut vocarent
ad arcem et menia civitatis si quis est
parvulus veniat ad me. Immolavit
enim dominus victimas seipsum immolando
id est offerendo pro nobis. Miscuit vinum
i. preceptorum suorum poculum ex narra-
tione hystoriaca et intelligencia spiritali
contemperans. Unde alias dictum est Calix
in manu domini vini meri plenus
mixto. Posuit mensam id est scripturam
sacram. que fessos ab oneribus seculi ad se
venientes. et pane ibi reficit et contra
adversarios sua refectione nos roborat.
Unde alias alterca dicitur. Posuisti in
conspectu meo mensam adversus eos
qui tribulant me. Misit ancillas a-
postolorum videlicet animas in primo suo
initio infirmas ut vocaret ad arcem

et menia ciuitatis quia dum in tua
vitam demoliuntur. ad alta menia
superne ciuitatis leuant. Que profecto
menia nisi humiles non ascendunt. Unde
et adhuc et ab eadem superna subditur
Et quis est pusillus veniat ad me.
Ac si aperte dicat. Qui magnum se aput se
magnum existimat aditum sibimet
ascensionis angustat. Quia tanto ad
me citius pertingit. quanto vnusquisque
aput se verius humiliat. Sed quam-
libet quisque virtute proficiat qualibet scien-
cia excrescat penetrare non sufficit quo
nos moderamine medicorum regit. Di-
cit ergo. Columpne celi contremiscunt
et pauent ad nutum eius. quia et plerique
nec ipsi pertingere ad nosse valeant eius
celsitudine preualet que eiusdem voluntatis
prima demetiantes videt. Vel sicut
supra diximus desiris quoque angeli
nil obstat intelligi. quia ipse quoque
virtutes celestium que haurit sine cessa-
cione conspiciunt in ipsa sua contem-
placione contremiscunt. Sed iste timor
ne penalis sit non timoris est sed admi- racionis
racionis intulit in ordine pre sci- quia vo
entis mirrit. Sequitur. In fortitudine quatenus pauor
illius repente maria congregata sunt sit ad
et prudencia eius percussit superbum. imi
Quid aliud maris nomine quam presens seculum
designatur in quo corda hominum terrenorum
diuersis cogitacionum fluctibus intumescunt.
quia elacione superbie concitati. dum
altiua in tencione se impetunt quasi
ad inuicem sibi unde collidunt. Sed
iam in fortitudine illius maria con-
gregata sunt. quia in tumultu domino
discordancia sedauit corda que eum dif-
credunt. Iam petrus in mari ambulat.
quia minis persecutoribus illa quondam
tumida huius audientium corda substrata
Hoc etiam in euangelio hinc dei mansuetu-
dinem figurauit cum procellosi maris
aqua sub pedibus presso timore cal-
cata est. Sed quo nam modo id actum
sit aperitur cum dicitur. Et prudencia eius percussit
superbum. Quis hic superbus alius appel-
latur nisi ille qui dixit. Ascendam super
altitudinem nubium similis ero altissimo.
Et de quo voce domini dicitur. Qui factus
est ut nulli timeret. et ipse est rex
super omnes filios superbie. De quo et

ys. lx Job xli

sentencie huic dauid concordat dicens
Tu humiliasti sicut vulneratum superbum.
Sed quamuis simplici natura diuinitatis
non sit aliud esse. aliud sapere. nec aliud
sapere et aliud fortem esse. quippe quia
ipsa fortitudo que sapiencia. et ipsa sa-
piencia que diuinitatis essencia est.
vigilanter tamen in tuendo pertracto quod vir
iste prophetico spiritu plenus. superbum deice
diabolum prudencia dei maluit dicere quam
fortitudine eius percussum. Non enim
ait fortitudo sed prudencia eius
percussit superbum. Nam quamuis sicut
supra dictum est propter naturam simplicem
dei fortitudo sapiencia sit. deus tamen
diabolum quantum ad faciem spectat non B
virtute sed racione superauit. Ipse namque Deus superauit
diabolus in illa nos primi parentis radice dyabolum non
supplantatus sub captiuitate sua quasi potestate sed
iuste tenuit hominem qui libero racione
arbitrio conditus ei iniusta sua-
denti consensit. ad vitam namque con-
ditus in libertate proprie voluntatis
sponte sua factus est debitor mortis.
Delenda ergo erat talis culpa
sed nisi per sacrificium deleri non poterat.
Querendum itaque erat sacrificium. sed quale
sacrificium poterat pro absoluendis ho-
minibus inueniri. Neque enim iustum
fuit ut pro racionali homine brutorum Heb. 9
animalium victime cederent. Unde ait
apostolus. Necesse est ergo exemplaria
celestium hiis mundare. Ipsa autem
celestia melioribus hostiis quam istis.
Ergo si bruta animalia pro racionali
animali id est pro homine digne victime
non fuerunt. requirendus erat homo
qui pro hominibus offerri debuisset. ut
pro racionali peccante racionalis hostia est x
mactaretur. Sed quid quod homo sine
peccato inueniri non poterat. et oblata
pro nobis hostia quando nos a peccato
mundare potuisset. si ipsa contagione
peccati non careret. Inquinata quippe
hostia inquinatos mundare non
posset. Ergo ut racionalis esset hostia
homo fuerat offerendus. Ut vero a peccatis
mundaret hominem et homo esset sine peccato.
Sed quis esset homo sine peccato si ex peccati
commixtione descenderet. Unde venit
propter nos in uterum virginis filius dei ibi pro
nobis factus est homo. sumpta est ab eo natura non
culpa. fecit pro nobis sacrificium corpus

sunt exhibuit, persecutoribus victimam sine peccato que et humanitate mori et iustitia mundare potuisset. Hunc ergo cum post baptisma vidit antiquus hostis mox temptationibus impetiit, et per diversos aditus ad interiora eius molitus irrumpere victus est atque ipsa inexpugnabili mentis eius integritate prostratus. Sed quia ad interiora eius non valuit, ad eius se exteriora convertit, ut qui sacramentis virtute victus est, cum quem decipere temptatione non valuit, carnis saltem videretur morte superare. Atque ut cum nos dominum est permissus est in illud quod ex nobis mediator acceperat mortalibus. Sed ubi potuit aliquid facere, ibi ex omni parte devictus est. Et unde exterius accepit potestatem dominice carnis occidende, inde interior potestas eius qua nos tenebat occisa est. Ipse namque intus victus est dum quasi vicit exterius. Et qui nos iure debitores mortis tenuit, iure in nobis ius mortis amisit, quia persecutores suos eius carnis perimende appetiit, in qua nil ex culpe debito invenit. Deus ergo uero pro nobis mortem solvit indebitam, ut nobis mors debita non noceret. Bene itaque dictum est: Prudentia eius percussit superbum. Quia antiquus hostis ex processu persuasionis sue eum etiam perdidit quem inique persuasionis lege possedit. Et dum audacter eum in quo nil sibi competebat appetiit, iure illum quem quasi iuste tenebat amisit. Prudentia itaque non virtute percussus est, quia dum ad temptandum deum sollicitatur, ab homine possidendo relegatur. Ut inde eum qui subiectus erat perderet, unde cum illo qui super ipsum est congredi presumpsisset. Percusso autem in carne diabolo, quanta predicatores eius virtutum gloria sit secuta narratur cum subditur: Spiritus eius ornavit celos. Quos celos nisi eos de quibus scriptum est: Celi enarrant gloriam dei, intelligimus? Quos tunc ornavit spiritus cum replevit. Ut Luca referente didicimus, qui ait: Factus est repente de celo sonus

xvii c

Christus morte solvit indebitam ut nobis mors non noceret debita

[illegible] 18 c 26

v

Act 2

tamquam advenientis spiritus vehementis et replevit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertite lingue tamquam ignis, seditque supra singulos eorum, et repleti sunt omnes spiritu sancto, et ceperunt loqui variis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Hoc ergo acceperunt ornamenta virtutis quos in mesa ante possederat feditas timoris. Sed cuius erat ille celorum, id est apostolorum, primus accepturum nimis spiritus gratiam? Quotiens dominum mori timuit, vitam negavit. Qui non penis, non afflictionibus, non terribili potestate cuiusquam, sed unius mancipii sola est interrogatione prostratus. Et quidem mancipium ne sexus fortior terribile demonstraret, ancilla est inquirente temptatus. Ut nimirum et talis sexus infirmitas etiam officii sui deiectione vilesceret, non ab ancilla tamen sed ab hostiaria est ancilla requisitus. Certe quantis viribus ad temptandum persona requisita est, ut aperte subderetur quanta eum timoris infirmitas possideret, qui nec cum voce ostiarie ancille subsisteret. Sed iam hunc paulo ante timidum qualis post adventum spiritus sancti extitit videamus. Certe Luca testante didicimus, cum sacerdotes ac principes quanta auctoritate dominum predicavit. Nam cum facto miraculo questio fuisset exorta, et sacerdotum principes seniores ac scribe in apostolorum persecutione convenirent, eos in medio statuentes in qua virtute miracula facerent percontari curaverunt. Quibus repletus spiritu sancto Petrus dixit: Principes populi et seniores, si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi in quo iste salvus factus est, notum sit omnibus vobis et omni populo Israel, quia in nomine Jhesu Christi Nazareni quem vos crucifixistis, quem deus suscitavit a mortuis, in hoc iste astat coram nobis salvus. Cuiusque ergo hec fervor persecutionum excreverit, cumque sacerdotes ac principes Jhesum predicare prohiberent, contra mandatum principum qua auctoritate Petrus exarserit indicatur, cum illic primus

Mt 26

Act 4

Act 7 subditur. Petrus vero et apostoli dixerunt
Obedire oportet deo magis quam hominibus.
Sed cum auctorem predicationis resistentium
precepta non premerent, ad flagella perve-
nitur. Nam subditur: Tunc principes
sacerdotum cesis denunciaverunt ne lo-
querentur in nomine ihesu et dimiserunt
eos. Sed quia intentionem apostolorum nec fla-
gella premere valuerunt, patenter ostenditur
cum protinus subiungitur: Et illi qui-
dem ibant gaudentes a conspectu concilii
quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu
contumelias pati. Mox etiam post
flagellorum gaudia quid agerent in-
dicatur: Omni autem die in templo et
circa domos non cessabant docentes
et evangelizantes ihesum christum. Ecce
xvii r ille paulo ante timidus iam loquitur
linguis, choruscat miraculis, infi-
delitatem sacerdotum ac principum libera
voce increpat, ad predicandum ihesum
exemplum auctoritatis ceteris prestat.
Quem in nomine ihesu loqui debeat ver-
beribus prohibet, nec tamen compescitur
contemptus flagella cedentium. qui pau-
lo ante verba timuerat requirentium, et
qui ancille vires requisitus expa-
vit, vires principum cesus premit.
Sancti enim spiritus virtute iam solida-
tus huius mundi altitudines liber-
tatis calce deprimebat, ut in imo ce-
cidet. quidquid contra creatoris gratiam
altum tumebat. Hec sunt ornamen-
ta celorum. hec sunt dona spiritus que
diversis manifestari virtutibus solent.
Quas occulte dispensationis munere
dividens paulus enumerat dicens:
Alii quidem per spiritum datur sermo sapiencie,
alii autem sermo scientie secundum eundem spiritum,
1 Cor 12 alteri fides in eodem spiritu, alii gratia
sanitatum in uno spiritu, alii operatio vir-
tutum, alii prophecia, alii discretio
spirituum, alii genera linguarum, alii inter-
pretatio sermonum. Qui mox generali
diffinitione concludens ait: Hec autem
omnia operatur unus atque idem spiritus
dividens singulis prout vult. De quo
etiam celis in psalmo dictum est:
Verbo domini celi firmati sunt. Qui
quoque ornaverit spiritus dicitur: Et spiri-
tu oris eius omnis virtus eorum.

Bene itaque dicitur: Spiritus eius
ornavit celos. quia predicatores
sancti nisi promissa paracliti dona
perciperent, nullo fortitudinis decore
claruissent. Sed quia sub apertis
virtutum gratia decoris vite predicatorum
contra infidelium corda convaluit,
et antiquus hostis obsessis infide-
lium mentes predicatorum vocibus ex-
pulsus deseruit, post ornamenta
celorum apte subditur: Et obstetri- y
cante manu eius eductus est co-
luber tortuosus. Quo enim co-
lubri appellatur nomine nisi anti-
quus hostis et lubricus et tortuosus,
qui decipiendo hominem colubri
ore locutus est. De quo per prophetam ys 27
dicitur: Leviathan serpentem vectem
tortuosum. Qui ideo loqui
ore serpentis permissus est, ut ex
ipso vase eius homo agnosceret
qualis esset qui intus habitaret.
Serpens quippe non solum tortuosus
sed etiam lubricus est. Quia ergo rec-
titudine non stetit, tortuosum quale
intravit. Quia ex suggestionis principio
eius si non resistitur, repente totus ad
interiora cordis dum non sentitur
illabitur, verba ad hominem per animal
lubricum fecit. Caverne vero huius
colubri corda iniquorum fuerunt. Qui
quia ad pravitatem propriam traxit
quasi in eorum habitatione requievit.
Sed obstetricante manu domini tortuo-
sus coluber de propriis cavernis expul-
sus est, quia dum nobis divina
gratia medetur, is qui nos tenuerat
antiquus hostis a nobis eicitur. Sicut
in evangelio veritas dicit: Nunc prin- Io 12
ceps mundi huius eicietur foras. Qui
iam nunc quos homines non tenendo
possidet, sed temptando persequitur. Nam
quia non intus in visceribus regnat,
contra eos exterius pugnat. Et
quia intus dominium perdidit, bella
movet foras. Ille enim de carnali-
bus hominum cordibus expulsus, qui
propter homines ad incarnationem venit,
diuque corda infidelium tenuit, quasi
manum ad latibula serpentis misit.
Unde et per prophetam dicitur: Delectabitur ab ys 11
ubere infans super foramine aspidis
et in caverna reguli qui ablactatus

sicut manum suam mittet. Non nocebunt et non occident in universo monte meo. Quem namque infantem ablactatum vel eum qui ablactatus sit nisi dominum appellat? Quid non foramine aspidis vel cavernis reguli nisi corda signavit iniquorum? Quia antiquus hostis dum totum se reproborum consensui contulit, quasi in foramine proprio coluber tortuosus sinus astucie colligendo glomeravit. Quem et aspidis nomine appellat occulte serpentem, et reguli aperte ferientem. Manum ergo suam dominus in foramine reguli atque aspidis misit, quando iniquorum corda divina potestate tetigit, et comprehensum exinde aspidem vel regulum, id est antiquum dyabolum traxit, ut in monte sancto eius, qui est ecclesia electis fidelibus non noceret.

x

xviii

Hinc namque in cantico canticorum sponso venienti dicitur: Coronaberis de capite amana, de vertice sanir et hermon, de cubilibus leonum. Quid enim leonum nomine quam demonia signantur, qui iram contra nos atrocissime crudelitatis insaniunt? Et quia peccatores ad fidem vocati sunt, quorum quidam nomine corda leonum cubilia fuerunt, dum vicisse mortem dominus eorum confessione creditur, quasi de leonum cubilibus coronatur. Remuneratio quippe victorie corona est. Tociens ergo ei fideles coronam offerunt, quociens hunc vicisse mortem ex vivere confitentur. Leo ergo de suis cubilibus expellitur, quia obstetricante manu domini tortuosus coluber in cavernis quas tenuerat existere prohibetur. Nam victus a fidelium cordibus exiit, qui superbe antea ex sceptro perfidie resedit.

Et in paucis brevibusque sentenciis sanctus vir adventus dominici ordine retulit, pondera expressit, quid eius incarnacione fieri potuit admirando narravit. Sed quia mira fecit in humilitate veniens, considerari non potest cum quanto terrore veniet et in maiestate sue fortitudinis. Apertus ordo primi adventus illius perpensari et conspici in tantum potuit, quantum ad redimendos carnales veniens dignitatis sue magnitudinem carnalibus oculis temperavit. Quis vero eius celsitudinis terrorem ferat, cum secundi adventus potencia pigne excens in potestatis sue maiestate ostenderit. Unde vir sanctus adventum illius narravit primum, sed lassatur ad secundum dicens: Ecce hec ex parte dicta sunt viarum eius, et cum vix parvam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum [magnitudinis] eius intueri? Quid hoc loco viarum nomine nisi actiones domini appellat? Unde per prophetam dominus dicit: Non enim sunt vie mee sicut vie vestre. (nb) Adventum ergo domini cum narraret, vias dei ex parte retulerat, quia eius actio alia fuit qua nos condidit, alia qua redemit. Ea itaque qua redemit actione narravit, extremi iudicii comparacione temporis ait: Et hec ex parte dicta sunt viarum eius. Quod et parvam stillam sermonis eius appellat, quia quidquid altum, quidquid terribile in hac vita positi de eius consideracione cognoscimus, ex immensitate secretorum celestium velut tenui ad nos gutta superni liquoris emanat. Et quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? Ac si aperte dicat: Si humilitatis eius admiranda vix ferimus sonos, atque terribilem maiestatis eius adventum qua virtute tollerimus? Hinc tonitruum adventus illius etiam david psalmista insonat dicens: Deus manifeste veniet, deus noster, et non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, et in circuitu eius tempestas valida. Hinc sophonias propheta denunciat dicens: Iuxta est dies domini magnus et velox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies illa dies ire, dies tribulacionis et angustie, dies calamitatis et miserie, dies tenebrarum et caliginis, dies nebule et turbinis, dies tube et clangoris. Terrorem ergo districti examinis, quem sophonias tubam, beatus Job tonitruum appellat, quem Johel quoque considerans ait: Conturbentur omnes habitatores terre, quia venit dies domini, quia prope est dies tenebrarum

et caliginis. dies nubis et turbinis
Magnus enim dies domini et terribilis val
de. et quis sustinebit eum? Sed quam
incomprehensibilis sit atque inconsidera-
bilis illa magnitudo que in secunda
ostensione adventus sit, bene intuen-
do pendimus, si primi adventus ponde-
ra sollicita consideratione pensamus. Certe
ut nos a morte redimeret dominus mori
venit. et defectum nostre carnis penas
in suo corpore pertulit. qui priusquam
ad crucis patibulum perveniret teneri
conspui illudi alapis cedi se pertulit.
Ecce ad quanta propter nos venire pro
bra consensit. et tamen persecutorum
se teneri permitteret. persecutores suos
requisivit dicens: Quem queritis?
Cui illico respondentes dixerunt: Ihesum
Jo 18 nazarenum. Quibus cum responderet dicens
Ego sum. vocem solummodo mitissime re-
sponsionis edidit, et armatos persecutores
suos protinus in terram prostravit. Quid
ergo facturus est cum iudicaturus
venit. qui una voce hostes suos
perculit, etiam cum iudicandus venit?
Quod illud iudicium quod immortalis
exercet. qui una voce non potuit ferri
moriturus? Quis eius iram tolleret
cuius et ipsa mansuetudo non potuit
tollerari? Consideret ergo vir sanctus
et dicat: Cum vix parvam stillam
sermonis eius audierimus. quis poterit
thonitruum magnitudinis illius intueri?

Incipit liber XVIII

Plerumque in sacro eloquio sic non
nulla mistica describuntur: ut ea
permixta narratione historica prolata
videantur. Sed sepe dicta alia in eadem
historica narratione permixta sunt
per que superficies historie cuncta cassetur.
que dum nichil historicum resonant
aliud in eis inquirere lectorem cogunt.
Hijs enim dictis que aperta credimus
cum in textu aliqua obscuriora in-
venimus. quasi quibusdam stimulis
pungimur ut ad aliqua altius intel-
ligenda vigilemus. et obscurius pro-
lata sentiamus. ea etiam que aperte dicta
putavimus. Cum ergo beatus iob de
sermone dei et magnitudine eius quereret

eiusdem verbis protinus subiungitur. Ad
didit quoque iob assumens parabolam
suam et ait. quo profecto usu ostendi-
tur huius sanctissimi viri dicta quam
mistice sint prolata. Dum parabola
id est similitudo assumpta narratur
ab eo qui nichil in sermone suo com
parationis vel similitudinis loquitur
Absit enim ne hoc loco id mistice
organum parabolam sentiamus. Neque
enim fas est credere quod in afflictione
penarum utatur musicis. Cum post
tum suum vitiis dicat: Musica Ecci 22
in luctu importuna narratio. Non
ta ergo parabola esse textum ipso lo
quente. iam discimus ne in nostra tex
tum tantummodo eius verba pensemus,
sed eam utique similitudine cuncta
trahenda sunt qua figuraliter etiam
designantur. Et in ipso quidem locutionis
exordio. dicta aperte prolata sunt,
sed sub dictis obscurioribus implicantur.
Nam plana ut solet locutione in
choat. sed verba sua per misticos sensus
gravida narratione consummat. Ita
quoque ait Sequitur Cap XXVII xxvii
Vivit dominus qui abstulit iudicium
meum. et omnipotens qui ad amari
tudinem adduxit animam meam
Quibus nimirum verbis beatus vir
et sua narrat et sancte ecclesie afflicte
tempora designat in quibus aperta infi
delium pertinacia premitur et persecutio
nis amaritudine probatur. Duobus
namque modis temptari ab adver "Eccla
sarijs solet. ut videlicet persecutorum
aut verbis pacatur aut gladijs secta
tur etiam summopere hostis sapientiam et
paciam studet. sed excercet eius pacia sapiencia cum temptatur verbis
cum temptatur gladijs. Nunc vero de ea exercetur eius
persecutione loquitur in qua non gladijs
sed falsis assertionibus lacessitur. Fami N
tos autem nonnumquam cum in hac B
vita aliqua ad verba pacatur. Deum
non esse e[xi]stimat. Non nulli vero esse
estimant sed humanas res minime
curare. De illis quippe per david dicitur:
Dixit insipiens in corde suo non est
deus. Isti vero aperte eum dicunt
Quomodo scit deus et si est sciencia
in excelso? Et rursus dixerunt Non

Eccla duobus modis temptatur. verbis. verum sapientia
ps. i. h. 19 a A et A gladijs verum et pacientia:

videbit dominus nec intelliget deus
iacob. Vir igitur iste sancte ecclesie
typum tenens in ipsa afflictionis sue
amaritudine constitutus contra
utrosque videt. Nam quia certum habet
mora non habet ut deum fateatur
ait. Vivit dominus. Ut enim res huma
nas curare perhibet subdidit. Qui
abstulit iudicium meum et ad amari
tudinem adduxit animam meam.
Iusta enim que patitur non causa se perpeti
sed deo omnia disponente testatur.
nec temptatori suo amaritudinis
sue potestatem tribuit sed auctori. Scit
namque quia diabolus licet afflictionem
iustorum semper appetit. tamen si a ban
tore nostro potestatem non accipit ad
temptationis articulum nullatenus
convalescit. Unde et omnis voluntas
diaboli iniusta est et tamen permittente
deo. omnis potestas iusta. Ex se enim
temptare quoslibet iniuste appetit
sed eos qui temptandi sunt temptari
deus non nisi iuste permittit. Unde
etiam in libris Regum de diabolo
scriptum est. Quia spiritus domini malus
irruebat in Saul. Si malus cur
domini dicitur. Sed duobus verbis
comprehensa est potestas iusta et diaboli
et voluntas iniusta. Ita et ipse dicitur
spiritus malus per nequissimam volun
tatem. et idem spiritus domini per accep
tam iustissimam potestatem. Bene ergo dicitur
Vivit dominus qui abstulit iudicium
meum. et omnipotens qui adduxit ad
amaritudinem animam meam. Quia
et si hostis sevit qui ferire appe
tit. creator tamen est qui eum ad ali
quid penale permittit. Sed quia sanctus
vir ad aliquid in vocatione dei in
se restringit. audiamus quod sese con
stringendo subiugat. Sequitur. Quia
donec superest alitus in me et spiritus
dei in naribus meis non loquentur
labia mea iniquitatem. nec lingua
mea meditabitur mendacium. Qui
prius iniquitatem. hic postmodum
repetens mendacium dixit. Nam
et omne mendacium iniquitas est
et omnis iniquitas est mendacium

quia profecto ab equitate discrepat
quicquid a veritate discordat. Sed in
ter hec quod ait loqui et postmodum
subdidit meditari. magna distancia
est. Non unquam enim peius est
mendacium meditari quam loqui.
Nam loqui plerumque precipitationis est
meditari vero studiose pravitatis.
Et quis ignoret in quanta distancia
culpe distinguitur. utrum precipitatione
aliquis an studio mentiatur. Sed sanctus
vir ut perfecte ad huc vitam nec
studio se prohibet nec precipitatione
mentiri. Summopere enim cavendum est
omne mendacium quamvis non unquam
aliquod mendacii levioris sit culpe
genus. ut si quisquam prestando menti
atur. Sed quia scriptum est. Os quod
mentitur occidit animam. Et perdes omnes
qui locuntur mendacium. Hoc quoque genus
mendacii perfecti viri summopere fugiunt
ut nec vita cuiuslibet etiam per eorum
falaciam defendatur. ne sue anime
noceant dum prestare carni nituntur
aliene. Quamquam hoc ipsum peccati genus
facillime credimus relaxari. Nam si
quelibet culpa sequenti solet pia opera
tione purgari. quanto magis hec finale
absterget ut mens quam mater boni operis
pietas ipsa comitatur. Nonnulli vero
ex obstetricum fallacia conantur asserere
hoc genus mendacii non esse peccatum
maxime quod illis mentientibus scriptum
est. Quia edificavit illis domos
dominus. In qua magis recompensatione
cognoscitur. quid mendacii meretur culpa.
Nam benignitatis eorum merces
que eis potuit in eterna vita retribui pro
admixta culpa mendacii. in terrena est
recompensatione declinata. ut in vita
sua quam mentiendo tueri voluerunt
ea que fecerunt bona reciperent et ultra
quod expectarent mercedis non haberent.
Nam et si subtiliter perpendatur amore
vite presentis mentite sunt. non intencione
mercedis. Parcendo quippe conate
sunt in suam vitam tegere men
tiendo suam. Et licet testamento
veteri non nulla possint talia reperiri
pene unquam tamen hoc vel tale
genus mendacii apostolus admisit

et prius temptandi sunt

1 reg 16

Ubi iuste quid? Si dominum malus

Cap. 1

De Mendacio

studiosus lector ibi inveniet quamvis
mendacium teneri quadam veritatis
imagine videatur. Et sub veteri
forsitan testamento minoris esse culpe
potuit. in quo per taurorum hircorum-
que victimas et sacrificium pecoris non
fuit ipsa veritas sed umbra veritatis.
Nam in testamento novo preceptis al
tioribus manifestata patrie veritate
profecimus. Iustum quippe est ut facta quedam
que in illo populo umbre veritatis
deservierunt deseramus. Si quis vero
m per testamentum vetus vult sua tueri
mendacia. quia minus illic forsan
damnata fortasse nocuerit. dicat necesse
est rerum alienarum raptum dicat
retributionem iniurie que infirmis illic
concessa sunt sibi nocere non posse.
Que omnia cunctis liquet quanta
animadversione veritas insequitur. que
nobis iam perfectionis sue umbra
postposita in vera carne declaratur.
Sed quia sanctus vir nec loqui se iniquitatem nec
meditari mendacium spopondit. hec
ipsa in quibus veritati congruit expositio
subiungit. Absit a me ut iustos
vos iudicem. Donec deficiam non
c recedam ab innocentia mea. Ab in
nocentia quippe recederet si bona
de malis estimaret. Salomone attes
Pro. 17 tante qui ait. Et qui iustificat impium.
et qui condempnat iustum. uterque ab
hominabilis est apud deum. Sunt
autem nonnulli qui mala facta hominum
efferunt laudibus. augent que increpare
debuerunt. Hinc etenim per prophetam
dicitur. Ve qui consuunt pulvillos
Ezech 13 sub omni cubitu manus. et faciunt
cervicalia sub capite universe etatis.
Ad hoc quippe pulvillus ponitur ut
molliter quiescatur. Qui ergo male
agentibus adulatur. pulvillum sub
capite vel cubitu iacentis ponit.
ut qui corripi ex culpa debuerat
in ea fultus laudibus molliter quiescat.
Hinc rursum ait. Ipse edificabat
parietem. illi autem liniebant eum.
Parietis quippe nomine peccati duritia
designatur. Edificare ergo parietem
est contra se quempiam peccati obsta
cula construere. Sed parietem liniunt

qui peccatis perpetrantibus adulantur.
ut quod illi perverse agentes edificant
ipsi adulantes quasi nitidum red
dunt. Sed sanctus vir sicut mala de
bonis non estimat. ita iudicare
bona de malis recusat dicens.
Absit a me ut iustos vos iudicem
donec deficiam non recedam ab in
nocentia mea. Ubi apte subiungitur.
Iustificationem meam quam cepi tenere
non deseram. Ceptam namque iustificationem
desereret si in peccantium laude de
clinaret. Sed quia tunc verius
actus alienos absistimus cum
prius nos ipsos custodimus. Cur
de eis pertimescat omnibus cunctis
insinuat cum subiungit. Neque
enim reprehendit me cor meum in omni
vita mea. Ac si aperte dicat. pro
vobis non debeo ad culpam prolabi
qui peccare in propriis formido.
Sciendum vero est quod quisquis a
preceptis divinis discordat opere
quotiens ea audit corde suo repre
henditur atque confunditur. quia id
quod non fecit memoratur. Nam in
quo se errasse considerat. ipsa se
latenter conscientia accusat. Unde david
propheta deprecatur dicens. Tunc non
confundar cum respexero in omnia
mandata tua. Graviter namque unus-
quisque confunditur. qui mandata dei
vel legendo vel audiendo respicit
que vivendo contempsit. Hinc etiam
Iohannis voce dicitur. Si cor nostrum non 1 Io 3
reprehendit nos fiduciam habemus
ad deum. et quidquid ab eo petierimus
accipiemus. Ac si dicat. Si id quod
precepit facimus. id quod petimus obti
nemus. Valde namque apud deum
utraque hec sibi necessario concurrunt
ut et oratione operatio. et operatione
fulciatur oratio. Hinc etenim Ieremias Tre 3
ait. Scrutemur vias nostras et queramus
et revertamur ad dominum levemus cor
da nostra cum manibus ad deum in celum.
Vias enim nostras scrutari est cogi
tationum intima discutere. Corda cum
manibus levat. qui orationem suam
operibus roborat. Nam quisquis
orat. sed operari dissimulat cor le
vat. et manus non levat. Quis

Oro fulcienda est
operatione.

quis vero operatur et non ornat ma
nus levat sed cor non levat. Iux
ta Johannis vocem tunc locum fidu
cia in ordine accipit cum vite pura
nitas nulla sibi contradicit. De q
fiducia recte nunc a sancto viro dicitur.
Neque enim reprehendit me cor meum
in omni vita mea. Ac si aperte di
cat. Nequaquam se fecisse reminiscitur
unde in suis operibus confundatur.
De querendum est quo pacto a corde
suo se reprehendi denegat. qui se
peccasse superius accusavit dicens.
Quid faciam tibi o custos hominum
Si iustificare me voluero os meum
condempnabit me. Sed sciendum est
quia sunt peccata que a iustis vi
tari non possunt. Et sunt non
nulla que etiam a iustis vitari
possunt. Cuius enim cor inhabitat
corruptibili carne consistens in
sinistra cogitatione non labitur. vel
si usque ad consensum fovendam non
ingeritur. et tamen hec ipsa prava
cogitare peccare est. Sed dum cogita
cioni resistit a confusione sua ani
mus liberatur. Mens ergo iustorum
et si libera est a perverso opere aliquando
corruit in prava cogitatione. et in
peccato ergo labitur. quia saltem
in cogitatione declinatur. et tamen
unde semetipsam postmodum flen
do reprehendat non habet. quia
ante se revocat quam per consensum
cadat. Recte ergo is qui peccatorem
se confessus est. nequaquam se a cor
de suo reprehendi confitetur. quia
et si qua illicita fortasse cogita
do desinit nunquam rectitudini
forti tamen mentis certamine re
sistit cogitationi. Sequitur. Sicut impius
inimicus meus. et adversarius meus
sicut iniquus. Iusticiario eloquio sicut
et quasi aliquando non per similitudine
ponitur sed per veritate. Unde est illud
Vidimus gloriam eius gloriam
quasi unigeniti a patre. Unde hic
quoque sicut et quasi per affirmacione
pocius quam per similitudine dictum videtur.
Inter impium vero et iniquum hoc distare
non immerito solet. quia omnis impius
iniquus. non tamen omnis iniquus im
pius. Impius namque per infideli
ponitur. id est a pietate religionis
alienus. Iniquus vero dicitur qui
pravitate operis ab equitate discor
dat. vel si fortasse christiane fidei
nomen portat. Beatus igitur Iob voce
typica sancta ecclesia quia alios
recte fidei contra dicentes tolerat
impium se habere fatetur inimicum.
Quia vero alios sub pretexto fidei
intus positos in pravis operibus
patitur. iniquum sibi adversarium de
testatur. Sed aut sicut et quasi op
tet magis ut per similitudine posi
tum senciamus. quia eciam eos quos
viventes carnaliter intra se tolerat
de similitudine impiorum notat.
Intus quippe inimicus est. qui
fidelem se dum affirmat vocibus
moribusque negat. Et quia enim
velut infidelem estimat. quod illa
sperneremus potius vicio prave
actionis impugnat. Recte dicitur Sit
impius inimicus. et adversarius
meus quasi iniquus. Ac si aperte
dicat. Quem etiam fide discrepat quam
nichil opere non concordat. Sequitur.
Que enim est spes ypocrite si ava
re rapiat et non liberet deus a
nimam eius. Ypocrita qui latina
lingwa dicitur simulator iustus esse
non potest sed videri. Et ideo ava
rus raptor est. quia dum inique
agens desiderat. Et ideo avarus
raptor est. quia dum inique agens
desiderat desperate venari. laudem
vite rapit aliene. Sciendum vero
ypocritarum esse solet ut et quos sunt
supprimat. et hoc quod non sunt esse se
hominibus innotescant. qui mun
sura sua per estimacionem transeant
et prire se ceteros actione et nomine
ostendant. Refugiunt videri quod sunt
et ante oculos hominum superducta quadam
honestate se vestiunt. Unde recte
per temetipsum voce redemptoris nostri in
crepantur cum eis dicitur. Ve vobis
ypocrite quia similes estis sepulchris

dealbatis que foris quidem apparent
hominibus speciosa intus vero ossibus
sit plena mortuorum et omni spurcitia
Ita et vos foris quidem apparetis
hominibus iusti. intus vero estis
pleni avaricia et iniquitate. Quo
contra omnes veritatis sancti non solum
gloriam supra modum suum omnino
non appetunt. sed etiam hoc ipsum
vitii refugiunt quod esse meruerunt
Unde ille predicator egregius virtutis
contra pseudo apostolos loquens dum
2 cor virtutes eximias operationis sue per
discipulorum eruditione narraret
11 dum tot se pericula tolerasse coac-
nata persecucione describeret. et post
hoc usque ad tercium celum rursum et
paradisum raptum se esse memora-
ret. ubi tanta cognoscere potuisset.
quanta loqui omnino non posset. erat
de se adhuc fortasse mirabiliora
locuturus. sed ab humana laude al-
ta se consideratione separans subdit
vt Parco autem ne quis me existimet
loqui supra id quod videt in me
aut audit aliquid ex me. Habebat ergo
adhuc aliquid dicendum de se quia
parcit dicere. Sed egit utrumque doctor
egregius. ut et loquendo que egerat
discipulos instrueret. et tacendo se
natura humilitatis limite custodiret Minus
namque esset ingratus si de se dis-
cipulis tota taceret. et fortasse mi-
nus incautus si de se vel discipu-
lis proderet. Sed mirabiliter ut decuit
est egit. ut loquendo erudiret
vitam audientium. tacendo custodiret
suam. Sciendum vero est quod sancti viri
quotiens de se aliquid sequentibus
innotescunt. more sui creatoris imi-
tantur. Nam deus qui nos prohibet
ne proprio ore laudemur. per scripturam
sacram laudes suas loquitur. non
quia ipse in eis indiget quia pro-
fice laudibus nescit. Sed dum sue
nobis magnitudinis innotescit ad se
nostram inscitiam sublevat. Et bona
sua eloquendo nos docet quod omnino
hunc non cognosceret si de se tacere

voluisset. Ideo laudes suas indi-
cat ut valeamus eum audientes
cognoscere. cognoscentes amare.
amantes sequi. sequentes adipisci.
adipiscentes vero eius visione
perfrui. Unde psalmista ait. Virtutem
operum suorum annunciabit populo
suo. Ut det illis hereditatem
gentium. Ac si aperte dicat. Ideo
fortitudinem sue operationis insinuat
ut eum qui audierit donis dei
ditat. Morem ergo sui conditoris
imitantes sancti viri non nunquam
quedam de se ut audientes instru-
ant. non ut ipsi proficiant mani-
festant. et tamen in hiis alta
se consideratione custodiunt. ne
dum alios ad eterna intentione eri-
gunt. ipsi in terrene laudis appeti-
tione mergantur. Quorum plerumque
dicta imitantur ypocrite. sed dictorum
sensum penitus ignorant. quia
quod iusti agunt ad utilitatem proximi
hoc isti faciunt ad extensionem nominis
sui. Sanctus autem vir ypocritas in-
tuens nequaquam gloriam futuram appe-
tere sed carpere presentem terrene ait. Que
enim spes est ypocrite. quia dum
presentem diligit futuram minime spectat.
Idcirco ergo ab ypocrita ad eterna
premia per spem minime tenditur. quia
quod alio querendum fuerat hic se tenere
gloriatur. Cuius quia culpa pro-
lata est etiam pena subiungitur
cum protinus subinfertur. Numquid m
clamorem illius exaudiet deus
cum venerit super illum angustia
Clamorem eius angustie tempore
deus non audit. quia tranquillitatis
tempore in preceptis suis ipse clama-
tem dominum non audit. Scriptum quippe p° 28
est. Qui avertit aurem suam ne
audiat legem. oratio eius erit ex-
secrabilis. Sanctus itaque vir intuens
quia omnes qui nunc operari recta
contempnunt extremo se tempore
ad petitionis verba convertunt dicit
Numquid clamorem eius exaudiet
deus. Quibus profecto verbis vocabu-
lum redemptoris obsequitur qui ait

Boni viri bona sua in hiis manifestant

Novissime veniunt fatue virgines dicentes. Domine domine aperi nobis. Et respondet eis. Amen dico vobis nescio vos. Quia tanto magna tunc exercetur severitas, quanto nunc maior ira prorogatur; et districtum tunc iudicium non conversis exercet, qui pietate non delinquentibus impendit patientiam. Hinc etenim per prophetam ait: Querite dominum dum inveniri potest, invocate eum dum prope est. Modo enim non videtur et prope est; tunc videbitur et prope non erit. Nec dum iudicium apparuit, et si queritur invenitur. Miro modo cum in iudicio apparuerit et videri potest et non inveniri. Hinc Salomon sapientiam refert et suaviter blandientem et terribiliter iudicantem dicens: Sapientia foris predicat, in plateis dat vocem suam. Cuius vocem quoque insinuat dicens: Usquequo parvuli diligitis infantiam et stulti ea que sibi noxia sunt cupient et imprudentes odibunt scientiam. Convertimini ad correptionem meam. En proferam vobis spiritum meum et ostendam verba mea. En quibus verbis expressa est dulcedo vocantis. Videamus nunc quibus insinuat modis severitas increpantis ut in fine quoque se exerceat districtio punientis. Quia vocavi et renuistis, extendi manum meam et non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum et increpationes meas neglexistis. Dicat iam quid feriat quos ad se misericorditer revertentes longanimitate sustentat: Ego quoque in interitu vestro ridebo et subsannabo cum vobis quod timebatis advenerit. Cum irruerit repentina calamitas et interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio et angustia, tunc invocabunt me et non exaudiam. Mane consurgent et non invenient me. Ore itaque sapientissimi Salomonis cuncta

desuper iudicio diligenter expressa sunt, quia et prius dulciter vocat, et postmodum terribiliter increpat, et ad extremum irretractabiliter damnat. Recte ergo dicitur: Numquid clamorem eius audiet Deus quando venerit super illum angustia? Quia nimirum omnis ypocrita tunc remedium in clamore non invenit, qui nunc tempus clamoris congruum perdit. Deinde veritate adhuc subiungit: Aut poterit in omnipotente delectari? Quia enim terrenarum rerum amore convincitur, in deo minime delectatur. Esse quidem sine delectatione anima numquam potest. Nam aut infimis delectatur aut summis. Et quanto altiori studio exercetur ad summa, tanto maiori fastidio torpescit ad infima; [quanto vero ad infima,] tanto torpore frigescit damnabili a summis. Utraque enim simul et equaliter amari non possunt. Unde Iohannes apostolus sciens inter spinas amorum seculi superne caritatis messem germinare non posse, priusquam etiam amoris semina proferret de audientium cordibus, sancti ubi manum amoris secularium spinas eradicat dicens: Nolite diligere mundum et ea que in mundo sunt. 1 Io 2 Moxque subiungit: Quia si quis diligit mundum non est caritas patris in eo. Ac si aperte dicat: Utrique se amores in uno corde non capiunt, nec in eo seges superne caritatis pullulat in quo illam spina in fine delectationis necat. Atque ipsas ex hac infima delectatione nascentes enumerat punctiones dicens: Quia omne quod in mundo est concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et superbia vite, que non est ex patre sed ex mundo est; et mundus transibit et concupiscentia eius. Delectari ergo in deo ypocrita non valet, quia in eius mente desideria superna non prodeunt, quia profecto spine terreni amoris premunt. De quo aperte subiungit: Et invocare deum omni tempore. Tunc quippe ypocrita deum invocat

cum hunc transitorium rerum tribulatio
angustat. Nam cum in hoc seculo
effectum quesite felicitatis invenerit
auctorem qui hanc ipsam felicitatem
tribuit non requirit. Quia vero ut
prediximus sanctos esse docentes debet
ut in auditorum suorum mentibus
prius studeant perversa destruere et
postmodum recta predicare, ne bone
predicationis semen ~~bona~~ plena
malis corda non capiant. Unde
ad Jeremiam dicitur: Ecce constitui
te hodie super gentes et regna ut
evellas et destruas disperdas et
dissipes et edifices et plantes. Prius
itaque iubetur ut destruat, postmodum
ut edificet; prius ut evellat post-
modum ut plantet, quia nequaquam
quis recte veritatis fundamentum ponitur
nisi prius erroris fabrica destruatur.
Beatus ergo Iob postquam cunctis un-
iversalibus ecclesie amicorum suorum dictis quae
contra hereticorum verba vidit eorum
que elationem multimoda ruisione de-
struxit, iam docere se perhibet, ut
videlicet apte videatur in his que
subdit recta plantare, in his vero
que premisit evulsisse perversa. Sequitur:
Docebo vos per manum Dei quae omnipotens
habeat non abscondam. Sic beatus
Iob loquitur verbis suis ut aliquid
designet ex nostris. Nam sancta ecclesia
docens inquantum cognoscere expedit
nil veritatis abscondit. Quia enim
manus Dei vocatur filius, omnia
quippe per ipsum facta sunt, per manum
Dei docere se perhibet eos quos in propria
sapientia remansisse fatuos videt. Ac si aperte
dicat: Ego ex me aliquid nescio, sed
quicquid de veritate sentio hoc ex eius-
dem veritatis largitate comprehendo.
Vos idcirco recta non sapitis quia hanc
eandem veritatem sapientiam non Dei munere
sed vobismetipsis datis. Nam hostes
sancte ecclesie si quid veri aliquando
sentiunt, id propriis viribus tribuunt,
et tanto magis se privat etiam sapientia,
quanto illam quasi ex proprio ingenio

habere privatam volunt. Quibus
aliquando datur ad iudicium suum
ut recta quidem aliqua sentiant,
sed ipsa scientia obligatiores ad
penam fiant. Unde apte subditur:
Ecce vos omnes nostis et quid
sine causa vana loquimini. Scrip-
tum est enim: Servus qui cognovit
voluntatem domini sui et non
preparavit et non fecit secundum voluntatem
eius plagis multis vapulabit.
Qui autem non cognovit et non
fecit digna plagis vapulabit
paucis. Rursumque scriptum est: Luce 12
Scienti igitur bonum et non facienti
peccatum est illi. Ad maiorem igitur Ia 4
culpe cumulum hostes suos sancta
ecclesia perhibet et scire quod sequi
debeant et sequi nolle quod sciunt.
De quibus alias dictum est: Descen-
dant in infernum viventes. Vivunt qui
sentiunt que erga illos fiunt.
Mortui enim nec sciunt omnino nec
sentiunt. Mortui itaque qui non
sentiunt pro nescientibus. Viventes
vero qui sentiunt pro scientibus poni
solent. Viventes ergo est in infernum
descendere scientes sentientesque
peccare. Sequitur: Hec est pars hominis
impii apud Deum et hereditas
violentorum eius quam ab omnipote-
te suscipient. Quam profecto partem
hereditatemque protinus insinuat-
tum subiungit: Si multiplicati
fuerint filii eius in gladio erunt
et nepotes eius non saturabuntur
pane. Non absurde impii vo-
cantur heretici, qui per errores proprii
dogmatis a cognitione veritatis
sunt alieni. Quos sequenti verbo
etiam violentes appellat, quippe
qui scripture sacre pervertentes recta
dogmata convertentes ad intellectum
pravum conantur violenter inflectere.
Violenti ergo sunt et si non rebus
hominum certe sensibus preceptorum,
filii autem violentorum sequaces here-
ticorum qui dum eorum errori

470

consentiunt quasi ex eorum predicatione
genuerunt. Sed multiplicati in gla
dio erunt quia quamvis nunc in pre
senti multitudine impedita libertate
succrescunt. venturi tamen iudicii
deut° 32 sententia feriuntur. Unde dominus per moy
sen ait. Gladius meus mandu
cabit carnes. Dei enim gladius
devorat carnes. quia extremo
iudicio eius sententia eos qui
carnaliter sapiunt occidit. Quam
inrequirendum est. cur dicitur quod
habeant partem atque hereditatem suam
primum ab omnipotente percipiunt.
Sed recte considerantibus liquet. quod
et si ipsi sapuerint iniuste agere.
superne tamen equitati competit
iniuste acta iuste iudicare. ut di
vina sententia ordinet in penam
quos inordinata sua actio traxit
in culpam. De quibus apte subditur.
Et nepotes eius non saturabuntur
pane. Nepotes quippe hereticorum
sunt. qui de ceterorum filiorum predi
catione nascuntur. Quos nequa
quam pane satiat. quia dum in sacri
verbi pabulo plus querunt sentire
quam capiunt. semper aviditatis con
gnitione ieiunant. et predicamenta
doctrine que student ad honorem
querere. ad refectionem non valent habere.
Quia vero nonnullos ex eisdem
hereticis sancta ecclesia colligit. non
nullos in malicia sua pertinaces
relinquit. protinus addidit. Qui re
v liqui fuerint ex eo sepelientur
in interitu. quia dum ad lucem veri
tatis non redeunt. profecto in perpetua
pena ex intelligencia eterna de
primuntur. Et quia nonnumquam dum
auctor erroneum plebium rapitur
ad penam. seducte plebes refor
mantur ad veritatis sententiam. et
tunc ad veram cognitionem redeunt pro
supplicia diti. cum ad eterna hii pervenerint
qui male fuerant prelati apte sub
iungitur. Et vidue illius non plora
viii x bunt. Quasi viduas eius accipimus

nisi subiectas plebes morte illius
feliciter destitutas. quia sepe ut dictum
est. dum predicator erroris ad eterna
supplicia rapitur. subiecte plebes illum
ad cognitionis vere gratiam revertuntur.
Hiis enim plebibus peius predicator
quasi maritus preerat. quia male
eis coniunctus inheserat corruptor
mentis. Nequaquam ergo vidue vel
destitute plorant. quia morte prioris
doctoris viam veritatis invenerunt
ex cuius interitu affligi posse videbantur.
Vel certe non plorant vidue. quia
in suo errore remanentes. dum sanctum
estimant fuisse predicatorem suum. spe
falsa ne lugeant consolabuntur.
Sequitur. Si comportaverit sicut
terram argentum et sicut lutum pre
paraverit vestimenta. parabit quidem
sed iustus vestietur illis. et argentum
innocens dividet. Argentum in
telligi sacri eloquii claritas solet.
Sicut alias dicitur. Eloquia domini y
eloquia casta. argentum igne ex
aminatum. Et quia nonnulli eloquia
divina non interius per exhibitionem sed ex
terius per ostensionem habere concupiscunt
ideo per prophetam dicitur. Disperierunt omnes zoph 1
involuti argento. Hii nimirum quia
eloquio divino non interiori se refectione
replent. sed exteriori se ostensione ves
tiunt. Unde et horum id est hereticorum
argentum. id est eloquium terre est comparatum
quia de scriptura sacra ut aliquid
sciant. ex apparatu terrene laudis ela
borant. Qui etiam sicut lutum
preparant vestimenta quia fluxe et
inquinabiliter. ea quibus se tueri vo
lunt. scripture sacre testimonia con
texunt. Parant quidem sed iustus
vestietur illis. quia vir iustus recta
plenus fide. quia scis placeat ad
iusticiam deputare. Hec ipsa sacre
scripture que hereticus offert testi
monia colligit et erroris eius pertina
ciam inde convincit. Contra nos nam quod dividit
sed dum sacre legis testimonia ap
portant. scienti nobis afferunt

1 reg 17

uide uincant. Unde et dauid typum
dni. Golias uero hereticorum superbiam
signat. Hec rebus locuta sunt. quod
nos uerbis agimus. Golias quippe cum
gladio. dauid vero cum pera pasto
ralis uenit ad prelium. sed eundem
goliam dauid superans suo gladio
occidit. Si nos quoque agimus qui
promissi dauid membra. ex eius fieri
signatione meruimus. Nam cum
superbientes hereticos. et sacre scripture
sententiis defensos. eisdem uerbis
atque sententiis quas proferunt uin
cimus. quasi elatum goliam suo gla
dio trucidamus. Iustus ergo uestietur
illis uestimentis que parat impius.
quia uir sanctus eisdem sententiis
ad ueritatem utitur. quibus se peruersus
quisque doctum ostendere contra
ueritatem conatur. Et argentum innocens
diuidet. Argentum est innocen
tem diuidere. eloquia dni minute
districteque exponere. et uniuscuiusque
digne congruit competere personam.
eloquium dni quod hic argentum uel
uestimenta. hoc alibi spolia nominatur.
Ut et psalmista testatur per comparationem
dicens. Letabor ego super eloquia tua
sicut qui inuenit spolia multa.
Que spolia ideo uocata sunt. quia
ad fidem dni gentilitate transeunte
sacris eloquiis quibus induti uidelicet
fuerant exuuntur. Descar quoque ar
genti uel spoliorum diuisione alias
dicitur. Beniamyn lupus rapax ma
ne comedet predam uespere diuidet
spolia. Quibus profecto dictis paulus
apostolus designatur. de beniamyn stirpe
progenitus. Qui mane predam comedit.
quia in suis primordiis fideles quos
potuit rapiens crudelitati proprie
satisfecit. Uespere spolia diuidit. quia
fidelis postmodum sancta sacra eloquia
exponendo distribuit. Quamuis hoc
argentum innocens intelligi taliter
possit. Heretica namque ut facile uale
ant peruersa suadere dictis suis quedam
recta permiscent. et . . . auras audientium
ex rectis sensibus trahant. Et
peruersas feriant. Quia in preceptis di
sama in semetipsis uariantur locutione
Bene in euangelio decem leprosi specie
designati sunt. quorum colore sano dum
uiciosus candor aspergitur. inmode
rato hoc candore fedantur. Unde
monemur non plus sapere quam oportet
sapere. sed sapere ad sobrietatem. Qui
etiam quia nec deum diligunt
deo quo male sentiunt. nec pro
ximum a quo diuidunt. quia de
calogi preceptis aduersi sunt. atque
ideo ad depecandum dnm decem
uenerunt. Pro eo autem quod sana in sanis
miscuerunt coloris diuersitate uari
antur. Sed quia in eius preceptis of
fenderunt ad illum uera offendant
uocem dicentes Ihesu preceptor
miserere et mox curari meruerunt
Ergo quia uir katholicus que
a beis recte uel que prave senciuntur
intelligit. Argentum innocens
diuidit. id est que a beis salubriter
uel que pestifere fuerint dicta dis
cernit. Sequitur. Edificauit sicut
tynea domum suam. et sicut custos
facit umbraculum. Tynea domum
corrumpendo edificat. nec meliori
comparatione potuit hereticus demon
strari. qui locum sue perfidie non
nisi in mentibus quas corrumpit
. . . facit. Qui etiam sequaces
suos ab eterno libros esse igne pol
licetur. Spondet quippe eis re
frigerium quietis eterne. sed uerba eius
soliditatem non habent. quia pleni
tudine ueritatis carent. Unde sub
iungitur. Et sicut custos facit umb
culum. Umbraculum namque custodis
nullo fundamento solidatur. sed tempore
transeunte mox destruitur. Et plerumque
ab hereticis requies cum tempore destruitur.
Que post breue uitium mutatum
inuenit. Et quia sepe heretici in com
temptu uniuersalis ecclesie potentum
secularium patrociniis fulciuntur. eisque di
uites protectione atque ad instructionem
quanta preualet opitulari non cessant.
Ipse etiam diues quilibet contra
conditorem suum rebus temporalibus

luc 17
xc 3
Ro 12

co timescens sancti viri sententia
nunc tangitur; atque ab speciali haereticorum
institutione ad qualem pravorum omnium
diffinitionem sermo ducitur cum subditur:
2/7 Dives cum dormierit nihil secum
auferet. aperit oculos suos et nihil
inveniet. Cui nimirum sententiae
psalmista concinens ait: Turbati
sunt omnes insipientes corde
dormierunt somnum suum et nihil
invenerunt viri divitiarum in manibus
suis. Nihil enim in sua manu divi
tes post mortem inveniunt quia in vita
eis ante mortem dicitur: divitias
suas in quorum manibus ponant:
Facite vobis amicos de mammona
luc 17 iniquitatis ut cum defeceritis re
cipiant vos in aeterna tabernacula.
Dives cum dormierit nihil secum
auferet. Res suas cum moreretur
secum [illegible] tolleret si adpetentis
vocem cum vivet sibi tulisset.
Nam terrena omnia quae servando
amittimus largiendo servamus
patrimonium quia nostrum retentum perit
manet erogatum. Diu enim cum rebus
nostris manere non possumus. quia
aut illas moriendo deserimus
aut illae nos quasi viventes de
serunt pereundo. Agendum ergo
nobis est ut res absolute peritu
ras in non pereuntem cogamus
transire mercedem. Sed intuendum
9 valde est quod dicitur: Cum dormierit
aperit oculos suos et nihil inveniet.
Cum enim dormiamus oculos clau
dimus. evigilantes aperimus. Sed
stat in re quia homo ex anima
constat et corpore cum unius rei
somnus dicitur alterius vigiliae
demonstratur. quia cum corpus ob
dormiscit in morte tunc anima
vigilat in vera cognitione. Et dor
mit ergo dives et oculos aperit
quia cum carne moritur eius anima
videre cogitur quod videre contempsit.
Tunc profecto in vera cognitione e
vigilat. tunc nihil secum spiritus quod
tenebat tunc se vacuum invenit
quae plena rebus praeteritis hominibus

laetabatur. Dormit et nihil secum affert
et nihil nimirum de rebus quas tenuit.
Nam culpa rerum simul ducitur
quamvis hic omnia pro quibus culpa per
petrata est relinquatur. Erat ergo A
nunc et acceptis rebus tumeat
seseque super ceteros extollat. glorietur
se habere quod proximus non habeat. veniet
quandoque tempus ut evigilet. et tunc
cognoscat quia vacuum fuerat quod
in somno tenuerat. Saepe namque
contingit dormiente inope. ut se
per somnium divitem videat. atque ex
eisdem animum extollat. laetetur se habere
quod non habuit. iamque dedignetur quare
a quibus dedignatum se esse dolebat
Sed repente evigilans evigilasse doleat
quia inanem divitiarum ymaginem quam
dormiens tenebat. Premit enim pro x
tinus sub paupertatis pondere. inopie B
sue angustiis premitur. et eo peius
quo ad tempus brevissimum ut va
cue dives fuit. Sic sic nimirum
huius mundi sunt divites qui acceptis
rebus tumet. qui bene opum de
sua habundantia nesciunt. quasi dor
mientes sunt divites. sed paupertatem
suam evigilantes inveniunt. quia
nihil secum ad illud iudicium quod
permanet ferunt. Et quanto nunc ad D
breve tempus sub somnio elati sunt
tanto contra se impetum gravius
ingemiscunt. Dicit ergo aperit oculos
suos et nihil inveniet. quia illuc
aperit ad supplicia. quos hic ad mala
clausos tenebat. aperit oculos suos
pietatis fructum non invenit. quos
hic clausos tenuit dum invenit.
Tarde quoque illic oculos aperiunt
qui teste superna dampnacione sue
tempore dictum referunt. Quid nobis pro Cap 7.
fuit superbia et divitiarum iactancia
quid contulit nobis. Omnia illa tran
sierunt tamquam umbra. et tamquam
nuntius decurrens. Vilia et fugitiva
fuisse quae tenuerunt iam amissa
cognoscunt quae quaedam aderant
stultis eorum cordibus et magna
et mansura esse videbantur. Sed vero

Luc 16

dives aperuit oculos quando lazarum
requiescentem vidit. quem iacentem
ante ianuam videre contempsit. Intellexit
ibi quod hic facere noluit. in dampnatione
sua compulsus est [illegible] cognoscere
quod fuit. Unde recte subditur. Apprehendet
eum quasi aqua inopia. nocte op
primet eum tempestas. Videamus
nunc in inopiam ardentis divitis
cuius tanta habundancia fuit epula
tis. Ait enim Pater abraham miserere
mei et mitte lazarum ut intingat
extremum digiti sui in aquam ut
refrigeret linguam meam. quia crucior
in hac flamma. Quibus verbis non breve
innotescit. quia ille in tanto ardore
positus ad sufficientiam refrigerii
aque stilla requirebat. seu quod is qui de
habundancia peccaverat. illic estuante
nimis crematur inopia. Videmus
enim in verbis divitis ex subtilissimo
dei iudicio quam digna talis culpe
pena videatur. Agente namque inopia
illic usque ad minima petenda compulsus
est. quia hic agente tenacia usque
ad minima neganda pervenit. Ad
verbum subtilius quid districtius pe
Guttam aque petiit. qui micas
negavit. Apprehendet eum quasi aqua
inopia. Non immerito aque nunc in
opia illa comparatur. quia in inferno
cruciatur. qui susceptos in infimo absor
bens solet lacus nomine designari. Unde
per psalmistam quoque humani generis voce dicitur
Lapsa est in lacum vita mea. Erep
torum vero exultatione cantatur
Domine deus meus clamavi ad
te et sanasti me a descendentibus
in lacum. Domine abstraxisti ab inferis
animam meam. salvasti me a descen
dentibus in lacum. Nocte opprimet eum
tempestas. Quid hic noctem nisi
absconditum tempus repentini ex
itus appellat. Tempestatis vero nomine
iudicii turbinem designat. Quod etiam
psalmista testatur dicens. Deus ma
nifeste veniet. Ignis in conspectu eius
exardescet et in circuitu eius tempes
tas valida. Unde tempestate et

sapientia per salomonem dicit. Ego in
interitu vestro ridebo et subsanna
bo vos cum vobis quod timebatis
advenerit. cum irruerit repentina
calamitas. et interitus quasi tem
pestas ingruerit. Et quia ipsa
venturi exitus ignorantia nox
vocatur. Nocte opprimet eum tem
pestas. id est turbo eum districti
iudicii dum ignorat apprehendit.
Hinc est namque quod per semetipsam
veritas dicit. Si sciret paterfa
milias qua hora fur veniret
vigilaret utique et non sineret per
fodi domum suam. Et vos estote
parati. quia qua hora non putatis
filius hominis veniet. Hinc etiam
contra malum servum dicit. Si
autem dixerit malus servus ille in
corde suo. moram facit dominus
meus venire et ceperit percute
re conservos suos. manducet autem
et bibat cum ebriis. veniet dominus
servi illius in hora qua non sperat
et die qua ignorat. Hinc paulus
apostolus discipulis dicit. Vos autem
fratres non estis in tenebris ut vos
dies illa tamquam fur comprehendat.
Hinc superbienti diviti voce divi
na dicitur. Stulte hac nocte repe
tent animam tuam a te. que
autem parasti cuius erunt.
Nocte anima reddere prohibetur
qui non previdens mortem in
tenebris cordis abstrahitur. Dicit
ergo. Nocte opprimet eum tempes
tas. Quam enim non vult agere bo
na que videt. deprehendit interitus
sui tempestate quam non videt.
Unde ad hunc subditur. Tollet
eum ventus urens. Quid hoc
loco ventum urens nisi malignus
spiritus vocatur. qui desideriorum
flammas excitat ut ad eternitatem
tormentorum trahat. Pulsu ergo
quem habet ventus urens tollere
dicitur. quia insidiatur malignus
spiritus. qui viventem quemque accendit
ad vicia. morientem trahit ad tor

Margin notes (left): C; nota; D; Ps 87 (?)

Margin notes (right): Prov 1; Luc 12; XI; E; Luc 12; 1 Thess 5; al. repetent (?); Luc 12; F

menta. Nam quia ventus immundus spiritus intelligi potest, scilicet qui malo suggestionis flatu ad terrena desideria ignitorum corda succendit, Jeremias propheta testatur dicens: Ollam succensam video et faciem eius a facie aquilonis. Olla namque succensa est cor humanum, sollicitum curarum odoribus desideriorumque anxietatibus fervens, que a facie aquilonis succenditur, id est dyaboli suggestionibus inflammatur. Ipse enim vocari nomine aquilonis solet. Qui dixit: Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium. Absconsus igitur urentis venti unigeniti electa mens adspiratione temperatur, qui in ea viciorum fervor extinguitur et carnalium desideriorum flamma frigescit. Unde et sancta ecclesia in sponsi sui laude leta clamat: Sub umbra illius quem desideraveram sedi. Defensionis arboris tempus et pro ysopiam promittente deo dicitur: Pro saliunca ascendit abies et pro urtica crescit mirtus. Pro saliunca ascendit abies, dum in sanctorum cordibus per abiectione terrene cogitationis altitudo superne contemplationis exoritur. Urtica vero ignee nature omnino est. Myrtum autem temperativae ferunt esse virtutis. Pro urtica igitur crescit mirtus, cum iustorum mentes a prurigine et ardore viciorum ad cogitationum temperiem tranquillitatemque perveniunt, dum iam terrena non appetunt, dum flammas carnis desideriis celestibus extinguunt. Unde hoc quoque desiderium celitus datum Marie dicitur: Virtus altissimi obumbrabit tibi. Quamvis hac in re per umbraculi vocabulum incarnacio dei utraque potuit natura significari. Umbra enim a lumine formatur et corpore. Dominus autem per divinitatem lumen est, qui mediante anima in eius utero esse

fieri dignatus est corpus.
Anima ergo lumen incorporeum
in eius erat utero

corporandum et quod incorporeum concepit ad corpus ducitur. Virtus altissimi obumbrabit tibi, id est corpus humanitatis in te accipiet incorporeum lumen divinitatis. Sed iam de eo libet in quo cepimus exsequamur. Tollet ergo eum ventus urens, quia videlicet malignus spiritus eum quem nunc succendit igne pravae concupiscentiae rapit postmodum ad flammas iehenne. Sequitur: Et velut turbo rapiet eum de loco suo. [R]
Locus pravorum est temporalis carnis delectatio et vite voluptas, quasi turbo igitur unumquemque de loco suo rapit, cum a cunctis suis delectationibus extremus exitus die separat. De quo extremo die mox apte subditur:
Et mittet super eum et non parcet. [J]
Peccatorem deus quociens feriendo corrigit, ad hoc flagellum emittit ut parcat. Cum vero eius vitam in peccato permanentem feriendo concludit, flagellum emittit, sed nequaquam parcit. Qui emisit flagellum ut parceret, ad hoc emittet quandoque ne parcat. In hac namque vita dominus tanto magis studet ut parcat, quanto magis exspectando flagellat. Sicut ipse voce angeli ad Johannem ait: Ego quos amo redarguo et castigo. Sicut alias dicitur: Quem enim diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. E contra autem de flagello damnacionis scriptum est: In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. De quo per Jeremiam dominus dicit, dum incorrigibiliter delinquentes populos videt, quos non iam sub disciplina filios, sed sub districta percussione hostes intuetur: Plaga inimici percussi te castigatione crudeli. Et quod hic dicitur: Non parcet, ibi quoque aliis verbis declaratur: Quid clamas ad me super contricione tua? Insanabilis est dolor tuus. Unde hoc electi semper pertimescunt, ut cum ad iusticiam redeunt, qua sese in iudicio inextinguibilis accendat

+ ... ad parentes ... percussus proficit ... vite et ... ab ira tua ... ad eterna damnacionem ... et a ... ad inferos de...

XVIII

ne ultimo flagello deprehensi simul eis finiatur vita cum culpa. Flagellum quippe tunc diluit culpam cum mutaverit vitam. Nam cuius mores immutat non, non expiat actiones. Omnis ergo divina percussio aut purgacio in nobis vite presentis est, aut initium pene sequentis. Pro eis enim qui ex flagello proficiunt dictum est: Qui fingis laborem in precepto. Quia dum flagellatur iniquus et corrigitur, preceptum audire noluit, audivit dolorem. Dolor ergo in precepto fingitur, ei qui a malis operibus quasi precepti vice dolore cohibetur. De his vero quos dampnant flagella et non liberant dicitur: Percussisti eos et non doluerunt, attrivisti eos et renuerunt accipere disciplinam. His flagella ab hac vita inchoant et in eterna percussione perdurant. Unde per Moysen Dominus dicit: Ignis exarsit in ira mea et ardebit usque ad inferos deorsum. Licet a quibusdam dici soleat illud quod scriptum est: Non iudicabit Dominus bis in idipsum. Qui tamen hoc quod per prophetam dicitur non attendunt de iniquis: Et duplici contricione contere eos. Et illud quod alias scriptum est: Ihesus populum de terra Egypti salvans secundo eos qui non crediderunt perdidit. Quibus tamen si consensum prebemus, qualibet culpam bis ferire non posse, hoc experimento percussis atque in peccato suo morientibus debet estimari, quia eorum percussio hic cepta illic perficitur, ut incorrectis unum flagellum sit quod temporaliter incipit, sed in eternis suppliciis consummetur. Quatenus eis qui omnino corrigi renuunt, iam percussio flagellorum sequencium sit initium tormentorum. Emittet ergo super eum et non parcet. Sequitur: De manu eius fugiens fugiet. Ille enim fugiet de manu ferientis qui primitus se corrigit sue actionis. Vel certe in sacro eloquio manus operacio solet intelligi. De manu ergo percussi fugit qui dum priorem interitum conspicit vias pravitatis relinquit. Unde adhuc subditur: Stringet super eum manus suas. Manus quippe stringere est vite sue opera in rectitudine confirmare. Unde et Paulus ait: Remissas manus et dissoluta genua erigite. Dum igitur alienum interitum conspiciunt revocantur ad cor ut cognoscant sua. Et unde alius ad tormenta ducitur, inde alius a tormento liberatur. Stringit ergo super eum manus suas, quia conspicit in aliena pena quod timeat, ut dum delinquentem sic percussum respicit, dissoluta sua opera iusticie vigore constringit. Sicque fit ut qui a iniquus vivens multos ad culpam traxerat de correctione pertinet (?), quosdam moriens a culpa revocat terrore tormenti. Quod etiam provenire bonis psalmista testatur dicens: Letabitur iustus cum viderit vindictam impiorum, manus suas lavabit in sanguine peccatoris. In peccatorum morientium sanguine iusti lavant manus, quia dum eorum penam conspiciunt, conspicientes vitam mundant. Sequitur: Et sibilabit super eum intuens locum eius. Quid in sibilo nisi intencio ad intuitionis exprimitur? Si vero in sibilo fortasse alia significacio innuitur, morientem peccatorem qui interitum eius aspiciunt, hos in sibilo stringit, dum ad ea que contempserunt verba spiritalia convertunt, ut iam credere et predicare incipiant que prius dum iniquum florere cernerent non credebant. Nam plerumque fit ut infirmorum animus eo magis ab auditu veritatis trepidet, quia florere contemptores veritatis videt. Sed cum iusta ulcio iniustos subtrahit, alios asperitate compescit. Unde et per Salomonem dicitur: Pestilente flagellato sapiencior erit parvulus. Vir igitur stultus postquam

potentiam

Jer. 5 — Deut. 32 — Naum 1 — Jer. 11 — Ps. 57 — iii — ad Ebreos 12 — x — xvii — Prov. 19

Gregorius in Registro c 161

Flagella presencia aut: purgatio vite presentis; initium pene sequentis

in sexto suffocet ... ad hereticorum superbiam qui extollunt

Ita unus hic gloria dei ... pati penas ... auro locus ... in quo conflatur ... ad hoc ... martires ... locus quo conflatur ... beati ... auro ... conflatur

xxviii cap

pennis qui extolluntur in eloquio
ubertate convertit. Nam sequitur:

Habet argentum **Cap xxviii**
venarum suarum principia et auro
locus in quo conflatur. In argen-
to eloquium, in auro vite vel sa-
piencie claritas designari solet.
Et quia heretici sic eloquium suum in-
tore superbiunt ut nulla sacrorum
librorum auctoritate solidentur,
qui libri nobis ad loquendum
quasi quedam argenti vene sunt,
Cum a dictis nostre locutionis ori-
ginem trahimus, eos ad sacre
auctoritatis paginas revocat,
ut si vere loqui desiderant inde
sumere debeant quid loquantur
et ait: Habet argentum vena-
rum principia. Ac si aperte di-
cat: Qui ad vere predicationis se
verba preparat, necesse est ut cau-
sarum origines a sacris paginis
sumat, ut omne quod loquitur
ad divine auctoritatis fundamen-
tum revocet, atque in eo edificium
sue locutionis firmet. Ut enim
prediximus, sepe heretici dum sua
student prava astruere, ea proferunt
que profecto in sacrorum librorum
paginis non continentur. Unde et
discipulum suum egregius predicator
admonet dicens: O Thymotee
depositum custodi, devitans propha-
nas novitates vocum. Qui dum
laudari heretici tamquam de excel-
lenti ingenio cupiunt, quasi no-
va quedam proferunt que in anti-
quorum patrum libris veteribus
non continentur. Sicque fit ut dum
sapientes videri desiderant, mi-
seris suis auditoribus stulticie
semina spargunt. Bene autem
subditur: Et auro locus est in quo
conflatur. Ac si aperte dicat:
Vera autem sapiencia fidelium cum
invisibilis etiam est, tribulationem
a nobis patitur persequentibus, sed
a mentis peccatorum sordibus persecu-
tionis nostre igne purgatur. Unde
scriptum est: In igne probatur aurum

Dyonisius de di. no. c 3: Non audendum dicere aliquid vel ex cogitare de ... preter ea que divinitus nobis ex sacris eloquiis sunt expressa.

1 thy 6

p

Eccl. 2

et argentum, homines vero receptibiles
in camino humiliationis. Quo in loco
potest hoc quoque convenienter intelligi
ut de sua heretici stulta passione vide-
antur inter pari. Nam sepe pro heresi sub
nomine multa patiuntur, seseque eiusdem
passionis fieri martires sperant. Qui-
bus sancti viri voce nunc dicitur:
Auro locus est in quo conflatur.
Hunc ergo conflatorii locum quere-
stis ut fornacem qua aurum aperte
purgari valeat in veritate. Una est
etiam in qua quisquis conflari voluerit
ab omni eciam potest peccatorum labe
purgari. Si quid pro deo amaritu-
dinis, si quid tribulationis extra hanc
positi sustinetis, incendi potestis, tan-
tummodo non purgari. Dicit Jeremias 6
dicens: Quo conflationis nostre ignis
omni virtute sit vacuus: Frustra con-
flavit conflator, malicie enim eorum
non sunt consumpte. Ecce ignis
extra conflantis et dire passionis
admonet penam, et tamen erroris
non excoquit culpam, et tormenta
crudelium dat penarum, et tamen bo-
norum non facit incrementa morum.
Hominis etiam conflationis ignis qui
extra katholicam toleratur, quam nullius calaz
omnino virtutis sit, Paulus apostolus
insinuat dicens: Si tradidero 1 cor 13
corpus meum ut ardeam, caritatem
autem non habeam, nichil michi
prodest. Alii quippe de deo perversa
sentiunt, alii vero de auctore tenent
sed unitatem cum fratribus non tenent.
Illi errore fidei, isti vero scismatis
perversione divisi sunt. Unde et recta deut.
prima parte decalogi utrumque pariter
culpe reprimuntur cum divina voce dicitur: 6
Diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo et ex tota anima tua
et ex omni virtute tua. Atque mox sub-
ditur: Diliges proximum tuum sicut te xiii
ipsum. Qui enim de deo perversa sentit R
liquet quia deum non diligit. Qui
vero de deo recta sentiens a sancta
ecclesie unitate divisus est, constat
profecto quia proximum non amat quem
habere socium recusat. Quisquis

Qui de deo perversa sentit est hereticus
Qui proximum non diligit est scismaticus

Si ergo ab hac unitate matris ecclesie
sine heresim deserto perversi sentiendo
seu errore scismatis proximum non
diligendo dividitur. caritatis huius
gratia privatur. De qua hoc quod premisi-
mus paulus dicit: Si tradidero
1 cor 13 corpus meum ita ut ardeam. cari-
tatem autem non habeam nichil michi
prodest. Ac si aperte dicat. Extra locum
sum conflationis ignis. si michi
adhibetur tormento me cruciat non
dacione non purgat. Hunc enim sci
pacis amatores summo studio con-
tinent. hunc querentes inveniunt
hunc invenientes tenent, scientes
peccatorum remissio vel ubi vel quali- vel qui
bus datur. Ubi quippe nisi in katho-
lica syon montis. Quando nisi ante
venturi exitus diem. Quia ecce
nunc tempus acceptabile. ecce nunc
dies salutis. et querite dominum dum
inveniri potest invocate eum dum
prope est. Qualibus nisi conversis qui
ad parvulorum imitationem magistra hu-
militate firmantur, quibus dicitur Sinite
act 19 parvulos adme venire et nolite eos
prohibere talium est enim regnum celorum
Quia ergo non nisi in katholica
ecclesia veri martires sunt dicatur
recte Auro locus est in quo conflatur.
Quia non claresceat anima nisi in
fulgore eterne pulchritudinis Ni-
si ut ita dicam prius ut arescat
in officina caritatis. Pensandum
preterea est quod occulto consilio omnipotens
deus quosdam ab ipsis exordiis
suis innocentes custodiens usque
ad virtutem summam provehit ut
etate crescente simul in eis proficiat
et annorum maioritas et celsitudo
meritorum. Alios vero in exordiis su-
is desideriis statuentibus vitiis
in prerupta permittit. plerumque ta-
men etiam eos respicit. et ad sequen-
dum se sancti amoris igne succen-
dit. atque in molitiis eorum cordibus
pervigines viciorum vertit in fulgorem
virtutum. et eo magis ignescunt
ad desiderium recuperande pietatis

dei quo magis erubescunt
memoriam iniquitatis sue
Sicut sepe contingit in pug-
ne certamine miles qui ducis
sui oculos constitutus hosti-
bus turpiter cedat. et enerviter
terga prebens feriatur. Cum tamen
ipsum quod turpiter cessit erubes-
cens cum inductis sub oculos
maiores ex ipsa verecundia vi-
res sumet, tanto quod post for-
cia exercet. quanto et priorem
gloriam virtutis superat et preteritam
ignominiam debilitatis tegat.
Sic ergo non nunquam quidam
in dei servitio ex ante acta perversi-
tatis debilitate roborantur
cosque ad custodienda mandata
et futurorum trahit desiderium
et impellit memoria peccatorum
ut hinc ad ventura amor provo-
cet. illinc deperditis verecundia
instiget. Quos tamen ad ministerium
ecclesie. dum summis preditos vir-
tutibus vident, cuique quod in priori
vita sunt derogent invenire
quedam non possunt. accusare
eos de preteritis mollunt. Sicut
moysen virum manicheus im-
petit in quo sequentium virtutum
gratiam et transacti homicidii
conatur culpa fedare. In quo
non attendit postmodum. quam
paciens ad sustinendum. sed prius
quam prope ad feriendum fuerit.
Talibus ergo adversariis beatus
iob subtilissima consideratione
obvians postmodum dixit,
Habet argentum venarum suarum
principia. et auro locus est in
quo conflatur. Apte subditur
Ferrum de terra tollitur. Solent here- B
tici contra nos de simplicitate sue
elatione se iactare. nosque ignos
ut dicimus aut esse aut fuisse
criminantur. Quia multa ergo confes-
sione et veritatem defensione contra
eos vir sanctus loquitur dicens: ferrum
de terra tollitur. Ac si aperte dicat,

Duplices sunt servi dei scilicet { Innocentes / Conversi.

Fortes viri qui acutissimis lig-
warum gladiis in hac acie de-
fendende fidei ferrum fiunt
aliquando in suis actionibus terra
fuerunt. Petrum quippe homi
xv dictum est: Terra es et in terram
c Gen 3 ibis. Sed de terra ferrum tollitur
cum fortis eruditus de terrena qua
prius tenuit actione separatur. Non
ergo debet in eo despici quid
quid fuit qui iam cepit esse
quod non fuit. An non Matheus in
terra inventus est, qui terrenis
negociis implicatus theolonei v-
sibus inhiebat. Sed de terra stultus
in fortitudinem ferri convaluit,
cuius videlicet lingua quasi acutis-
simo gladio eius ad instructionem
dominus fidelium corda transfixit. Et
qui in terrenis prius despectus
fuerat per terrena negocia, fortis
postmodum factus est ad celestia
predicamenta. Unde adhuc subditur:
v Et lapis solutus calore in es vertitur.
Tunc lapis calore solvitur cum cor
durum atque divini amoris ig-
ne tangitur, et in fervorem spiritus
liquatur, ut sequentem vitam deside-
riorum estu ardeat, quam prius
audiens insensibilis manebat.
Ex quo ardore scilicet et emollitur
ad amorem et roboratur ad opera,
ut sicut prius durus fuit in amo-
re seculi, ita se postmodum forte
exerceat in amorem dei. Et qui ante
audire timebat iam credere et
predicare incipiat. Lapis ergo solutus
calore in es vertitur, quia durum mens
superni amoris igne liquefacta
ad verum fortitudinem convertitur,
ut peccator qui prius insensibilis ex-
stiterit, postmodum et per auctoritatem
fortis et per predicationem sonorus fiat.
60 Ad hoc per prophetam dicitur: Qui con-
fidunt in domino mutabunt fortitu-
dinem. Fortitudinem mutabimus
x cum conversi tanta aviditate
pro seculo fugimus quanta hoc
ante querebamus. Omnia autem hec

vel frigidum eodem divino amore etc.

ab adversariis katholicorum moribus
aute acta vita reprimitur. Recte subditur:
Tempus posuit tenebris et universorum
finem ipse considerat. Tempus
posuit tenebris, iniquis videlicet
moribus quo in iniquitate desistunt.
Unde eis quoque paulus dicit: Fuistis aliquando Ephe 7
tenebre nunc autem lux in domino.
Dicit aliis quoque discipulis idem
egregius doctor dicit: Nox precessit,
dies autem appropinquavit. Abiciamus Ro 13
ergo opera tenebrarum et induamur ar-
ma lucis sicut in die honeste am-
bulemus. Unde et in canticis can-
ticorum ecclesie veniente dicitur: Que est Can 6
ista que progreditur quasi aurora con-
surgens. Apte autem ecclesia aurora
conspicua describitur, que per cognitionem
fidei antecedentium suorum tenebris in cla-
ritatem lucem commutatur. Tempus ergo y
posuit tenebris et universorum finem
ipse considerat. Universorum nomine et electos
voluit et reprobos comprehendi. Nam
bona faciens et ordinans deus, mala
vero non faciens, sed ab iniquis facta
ne inordinate veniant ipse dispo-
nens considerat universorum finem,
et paciens tollerat omnia. Atque in-
tuetur electorum finem quo ex ma-
lo mutantur in bonum. Intuetur autem
et reproborum finem quo de malo opere
digni se trahunt ad supplicium.
Vidit finem persequentis sauli cum
prostratus diceret: Domine quid me vis Act
facere. Vidit finem quasi obsequentis 9
discipuli, qui post commisso scelere guttur
laqueo fregit, seque et peccantem puni-
ret et deterius puniendo deperiret.
Vidit quoque sodomam delinquentem Ge
sed consideravit finem ardoris luxu- 18
rie ignem gehenne. Vidit niniuitas
delinquentes sed consideravit finem de- Jone
linquentium per penitentiam correctorum. Vidit gen- 1
tilitatis finem et quod possessa in iniqui-
tatum tenebris quoque fidei luce cla- Act
resceret. Unde adhuc congrue subditur: 13
Lapidem quoque caliginis et umbram
mortis dividit torrens a populo

z pegrinante. Quid durus ille populus
pfidus iudeorum qui auctorem vite
pfidem vide(re) noluit quem p prophetam
pdixit. nisi lapis caliginis fuit ex
et crudelitate durus fuit et infelici
tate caliginosus. Qui alio quoque vo
cabulo umbra mortis dicitur. Umbra
quippe talis exprimitur qualia eius
rei de qua trahitur fuerint liniamenta.
xvi z Quis aut mortis nomine nisi
dyabolus vocatur. Teste Iohanne p quedam
misteriis sui significacionem dicit. Et nomen
Apoc 6 illi mors. Cuius ille populus um
bra extitit. quia in iniquitate illius
sequens eius in se ymaginem expressit.
Quid vero torrentis nomine nisi ille
a conspectu tremendi iudicis profluvius
ex amne egrediens. atque electos et
reprobos dividens ignis vocatur. Unde
Dan p prophetam dicitur. Fluvius igneus ra
1 pidusque egrediebatur a facie eius.
z Quis aut in hoc mundo peregrinatur
populus. nisi qui ad sortem electorum
currens habere se patriam novit in celes
tibus. et tanto magis illic se sperat
invenire propria. quanto hic cun
cta que preterunt esse deputat esse
aliena. Peregrinus itaque populus omnium
electorum numerus. qui hanc vitam cotidie
sibi exilium deputantes ad supernam
patriam tota intencione cordis
suspirant. De quibus paulus dicit
Hebr 11 Confitentes quia peregrini et hospites sunt
super terram. Qui enim dicunt. significant
se patriam inquirere. Hanc quoque p
egrinacionem idem apostolus tollerabat
2 cor 7 cum dicebat. Dum sumus in corpore
peregrinamur a domino per fidem enim
ambulamus et non per speciem. Huius p
egrinacionis erumpnas sic agebat e
vadere cum dicebat. Desiderium habeo
Phi 2 dissolvi et esse cum christo. Et rursum
Michi vivere christus est. et mori lucrum.
Huius peregrinacionis pondus grave
senciebat psalmista cum diceret. Heu
michi quia incolatus meus prolon
gatus est. habitavi cum habitantibus
cedar multum incola fuit anima
mea. Ab hac eripi quantocius
anhelabat. cum supernis deside
riis flagrans diceret. Sitivit
anima mea ad deum fontem
vivum. quando veniam et apparebo
ante faciem dei. Sed hoc deside
rium nesciunt. qui cor in terrenis
voluptatibus defigunt. Dum
enim sola que sunt visibilia dili
gunt. profecto invisibilia. vel
si credunt esse non diligunt. quia
dum nimis se exterius secuntur
eciam mente carnales sunt. Si
mul enim in hac vita utrique pluris
currit. sed non simul ad perpetua
perveniunt. quia lapidem caliginis
et umbram mortis dividit
torrens a populo peregrinante. Ac si
aperte dicat. Eos quos modo aut
infidelitatis cecitas vel crudelitatis
obdurat flammarum flumine a
conspectu eterni iudicis exiens
ab electorum populo tunc separat
Ut tunc ab omnibus ignis dividat
ex animis dividat quos nunc
a suis concupiscenciis tenebre
excecant. Potest fortasse in tor z
rentis nomine ipsa rigido sancte
predicacionis intelligi. iuxta id quod
per salomonem dicitur. Oculus qui Pro 30
subsannat patrem et despicit partum
matris sue. effodiant illum corvi
de torrentibus. Patrem quippe suum
divina iudicia reprehendentes sub
sannant patrem. et quilibet heretici
dum predicacionem sancte ecclesie
fecunditatemque illius deridendo
contempnunt. quid aliud quam partum
matris despiciunt. Quam non im
merito eorum quoque matrem dicimus
quia de ipsa exeunt qui contra
eam loquuntur. Iohanne attestante qui 1 Io 2
ait. A nobis exierunt. sed non erant
ex nobis. nam si fuissent ex nobis
mansissent utique nobiscum. Corvi
vero de torrentibus veniunt. cum
predicatores veri ad defensionem
ecclesie sacrorum librorum fluentis p
cedunt. Qui recte etiam corvi
vocati sunt. quia nequaquam de

iustitie luce superbiunt. sed per humilitatis
graciam peccatorum ipse ingrediens
confitentur. Unde etiam ab ecclesia
Ca. 1 eterna dicitur Nigra sum sed for
mosa. Et Johannes ait Si dixeri
1 Io 1 mus quia peccatum non habemus
nosmetipsos decipimus. Quem
videlicet cordi substantiis o
culos effodiunt, quia pravorum
ac pravitatem hominum in tentacionem
vincunt, Ex hoc itaque testimonio
si hic quoque torrens predicatio debet
intelligi. Lapidem caliginis et um
bram mortis dividit torrens a
populo peregrinante. quia sanctorum pre
dicatio obduratas mentes re
proborum deserit. et ad pia humilium
corda se convertit. Qui adhuc sub
XVIII 9 ditur. Eos quos oblitus est pes
egentis hominis. Quis hoc loco
et invios alius accipitur egens homo nisi ille
de quo Paulus dicit, Qui propter
2 Cor 8 nos egens factus est cum esset dives.
Cuius videlicet egentis hominis
pedes. sancti fuerunt predicatores
per quorum profecto presidium sine pericia
gentilitate currens mundum uni
Hab 38 versum perambulavit. De quibus
psalmista dicit. Et ambulabo in
eis. An pes eius non erat qui ter
tius compedibus dicebat. Pro quo
Eph 6 legatione fungor in cathena. Eos
6 eorum qui umbra mortis et ca
liginis lapis extiterunt, pes hominis
egentis oblitus est. quia in ipso
inicio nascentis ecclesie. dum sancti
apostoli celorum regnum iudee pre
dicare voluissent. videntes quod
ei nichil proficissent. ad predicandum
gentilibus deflexerunt. sicut ipsi
in suis actibus dicunt Vobis o
Act portebat primum loqui verbum dei
13 sed quia repulistis illud et indignos
vos iudicastis. vite eterne. ecce con
vertimur ad gentes. De quibus et
propheta dicit, Transferentur montes
in cor maris, quia repulsi a iudea
in hoc gentilitatis seculo sunt trans
lati. qui sunt ergo qui in mentis
duricia per obstinatiorem cordis quasi

quidam lapis caliginis et umbra mortis
et peregrinante sancto populo dei dim
mittuntur. nisi hii quos pes egentis hominis
est oblitus id est quos predicatores
deus videlicet per humanitatem pauperis
pro superbie sue timore reliquerunt,
eorumque omnino obliti sunt dum pre
dicacionis sue semina ad solam fruc
tificacionem gencium transtulerunt, Quos
recte quoque et invios vocat. quia dum
in fidelitate sua obdurati sunt verbo
vite ad cor viam prebere noluerunt
Sed iudea que sic se obduravit. vel
qualis dudum fuit. vel quid post per
tulerit audiamus. Sequitur. Terra A
de qua oriebatur panis in loco suo
igne subversa est. Panem dat ingratis
dea convenerat. que legis verba preferebat
quam videlicet legem. quia intellige
rem repbi atque explanare non pote
rant. propheta Jeremias in lamentis Tre.
deplorat dicens Parvuli pecierunt 4
panem et non erat qui frangeret eis
Sed hec terra in loco suo igne subversa
est quia fidelium signa conspiciens
invidie facibus se concremavit. Quia
enim invidia semper de superbia oriri
solet. que id circo arsit invidia, quia
superbiam non reliquit, Terra ergo que
prius panem habuit, post igne est sub
versa. quia synagoga que mandata
dei per legem pertulit. inceptorem earum
per sequens in invidie igne se consumpsit.
An non invidie facibus ardebat
cum redemptoris nostri signa conspi
ciens per quosdam suos diceret, Quid Io 11
facimus quia hic homo multa signa
facit, vel certe videtis quia nichil
hic proficimus. ecce mundus totus post
eum abiit. Videbant unde converti
debuerant. atque exinde persecutores fie
bant. querebant extinguere quem vi
debant mortuos vivificare. In ore
tenebant legem. et legis persequebantur
auctorem. Terra ergo de qua orie
batur panis in loco suo igne sub
versa est. quia iudea in semetipsa et
prius habuit legem que reficeret
Et post invidiam que concremaret

Dicitur adhuc disputacione subiun-
gitur. Locus zaphyri lapides eius et
glebe eius aurum. Auget reatum
culpe sequentis precium glorie prece-
dentis. Nam unicuique casus tanto
maioris est criminis, quanto prius
habet maioris potuit esse virtutis.
Dicat ergo iudea dicat quid fuit et
precedencium magnitudo virtutum crescat
ad cumulum sequencium delictorum. Locus
zaphyri lapides eius et glebe eius
aurum. Quid enim hoc loco per lapides
nisi sanctorum et fortium mentes accipi-
mus. In scriptura etenim sacra aliquando lapides
in malo, aliquando vero in bono accipi
solent. Nam cum lapis pro insensibilitate
ponitur, dura per lapides corda signantur.
Unde et per iohannem dicitur: Potens est deus
de lapidibus istis suscitare filios abra-
he. Quid videlicet lapidum nomine
nisi gentilium corda designantur, dura
tunc atque insensibilia per infidelitatem.
Et tamen per prophetam dominus pollicetur
xviii C dicens: Auferam cor lapideum de car-
ne vestra. Rursum per lapides mentes
fortium designari solent. Unde et
Ezech 6 per petrum sanctus dicit: Et vos tamquam
quasi lapides vivi superedificamini
in domos spiritales. Et per prophetam dominus
1 Petri 2 venienti ecclesie pollicetur dicens: Ec-
ys 77 ce ego sternam per ordinem lapides
tuos et fundabo te in saphyris et
ponam iaspidem propugnacula tua
in lapides sculptos et omnes terminos
tuos in lapides desiderabiles, univer-
sos filios tuos doctos a domino. Strauit
namque illi per ordinem lapides, quia
in ea sanctas animas meritorum diversi-
tate distinxit. Fundavit eam in
saphyris, quia scilicet lapides aerii
coloris in se similitudinem tenent,
quia robur ecclesie in cordibus celestia
appetentibus solidatur. Et quia iaspis
viridis est coloris, iaspidem propug-
nacula eius posuit, quia illi contra
adversarios pro sancte ecclesie defensione
obiecti sunt qui in eternis desideriis
virentes nulla temporis reprobi aridi-
tate marcescunt. Portas vero eius
posuit in lapides sculptos. Hii quippe
porte eius sunt ecclesie, per quorum vitam
atque doctrinam ingressus ad eam multitudo
credencium. Qui pro eo etiam quod mag-
nis virtutibus pollent, et id quod
loquentes asserunt vivendo ostendunt,
non plani sed sculpti lapides esse me-
morantur. In quorum enim vita velut expre-
cunt quasi in eisdem ipsis exprimunt
quod egerunt. Ubi omnem quoque electo-
rum generali collectione concludens
subdit: Omnes terminos tuos in la-
pides desiderabiles. Et tamen si
audientes ista petimus ut hos
lapides quos dicit indicaret ad-
iungit: Universos filios tuos doctos
a domino. Quia igitur nunquam de
iudea qui celestem vitam ducerent
defuerunt ante dicitur: Locus saphiri
lapides eius. Et quia magne vite D
ac sapiencie claritate prefidem ful-
sit ad inquit: Et glebe illius aurum.
Quid per glebas nisi collectiones
singulorum ordinum ac multitudi-
nes designantur. Glebe autem ex hu-
more ac pulvere constringuntur. Hos
ergo qui rore gratie infusi ex morte
debito se pulverem esse veraci con-
gnicione confessi sunt. Dum vite si-
tute clarescunt quasi auree illa
gleba inveniunt. Glebas enim eius
habuit in prophetis, glebas in docto-
ribus, glebas in patribus antiquis
qui magna se in fusione gracie
in professionis et operis virtute te-
nuerunt. Dicat ergo: Et glebe
illius aurum. Et in ea multitudo
spiritalium tanto maiori virtute
claruit, quanto se iudeum ac pro-
ximum maiori virtute constrinxit.
Sed hoc aurum perfidie est postmodum
tenebris obscuratum, cuius profecto
nigredinem Jeremias propheta deplorat
dicens: Quomodo obscuratum est aurum,
mutatus est color optimus. Au-
rum namque obscuratum est, quia
in eis antique ille fidei atque in-
nocencie splendor virtute perfidie
malicie [illegible] se nocte fuscavit.
Quia igitur quid fuit audivimus
locus scilicet zaphyri lapides ei-

et glebe illius aurum. Nunc iam di
lectus deo ille propheta cur tanta
bona perdidit audiamus. Sequitur.
Semitam ignoravit avis. nec in
E tuitus est oculus vulturis. Quis
hoc loco avis nomine nisi ille si
gnatur qui corpus carneum quod
assumpsit ascendendo ad ethera
libravit. Qui apte quoque vulturis
appellatione exprimitur. Vultur quippe
dum volat si iacens cadaver con
spicit se ad esum cadaveris deponit
et plerumque sic in morte capitur
dum ad mortuum animal desursum
venit. Recte ergo mediator dei
et hominum redemptor noster vulturis
appellatione signatur. Qui manens
in altitudine divinitatis sue quasi
quodam volatu sublimi cadaver
mortalitatis nostre conspexit in infimis
et de celestibus ad yma demisit.
xix F Fieri quippe propter nos dignatus est
homo. et dum mortuum animal
petiit. mortem apud nos qui ca
pit se in mortalibus erat invenit.
Sed huius vulturis oculus fuit ip
sa in terris nostre cura. quia ipse
ad tempus mortuus ab eterna nos
morte liberavit. Ille ergo perfidus
iudeorum populus mortem vidit. sed
quod morte sua nostram mortem de
strueret minime attendit. Conspexit
quidem vulturem. sed oculos vultu
ris non aspexit. Qui dum humili
tatis eius vias quibus nos ad al
ta sublevavit considerare noluit
semitam avis ignoravit. Neque enim
pensare studuit quod eius humilitas
sublevaret ad celestia. et mortis
eius in terris reformaret ad vitam.
Semitam igitur ignoravit avis.
nec intuitus est oculos vulturis.
Quia et si vidit eum quem in mor
te tenuit. videre noluit quanta
vite nostre gloria de eius morte
sequeretur. Unde et ad crudelitatem quo
que persecutionis exarsit ut verba vite
percipere renuit predicatores regni
celorum prohibendo. seviendo feriendo
repulit. Qui scilicet repulsi iudeam

ad quam missi fuerant. descendentes in
gentilitatis collectionem dispersi sunt.
Unde adhuc subditur. Non calcaverunt G
eam filii institorum. nec pertransivit
per eam leena. In cunctis latinis co
dicibus institores positos reperimus.
In grecis vero negociatores invenimus.
Ex qua re colligi valet quod hoc
in loco institores. scriptores quippe ig
norando posuerunt. Institores enim
negociatores dicimus pro eo quod exercen
do operam instant. Sed utrumque sermo
licet in voce dissonet in intellectu non
discrepat. Quia omnes qui fidelium
mores instruunt spiritale negocium
gerunt. Ut cum predicationem suis au
ditoribus prebent. ab eis fidei et vite
opera percipiant. Sicut de sancta ecclesia
scriptum est. Syndonem fecit et ven
didit. De qua et paulo post dicitur.
Vidit quod bona est negociatio eius. Sed
hoc loco institores nisi prophete sancti
vocati sunt. qui synagoge mores
ad fidem instituerunt prophetando conve
nerunt. Quorum nimirum filii apostoli
inveniuntur. qui ut deum hominem
crederent ad eandem fidem eorum
sunt predicatione generati. De quibus
ecclesie per psalmistam dicitur. Pro patribus
tuis nati sunt tibi filii constitues
eos principes super omnem terram. Sed
quia expulsi apostoli a finibus syna
goge sunt egressi. Recte nunc dicitur.
Non calcaverunt eam filii institorum.
Calcarent quippe eam institorum filii
si predicatores eiusdem synagoge vi
cia calce virtutis premerent. Si autem
institores eosdem sancte ecclesie predi
catores accipimus. institorum filios
pastores et doctores qui apostolorum
vicem sunt secuti intelligi nichil obstat.
Qui synagogam minime calcaverunt
quia dum eorum patres id est apostoli
ab illa repulsi sunt. ipsi quoque ab eius
vocatione cessaverunt. Per quam videlicet
synagogam leena non pertransivit. quia
sancta ecclesia collectionem gentium dedi
ta nequaquam se ad illum populum dimisit

occupauit. Hec autem etiam leene vo
cabulo nuncupatur. quia male viuentes
in vitiis ore sancte predicationis inter
ficit. Unde et ipsi primo pastori quasi
summe leene ori dicitur. Macta et ma
duca. Quod mactatur quippe a uita oc
ciditur. id uero quod comeditur in
comedentis corpus mutatur. Macta
ergo et manduca dicitur. id est a pecca
tis in quo viuunt interfice. et ascriptos
in tua illos membra conuerte. et quia hoc
etiam corpus est ipsum. Idem etiam
dominus iacob voce leo vocatus est. leena
vocatur ex corpore dum ei sub specie
iude dicitur. Ad predam fili mi as
cendisti. requiescens ut leo accubuisti
et quasi leena quis suscitabit eum.
Hec igitur leena nequaquam dicitur
quia per iudeam transijt et non pertransijt.
Apostolis quippe predicantibus primus
ex illa tria milia. postmodum quinque
milia crediderunt. Cum etiam magis
per synagogam transijt. sed non pertransijt.
quia ex illa paucos ad fidem rapuit.
Sed tamen illam in fidelem persecutionum
assidua funditus non extinxit.
quod sepe iam diximus repulsa ab eius
fidelitate iudeorum deflexit ad voca
tionem gentium. Unde adhuc de eadem
leena subditur. Ad silicem extendit
manum suam subuertens a radicibus
montes. Manum quippe ad silicem
extendit. quia ad duritiam gentium
brachium sue predicationis misit. Unde
et ipsem beatus iob passionis sue hys
toriam perficiens. gentibus in notescere
dum dicit. Scribantur hec stilo ferreo
in plumbi lamina. vel certe sculpantur
in silice. Quid hoc loco montes nisi
potentes huius seculi accipimus
qui pro terrena substantia altum tumet.
De quibus psalmista dicit. Tange
montes et fumigabunt. Sed montes
a radicibus euersi sunt. et predicante
sancta ecclesia summe huius seculi potestates
madoriatum omnipotentis dei ab
intima cogitatione ceciderunt. Ra
dices enim montium sunt intime
cogitationes superborum. et a radicibus
montes cadent. quia ad colendum

deum potestates seculi ab intimis
cogitationibus prosternuntur. Hec autem
radicem cogitationis occultam signat.
quia per hoc quod intus cernitur
erumpit quod uideatur foris. Unde et
in bonam partem per prophetam dicitur.
Et mittet id quod saluatum fuerit
de domo iuda. et quod reliquum est mit
tet radicem deorsum et faciet fruc
tum sursum. Ac si aperte dicat. In
ymis cogitatio nascitur ut in summis
retributio reddatur. Dicat ergo. Ad si
licem extendit manum subuertit
a radicibus montes. Quia dum
duritiam gentium sancta predicatio
petijt. superborum altitudinem funditus
strauit. Quia uero eos quos ac
tionibus terrenis euacuat donis
celestibus replet. et quos in suinis
curis exhausit. supernis rigat flu
entis. mox sequitur. In petris riuos
excidit. id est in duris gentilium cordibus
fluuios predicationis aperuit. Sic
per prophetam quoque de irriganda dicitur
ariditate gentium. Posuit deser
tum in stagna aque. et terram sine
aqua in exitus aquarum. atque in euangelio
dominus promittit dicens. Qui credit in
me sicut dicit scriptura flumina de
uentre eius fluent aque viue.
Quod promissum tunc audiuimus etiam
nunc completum uidemus. Ecce enim
in sanctis predicatoribus et non eximendis
per gentis paruitatem ecclesiam toto
orbe diffusam fluenta celestium
mandatorum ubique manant ore gen
tilium. Quia enim in petris riuos a
peruit. ex duris quoque cordibus
flumina sancte predicationis emanant.
Sequitur. Et omne preciosum vidit
oculus eius. Sciendum magnopere
est. quia tanto unaqueque anima
fit preciosior ante oculos dei. quanto
pro amore ueritatis despectior fuerit
ante oculos suos. Hinc ad saul dicitur.
Nonne cum paruulus esses in oculis
tuis. caput te constitui in tribubus
israel. Ac si aperte dicat. Magnum in
fuisti quia despectus tibi. sed nunc quia

Tanto quis apud
deum mayor
quanto apud se
vilior

magnus tibi es factus es despectus
michi. Unde et per prophetam dicitur. Ve
Ys 7 qui sapientes estis in oculis vestris
et coram vobismetipsis prudentes.
Tanto ergo fit quisque vilior deo
quanto preciosior sibi. tantoque pre
ciosior est deo. quanto propter eum
vilior sibi. quia dominus humilia respi
cit. et alta alonge cognoscit.
Omne itaque preciosum vidit oculus
eius. In scriptura sacra aliquando vide
Jo. 1 dei electio ponitur. Sicut teste summo
scriptum est. Cum esses sub ficu vidi
te. id est positum te sub umbra
legis elegi. Vidit ergo preciosum
quia humilia elegit. infirma enim
1 cor 1 elegit deus ut confundat fortia.
Vidit preciosum cum humanam animam
de se abiectam sapientem gratie sue
illustratam respexit. de qua videlicet
anima per prophetam dicitur. Si separa
Tre 17 veris preciosum a vili quasi os meum
eris. quippe vilis est deo mundus
presens. preciosa vero est ei humana anima.
Cum ergo preciosum a vili separatur
quasi os domini vocatur. quia per eum
dominus sua verba exerit. qui ab amore
seculi presentis. loquendo que potest humanam
animam evellit. et quia novi tes
tamenti novi doctores ad hoc
usque perducti sunt. ut occultis quoque
allegoriarum caligines in veteri testa
ℳ mento rimentur. Recte subditur. Pro
funda quoque fluviorum scrutatus est
et abscondita produxit in lucem.
Quid hic aliud flumina nisi antiquo
rum dicta accipiantur. Quibus autem
penetrare sufficiet quam vehemens
fluvius dum legem conderet ex
pectore moysi erupit. quam ve
hemens fluvius ex david corde
defluxit. Quanta salomonis ore
atque omnium prophetarum fluvia fluenta
manaverunt. sed horum fluminum iudea
speciem tenuit. dum litteram sufficientem
tenens vel sinus eorum profunda nescivit.
Nos vero qui in venire meis in
terna et spiritualia querimus eorum

profunda amamus vel rimamur. Que
ipse dominus facere dicitur. quia id facere ipso
donante valemus. Per nos ergo qui
non litteram que occidit. sed spiritum qui
vivificat sequimur. profunda fluenta
dominus scrutatur. et abscondita in lucem
perducit. quia dicta legis que calli
gosa nimis hystoria obscurat nunc
ex posicio spiritualis illuminat. Unde et loquens Mt 10
in parabolis per semetipsum veritas discipulis
precepit dicens. Quod dico vobis in tene
bris dicite in lumine. et quod in aure
auditis predicate super tecta. Aperta
namque dicta exponentium fecerunt
nobis iam esse conspicuas secretas
antiquorum patrum. Unde ysaias propheta 33
plana sancte ecclesie ex positionis verba
conspiciens. et non allegoriarum tene
bris obscura exclamat dicens. Loca
fluviorum rivi latissimi et patentes.
Testamenti enim veteris dicta quasi
angusti et clausi rivi fuerunt. quia
in mentis sancte sue sinus collectione
obscurissima constringebant. At con
tra. doctrina sancte ecclesie rivi lati
et patentes sunt. quia eius dicta
et invenientibus multa sunt et querentibus
plana. Ait ergo. Profunda .xxi.
quoque fluviorum scrutatus est et ab N
scondita produxit in lucem. Quia dum
his expositoribus intelligentie spiritum in
fundit. antiquas prophetarum obscurita
tes aperuit. et hoc iam sancta ecclesia
per spiritum agnoscit quod synagoga prius per
litteram omnino intelligere non valuit.
Unde et moyses cum populo loqueretur faciem Ex°
velabat ut videlicet designaret quod 34
ille iudeorum populus legis verba con
gnosceret. sed eiusdem legis claritate
omnino non frueretur. Unde recte paulus dicit.
usque in hodiernum diem cum legitur 2 cor
moyses. velamen positum est super 3
cor eorum. Sed quia dicta dei nul
latenus sine eius sapientia penetrantur
nisi enim quis spiritum eius acceperit
nullatenus eius verba cognoscit. Sanctus
vir de investiganda eadem sapientie
dei verba subiungit dicens. Sapientia
vero ubi invenietur. et que est locus intelligentie. O

Nescit homo pretium eius nec invenitur
in terra suaviter viventium. Abyssus dicit
Non est in me. et mare loquitur non
est mecum. Non dabitur aurum
obrisum pro ea. nec appenditur argen
tum in commutatione eius. Nondum
prius est quod duo ibi posuit. et duo
subdendo iunxit. Ad id vero quod superius
dixit. Sapientia vero ubi invenitur et
quis est locus intelligentie. Iste ver
sus rudet. Abyssus dicit. Non est
in me et mare loquitur non est mecum
Ad id vero quod dixerat. Nescit homo pretium
eius nec invenitur in terra suaviter
viventium. Inferiorem versum reddidit
dicens Non dabitur aurum obrisum
pro ea. nec appendetur argentum in con
mutatione eius. Utrumque ergo iunxit
sed augendo quod obiecerat non solvendo
Cum enim sapientie locum quereret. at
deinde inferius subdet. Abyssus
dicit. non est in me. non ubi esset.
sed ubi non esset indicavit. Rursum
cum ab homine diceret eius pretium
ignorari. atque ad hoc inferius reddet
Non dabitur aurum obrisum pro ea. non
quod esset pretium eius. sed quid non esset
ostendit. Cunctis autem liquet quod neque
hec humana sapientia vult teneri loco
nec emi potest divitiis. Sed sensus
mysticis sensibus plenus ad alia in
telligenda nos transmittit. ut non
creatam sed creantem sapientiam requiramus
Nam nisi in libris istis allegoriarum
secreta timeremus. ea utique que scribuntur
omnino digna sunt despectui. si ex
sola hystorica narratione pensentur
Paulo post namque dicit. Non ad
equabitur ei aurum vel vitrum
Et cum sicut novimus longe atque
dissimiliter auro sit vilius. cur post
auri nomen metalli utique preciosi
pro immensa laude vitrum quoque dixit
sapientie non equari. Ipsius ergo littere dif
ficultate compellimur. ut ad sensus
horum librorum misticos vigilemus. Vir
itaque sanctus. quam sapientiam contemplatur
nisi eam de qua Paulus apostolus dicit
Christum dei virtutem et dei sapientiam
De qua et per Salomonem dicitur

Pr. 9

Sapientia edificavit sibi domum. Et
de qua psalmista ait. Omnia in sapientia
creasti. Huius nimirum sapientie pretium
homo nescit. quia nil dignum eius
estimatione invenit. Non autem — xxii p
hoc sapientie pretium et esse dicitur et nesci
ri. Ex adverso nesciri quia de est
eo scilicet loquendi genere. quo tan
gustiis quisque deprehensus. cum re
medium subveniendi non invenit
fari solet quia quidquid faciat
nescit. Huius ergo sapientie pretium
nescire est dignum operis nichil. quo
illam percipiat non invenire. Ad
hoc namque pretium damus ut eius
vite regnum quam appetimus obtinere
valeamus. Quid autem nos dedimus
ut hanc sapientiam que Christus est per
carnem mereamur. Gratia quippe re — Ro 3
dempti sumus. Illa namque opera
male vivendo dedimus quibus si
iusta retributio pensaretur non Christus
sed supplicia redderentur. Sed aliud
homo pro iusticia meruit. aliud percepit
accepit. Testatur Paulus prius quam — Ro 7
mentis illius semen gratie veritatis
acciperet quibus sensibus premebatur
erroris. Et qui prius inquit fui blas
phemus et persecutor et contumelio
sus. sed misericordiam consecutus sum quia
ignorans feci in incredulitate. Testatur
pro qualibus Christus mori dignatus est
cum adhuc inquit peccatores essemus
secundum tempus Christus pro impiis mor
tuus est. Cum ergo venire sapientia
impii effecti sumus. quid boni operis
dedimus quo eandem sapientiam
accipere vel mereamur. Huius itaque sapientie
homo pretium nescit. quia quamvis
ab irrationalibus animalibus ratione intel
lectu discretus est. qui sine meritis
non sit salvatus intelligit nichil
se boni operis. ut ad fidem veniret
agnoscit. Quasi ad percipiendam
sapientiam pretium dare est ad
cognoscendum deum actionis sue
meritum incedere prevenire. Non esse
sapientie huius pretium cognoverat qui — Ro 11
dicebat. Quis prior dedit ei et

Eph. 2 retribuetur ei? Hinc iterum scriptum est:
Gratia salvi facti estis per fidem, et
hoc non ex vobis, Dei enim donum est,
non ex operibus, ne quis glorietur.
1 cor 15 Hinc de semetipso iterum dicit: Gratia
Dei sum id quod sum. Ex eius nimirum
aspiratione gratie, quia venturi opera
primus ex corde generantur, ut ex
libero quoque arbitrio subsequatur
actio. Cui post hanc vitam retribu-
tio etiam videtur, illico adiecit: Et
gratia eius in me vacua non fuit.
Sed sunt non nulli qui salvos se
suis viribus exultent, simulque pre-
cedentibus meritis redemptos se esse
gloriantur. Quorum profecto assertio
invenitur sibimet contraria, quia
dum et innocentes asserunt et
redemptos, hoc ipsum in se redemptoris
nomen evacuant. Omnis namque
qui redimitur, ex aliqua perditionis
captivitate liberatur. Unde ergo quibus
iste redemptus est, si prius non fuit
sub culpa captivus? Liquet itaque
quia multum desipit, quisquis
ista sapit. Hominis quippe meritum
superna gratia non ut veniat invenit,
sed postquam invenerit facit. Atque in
adindignam mentem veniens
Deus dignam sibi exhibet veni-
endo, et facit in ea meritum quod
remuneret, quia hoc solum invenit
quod puniret. Libet mentis mee
oculos ad illum latronem ducere,
qui de fauce mortis ascendit ire
de cruce paradisum. Intueamur qualis
ad patibulum venit, et a patibulo
qualis abscessit. Venit reus san-
guinis, venit cruentus, sed in ipsa
gratia est innocens in cruce. Et ille
qui mortem fratri intulit, moriens
Luc 23 domini vitam predicavit dicens: Meme-
nto mei domine dum veneris in regnum
tuum. Incurvere clavi manus eius
pedesque ligaverant. Nichil sibi in eo a
penis liberum nisi cor et lingua
remanserat. Inspirante autem Deo
totum illi obtulit quod in se liberum in-
Ro 10 venit, ut iuxta hoc quod scriptum est
Corde crederet ad iustitiam, ore

autem fit confessio ad salutem. In corde
autem fidelium tres summopere manere vir-
tutes apostolus testatur dicens: Nunc
autem manet fides, spes, caritas.
Quas cunctas subita repletus gratia
et accepit latro et servavit in cruce.
Fidem namque habuit, qui regnaturum
Deum credidit, quem secum pariter
morientem vidit. Spem habuit qui
regni eius aditum postulavit dicens:
Memento mei domine dum veneris
in regnum tuum. Karitatem quoque in XXIII R
morte vivaciter tenuit, qui fratrem
et collatronem pro simili scelere morientem
de sua iniquitate arguit, et ei vi-
tam quam cognoverat predicavit dicens:
Neque tu times Deum, qui in eadem
damnatione es? Et nos quidem
iuste, nam digna factis recipimus.
Hic vero nichil mali gessit. Ille qui
talis ad crucem venit ex culpa, ecce
qualis a cruce recedit gratia. Confite-
batur Deum quem videbat secum
humana infirmitate morientem,
cum negabant eum apostoli, qui viderant
miracula facientem divina virtute.
Sed hi qui salvari hominem propriis
viribus astruunt, eandem confessionem
hominis adipiscimus esse virtute hominis
suspicantur. Quod si ita esset, in Dei laude
psalmista non diceret: Confessio et ma-
gnificentia opus eius. A Deo namque
accipimus etiam confiteri, a quo nobis
et magna dantur opera. Quia ergo
nil boni operis dedimus, quod hec stipendia
accipere mereremur, dicitur recte: Non est
homo pretium eius. Qui quamvis iam
ratione utatur, tanto altius sub humanis
sapientie intellectu se despicit, quanto eius-
dem sapientie verius in terra cognoscit,
ut indignum se ad hanc pervenisse gau-
deat, per quam gratuito agitur ut di-
gnus fiat. De qua bene mox subditur:
Nec invenitur in terra suaviter viventium. R
Quid hoc loco terre nomine signatur
nisi anima humana? De qua propheta
ait: Anima mea sicut terra sine
aqua tibi. Hec autem sapientia invenitur

Voluptas separat a deo

XVIII

in terra suaviter vivencium non valet,
quia quisquis adhuc huius vite vo-
luptatibus pascitur ab eterne sapiencie
intellectu separatur. Nam si vere sape-
ret expulsus ab intimis gaudiis
de eo in quo cecidit exilii sui ceci-
tate lugeret. Hinc per Salomonem dicitur:
Ecc 1 Qui apponit scienciam apponit dolorem,
quia quanto plus homo ceperit scire
quod perdidit tanto plus lugere incipit
corrupcionis sue sentenciam quam invenit.
Considerat namque unde quo lapsus
est, scilicet a paradisi gaudiis ad
erumpnas vite presentis, ab angelorum
societatibus venit ad curas necessitatum.
Pensat in quibus nunc periculis iacet
qui prius sine periculo stare contempsit,
luget exilium quod dampnatus patitur
et suspirat ad celestis glorie statum
quo securius perfrui posset si peccare
noluisset. Quod bene psalmista conside-
rans ait: Ego dixi in pavore meo
proiectus sum a vultu oculorum tuorum.
Contemplatus quippe interna gau-
dia visionis dei et socialem fre-
quenciam angelorum presistencium redu-
xit oculos ad yma. vidit quo iaceret
qui ad hoc conditus fuerat ut in
celestibus stare potuisset. Pensavit
ubi esset et quo deesset, ingemuit
proiectumque se a vultu oculorum dei
doluit, quia in comparacione interne
lucis graviores senserat exilii sui
tenebras quas tollerabat. Hinc est
quod ad animum suum expuncti vitam mel-
lius gaudium consolacionis admittit
B dicens: Negavit consolari animam
meam. Nam plerique huius seculi
divites solent mentis tedio af-
flicti bona temporalia accepta conspi-
cere et tristiciam lenire. Cum enim
in merore quodam se tingi senci-
unt, equos aspiciunt, aurum argen-
tumque suum, vascula contemplantur, predia
circueunt, cumque per hec temporalia ocu-
los libenter trahunt, obortum ante
merorem vincunt. Unde illis in
ewangelio veritas dicit: Ve vobis divi-
tibus qui habetis consolacionem vestram. Beatus
sanctus vir qui hoc luget quod ab eternis

Luc 6

gaudiis cecidit, consolacionem de temporalibus
non admittit dicens: Negavit con-
solari animam meam. Ac si aperte
dicat: Qui temporalium amissione non
lugeo, de temporalium habundancia con-
solari nequaquam possum. Cum tamen
si nos ista audientes dicamus,
Quid igitur queris qui consolari
in hiis que mundi sunt renuis?
Illico adiungit: Memor fui dei et
delectatus sum. Ac si aperte dicat:
Terrenarum rerum me nec habundancia
refovet, auctoris autem mei quem
adhuc videre non valeo vel sola
memoria delectat. Hec est igitur XXIIII
amaritudo sapiencium, quia dum C
spe in alta erecti sunt, nullis hic
gaudiis animum sternunt. Hinc enim
scriptum est: Cor sapiencium ubi tris- Ecc 7
ticia est, et cor stultorum ubi leticia est.
Hinc Jacobus dicit: Miseri estote 4
et lugete et plorate, risus vester in luc-
tum convertatur et gaudium in merorem.
Hinc per semetipsam veritas attestatur
dicens: Beati qui lugent quoniam ipsi Mt 7
consolabuntur. In veram igitur sapienciam
in corde venire non potest qui suaviter
vivunt, quia tanto verius stulti maiora
sunt quanto perdentes in minimis
letantur. Hinc Petrus eiusdem leticiam
pravorum reprehendit dicens: Volup- 2 Pe 2
tatem existimantes diei delicias
coinquinaciones et macule. Hinc Sa- Ecc 2
lomon ait: Risum deputavi me-
rorem et gaudio dixi quid frustra
deciperis. Dicit itaque vir sanctus
de sapiencia: Nec invenitur in terra
suaviter vivencium, quia nimirum
qui in hoc mundo suaviter vivunt
ita adhuc stulti sunt ut hic ipsum
quoque nesciunt unde ceciderunt.
Sequitur: Abyssus dicit: Non est in D
me. Quid hoc loco abyssum nisi
corda hominum vocat, que et per lapsum
sunt fluida et per duplicitatis ca-
liginem sunt tenebrosa. Que ni-
mirum abyssus non esse in se hanc
sapienciam profitetur, quia iniqua mens
dum esse sapiens carnalia appetit
stultam se ad spiritualia ostendit.

1 Cor 3 Nam quia teste paulo Sapientia huius
mundi stultitia est apud deum. tanto
quisque amplius intus stultus fit,
quanto conatur exterius sapiens videri
De hac abysso per iohannem dicitur. Vidi
angelum descendentem de celo ha-
bentem clavem abyssi in manu sua
Apoc 20 et apprehendit draconem serpentem
antiquum. qui est diabolus et sathanas
et ligavit eum per annos mille. et
misit in abyssum. et clausit et signavit
super illum. ut non seducat amplius
gentes. donec consummentur mille anni.
Millenario namque non quantitate temporis
sed universitate qua regnat ecclesia
designatur. Antiquus autem serpens
ligatus cathena in abyssum mittitur.
qui religatus a bonorum cordibus
apud reproborum mentes recclusus eis
atrocius dominatur. Qui paulo post
quoque depulsus abyssi educi de
scribitur. quia de iniquorum cordibus
nunc occulte sevientibus. tunc
accepta contra ecclesiam licencia et
potestate in vim aperte persecutionis erumpet.
Hec itaque abyssus in qua nunc draco
premitur occultus. non esse in se sapi-
enciam dicit. quia alienum se a vera
sapiencia iniquis operibus ostendit.
Dum enim maliciam quisque tegit in cor-
de ore autem blandimenta exhibet,
dum cogitaciones suas duplicitate
obnubilat. dum puritatis verba
quasi fatuitate devitat, dum
vias innocencie simplices declinat.
Declinat quasi abyssus sapienciam dei habere
recusat. Et quia huius modi mentes
dedite presentis vite curis et sollicitu-
dinibus perturbantur. et ideo sapie-
ncie quam ueritate perfrui nequaquam pre-
Recte subiungitur. Et mare dicit
non est mecum. Quid enim ma-
ris nomine nisi sēclarium mencium
amara inquietudo signatur. Que
dum se vicissim per inimicicias im-
petunt. quasi adversantes se unde
collidunt. Recte autem mare vita
secularium dicitur. quia dum procellosis
motibus agitatur. ab internis sapie
quiete atque stabilitate disiungitur.

Quo contra bene per prophetam dicitur
Super quem requiescit spiritus meus
nisi super humilem et quietum et tre-
mentem verba mea. A trementibus autem
mentibus tanto longius spiritus fugit,
quanto apud has quietem non invenit.
Hinc est quod de inimicis domini per psalmistam
dicitur. Contricio et infelicitas in viis eorum
et viam pacis non cognoverunt. A qua
nimirum cognicione perturbacionis nos
dominus revocat dicens. Venite ad me Mt 11
omnes qui laboratis et onerati estis
et ego reficiam vos. Et discite a me quia
mitis sum et humilis corde et invenie-
tis requiem animabus vestris. Quid XXV
enim in hac vita laboriosius quam terrenis V
desideriis estuare. aut quid hic quie-
cius. quam huius seculi nichil appetere
Hinc est enim quod israheliticus populus
custodiam sabbati accepit in munere
Hinc econtra est egyptius muscarum Exo
multitudine percussus. Populus namque 8
qui deum sequitur accepit sabbatum
id est requiem mentis. Ut nullo in
hac vita desideriorum carnalium appe-
titu fatigetur. Egyptus vero que
huius mundi speciem tenet muscis per-
cutitur. Musca enim nimis insolens
et inquietum animal est. In qua quid
aliud quam insolentes cure deside-
riorum carnalium designantur. Unde alias
dicitur. Musce morientes perdunt suavi- Ec
tatem unguenti. Quia cogitaciones 10
superbe que assiduo in anima carnalia
cogitante et nascuntur et deficiunt. ea
suavitate qua unusquisque intrinsecus
perfusus unctus est perdunt. quo inte-
gritate illius perfrui non permittunt.
Egyptus ubi muscis percutitur. quia eorum
corda qui terrenam vitam diligunt
desideriorum suorum inquietudinibus feri-
untur. turbis cogitacionum carnalium
ad yma depressi sunt ut ad quietis
intime non levenitur. Unde cum mira
opera pietatis ad cor veritas venit
prius ab eo cogitacionum carnalium estus
eicit. et post in eo virtutum dona dis-
ponit. Quod bene nobis eorum historia

Luce 8

in munit. in qua dum ad resuscitandum
filiam principis intraturus dominus duceret
paucissimos adduxit. Et cum eiecta esset turba
intravit ihesus et tenuit manum eius
et surrexit puella. Foras ergo turba
eicitur ut puella suscitetur: quia si non
prius a secretioribus cordis expellitur in-
portuna secularium multitudo curarum
anima que intrinsecus iacet mortua
non surgit. Nam dum se per innumeras
terrenorum desideriorum cogitationes spargit
ad considerationem sui sese nullatenus colli-
git. In quibus itaque inquietudinum fluctu-
bus habitare sapientiam non cognoscens
ait. Et mare loquitur non est mecum.
Nullus quippe eam plene recipit nisi
qui ab omni se abstrahere actionum car-
nalium fluctuatione contendit. Unde alias
Ecc dicitur: Sapientiam scribe in tempore otii, et qui minoratur
38 actu ipse percipiet eam. Et rursum: Vaca-
te et videte quoniam ego sum deus. Ex
quid quod plerosque antiquorum patrum novimus
habuisse sapientiam et intrinsecus vivaciter
misse, et curas mundi exterius plenissime
ministrasse. An perceptione summe sapientie
Gen ioseph privatum dicimus qui famis
41 tempore totius egypti curas suscipiens
non solum egyptiis alimenta prebuit, sed
vitam quoque exterorum advenientium
ministerii sui arte servavit. An ab
Dan hac sapientia daniel exstitit alienus qui
6 a chaldeorum rege in babylonia princeps
magistratuum effectus tanto maioribus
curis occupatus est quanto et sublimi-
ori dignitate omnibus prelatus. Cum
igitur constet plerumque etiam bonos in
terreno studio terrenis curis implicari
patet agnoscimus quia sicut nonnumquam
cives iherusalem angarias solvunt baby-
lonie sic sepe cives babylonie impen-
dunt angarias iherusalem. Nam sunt non-
nulli qui verbum sapientie ostentatione
predicant elemosinarum opem pro appeti-
tu vane glorie subministrant. et quidem
iherusalem videntur esse que agunt sed tamen
babylonie cives sunt. Sit itaque ali-
quando contingit ut qui solum celestem patri-
am diligunt terrene patrie curis sub-
iacere videantur. Quorum tamen ministerium

aliorum operibus plerumque in actu non-
numquam vero cum summum iudicem
in sola cogitatione distinguatur. Plene xxvi
quippe per superiorem sapientiam discernunt
qualiter debeant et aliud vacare
intrinsecus et ad aliud exterius
occupari, ut si forte occulta dei
ordinatione aliquid eis non ap-
petentibus debitis secularis curis
imponitur, cedant deo quem diligunt
et pro amore eius intrinsecus solam
eius illius desiderant visionem
pro timorem vero eius impositum
sibi extrinsecus humiliter expleant
actionem. et ut vacare deo appetant
ex gratia dilectionis, et rursum curas
super impositas ex conditione compleant
servitutis. Cumque occupationes extrin-
secus perstrepunt, intrinsecus in amore
pacatissima quietis tenetur. atque oc-
cupationum tumultus exterius perstre-
pentes dispensat intus presidens
index ratio et tranquillo moderamine
ea que circa se minus tranquilla
sunt disponit. Sicut enim vigor
mentis frenadres pest motibus
carnis, sic sepe super impositos tu-
multus occupationis bene regit
amor quietis. quia exteriores cure
si perverso amore non appetuntur
non confuso sed ordinato animo
ministrari queunt. Sancti enim viri
nequaquam eas appetunt, sed occulto
ordine sibi superimpositas gemunt
et quamvis illas pro meliore intentione
fugiant, tamen pro subditam mentem
portant. Quas quidem summopere
si liceat vitare festinant, sed timen-
tes occultas dispensationes dei
tenent quod fugiunt, exercent quod vi-
tant. Intrant enim et intrant ad
cor suum et ibi consulunt quid vellet
occulta voluntas dei, seseque sub-
ditos esse debere summis ordinati-
onibus cognoscentes humiliant cervicem
cordis iugo divine dispensationis.
Nam vero talis est quilibet tumultus
resonet extrinsecus nunquam ad eius
interiora perrumpit. Itaque agitur ut
aliud intrinsecus voto aliud extrinsecus

ex

quere in registro c. 33

Cives: Iherusalem id est salvandi
Babilonie id est dampnandi

teneat officio. Et hac sapientia non iam turbulenta atque confusa sed corda tranquilla
repleuit. Bene ergo de ea dicitur:
Quia abyssus dicit non est in me
et mare loquitur non est mecum. Ac si
aperte loqueretur: Perturbate mentes
secularium eo ipso clamant quia a vera
sapientia diuise sunt quo quiete non
sunt. Quia vero hec dei sapientia
manens tamen prius ante secula incarnanda
erat in fine seculorum ut ad
redimendum genus humanum non
solos angelos non iustos homines
mitteret sed in manifestatione visionis
2 ipsa veniret recte subiungit: Non
dabitur aurum obrisum pro ea. Ad
namque per aurum obrisum nisi sancti
angeli designantur qui recte aurum
vocantur et obrisum. Aurum quia fulget
claritate iusticie; obrisum quia
nullum umquam habuerunt contagium
culpe. Homines vero iusti quia dum in
hac carne corruptibili mortalitatis
viuunt aurum quidem esse possunt sed quia
corpus quod corrumpitur aggrauat
animam et deprimit terrena inhabitatio
sensum multa cogitantem, nam quamuis
in hac vita ex magna iusticie claritate
resplendent nequaquam tamen
ad purum peccatorum sordibus carent.
Iohanne attestante apostolo qui ait:
1 Jo 1 Si dixerimus quia peccatum non habemus
nosmetipsos seducimus et veritas
in nobis non est. Affirmante Iaco-
3 bo qui astruit dicens: In multis
enim offendimus omnes. Psalmista eciam
deprecante qui ait: Ne intres in
iudicium cum seruo tuo quia non iustificabitur
in conspectu tuo omnis viuens.
Aurum ergo obrisum illi nuncupantur
qui in ea qua conditi sunt innocencia
perdurant et fulget claritate iusticie
et nullis vel minimis maculantur sordibus
culpe. Sed quia per hanc sapientiam
nullus angelorum redemptor humani
generis mittendus fuit, ne quis forte
in hiis quos in adiutorio hominum
sepius apparuisse didicit angelis
poneret dictum est: Non dabitur aurum
obrisum pro ea. Ac si aperte diceret:
Per semetipsam sapientia manifestabitur

ut humanum genus a culpa redimatur.
Nullus eius vice angelus mittitur
quia peccatorem necesse est ut creatura
liberet. Unde et in euangelio dominus dicit:
Si vos filius liberauerit vere liberi eritis. Jo 8
Sed vir sanctus eiusdem sapientie spiritu repletus
quosdam in Iudea prouidet
esse futuros qui spem in legislatorem
ponerent et hunc salutis auctorem moysen
putarent. Sicut et eundem sanato
maledicentes dicunt: Tu discipulus Jo 9
eius sis nos autem moysi discipuli
sumus. Unde adhuc congrue subinfertur:
Nec appenditur argentum in
commutatione eius. Quia enim argentum
sepe eloquia diuina signatur, potest
argenti vocabulo etiam eiusdem scriptores
intelligi quorum vita inter homines
resplendet luce verborum. Sed quia peccata xxviij
vindicare potuit non absoluere. Non 2
quisquam veterum patrum non legislator
humani generis redemptor extitit. Argentum
ergo in commutatione huius
sapientie non appenditur quia quilibet sancti
esse potuerunt in comparatione unigeniti filii
dei nullius meriti fuisse pensantur
qui nisi huius sapientie suos se cognouissent
sancti nullatenus fuissent.
Adhuc quippe illi missi sunt ut in
cordibus hominum viam huic sapientie predicando
prepararent, nequaquam ut peccata sed
per eam subiectos sibi populos regerent.
Quia enim cunctis erat quasi per ipsas
sinum tepide deficientis seculi languores
excrescerent, actum est ut
eciam dei sapientia in fine seculorum per
semetipsam veniret ad grande hunc
et nimie infirmitatis egrotum id est
per totum mundum iacens languidum genus
humanum. Ut tristissimis prius predicatoribus
quasi quibusdam institoribus, tanto
postmodum maior veniret potencia
medici quanto magis morbus excreuisset
egroti. Quia vero nullus vice 9
eius ad saluandum nos mittitur, recte
dicitur: Nec appenditur argentum in commutatione
eius. Cum vita iustorum
predicationem quamlibet sancti possit Luce
adventum nobis superne sapientie personam
pretium non commutat. Sed sunt multi
gentiles qui mundi huius sapientem

obrisum omne ad non pertinet
Cap 9

Non per angelum sed per Christum
redemptum est genus humanum

Psalmus non cognoverunt
filios dei

dedit discipulis, ea que sunt honesta
inter homines seruaret, et saluandos se
seruata honestate crederent, nec iam
mediatorem Dei et hominum quererent, cum
quasi sufficientem sibi philosophorum doctrinam
tenerent. In quo despectu mox sub-
ditur: Non conferetur tinctis Indie
coloribus. Quid enim per Indiam que
nigrum populum mittit, nisi hic mundus
accipitur, in quo vita hominum pro culpa ob-
scura generatur. Tincti autem colores
Indie sunt homines mundi sapientes
qui quamuis per infidelitatis et plerumque
prauitatis fedi sunt, ante humanos tamen
oculos superducto honestatis colore
fucantur. Sed doctrina Dei sapientie
tinctis Indie coloribus non confertur,
quia quantum se habeat vacillantium intelligit
ab his hominibus quos mundus sapientes
colunt, quam longe distet agnoscit.
Ipsa quoque eius magistrorum verba ab
his mundi sapientibus differunt, quia
dum intendunt eloquentie composita dicta
quasi pulchra apparent specie et fucata-
cione tincture, et cum rerum virtute
careant, aliud se esse quam sunt verborum
compositionibus quasi superductis colo-
ribus mentiuntur. At contra doctrina
sapientie et predicatione pulchra est, et
pura virtute conspicua, non aliud
se per fallaciam pretendit extrinsecus et
aliud reseruat intrinsecus, neque in dictis
suis pulchra videri appetit nitore
sermonis, sed integritate virtutis. In
mandatis igitur suis Dei sapientia
non confertur Indie coloribus, quia dum
fucata eloquentie ornamenta non
habet, quasi vestes sue sine tinctura
placet. Quam fucationem tincture
bene Paulus contempserat cum dicebat:
Que et loquimur non in doctis humane
sapientie verbis, sed in doctrina spiritus. Habe-
bat quippe hanc sapientiam sola puritate
te virtutis ornatam, non autem eloquentie
tinctione fucatam. Nec lapidi sar-
donico preciosissimo vel saphyro. Sar-
donicum vel saphyrum lapides esse
preciosos quis nesciat. Et dum multi
alii preciosi sunt lapides, qui longe
istos estimatione magnitudinis an-
cellant, cur sardonicus vel saphy-
rus potissimum preciosus notatus est.

Cum vero lapis sit aliorum lapidum comparatione
vilissimus, nisi ut eos lapides qui
preciosi describuntur, dum preciosos
non esse cognoscimus, in eorum intelli-
gentia aliud exquiramus. Sar-
donicus quippe rubre terre simili-
tudinem tenet. Saphyrus vero
etheream habet speciem. Possunt igitur
per tam rubeum in sardonico homines,
in saphyro vero per etheream visionem
angeli designari. Nam cum terre
rubre speciem lapis sardonicus ha-
beat non immerito hominem designat,
quem et adam qui primus est con-
ditus latino sermone terra rubra no-
minatur. Quid est ergo quod dicitur: Quia hec
sapientia lapidi sardonico vel saphyro
non confertur Dei, nisi quia is qui est
Dei virtus et Dei sapientia, mediator
Dei et hominum, homo Christus Ihesus, tan-
ta magnitudine excellit omnia, ut
ei nec in terra prius homines nec in
celo angeli comparentur. Unde et
psalmista dicit: Quis in nubibus
equabitur Domino, aut quis similis erit
Deo inter filios Dei. Possunt etiam
per sardonicum patres testamenti veteris,
per saphyrum vero predicatores noui
testamenti exprimi. Illi quippe quamuis
magna iusticie vitam tenerent, car-
nali tamen propagini preerant. Quia
igitur constat quod quedam terrena
gerunt, non immerito per sardonicum
lapidem, ut qui prediximus terre ru-
bre tenet speciem designantur. Per saphy-
rum vero quia etherei coloris est,
testamenti noui predicatores non in-
congrue accipimus, qui carnalis pro-
paginis desideria postponentes ce-
lestia sola exquirunt. Unde
et propheta perspiciens cuncta carnis
desideria sanctos apostolos spiritali ar-
dore transcendere admiratus ait:
Qui sunt isti qui ut nubes volant.
Ac si aperte dicat: Nos per terram gra-
dimur qui adhuc cum ingenitis implica-
mur, et propagande sobolis operam
carnis impendimus. Isti vero in terra
non ambulant, sed ut nubes volant,
qui dum celestia appetunt deside-
riis terrenis nichil tangunt. Aut ergo

Margin notes: non (beside "confertur Indie coloribus"); 1 Cor. 2 (beside "bene Paulus … Que et loquimur"); A (red); comparatione (right of first line of second column); XXVIII B (red, beside "psalmista dicit"); ys 19 (beside "dore transcendere admiratus ait")

Quia dei sapientia sardonico vel saphiro lapidi non confertur. Ac si patenter innuat dicens. Et qui inter homines cunctos nec in antiquis nec in novis patribus equatur. quia ex deitate est quod in humanitate quoque simile non habet. Unde adhuc subditur. Non

C adequabitur ei aurum vel vitrum. Quid enim hoc loco sapiens iuxta litteram sentire dignetur. Vitrum quippe ut superius diximus auro longe vilius est et postquam dictum est quod aurum huic sapientie non equabitur. adhuc quasi crescendo subiungitur quod ei quoque nec vitrum possit equari. Sed ipsa littera nos hystorico intellectu deficientes ad indagandum allegorie misterium mittit. Auri namque metallum nonnumquam potiore omnibus metallis claritate fulget. Vitri vero natura est ut extrinsecus visum purum intrinsecus perspicuitate perluceat. In alio metallo quidquid intrinsecus continetur absconditur. In vitro vero quilibet liquor qualis continetur intus talis exterius demonstratur. Atque ut ita dixerim. omnis liquor in vitreo vasculo et clausus patet. Quid ergo aliud in auro vel vitro accipimus nisi illam supernam patriam. illam beatorum civium societatem quorum corda sibi invicem et claritate fulgent et puritate translucent. Quam Johannes in Apocalipsi conspexerat cum dicebat. Et erat structura

21 muri eius ex lapide iaspide. ipsa vero civitas aurum mundum simile vitro mundo. Quia enim sancti omnes summa in ea claritate fulgebunt. instructura auri dicitur. Et quia ipsa illorum claritas invicem sibi alterius cordibus patet. [et cum uniuscuiusque vultus attenditur simul et conscientia penetratur hoc ipsum auro vitro mundo simile perhibetur. Ibi quippe] uniuscuiusque mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non abscondit sed patebit animus. patebit corporalibus oculis ipsa etiam corporis armonia. sicque unusquisque tunc erit conspicabilis alteri. sicut nunc conspicabilis non potest esse sibi. Nunc autem corda nostra quamdiu in hac vita sumus. quia ab altero in altero videri non possunt. non in vitreis sed in luteis vasculis continentur. Cum sub luto passionum mentium in herere formidabat propheta dicens. Eripe me de luto ut non infigar. Quam nimirum fictaciam corporum Paulus domum terrestrem vocat dicens. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur. quod edificationem ex deo habemus domum non manufactam eternam in celis. In hac itaque terrestri domo quoniamque vivimus ipsum ut ita dicam corruptionis nostre parietem mentis oculo nullatenus penetramus. et vicissim videre in aliis occulta non possumus. Unde sponsa etiam sponsum suum speciem videre in divinitate desiderans. nec tamen valens. quia claritatis illius formam quam in ea conspicerat. ab eius oculis assumpta humanitas abscondebat. In canticis canticorum mens dicit. En ipse stat post parietem nostrum. Ac si aperte dicat. Ego hunc in divinitatis sue specie iam videre desidero. sed adhuc a visione illius per assumptam carnis parietem excludor. Quia usque in hac carne corruptibili vivimus cogitationes nostras et alterutrum non videmus. Unde rursus per eundem Paulum dicitur. Quis scit hominum que sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. Et rursus. Nolite iudicare ante tempus donec veniat dominus qui et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium. Illa itaque civitas que sua vicissim corda manifestat exanimo dicitur simile vitro mundo ut designetur auro clara vitro perspicua. Sed quamvis illic sancti omnes tanta claritate fulgeant. tanta perspicuitate perluceant. ei tamen sapientie per cuius imaginem facti sunt omne quod sunt equari non possunt. Unde ergo dicitur. Non adequabitur ei aurum vel vitrum. Adhuc enim ergo omnes sancti ad illa gaudia eterna pervenient ut esse deo similes possunt. Sicut scriptum est. Cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est. Et tamen scriptum est. Domine quis similis tibi. Et item. Aut quis similis erit deo in filiis dei. Unde ergo similes et non similes. nisi quia imagine et tamen non erunt similes eternitate. Aspiciendo quippe eternitatem desinit

(Marginalia, right: 2 cor. 7 — 2 — 1 cor. 4 — 3 — 4 — E — singulis — F — 1 Jo. 3; left: xxix, D)

eis ut cetera sint et dum eius donu
percipiunt ex perceptione beatitudinis imitant
quem vident. Et similes ergo sunt quia
beati fiunt. et tamen creatori similes
non sunt. quia creatura sunt. Habet
quadam dei similitudinem quia non
habent finem. et tamen in circumscripti equa
litatem non habent quia sunt circumscripti.
Dicatur itaque recte. Non adequabitur
ei aurum vel vitrum quia quantalibet
sancti claritatis perspicuitate fulgeant
aliud est esse in deo sapientes atque
aliud esse hominem sapientiam dei. quia
perfecto sapientiam ille veniens agnouit
quia mediatori dei et hominum aliquem
compare sanctorum minime presumpsit.
Unde et subditur. Non commutabuntur
pro ea vasa auri excelsa et eminentia.
Excelsum quippe auri vas helyas
extitit. excelsum vas auri iermias.
excelsa atque eminentia auri vasa.
priores patres sunt. sed hec dei sapientia
ut actum est nos conversatione redi
mens apparuit in carne. et quia illa
vitatur non agnouit. mediatorem dei
et hominum hominem christum ihesum esse unum
ex prophetis putauit. Quia electorum ochi
fide tenuerit deum cum vident ho
minem. Unde ab eo suis discipulis di
Quem dicunt homines esse filium
hominis. Cui cum protinus iudeunt
Alii iohannem baptistam. Alii autem
helyam. Alii vero ieremiam. aut unum
ex prophetis. de suo mox sensu requi
rentur. Vos autem quem me esse dici
tis. Cui petrus totius ecclesie voce
rudens ait. Tu es christus filius dei
vivi. Quia igitur iuxta pauli vo
cem christum nominus dei virtutem
et dei sapientiam. petrus per hanc sapientiam
vasa auri et excelsa et eminentia
commutare noluit. quia de illa non
aliud quam erat intellexit. Magnum
quippe ut dictum est vas auri iohannes
magnum. vas auri helias ut ieremias
fuit. Sed quisquis eundem dominum quem
libet eorum esse credidit vas aurum
excelsum et eminens per sapientia commu
tauit. Etiam vero per hanc sapientiam vasa
auri excelsa et eminentia non co

mutat. quia christum dei filium non unum
esse prophetarum. sed omnium prophetarum dominum esse
credidit. Ipsam quippe sapientiam ad
se venisse videns noluit se in illis
vasis aureis figere. sed meam sten
dunt fide citissima pertransire. Unde
et in canticis canticorum dicitur. Invenerunt
me vigiles qui custodiunt ciuitatem.
Num quem dilexit anima mea vi
distis. Paululum cum pertransissem
eos inveni quem diligit anima mea.
Quos enim vigiles qui ciuitatem cus
todiunt. nisi priores patres vel prophetas
accipimus qui studuerunt ad custo
diam nostram sancte predicationis vo
ce vigilare. Sed cum redemptorem
suum ecclesia querit in ipsis antiquis
predicatoribus spem figere noluit
que dicit Paululum cum pertransissem
eos inveni quem diligit anima mea.
Illum quippe inuenire non posset
si istos transire noluisset. In istis
custodibus se infideles fixerunt qui
christum dei filium unum quemlibet esse
illorum credebant. Voce igitur huius fidei
petri inventos vigiles sancta ecclesia
transiit. que prophetarum dominum quemlibet
ex prophetis credere contempsit. Dicitur ergo
Nec commutabuntur pro ea vasa auri
excelsa et eminentia. quia electi quique
sanctorum vitam et venerantur ex sub
limitate et tamen non suscipiunt ad
errorem. Quos enim puros homines
sciunt deo homini omnino non confe
runt. Unde adhuc subditur. Nec XXXI
commemorabuntur comparatione eius. Ci
ues enim superne patrie electi scilicet quidem
et iusti sunt sed participatione sapientie
non comparatione. Quid enim sunt ho
mines deo comparati. Lumine sapientie
lumine ait et sanctorum sapientie vocari solet
Sed illa lumen illuminans. isti lumen
illuminatum. Sicut scriptum est. Erat lux Jo 1
vera que illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum. Isti autem
tantum dicitur. Vos estis lux mundi. Iusti Mt 5
quidem sapientie. iusticia et ceteri sa
pientie inveniant. Sed illa iusticia
iustificans. isti iusticia iustificati.
De deo quippe qui sapientia est dicitur
Ut sit ipse iustus et iustificans Ro 3

Ipsi vero dicitur ut nos efficeremur iusticia dei in ipso. Aliud ergo venerandum est lumen illuminans, aliud lumen illuminatum. Aliud iusticia iustificans, aliud iusticia iustificata. Sapiencia vero est et sapit, nec habet aliud esse et aliud sapere. Sancti autem sapere quidem sapientes esse possunt, nec tamen hoc habent esse quod sapere. Nam et esse possunt et sapientes non esse. Habet vitam sapiencia, sed non aliunde; est quippe cui hoc est esse quod vivere. Sancti autem sapientes cum habent vitam, aliud sunt, aliud habent, quippe quibus non est esse quod vivere. Nam possunt interim aliquid esse nec vivere. Aliud quippe est essencialiter, aliud vivere, quia in ipso suo parente essenciam habent priusquam vitam perceperunt. Quippe primus homo de terra factus est et postmodum spiritum inspiravit in faciem eius et factus est homo in animam viventem. Sapiencia vero habet essenciam et vitam, sed hoc quod habet ipsa est. Unde incommutabiliter vivit, quia non ex accidenti sed essencialiter vivit. Sola ergo cum patre et spiritu veraciter est, cuius essencie comparatum nostrum esse non esse est. Hinc si comparamur summe viventi, vivimus, sapimus; hinc si comparamur, nec sapimus nec vivimus omnino, nec sumus. Hinc est quod sancti omnes quanto in dei visione proficiunt, quanto magis in eius divinitatis conspiciunt, tanto magis se nichil esse cognoscunt. Nusquam enim legitur quod Abraham cinerem et pulverem se esse professus est, nisi cum habere promeruisset dei collocucionem. Ait enim: Loquar ad dominum meum cum sim pulvis et cinis. Esse enim se aliquid crederet, si vacuam essenciam que super ipsum est minime sensisset. At vero ubi ad incommutabilem contemplandum super se raptus est, impletus tante contemplacionis potencia, dum videt illum, nichil se esse nisi pulverem vidit. Hinc est etiam quod propheta repletus eadem sapiencia exclamat dicens: Memento domine quod pulvis sumus. Cum rursus eiusdem incommutabilem essenciam contemplatus ait: Omnia sicut vestimentum veterascent et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur; tu autem idem ipse es et anni tui non deficient. Hinc ad Moysen dicitur: Ego sum qui sum; et dices filiis Israel: Qui est misit me ad vos. Solus quippe veraciter est qui solus incommutabiliter permanet. Nam omne quod mutari potest non vere est. Permanere enim in suo statu non potest, atque aliquo modo esse desinit dum ab eo quod fuerat semper ad aliud per momenta temporum ducitur. Ut ergo incomparabile illius essencie aliquid sumus, cogitemus nosmetipsos, quia prope nichil sumus. Unde itaque dicitur: Non commutabitur eius contemplacioni illius, quia vasa auri excelsa et eminencia, que ex participacione sapientie et memoria dicta non sunt. Ea vero hec sapiencia humanis cordibus latenter infunditur. Sicut de sancto spiritu dicitur: Spiritus ubi vult spirat et vocem eius audis, et nescis unde veniat et quo vadat. Ideo subiungitur: Trahitur enim sapiencia de occultis, quia cum sit invisibilis, invisibiliter invenitur. Que recte trahitur, quia sic flatum trahimus ut corporaliter vivamus, sic ab intimis sapiencie spiritus ducitur ut ad vitam anima subsistat. Unde psalmista ait: Os meum aperui et attraxi spiritum. Que nimirum sapiencia humana carne cum anima racionali suscepta, dum ab intimis apparuisset, trahitur. Mundus hic qui auctorem suum invisibilem videre non potuit, quem visibilem conspexit hominem, eum quoque et invisibilem cognovit deum. Conversa est ab infidelitatis sue tenebris superba presumpcio, visione gentilitatis, ostensis signis et prodigiis crevit fides. Paganitas autem fide in veneracione omnium sancte ecclesie culmen emicuit. Cum enim de essent apti ad usurarum temptari cepit casibus. Nam multe quoque hereses in ea exorte contra eam durum certaminis bella paraverunt. Evertenda quippe tunc hoc

Solus deus veraciter est. Ioh. 16. [illegible]

Ge. 1
Ge. 18
fortasse
Exo. 3
Io. 3
XXXI C
sapiencia nobis veneranda est in operacione
de occultis sapiencia trahitur
K
n

tempore per laborem quem in se suscepit reddit
ad reconciliationem. Quod vere actum est
ut tamen non nulli perdiderunt qui media-
torem dei et hominum hominem Christum
Ihesum purum hominem creatum dicunt
sed ex gracia dei factum tantumque
ei sanctitatis tribueret quantum de san-
ctis eius videlicet famulis agno-
vissent. Quos beatus Job prophetie spiritu
afflatus sentencie sue diffinitione re-
M darguit dicens Non adequabitur ei
thopasyon de ethyopia. Quid ethyo-
piam nisi presentem mundum accipimus
que coloris nigre nigredine de-
signat peccatorum suorum feditate meritorum
Aliquando vero ethyopie nomine specialiter
gentilitas designari solet infidelitatis
sue nigra peccatis. Quam veniente
domino abacuk propheta vidit timore per-
Abac territam et ait Tabernacula ethyopum
3 expavescent tabernacula terre madyan
David quoque propheta videns quod ad iudeam
redimendam venit dominus sed ante gen-
tilitas crederet et postmodum iudea se-
queretur sicut scriptum est Donec pleni-
Ro 11 tudo gencium introiret ut sic omnis
israel salvus fieret. dicit. Preveniet manus
eius deo. id est Prius quam iudea credat
salvandam se offert omnipotenti
deo peccatis nigra gentilitas. Thopa-
syon vero preciosus lapis est. et quia
greca lingua pan omne dicitur pro eo quod
omni colore resplendet Topazium
quasi topandum vocatur. Dum vero
iudeam contra ipsa gentilitas crediderit
ex eo multa sunt dono spiritus locuple-
tata ut quasi multis coloribus sic
multis virtutibus locupletata luceant
Sed ne acceptis quisque virtutibus extol-
latur asto viro nunc dicitur Non ad-
N equabitur ei topasion de ethyopia
Ac si aperte diceret Nullus sanctorum quibus-
libet virtutibus plenus existat tamen
nigredine mundi collectus equari non
potest ei de quo dictum est Quod
nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei
Luc 1 Nos quippe et si sancti efficimur non
tamen nascimur quia ipsa nature cor-
ruptibilis condicione constringimur
ut cum propheta dicamus Ecce enim

in iniquitatibus conceptus sum et in
delictis peperit me mater mea. Ille
autem sanctus natus est solus qui ut
ipsam condicionem nature corruptibi-
lis vinceret ex commixtione carnalis
culpe conceptus non est. Hinc se XXXII O
super quasi quandam topasion de
ethyopia equari volunt cum quidam
heresiarcha dixit Non invideo
Christo deo facto si volo possum et ego
ipse fieri. Quia dominum Ihesum Christum non
per misterium conceptionis sed per provectum
gracie deum putavit. perversa alle-
gatione astruens eum purum hominem
natum sed ut deus esset per meritum
profecisse. Atque ob hoc estimans et se
et quoslibet alios ei posse coequari
qui filii dei per graciam fiunt. Non intel-
ligens non attendens quia non ad-
equabitur ei thopasion de ethyopia
Aliud est enim natos homines graciam
adoptionis accipere aliud singulariter
per divinitatis potentiam deum ex ipsa con-
ceptione prodiisse. Nec equari potest gloria
virginei habitam partum alius accep-
ta per graciam. Mediator quippe dei
et hominum homo Christus Ihesus. Non
sicut iste hereticus desipit aliter
in humanitate aliter in deitate est.
Non prius homo conceptus atque
editus post meritum ut deus esset
accepit. sed nunciante angelo " spiritu " et adveniente
sancto mox verbum in utero. mox in-
tra uterum verbum caro. et manente in-
commutabili essencia que ei est
cum patre et cum spiritu sancto coeterna
assumpsit intra virginis viscera
ubi et inpassibilis pati. et inmorta-
lis mori. et eternus ante secula tempora-
lis posset esse in fine seculorum. ut per
ineffabile sacramentum conceptu
sancto et partu inviolabili secundum
veritatem utriusque nature substancia
eadem virgo et ancilla domini esset
et mater. Hinc quippe ei ab elyzabeth
dicitur. Unde hoc michi ut veniat " mei
mater domini " ad me. Et ipsa virgo
concipiens dixit Ecce ancilla domini
fiat michi secundum verbum tuum. Et Luc 1
quamvis ipse aliud ex patre aliud

ex virgine. non tamen alius ex patre et alius ex matre, sed ipse est deus eternus ex patre, ipse temporalis ex matre. Ipse qui fecit, ipse qui factus est. Ipse speciosus forma pre filiis hominum per deitatem. Ipse de quo dictum est: Et vidimus eum et non erat aspectus et non est species ei neque decor, per humanitatem. Ipse ante secula de patre sine matre. Ipse in fine seculorum de matre sine patre. Ipse templum, ipse conditor templi. Ipse auctor operis, ipse opus auctoris. Manens unus ex utraque et in utraque natura. Nec naturarum copulacione confusus, nec naturarum distinccione geminatus. Sed quia non hec tractanda suscepimus, ad exponendi ordinem redeamus. Notandum nobis est quod sanctus vir ut longe distare ab hac sapientia angelos demonstraret dixit: Non dabitur aurum obrisum pro ea. Qui ut antiquos etiam patres sacri eloquii tractatores inferiores ostenderet adiunxit: Nec appenditur aurum in commutacione eius. Ut prophetarum quoque sapientiam huic monstraret longe subesse, intulit: Non conferetur tinctis Indie coloribus. Atque subiunxit: Nec lapidi sardonico preciosissimo vel saphiro. Ut illam quoque supernam civitatem nullum pervenire ad equalitatem unigeniti demonstraret, addidit: Non adequabitur ei aurum vel vitrum. Ut apostolos ei quoque subesse ostenderet, adiunxit: Nec commutabuntur pro ea vasa auri excelsa et eminencia. nec commemorabuntur comparacione eius. Trahitur enim sapientia de occultis. Ad extremum vero ut ipsos quoque in ecclesia hereticos increparet, quia gentilitatis errore venientes fidem Christi percipiunt, scindunt, addidit: Non adequabitur ei thopasion ethyopie. Ac si patenter insinuet dicens: Hii qui de peccati nigredine ad conversionem veniunt, equari deo homini non possunt, quamvis multorum colorum virtutibus resplendere videantur. quorum ut superbia refutetur, apte subiungitur: Nec tincture

mundissime componentur. Tincture mundissime vocantur qui veritate sunt humiles et veritate sancti. qui sciunt quidem quod ex semetipsis virtutum species non habent, sed hanc ex dono gratie superne mentis tenent. Tincti enim non essent si sanctitatem naturaliter habuissent. Sed tincture mundissime sunt hii qui humiliter custodiunt supervenientem sibi virtutum graciam quam acceperunt. Hinc est enim quod sponsi voce de sancta ecclesia dicitur: Que est ista que ascendit dealbata. Quia enim sancta ecclesia celestem vitam naturaliter non habuit, sed supervenientis spiritus pulchritudine decorum componitur, non alba sed dealbata memoratur. Et notandum quod supra cum diceret: Non conferetur Indie coloribus, eosdem colores non intulit mundos. Hoc vero in loco ut tincturam veram virtutum ab illa prophetarum fucacione distingueret, tincturis dicens addidit: mundissimas. Tincture mundissime recte vocantur hii qui prius per prava opera fedi fuerant, sed supervenientis spiritus nitore gratie vestiuntur, ut longe aliud appareant esse quam erant. Unde etiam baptisma id est tinctio dicitur ipsa in aquam descensio. Tingimur quippe et qui prius indecori eramus deformitate viciorum, accepta fide reddimur pulchri gratia et ornamento virtutum. Sequitur: Unde ergo sapientia veniet et quis est locus intelligencie. abscondita est ab oculis omnium viventium. Perpendendum magnopere est quod a sancto viro requiritur unde sapientia veniat. Ab eo enim venit a quo orta est. Sed quia ab invisibili et coeterno patre nascitur, eius via occulta est. Unde per prophetam dicitur: Generacionem eius quis enarrabit. Locus vero eius intelligencie est humana mens, quam hec dei sapientia dum repleverit sanctam facit. Quia ergo et invisibilis de quo prodit, et incertum nobis est in cuius mente intelligencia requiescat. Nec mir-

XXXIII P Cant. 6 Ysa 53

dicit. Unde sapientia venit et quis est locus intelligentie? Sed hoc valde mirum est quod protinus subinfert: Abscondita est ab oculis omnium viventium. Sapientia quippe que est Deus, si oculis omnium viventium occulta esset, hanc profecto nullus procul dubio sanctorum nemo vidisset. Sed ecce huic sententie Iohannis audio contradicentem, qui ait: Deum nemo

1. Io. 4

vidit unquam. Rursumque cum testamenti veteris intueor patres multos, horum teste ipsa sacre lectionis hystoria Deum vidisse cognosco. Vidit quippe Iacob

Gen. 32

Dominum et dixit: Vidi Dominum facie ad faciem et salva facta est anima mea. Vidit Moyses Dominum, de quo scriptum est: Loquebatur Dominus ad Moysen

Exo. 33

facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum. Vidit iste Iob

Iob 42

qui dicit: Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te. Vidit Ysaias Dominum, qui ait:

Ys. 6

Anno quo mortuus est rex Azias vidi Dominum sedentem super solium excelsum. Vidit Micheas Dominum, qui

3 Reg. 22

dicit: Vidi Dominum sedentem super solium suum, et omnem exercitum celi assistentem ei a dextris et a sinistris. Quid est ergo quod tot testamenti veteris patres Dominum se vidisse testantur, et tamen de ipsa sapientia que Deus est dicitur: Abscondita est ab oculis omnium viventium. Et Iohannes ait: Deum nemo

Io. 1

vidit unquam, nisi hoc quod patenter intelligi datur, quia quamdiu hic mortaliter vivitur, videri per quasdam imagines Deus potest, sed per ipsam nature sue speciem videri non potest, ut anima gratia Spiritus afflata per figuras quasdam Deum videat, sed ad ipsam vim eius essentie non pertingat. Hinc est enim quod

Gen. 32

Iacob, qui Deum se vidisse testatur, hunc non nisi in angelo vidit. Hinc est quod Moyses, qui cum Deo facie

Exo. 33

ad faciem loquitur, loquitur sicut solet homo loqui ad amicum suum, et inter ipsa locutionis sue dicit: Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum manifeste, ut videam te. Certe si Deus non erat cum quo loquebatur, diceret: Ostende mihi Deum, et non ostende mihi temetipsum. Si autem Deus erat cum quo facie ad faciem loquebatur, cur petebat videre quem videbat? Sed ex hac eius petitione colligitur quia eum sitiebat per incircumscriptum nature sue claritatem cernere, quem iam ceperat per quasdam ymagines videre, ut sic superna essentia mentis eius oculis adesset, quatenus ei ad eternitatis visionem nulla ymago temporalis interesset. Viderunt

XXXIIII

ergo patres testamenti veteris Deum, et tamen iuxta Iohannis vocem Deum nemo vidit unquam; et iuxta beati Iob sententiam, Sapientia que Deus est abscondita est ab oculis omnium viventium, quia in hac mortali carne consistentibus et videri potuit per quasdam circumscriptas ymagines, et videri non potuit per incircumscriptum luminis eternitatis. Sin vero quibusdam adhuc in hac corruptibili vita vel carne consistentibus, sed tamen inestimabili virtute crescentibus, quodam contemplationis acumine eterna Dei claritas videri potest, hoc quoque a beati Iob sententia non abhorret, qui ait: Abscondita est ab oculis omnium viventium, quia quisquis sapientiam que est Deus videt, huic vite funditus moritur, ne iam eius amore teneatur. Nullus quippe eam videt qui adhuc carnaliter vivit, quia nemo potest amplecti Deum simul et seculum. Qui enim Deum videt, eo ipso moritur, quo vel intentione cordis vel effectu operis ab huius vite delectationibus tota mente separatur. Unde ad eundem quoque Moysen

Exo. 33

dicitur: Non enim videbit me homo et vivet. Ac si aperte diceret: Nullus unquam Deum spiritaliter videt et mundo carnaliter vivit. Unde Paulus quoque apostolus, qui adhuc Dei invisibilia, sicut ipse testatur, ex parte cognoverat, iam huic mundo

Deus a viventibus potest videri per circumscriptas ymagines, sed non per speciem seu non per incircumscriptum eterni luminis, sed non per essentiam.

1. Io. 4. Deum nemo vidit unquam nisi unigenitus filius. Glossa: concessum fuit Paulo et quibusdam videre Deum essentialiter in raptu et ...

Supra: illud desiderium non importat expectationem non habiti sed continuationem habiti.

i. Petri 1

se mortuum esse perhibebat dicens: Mi-
chi mundus crucifixus est et ego mundo.
Sicut enim iam longe superius di-
ximus, non sufficit ut diceret: mundo
crucifixus sum, nisi etiam premitteret:
michi mundus crucifixus est, ut
non solum se mundo mortuum, sed
etiam mundum sibi mortuum esse
testaretur, quatenus nec ipse mundum
nec ipsum iam mundus appeteret.
Si enim duo fortasse in uno loco
sunt quorum unus vivus, alter vero
mortuus sit, et si mortuus viven-
tem non videt, vivus tamen mortuum
videt. Predicator autem Dei ut
ostenderet quia per abiectionem qua se
humiliando deiecerat, talis iam factus
esset ut nec ipse mundum, nec ipsum
mundus concupisceret, non solum ait
se mundo crucifixum, ut ipse mundi
gloriam quam appeteret tamquam mor-
tuus non videret, sed etiam mundum
sibi asserit crucifixum, in quo se tan-
ta humilitate deiecerat, ut ipse mun-
dus tamquam mortuus Pauli
humilem atque despectum iam videre
B nequaquam posset. Sciendum vero est
quod fuerunt nonnulli qui Deum etiam
dicerent in illa regione beatitudinis in
claritate quidem sua conspici, sed
in natura sua minime videri. Quos
nimirum inquisitionis subtilitas fe-
fellit. Neque enim illi simplici et incommu-
tabili essentie aliud est claritas,
aliud natura, sed ipsa eius natura
sua claritas, ipsa claritas natura.
Quam cum suis dilectoribus Veritas
sapiencia se quandoque ostendere ipse pollicetur
dicens: Qui diligit me diligetur a
Io 14 patre meo, et ego diligam eum
et manifestabo ei meipsum. Ac si a-
perte dicat: Qui me nunc in vestra me
cernitis, restat ut in mea me natura
Mt 5 videatis. Hinc rursum ait: Beati
mundo corde quoniam ipsi Deum vide-
bunt. Hinc Paulus dicit: Nunc
1 Cor 13 videmus per speculum et in enigmate,
tunc autem facie ad faciem. Nunc
cognosco ex parte, tunc autem
cognoscam sicut et cognitus sum.

Sed quia de eo ipso predicatore dicitur:
In quem desiderant angeli prospicere,
sunt nonnulli qui nequaquam Deum
videre vel angelos suspicantur. Et tamen
dictum scimus per Veritatis sententiam:
Angeli eorum semper vident faciem
patris mei qui in celis est. Numquid Mt 18
aliud Veritas, aliud predicator in-
sonuit Veritatis? Sed si utraque sententia
confertur, quia sibi nequaquam discordet
agnoscitur. Deum quippe angeli vident
et videre desiderant, ut effectu sui de- | et videre desiderant, sicut et videntes sitiunt [illegible]
siderii minime perfruantur. Desiderium
sine fructu anxietatis est, anxietas
penam. Beati vero angeli ab omni
pena anxietatis longe sunt, quia num-
quam pena et beatitudo simul conve-
niunt. Rursus cum eos dicimus Dei
visione satiari, quia et psalmista ait:
Satiabor cum manifestabitur gloria
tua. Considerandum nobis est quia
satietatem solet fastidium subsequi.
Ut ergo utrique sibi utraque conveniant,
dicit Veritas quia semper vident, dicit
predicator egregius quia semper videre
desiderant. Et desiderant igitur sine XXXV
labore, quia desiderium satietas com-
mitatur, et satiantur sine fastidio, quia
ipsa satietas ex desiderio semper accenditur.
Sic quoque nos erimus quando ad
ipsum quoque fontem vite venerimus.
Erit nobis delectabiliter impressa sitis
simul et satietas. Sed longe abista
siti necessitas, longe a satietate fasti-
dium, quia et sitientes satiabimur
et satiati sitiemus. Videbimus igitur
Deum ipsumque erit premium nostrum, ut
post mortalitatis huius tenebras ac-
censi eius luce gaudeamus. Sed cum
eius lucem dicimus accensam, obsistit
animo quod Paulus dicit: Qui lucem 1 Tim 6
habitat inaccessibilem, quam nullus
hominum vidit sed nec videre potest.
Ecce rursus audio quod psalmista
ait: Accedite ad Deum et illuminamini.
Quomodo ergo accedendo illuminamur,
si ipsam lucem qua illuminari possimus
non videmus? Si vero accedendo
ad eum ipsam qua illuminamur lucem

Ne enim sit in desiderio anxietas, desi-
derantes satiantur; ne autem sit in satietate
fastidium, satiati desiderant.

videmus. quomodo inaccessibilis esse
perhibetur. Quia mire pensandum nobis
est quod inaccessibilem dixit. sed hoc
humana sapientie. Scriptura quippe
sacra omnes sectatores humanitatis
nomine notare solet. Vnde idem apostolus
quibusdam discordantibus dicit
Cum enim sit inter vos zelus et con-
tencio nonne carnales estis et secundum
hominem ambulatis. Atque paulo
post subiecit. Nonne homines estis.
Et unde alias testimonium perhibet
Quod oculus non vidit nec auris
audivit nec in cor hominis ascendit
que preparavit deus diligentibus se
Et cum ab hominibus dixisset ab-
sconditum mox subdidit. Nobis
autem revelavit deus per spiritum suum
Ipse ... se ab hominis vocacione discer-
nens. qui raptus supra hominem
divina sapiebat. Ita etiam hoc loco
qui lucem dei inaccessibilem perhibet
ut ostendet quibus subdidit. Nullus
hominum sed nec videre potest. more
suo homines vocans omnes humana
sapientes. Quia divina qui sapiunt
videlicet supra homines sunt. Vi-
debimus igitur deum si per celestem
conversacionem supra homines esse mere-
amur. Nec tamen ita videbimus
sicut ipse videt seipsum. Longe quippe
dispariliter videt creator se quam
videt creatura creatorem. Nam quantum
ad immensitatem dei quidam nobis
modus figitur contemplacionis. Quia
eo ipso pondere circumscribimur quo cre-
atura sumus. Sic perfecto non ita
conspicimus deum sicut ipse conspi-
cit se sicut non ita requiescimus in deo
quemadmodum ipse requiescit in se.
Nam visio nostra vel requies est utrumque
~~ut cum~~ similis visionem vel requiem
illius. sed equalis non erit. Ne enim
lateamus in nobis ut ita dicam
contemplacionis penna nos suble-
vat. atque ut a nobis erigamur ad il-
lum intuendum raptimque trenu de
cordis et dulcedine contemplacionis
aliquid a nobis imus in ipsum etiam

hoc ire nimirum minus est requiescere
et tamen sic ire requiescere est. et
perfecta igitur requies est qua deus
cernitur. et tamen equanda non est
requiei illius. quia ipse non a se
in alium ut requiescat. Est itaque re-
quies ut dicam similis atque dissi-
milis. quia quod illius requies est
hoc nostra imitatur. Namque ut eterni
et beati simus in eternum imitamur
eternum. et magna nobis eternitas
est imitacio eternitatis. Nec exortes
sumus eius quam imitari possimus.
quia et videntes participamur et par-
ticipantes imitamur. Que nimirum
visio fide inchoatur. sed spe perficitur
quando eternam sapienciam quam modo
per ora predicancium quasi per decurrencia
flumina sumimus in ipso suo fonte
biberimus. etc.

~~Explicit prima pars Moralium~~
~~in qua continentur libri decem~~
~~et octo finita sabbato die~~
~~post festum sancti Egidii per~~
~~manus Wenczeslay dicti Ceta~~

Marginalia (left): tar hu; 1 Cor 2; 1 Thi 6; 1 Thi 6; xxxv
Marginalia (right): perfecte; tu sit

Abortivum p[er] q[ue]s[ti]o[n]e[m] ac[ti]o[n]is deserta[m] desig
designat[ur] li. iiij. c[apitulum] xxiiij. t. z
Adiutor fr[at]rum d[iuin]us li. ij. c[apitulum] vj. b.
c. [et] li. viij. c.
Adu[en]tus s[an]c[t]or[um] ad xp[ist]um q[ui] s[e]c[un]d[u]m morte[m] ca[r]nis ... li. ... c. x. c. k.
Adue[n]tus sp[iritu]s s[an]c[t]i li. xj. c[apitulum] vj. e.
Adue[n]tus multiplex ... li. xvj. c[apitulum] xxiij. p.
Adue[n]tus filij dei i[n] ca[r]ne sit nec[essarius] ... ad equ[ita]t[em] li. xviij. c[apitulum] xxxviij. f.
Adue[n]tus sp[iritu]s s[an]c[t]i ... donis decorant li. xviij. c[apitulum] xxxviij. p.
Adu[er]sitas in s[an]c[t]or[um] ... li. xxij. c[apitulum] xxxiiij. [li.] z.
Adulter li. xxij. c[apitulum] xxiiij. g.
Adulatores ... eos fortificat in p[ec]c[at]is li. iiij. c[apitulum] xxiiij. n.
Adulterium ... li. xx. c[apitulum] iij. [li.] z.
Adolescentia ... li. xxij. ...
Aduentus x[pist]i ... li. xviij. c[apitulum] xviij. [li.] z.
Adultera li. xxiij. c. e.
Adiutores ... nob[is] li. xxiiij. c[apitulum] xxij. g. t.
Affligit[ur] ... diligentes li. iij. [li.] x. k.
c[apitulum] iij. ff. et li. vj. c. xv. g.
Affli[c]tio ... li. ex ...
... li. viij. c[apitulum] vj. k.
Agnant[ur] ... li. iiij. c. xxv. z.
Alt[er]ne ... mediatoris ... li. iij. c[apitulum] xj. xvj. g.
Alie[n]a ... li. xij. c[apitulum] xij. d.
Ambulat d[iuin]us p[er] ... cordis li. ij. c[apitulum] xxij. ff.
Amaritudo ... li. v. c[apitulum] ij. g.
Amare mundu[m] li. viij. c[apitulum] ix. c.
Amatores ... designat li. viij. c[apitulum] x.
Amaritudo ... li. viij. c[apitulum] xx.
Amaritudo ... mundi p[er] ... designata li. x. c[apitulum] iiij. n. [li.] c.
Amaritudo ... li. x. c[apitulum] xij. c.
Amaritudines ... nob[is] ... li. iij. c[apitulum] xiiij. x.
Amaritudo ... li. xvj. c[apitulum] x. b.
Amari ... li. xiij. c[apitulum] x. e.
Amiratio ... li. xviij. c[apitulum] xij. z.
Ania ... li. xiiij. c[apitulum] xiiij.
Amor ... li. viij. c[apitulum] xiiij. x.
Amor ... li. ix. c[apitulum] xxxiij. k.
Amor ... li. xij. c[apitulum] ix. q.
Angelica na[tura] ... li. ij. c[apitulum] ij. v. [et] iij. x.
Angeli maiores ... li. iiij. c[apitulum] xviij. p. q.

Angeli adiutores ... [et] pugnantes p[ro] nob[is] li. xvij. c[apitulum] vj. r. [et] viij. b. e.
Angelor[um] ... li. xvij. c[apitulum] iiij. e.
Angelice ... li. xvij. c[apitulum] xiij.
Angeli ... li. xiiij. c[apitulum] [li.] xxxiij. b.
Annus q[ui]d signific[at] li. iiij. c[apitulum] iiij. g.
Aia cognoscit[ur] ... li. v. c[apitulum] xxxij. f.
Aie ... li. x. c[apitulum] xxiiij. b.
Aia o[mn]is ... li. xxj. c[apitulum] iij. q.
Aie ... ignorant quo i[n] loco aie ... mortuor[um] sit [et] aie mortuor[um] nesciant ... li. xij.
Angustia ... li. xv. c[apitulum] iiij. p.
c[apitulum] viij. k.
Aia ... li. xxj. c[apitulum] xxj. l.
Aia ... voluntati ... li. xvj. c[apitulum] xv. l.
Aia ... a mundo ... li. xxiij. c[apitulum] xx. l.
Antixp[ist]us ... suos legatos li. [li.] xiij. c[apitulum] iiij. p.
Antixp[ist]i ... replebit li. xiiij. c[apitulum] viij. k.
Antixp[ist]i ... membror[um] ei[us] li. xxiij. c[apitulum] vij. l.
Antixp[ist]us ... trahet. li. xv. c[apitulum] xx.
Ap[osto]li ... designat[ur] designati li. xviij. c[apitulum] xvij. v. [li.] iiij. p.
Aq[ua] .i. ... s[an]c[t]i li. xij. c[apitulum] ij. q.
Aq[ui]lon ... li. xvij. c[apitulum] xx. ff.
Aq[u]a ... scriptura li. xvij. c[apitulum] xx. li. [et] xviij. o.
Ardore libidinis ... nos hostes li. ij. c[apitulum] xxiiij. n.
Arguere ... li. ix. c[apitulum] xxiij. g.
Armata ... i[n] quib[us] p[er]ueniunt li. [li.] ix. c[apitulum] xxxv. k.
Arrogantes li. xij. c[apitulum] xij. e.
Ars ... li. xviij. c[apitulum] vj. p.
Argentu[m] ... eloquia designat li. [li.] xviij. c[apitulum] iiij. y.
Asinus q[ui]d signific[at] li. j. c[apitulum] xviij. t.
Asine ... masue[tu]do li. ij. c[apitulum] xxiiij. l. ij.
Asinus ... simplex li. xxj. c[apitulum] xij. k.
Asinus ... boni ... li. xiij. c[apitulum] xviij. x.
Astucia malor[um] [et] bonor[um] ... li. vj. c[apitulum] x. z. xj. [et] xij. d.
Aspiratio ... li. v. c[apitulum] xx. e.
Ascensus ... li. v.
Ascensio ... designata li. xviij. c[apitulum] xviij. e. [et] xix. ff. [li.] xx. z.

Aia ... li. 18 9 6

Cogitacões mille p pilos designate
li v c xxiii z
Cogitaciones illicite affligunt li ix
Cogitacões dubiu men- | c xx xxix y z
tem facientes li ix c iiii b
Cogitacões illicitas sepe sustinemus
qr libenter ficus actibus implicamur
spirituales li ix c xxix z
Cogitacões ad pcta pcta impellentes
li ix c xxx 4
Cogitacões male iesertande sunt post bo
opa li x c iii q xiii or
Cogitacões malas ds pensat li xi c xxiiii
Cogitacões i fluctibus maris designate | x
li xii c iii t
Cogitacões i iudice designate li xii c xv q
Cogitacões i quibus se iusti dephendunt
li xiii c ix p
Cogitacões animum torquentes li xiii c xii | 3
Cogitacões dei- ymes li xiii c iii r
Cogitacões i pulure designate exercent
animum li xiiii c iii f
Cogitacões i iudice designate q ex se
boni et mali gignunt fructu li xiiii c
Cogitacionum tumultus li xv c x p | viii j
Cogitacões hoîs ex eius opibus cog-
noscunt li xv c xxix
Cogitacões mente pollicentes li xvi c xvi
Cogitacões i umbris designate li xvii c | q
Cogitacões i radicibus | xxx q
moncium designate li xviii c xix j r
Cogitacões terrene sine secula | xx k
res p musicas designate li xviii c xxiii p
Commocio dei i hoiem t sedm hoiem i
aduersus sathan li iii c ix b
Comedere i contemplacione satiari post sus-
piria li v c v p
Compassio prior equali- hendu li vii c xxiii
Confusio adducens gloriam li viii c xxiii t | ch
Confitent mali pudore i die iudicii li vii c
Confessione laboriosa iusti faciunt | xxx p
li x viii c xxiii c d
Confitent libent et deu amat li xx c xxiiii
Confessio pcti li xii c ii v | l
Confusio est qu exaudicõe ubi papit
li viii c iii f
Cogniacõ diuinitatis ad spia exire oz
li v c xxiii c
Congregacõ malorum i cogerie desig-
Cognacõ | ta li xv c xxxiii as
dei ex spia mag i ambire fragiram
Cognacõ summus | li xvi c x t
ex considerace turbil iudicii dei li xvi c xi
Cognoscentes deu adhuc nesciunt | y
Columpne celi sunt sa | en li xvii c xxiii f
angli vel pdicatores li xxiii c xiii p
Compassio i corporis caritatis li vii c viii p
Contemplacionis studia li vi c xxiii q

Continet nos ds alii dya li vii c viii | c viii r
Consideracõ ppe fragilitatis li iii c iii e
Consideracõ ppe infirmitatis li iii c xx as
Considerant mali bonos i opibus sz nõ ei
mente q faciunt li iii c x q
Consules dei- sunt pdicatores li iiii c xxx v
Consicia p domum signata li iiii c xxii y
Consideracõ humane breuitatis li viii c xx y
Consilium impiorum li xi c iii r
Consiliarii dei li xiii c xii b
Consuetudo pecandi difficile dimittit
Consilium impiorum li xv c xxv | qualiter li xxv c iii a
Consilium est tenens nõ sunt tanto ii vinit su
Consolacio in tribulacione | solom li x c xxii c
equalis ee debent li xi c xxix z
Consolacio afflictorum li iii c ii g
Consensus facit pctm li xxii c vi y
Contemplacio diua i saltum designata li viii c xxi
Contemptus bonorum promouet ad mala li xxiii | t
Commuiu sine culpa vix possunt | c xx b
celebrari li x c xxii v
Commuiu spirituale li x c iii z
Conuersio li xiii c xii b
Communium deuacionis li xiii c xviii b
Communium similis sine x li xvii c xiii p
Commissi tanta auiditate fugiunt scilicet
quanta illud prius sequebant li xviii c xv p
Cordibus cogitacões p ubia cognoscentes li iii c iii q
Corporis molestie li iii x c xxii z
Corda dura li vii c x y
Concepcio liberorum suorum qui humit alios rediriguedo
Correctores aliorum iiii | li vii c xii b r xiiii t r x
dus et viros sz ee li vii c xxiii x | iii x
Compacione | iusti detestant | iusti amat li x
Concepcio q plus sunt i iure e li x c viii q | c ii t
Cor durum li x c iii r
Cor hoîs est sacrificius dei li xi c viii k
Cor simplex li xii c xiii s
Concepcio pdicatoris li xiii c ii h i r iii j
Corone capitis li xiii c xii e
Corrige se debz ho prius q alios li xiii c x
Concepcio li xiii c xviii a
Corrigi mali nolunt li xii c xxiii x
Corrigere nõ valz iualidus h q in se mali qõs
Corda ipe diuit misii | sz li xiii c ii p
Ciuitas in vacuo signata li xiii c ii f
Corda reprobrorum sunt hitacula demonorum li xiii c
Cor humanum p tollo accensa li xiiii xvi y
Cor durum p lapidem signa | c xi ff
tum li xiiii c xv v
Corui i pdicatores qui eruunt oclos i intraos
Cure cita dispensa | malorum li xiiii c xii z
cione acta trinarum p malignos spus i
ferruntur li x ii c xx p
Curriculum li iii c xx b i xii t
Cure temporalis iami li v c viii e

Cruci affigere se cum viciis li viij c xx
Cura carnis ista sit habenda li ix c xxxiij p z
Cultus corporis pulcher temporalis li xiij [xxxiij q c v b]
Cum principis dimittis li xv c xxx c
Culpe auctoris sua pena li xvj c xxiij y
Culpa minima delevit xps sine mortis ob
Custodia nutrici li x q [aliquos li xvj c xvi]
Custodia dilecti [xxij v]
Cernis debes esse operum bonorum li xx c xxiij g
Custodit deus quosdam a prauis inimicis
alios renouat in senectute li xxiij c xxiij z

D

Dampnatio reproborum certa li iij c xxij z
Dampna illata plurimos a potestate
Dampnacio anime et membrorum li xxiij c viij b
Dampnacio iniquorum li xviij c viij o
Dampnacio reproborum in purgato li xx c xx h
Decepcio diaboli li x c xxiij o p q
Debita dimittere li xvj c xv v
Decipula que prauos decipit li xxiij c xxiij y
Decem precepta boni tenent li xxiij c xx q
Dedicatio malorum in vita presenti li xvj c v c
Deficere in se et in xpo proficere li iij c xxiij z
Delectatio hominis de domo eius li viij c viij b
Delectacio melius ligat spiritus interiores li xj c xxiij g
Delicata deus facit et iniquitate carnit li xij c vij
Delicijs affluere et deuina sacra scrutari [J]
Delectatio in deo li [li xxvj c viij b xxiij c xxij o]
Delectatio carnis ab hominis extremo
hic separatur li xxiij c xj h
Demones in hominibus designata li xxiij c xxiij z
Demones insidiant nobis in vita dei li xxij c vij
Demones sunt predatores ut spiritus interiores [b]
Demones capit li xviij c xxiij u li xx c xxiij c
Derisio li x c xx c
Deserta regiones eius quod significat li xj c xxx
Despicere alios prauos non [z et xxiij q]
Deus eiusque soli prauis inimice carne li iij c xxiij o
Desidia quam viri tollerauimus li iij c xx h
Desiderium bonorum ut in suggestione carni
cedant delectationem li iij c xxiij n
Desiderium malorum tibi li iij c xxx u z xxij p
Desidia mala separat desiderio futuri [bona]
et pene simplicitatis li iij c xxij x
Despicere temporalia li vj c xxiij
Despecti a mundo eligit deus li v c xxiij o
Desiderium impiorum periit li x c xxiij g
Despectus rerum terrenarum quas deus eas et
malis tribuit li xiij c xij q
Desperatio prauorum in penis li xiiij c xiij v
Desidia prima ad pessimam terminum tumore
Desiderium malorum [li xiij c v c]
punit deus li xv c viij h
Desiderium mali pro iniquo ... et cum
illud non dimittit li xv c xxij z
Desidia mala per medullas sagitta li xxv
Despicere nos deus cum quod se iniuit [c xx c]
Despiciunt primum in ... [et paco li xviij c xv t]
circa quod predicatione extenuerunt li xviij c xxiij z
Desideria sanctorum differuntur ut augeantur li 7 c 3

Desiderium satietatis quod habebunt electi in futura
refectione li xxiij c xxiij b [vita li xvj c xxxv]
Detractores dei li xj c xij b [li]
Deus et nubes li xj c viij h
Deus est in sensibus et intus in ira flagellat se
Deus apprehendit naturam hominum non [li xviij b]
angelorum li iij c vij h
Deus cognoscit ex oratoribus li v c xxx p [li xij]
Deus est fortis et sapiens li ix c iij ... [p]
Deo resistere non potest li ix c iij h
Deum non possumus scire qui nescit et qui ...
Deus interrogat [li ix c viij y]
cum diuinis nos percussionibus pulsat li x c viij
Dei facta indiscussa sunt ...li ix c viij z [z]
Deus consumit impium et innocentem li ix c xxij b
Deus quam magnus sit li x c xviij c et xx c
Deus sentiret et mactat mentes hominum li xj c xx f
Deus ... omnium cognoscit et mouet consilium
eius cum consilium a nemine cognosci potest li xj c
Deus non solum opera nostra considerat sed etiam
cogitationes pensat li xj c xviij z [xx g]
Deus spiritualibus specialibus modo potest li xij c xxj
Deus qualiter mediis videat spiritus quod ... et invisi
bilis est et incircumscriptus ... li xiij c xxxiij
Deum mali a se repellunt li xv c xv J
Deus ubique est et cum prauos li xvj c iij a
Deus largitur dona sua et mala li xvj c v d
Deus filios non visibilis in finem aperit li xvj c xv a
Deus quomodo ubique sit et cum in nullis incertis li xvij c
Deus solus est et nichil sine eo subsistere [xxj b]
potest li xvj c xxiij h
Deo non resistere potest nisi ei agitationem
Deus recordatur ... immutate li xvj c xx b
bonorum et obliuiscitur malorum li xvij c xj b
Deus dicitur esse lumen illuminans homines lumen
illuminatum institua ... sanctificans homines
institua sanctificata li xviij c xxx J
Deum nemo videt unquam li xviij c xxiij q z xxx
Deum videbunt ... sancti sunt li xviij c [xxiij]
Deus dei angelorum pb [xxviij b]
Dextra sinistra angelorum pb et reproborum li c xviij
Dextra dei quid filium dei significat li xij c xxj [b]
Diaboli non dicitur deum quamuis ab ipso videatur
Diabolus non est pondus quod non potest [li xj c xxij y]
nocere nisi permissus li xj c viij f
Diabolus arguunt xpm primo venisse in
carne et post ... eius similitudine dubitabant
Diabolus ingerere se mentibus bonorum [li x q c xxij v]
... cogitationibus li xj c xxij ff
Diabolus tenuit terrena corda li xj c xxij ff
Diabolus recedit ad tempus temptationem ut postea for
Diabolus per dei militiam ... [... li ... c ...]
... sustinebit penas li iij c xxij f [li]
Diabolus dicitur leuiathan et ... li iij c viij b
Diabolus unus est temptationis li iij c ix ch
Diabolus est caput omnium iniquorum sicut xps bonorum
Diabolus temptat nos multis [modis li iij ... o]
applicatur li v c xxiij h

Dyabolus debilis est resistentibus sed non resistentibus fortis li v c xvi
Dyabolus se miscens quod nos in membris suis li xiii c
Dyaboli membra sunt omnes mali li xvii c iii o | xiii c v
Dyaboli furor li viii c iii o
Dyabolus est caput iniquorum li xiiii c xv
Dyaboli filii et servi li xiii c xx v
Dyabolus dicitur rex et initium reproborum li xiii c v d xvi
Dyabolus est piscator venator | venator li | c
Dyabolus considerat mores | xiii c iiii v
hominum li xviii c iiii z xxx
Dyabolus dicitur non dei li xiii c xx
Dyaboli latrones li xiii c xiii li xxiii I
Dyabolus habet potestatem iustam sed voluntatem
iniustam li xvii c xxiii I
Dyabolus educat suos ut faciat voluntate li v c xl
Dyabolus instigator mentium li xv c xi
Dyabolus tristis est quia perdidit multos li xv c xxiii p
Dyabolus dicitur coluber tortuosus li li xiii c xxiii v
Dyaboli expulsio per xpm li xiii c xiii v xxiii
Dyabolus attendit homines ad vias li xiii c ff
Dyabolus habitat in cordibus hominum signatur | ff
per abyssum li xiii c xviii v
Dicta antiquorum per festa designata quia
deus non intellexit li c xiii c xx autem xvi
Dies per intellectum ponitur li c xiv o | m
Dies per divisionem ponitur li xiii c v li c iv d
Dies i dyabolus et antixpi maledicte li xiii c
Dies iudicii quia iusti appetunt sicut li xv c xp
Dies iudicii quia peccatores timent li c ii c mali li xv c
Dies iudicii per terrore li v c xvi | xv c c xxiii
Dies vite mee exceptis inhibitis narrantibus est
Dies iudicii | simulate li xx c xviii v
li x c xviii
Dies iudicii unus non tenetur li xv c xviii
Dies tristitie quia sit li xiii c x c
Dies dei eternitas li xiii c xvi r
Dies iudicii li xvii c xviii z
Dies iudicii i tempestate significatur li xiii c xc
Dies iudicii i quanvis patet li xxiii c ii
Dignitatum fortitudo i ossibus designatur li xv
Dilectio dei et proximi li xv c | xx o
xvi z li viii c iiii z li c xiii z v
z iiii z li xviii c xvii c
Dilectio mundi excludit caritate dei li xviii
Dimitte pro offensa debes li v c | xiii o
humilis ut nobis peccata dimittantur li c xiii
Dispensatio in deo meditatio li iiii c xii
Dispositio dei ab eterno li xv c l
Disciplina si quia mali non sit li xii c xi
Divitie soluunt mentem ratione divina li c xiii
Divites multiplices li x c xx li | c
Divitie in pinguedine designate li xii c xx
Divitibus adherentes terrenum designatur | xiii
Divitias habere potest | li xvi c xvi
sine peccato si vult li xviii c v c
Dimitatus i altitudo designatur li xiii c xv o
Divites mali post mortem depauperantur li xx
Divitie angustias faciunt li xv c | xiii
Discretio i digitis designatur li li xv | viii b
Dites boni et mali li viii c xxx | xiii c

Dimites sunt sancti aggrediuntur propter li xiii c v o
Divites mortes nichil secum aufert li xviii c xx z
Divites quod sunt divinitus timent li xvii c x b
Divites qualiter se spoliant li xiii c xxiii
Divites si se negant sine culpa li v c xxiii
Dolere et non facit et seipsum duplicare li x v xx | li
Doctrina hereticorum li xii c x
Doctrina i tonitruis et nubibus li xvi c viii
Doctrina est li xiii c xi p
Doctrina predicationum i uno designatur li xviii c xx x
Dolor bonorum de appetitu eternorum li c viii
Dolor multiplicatio i tempus per fatum li ii c x x
Dolus in ore sapientum li v c xx e
Dolores seminare et dolores metere li v c xxiiii
Dolores bonorum temporalium multi in vita parva li viii c xx
Dolore torquere li xx c xxx v
Dolores improborum li xii c xviii
Dolor divinitus pro divitias li xv c xx li
Dolens i xps li xiii c x
Domus fratrum de fragilitatibus nostris li v c xxxiii
Domus corporis et domus cordis li viii c xiii v a
Domus operum nostrorum li xx | li
Domus deserte i mentes iniquorum ardeo de levitate li xv c
Domus lutea sine signatur corporis | xv o
Domum spectat de | xiii li xiii c xxiii
in perfecte non sunt manet apud homines li c
Domus spiritus sancti duplicia li ii c xxiii | xxv
Dona spiritus sancti dimissa post i septa li vii c
Dona spiritus sancti dimissa li xvi c xxix | xxiii c
Duplicia sunt i terra inveniuntur i repleti
Duritudine mentis et corporis i pastore c xii o
Dormire mali ab arce rapinum li v c xvi
Dubietas mentis a multitudine exuberantis cogitationis li
Duritia peccatorum li xv c xviii v z c xx z | c li b
Dulcedo peccatorum seu voluptatis li xv c xxiii
Duplicitas malorum i ungis designatur li xiii | o
c ii li z iii c

Ecclesia sancta martinus significatur li xx c v p
Ecclesie dolores li xiii c iii li
Ecclesia per omnes designatur li xii c xx b
Ecclesie hymnus quia peccatorum remissio merentur li xviii
Ecclesia leene noctem designatur li xviii c xxiii | c xiii c
Egestas propria li xv c iiii
Egrotorum gemitus sicut languidorum li xiii c
Eloquia divina i argento significatur li xiii c | xx li
Ecclesia desinit i se et i xpo pro | xxi v
fluit li xiii c xviii z
Eloquia divina li v c ii c
Ecclesia necessarius assimilatur li viii c v c z v li
Ecclesia ante adventum xpi quidam eterne fuit li v c
Elemosina ubi est sua que habet et | xx
Eloquia divina in | que non li x c xxii
argento instrumentis et spolio designatur li xviii c
Electio mentis ecclesia propter que antiquus | viii v
hostis petit eiudere li | li xx c xiii li
Erroris li v c xi
Erectio in bonis erunt nobis i malo et filios li xiii
Error iniquorum quia tunc nolunt que | xv
vive non comprehendunt li xiii c xvi z

Displicant quia dicta vel facta nostra si non valebit li 7 c ll 7

Electi non pro sua perfectione li 12 c 12 c

Exempla v[e]l i[n]ced[er]e eligu[n]t ut nob[is] p[ro]d[e]ssent in p[ro]s[a] ... G. x. k.

Essencia dei incomutabil[is] li. xviij c. xxx k.
Eternitas dei q[ue] investigare no[n] valem[us] li. vij c. xviij
Exercicio p[e]c[c]atoris li. vij c. xv f. xviij g. | b.
Excusacio in p[e]c[c]atis li. iij c. xvij l.
Exempla s[an]c[t]or[um] nos excitant ad ... li. ij c. xxviij
Expulsio hostis antiq[ui] li. ij g. xviij i. | de.
Expulsio dyab[o]li p[er] x[risto]s de cordib[us] fidelium li. xiij c. xviij
Facies dei i[d est] cognicio li. ij g. | vi. xviij
Facies hominis qualit[er] innu- | xv p.
tur deo li. iij g. viij o.
Facies i[d est] intencio mentis li. vij c. xv a.
Faciei benac[io] ad deu[m] li. xvi c. viij a.
Facie et extremitate li. viij c. xxx i.
Falsiloquium li. xiij c. iiij a.
Fames ubi li. vj
Fames ubi li. vj c. xvj a.
Flagellis p[ro]ba[n]t[ur] electi i[n] p[er]fecc[i]o[n]e c. viij d.
Flagella passionum discreta li. ij c. xij a.
Flagella dei ut[i]lia li. vj c. xv g. et xvij f.
Flagellum benigne li. vj c. xviij n. et xxviij r.
Flagellari concupiscunt h[oc] iusti li. vij c. viij b.
Flagella p[rese]ncia quosd[am] liberant a futuris
Flagella bonis tollerimus | li. xx c. xxvi o.
si culpas n[ost]ras consideram[us] li. x c. vij z. et ita sunt
Flagella p[rese]ncia s[e]q[ue]ncia quos excitant li. x c. iiij
Flagella mal[orum] optari p[otes]t li. xij c. ij ff. | v.
Flagellor[um] om[n]i[u]m causam cognoscere no[n] valem[us]
Flagella q[ue] iusti h[abe]nt sus- | li. iij c. ix n.
tinet q[ui]s p[ro] n[on] p[e]c[c]aret li. xiij c. xvij b.
Flagella p[e]c[c]ati li. xiij c. x t.
Flagellati iusti s[un]t i[n] p[ro]babi[li]u[m] mal[orum] li. xij c. xxij
Flagell[a] carn[is] ul[tra] penis li. xiij c. xij a.
Flagella dei crudelia s[un]t menti s[un]t li. xiij c.
Flagella p[ri]mariu[m] d[omi]n[u]m signa li. xiiij | xviij g.
Flagellati iusti a malis | c. xvij x.
deridentur li. xv c. xiij z.
Flagella nos p[ro]simit li. xvj c. xvj p.
Flagella quedam p[rese]ncia et ipsi futura et
q[uo]s quida[m] h[oc] flagellantur et alij no[n] h[oc] in
futuro et q[ui]dam i[n] p[rese]nti et i[n] futuro flagellantur
li. xviij c. xij i. et xx et xiij k.
Fames celica li. ij c. xiij q. et li. viij c. vi a.
Frigiditas humana p[er] ... | c. xxxvij g.
min[us] ... designata li. v c. xxxvij g.
Frumis li. ix c. xix z.
Felicitas t[em]p[or]alis in malis designat li. iiij c.
Felicitas bona ip[s]or[um] li. xv c. | xxxviij b.
Fletus q[ui] no[n] p[otes]t habe[re] | xiij c. f. g.
n[isi] a p[e]c[c]atoribus li. xx c. xxxiij g.
Fratres i[d est] mali ... li. vij c. xij z.
Feni i[d est] utilitas mu[n]di li. xv c. ix d.
Fides i[d est] scripta ... li. ij c. xxij k.
Fides sine operibus li. iij c. ix o.
Fides dubia li. x c. x g.
Filij maior et minor ... mediator et
gentilium li. ij c. xvij x.
Filior[um] noie opa designat li. xij c. ix q.
Filij dyaboli li. xiij c. xij x.
Filij dei p[ri]ma[rie] signat li. xxviij c. iij q.

Filij infidelitor[um] s[un]t filij persecutor[um] i[d est] apli ul[tra] doc-
tores s[an]c[t]e matris eccl[es]ie li. xviij c. xix g.
Fine bonor[um] et malor[um] deus p[er]sidat li. xviij c. xxiij
Filius dei uniu[s] x[risti] li. xviij c. xxix g.
Frigus malicie li. xvi c. xxv z.
Folium de ... li. ij c. xvij v.
Florere appetunt ... et ... despiciunt li. xvj
Fortit[udo] bonor[um] et malor[um] li. vij c. ix | xx g. h.
Fortit[udo] i[n] s[ecu]l[ar]ia ... designata li. xij | v.
c. viij i.
Fuga impior[um] in p[rese]nti li. x c. xviij q.
Fugit deus a nob[is] i[d est] se abscondit li. xvij c. xiij a.
Fugit ... manu[m] dei penitentes q[ui] se conv[er]-
gunt a p[e]c[c]atis li. xviij c. xvj et l. a.
Flumina quatuor ... li. xviij c. xx a.
Fulgur signis gla[m] p[er]petuam li. xv c. x q.
Funes p[e]c[c]atorum li. xj c. vij d.
Furor ... li. xij c. iiij b.
Fur li. xvj c. xvj p.
Gaudium malor[um] de cor[um] extrac[i]o[n]e li. i c. xv c.
Gaudium malor[um] de ... li. vj c. x z.
Gaudia ip[s]or[um] extinguet[ur] li. xiij c. iiij q.
Gaudium ypocrite ad instar p[rese]nti li. xv c. ij t. v.
Gaudia p[rese]ntis vite ... assiliant[ur] li. | x.
Gaudium malor[um] ... | xv c. ij o.
et ... li. xv c. xx b.
Gaudium iustor[um] de interitu ip[s]or[um] ...
Gaudium malor[um] de | vita li. xvj c. xx e.
... bonor[um] i[n] p[rese]nti li. xvj c. xiij b. t.
Gratias age[re] i[n] flagellac[i]o[n]e li. ij xxj d.
Gra[ti]a ... se ... | et p[ro]mitti
... in se infu[n]dit[ur] ... li. ij c. xxiij r.
Gra[ti]am dei venientem nec recedentem no[n] possum[us]
Gra[ti]a dei adiuvat pec[catores] | s[er]vire li. ix c. viij y.
... li. ix c. xxxiij a. b.
Gra[ti]a dei in bonis nos p[re]venit sine qua
nullu[m] bonu[m] agi p[otes]t li. xvj c. ix q.
Gra[ti]a sp[iritu]s s[an]c[t]i fortificamur li. xiij c. xiij u. et xxiij x.
Gra[ti]a dei recepta sumus et non ...
... et gra[ti]a dei ... i[n] nob[is] ... ope
... li. xviij c. xxij p. et xxiij q.
Gemitus iustor[um] li. xvj c. x b.
Gentes multiplicate li. xj c. x q.
Gentilitas iudea p[re]ssit ad fidem li. xviij c.
Gressus hominis deus ... li. vj c. iij | xxx a.
Grex i[d est] p[o]p[u]l[u]s imp[e]tus | q.
li. xvj c. xviij c.
Gygantes ... dyabolici apostate ul[tra] sup[er]bi
Gl[ori]a humana li. vj c. xix e. | ... li. xviij c. x b.
Gl[ori]a elector[um] li. viij c. xxxv y.
Gl[ori]a sine gaudiu[m] celestis p[at]rie li. ix c. vij v.
Gl[ori]a ... i[n] fulgure designata li. xv c. x q.
Gl[ori]a regni celestis in h[abi]t[u] ... no[n] ...
... q[ui] cognoscit[ur] li. xviij c. xiij a.
Gl[ori]a impior[um] t[ra]nsitoria li. xviij c. iiij l.
Hereticor[um] gesta li. vj c. xij et xxvij p.
Hereticor[um] ... et quo ... cor[um] ...
Heresia nova ... exigunt | li. v c. xij z.
... li. v c. xviij l.
Heresia blasphemares li. xij c. ix b. et xx p.
Hereticor[um] ... i[d est] scripta li. vij c. xv r.
Heretici qualit[er] ... deffendit ... li. vj c. xj a.

Fructus ... li. 6 c. xxij

... li. 3 c. 20 ...

Heretici qui impugnant ... li x c ...
Heretici spoliatores li ... c ...
Heretici filii nepotes et vidue ...
... non ... li ... c ...
Heretici ... li ... c ...
Heretica ... multa ... xpo ...
... li ... c ... p
Heremitis ... li ... c ...
Hostis armatus li ... c ...
Homo de luto plasmatus in pulverem revertetur
Homo quere post culpam li x c ...
... veniam meruit li ... c ...
Homo ut lac coagulatus ...
Homo inferior ... li ... c ...
Homo ... li ... c ...
Homo folio ... li ... c ...
Homo ... li ... c ...
Homo flori ... li ... c ...
Homo modicum ... li ... c ...
Homo ... sine macula ... li ... c ...
Homo abhominabilis et inutilis li ... c ...
Homo ... et ... li ... c ...
... corpore ... li ... c ...
Homo ... li ... c ...
Homo ... li ... c ...
Homo egens ... xps li ... c ...
Hostes ... li ... c ...
Humiles exaltabunt li ... c ...
Humiliat se exaltans li ... c ...
Humilitas ... li ... c ...
Humilitas ... li ... c ...
... li ... c ...
Iactancia li ... c ...
Iactancia ... li ... c ...
Iactancia ... li ... c ...
Iacula ... li ... c ...
Incarnacio ... li ... c ...
... li ... c ...
Incarnacio ... li ... c ...
... li ... c ...
... li ... c ...
Infirmitas ... li ... c ...
Infirmus ... li ... c ...
Infirmus ... li ... c ...
... li ... c ...
Infernum ... li ... c ...
Infirmis ... li ... c ...
Infirm ... li ... c ...
Infirm ... li ... c ...
Infirmus ... li ... c ...
Ignis ... li ... c ...
Ignis ... li ... c ...
... li ... c ...
Ignis ... li ... c ...
Ignis ... li ... c ...
... li ... c ...
Ignorancia ... li ... c ...
Impii ... li ... c ...
Imago dei ... li ... c ...
Iniqui ... li ... c ...
... li ... c ...

Iniquus ... li ... c ...
Iniquorum ... li ... c ...
Ignorancia ... li ... c ...
In iniquitate ... li ... c ...
Iniquitas ... li ... c ...
Iniqui fallaces et mendaces li ... c ...
Iniqui ... li ... c ...
Iniquitate ... li ... c ...
Iniqui ... li ... c ...
Iniquorum ... li ... c ...
Iniquorum ... li ... c ...
Iniusti ... li ... c ...
Iniqui qui se ... li ... c ...
Iniqui qui ... li ... c ...
... li ... c ...
Impii ... li ... c ...
Impii qui ... li ... c ...
Impii ... li ... c ...
Impii ... li ... c ...
Impii ... li ... c ...
... li ... c ...
Indiscrecio ... li ... c ...
In ... li ... c ...
... li ... c ...
Inside ... li ... c ...
Invidia ... li ... c ...
Invidie ... li ... c ...
Invidia ... li ... c ...
Inventores ... li ... c ...
... li ... c ...
Invidia ... li ... c ...
... li ... c ...
Inimicicie ... li ... c ...
... li ... c ...
Instabilitas ... li ... c ...
Inopia li ... c ...
Invidia ... li ... c ...
Institores ... li ... c ...
Ypocrite ... li ... c ...
Ypocrite modus li ... c ...
Ypocrite signa ... li ... c ...
Ypocrite ... li ... c ...
Ypocritarum ... li ... c ...
Ypocritarum ... li ... c ...
... li ... c ...
Ypocritarum ... li ... c ...
Ypocrite ... li ... c ...
Ypocrite ... li ... c ...
... li ... c ...
Ypocrite ... li ... c ...
Ypocrite ... li ... c ...
... li ... c ...
Ypocrite ... li ... c ...
Ypocritarum cogitaciones ... li ... c ...
... li ... c ...
Ypocrite ... li ... c ...
Ypocrite ... li ... c ...
Ypocrita li ... c ...
Ypocritarum gaudium ... li ... c ...
... li ... c ...
... li ... c ...

... est ... li 1 c 21 ...
... li 13 c 11 ...

Ipocrita de solis actionibus bonis audit li xv c x b
Ipocrite confessa in iudicio detegentur li xv c xxiii y
Ipocrite innui sepulcris dealbatis assimulati
Ipocrite communis multa pro christo li xviii c iiii k
sustinuerunt tamen non merent li xviii c xiii p li viii
Ira et de modis eius li v c xxxv x
xxxi t et xxxiii v
Ire remedia li v c xxxiii v
Ira bona sine contute li v c xxxiiii x
Ire de aliis sicut restiterunt et aliis non li xx c iii z
Ira de eo mali debes exhiberi in fine quo non
assumunt vitam semper precedencium li xv c xxxiiii e
Iob sanctus non peccavit dicendo se iuste af
flictum li xiiii c ii z et xi t
Iudicare alios non debemus quia soli patores
sunt li x c xvi x et li iii c xx o
Iudicum perpetua abiectio li iii c xviii Ipocrit
Iudeorum suppbia li iii c xi z
Iudicia dei occulta quare bonis male et
malis bona sunt fuit li v c i d
Iudicare temeritate deum ut sint aliorum li v
Iudeorum cecitas li iiii c xi r et li vi c iiii b c xv y
Iudei ipse patri de terra propria expulsi li xv c iiii k
Iudicant de homine duobus modis in hac vita
li xv c xxviii n et xxx o
Iudicium domini in vallo consiliore ingnosa li x
Iudicium li xi c viii t c xi h
Iudei incarnacionem domini negaverunt li xi c viii
Iudicabunt sancti cum deo li xi c xi t
Iudicium stultorum in puto li xi c xi y
Iudicium misterum li xi c xiii b h
Iudicii penam se de bo
Iudei et fides et dei et misericordiam quam christum de
eliquerunt li viii c xiii k
Iudei et gentiles in plurium lumina et in silice
li xiiii c xviii t
De iudicio dei de ypocritis et amatis li xv c iii n
Iudicia dei iusta super nos sunt li xvi c xx o
Iudicium ultimum eius qui advocabit a
celum et terram id est iusti li xvi c xx x
Iudicium malorum sine hereticorum de puto feli
citatis bonorum li xvi c viii e
Iudicii dies per tempestatem fiet fugitur li xviii c x d
Iudicia dei occulta sunt quosdam consumat
sine peccato alimentate alios non perlapsos
in peccatis colligit in senectute li xviii c xiii r
Iudei dampnandi et romani salvandi li xviii c xvi z
Iudei reliquerunt fidem sed ut utris est li xviii
Iusticia vera ad c xxxiii et sequentibus
peccati iusticie dicitur iniusticia li v c viii v et c
Iusti et tamen sepe peccant li v c x b xxxiii d
Iusticia iustus mediam in iudicio perficiat
si discrete iudicaverit li viii c xiii z
Iusti felicitate terrena ut convertit li viii c xxx
Iusticie defensores sunt viii b et xxxviii c
sepe cessat et defensio sine spes inani sub
trahitur li ix c xiii h
Iusticia iustus in afflictione et miseria li ix c
Iusti qui terrena despiciunt et di xxx z
mittibus contempnunt li x c xx I et xxi k
Iusti cum christo iudicabunt li x c xxii a
Iusti in se minima peccata diiudicant et
emendant li xi c viii h
Iusti in suis bonis operibus priorum edifi
cacione querunt li xi c xviii I
Iusti gaudium ex flagellis li xi c xv n
Iusti aufert in finibus li xiii c xii d
Iusti maiori exinanitur sunt quia steterunt in
mandatis li xv c vii e
Iusti per celum designati li xv c xi v
Iu de ypocrisi ypocrisis se reprehendunt si qua
in se invenunt li xv c xiii d
Iusti non gaudent in puto de malorum merito
sed in futuro li xv c xi e
Iusti in puto si eius flagell probant li xvii c xvi
Iusti viri de operatione iusti et li xvi c viii c
Iusti in sole et luna designati quarum non v
sunt mundi in conspectu dei li xvii c xxiii y
Iusti quomodo cottidie pugnet contra vicia
tum mundi sed et usurantur quanto magis
christus que iacet in vicinis li xvii c ix z
Iusticia iustificatis dicitur et de nobis aut iu
sticia iustificata li xviii c xxx I
Labor bonorum et malorum in puto li vi c
Labor ex afflictionibus iii n xxi
in puto li viii c vii l et viii m
Labia de spirituali comprimit li ix c iii v
Latine pudentes detegunt peccata abscondita
Latibus in finibus li xviii c x d li viii c xx e
Lamenta puto li v c vi g
Laqueus peccatoris li xiii c iii t et iiii v
Lapides esse sancti et electi li vi c xiiii t
Lapides in dominum peccatores li vii c x y
Lapides cor durum spiritui intellectorum significat li xviii
Lapides plures significatos et puta c xv v z
pulverum soror valde vicinis li xviii c xxxiii b
Latrones non in hac vita insidiantur xvi c
li viii c xxxiiii t
Latrones id est spiritus maligni li xiiii c xiii h et xiiii
Latronis conversio in cruce per genitum et eius I
confessio respirent li xviii c xxii p et xxiii q
Laudare dei quis sit li xi c viii g
Laus humana transitoria li viii c xxxiii t
Laudare deum li ix c vii x
Laudatores peccatoris li xii c xv o
Laudes suas iusti per deum se putant manifes
tare in humilitate li xviii c vi l
Lectulus in secretis cordis li viii c xvi I et xvii
Lectulus li xiii c xiii ff k
Leones domini corona li xviii c xviii z
Lectio diversi cum catholica li xviii c xxi h
Lepra heresis li xviii c ix z
Letitia sanctorum li iiii c xiii k
Leo leena leonum catuli reprobos significat
Legis dominatio per ma li v c xviii g
in et fortitudine signat li xi c xvi g
Lex dei li x c xiii z et v et iii z
Libertas servorum li viii c xiiii k vi I
Libitus potatoris significat in cervice li viii c v t
Libant iusti et videt impius dampnatis
Lignee flagellum li vi c xviii r li vi c xxiii r
Lignum li vi c xxxiii z
Lignum plus signat li xi c i et sequentibus
Lignum suppliciorum li iii c xvi k
Ligna dolosa li xv c iii d
Locutiones Iob non peccavit li iii c xxiii

Locucio indiscreta qua sepe putamus
— obtinere eciam que vera est viciosa li. iij c. viij.
Locucio aspiracionis in mente internis sensui
Locucio duplex — iiij li. v c. xxv d.
— importuna li. vij c. xxiij ut xxiiij
Locu nomine conditor designatur li. viij c. xxiij b.
Locutionum quatuor li. viij c. xxiij z.
Locucio in scriptura dubiosa li. xij c. v d.
Locucio in labiis designata li. xiij c. xxiij v.
Locus ypocrite et cor adulancium li. xv c. xiij.
Locus intelligencie et mens nostra li. xviij c. xxxvij q.
Loquitur deus aliter ad angelos aliter angeli ad
— deum aliter ad sanctorum animas aliter sancti dic ad
Loquitur deus — deum li. ij c. v q. i. cum
ad diabolum quatuor modis et diabolus eis ad deum
Loqui similiter li. v c. x z. — li. xij c. vij a.
Loqui nil dicere pro eo nisi stulti vel de se li. xxij c. — xij v.
Lugentes consolabuntur li. vj c. viij b.
Lucerna impiorum extinguetur i. gaudia eorum li.
Lucerna impiorum i. filij eorum prius — xiiij c. iiij.
— et gloria opes terrene extinguetur li. xv c. xvj p.
Lugere i. punire ... c. li. xviij c. xxiij t.
Lumine nos illuminans et deus nos ac lumine
Lumine inaccessibile — illuminatum li. xviij c. xxij.
— in quo deus habitat li. xviij c. xxiv t.
Lux quam ... per impios ... li. iij c. xxiiij z.
Luxuria gule succedit li. vij c. xv e.
Lux impiorum extinguetur li. xiij c. vj p.
Luxuria in ... designatur li. xiij c. vj h.
Lux n. ... li. xviij c. xiiij b.
Magnificat ... li. viij c. xxix q. z. xx
Mala que dei ... creare ... cum
ditis ... i. flagellum ... li. iij c. v k.
Mali opprimentes bonos sunt mali persuaso—
Mala spiritualia pro — res li. iij c. xiij q.
— cetus sustinere li. iij c. xiiij b.
Maledicere sine malediccione li. iiij c. iiij a.
Mali considerant opera bonorum ab exteriori sed non
— intencionem ... li. iij c. x q.
Mali non cessat amare terrena usque ad mor—
Mali de penis — tem li. viij c. xj n.
— sunt non remittitur li. viij c. xij z a xiiij z.
Malorum dies post mortem non ... li. viij c. xv
Mali nunc deum non timent ... eos ... — xv
Mali — ... li. viij c. xij z.
Sunt ... ne omnia mala que cogitant
Mali deum — ... li. viij c. xiij g.
— laudat et iustum iudicare ...
Mali ali— ... li. viij c. xxv z.
... et ...
Mali in — ... li. xviij c. xxvj b.
... li. viij c. xxxv y.
Mali sine ypocrite non ... viii
... li. viij c. xxxvij t.
Malignus deus manum non porrigit li. viij
Mali ... bona — c. xxxvi z.
— ... li. ix c. xx e.
Mali quanto ...
— ... li. x c. xvij z.
Mali venturi mali ... li. xij c. v b.
Malicia infrigidat li. xij c. xxv z.
Mandatum dei adimplet iusti li. xiij c. xiiij f.
Mane ... signi li. xvj c. xiij p.
Mittimus dei i. filius dei li. xviij c. vj q.
Mansuetudo cum ... li. — c. x y.
Mandatum dei non timore sed amore impletur li.
ij c. 28 k

Magistros nolle ... li. iij c. xxiij
Mansuetudo sine vita xpi qua sunt
ad genus humanum li. ix c. xxiij j.
Manus i. opera li. xv c. xx xiiij c.
Malo pre ... i. nolle punire li. xv c. iiij c.
Manus domini dei flagella li. xviij c. xviij x.
Martir fit ... indigni ... tollerat li. vij c. ix t.
Martires fit monomibus designati li. ix c. v q.
Martires sunt ... li. x c. xxvij z. xxiij z.
Mali alios estimant quales ipsi sunt li. xiij c. v z.
Malum i. ... ypocrite ... li. xv c. iiij d.
Mane pro ... li. xviij c. xv q.
Mare vita ... li. xviij c. xxiiij x.
Magnus ad deum exprimere quod sit li. x c. xx o.
Magnalia i. predicatores li. xiij c. v r.
Medicus li. xviij c. xviij z.
Memoria amorum dei i. ... et memoria ...
Membra diaboli — ... li. iij c. vij k.
— xpm crucifixerunt li. iij c. xj v.
Membra ... diaboli sustinet li. iij c. x z.
Membra ... ad ... redigi li. xiij c. iij k.
Membra diaboli sunt ... li. xiij c. iiij o. p.
Memorie ... prius ... oriunt
Memoria ... — malicia li. iij c. xviij a.
— in ... li. iij c. xxiiij c.
Memoria bonorum ... li. xiiij c.
Memoria ... li. xj c. xij d. — ...
Mens hominis ... li. vj c. ix v.
Mens ... sine ... li. vij c. ix x.
Mens quo ... li. vij c. x y.
Mentes ... li. vj
Mens ... li. viij c. xiij c. x z.
Mediante ... li. xj c. xj v.
Mentes ... li. xiij c. iij a.
Medianum li. xviij c. xj c. iij ... prius
Mens fortis et infirma ... li. xj c.
Mercenarius ... li. xiiij c. z xxij d.
— ... li. viij c. v g. z vij ...
Merces ... li. xiij c. xx q.
Mendacium ... li. xj c. xiiij j.
Messis nomine ... designatur li. xviij c. vij j.
Miracula dei nos ... li. vj c. vj o.
Mirabilia ... non ... li. vj
Milicia est vita hominis super terram li. vij c. — c. vij p.
Milicia ... li. xviij c. vij t. — vj c.
Miseria mortalis ... li. xj c. xij d.
Miracula xpi ... non eum
— non videbant ... li. xiij c. xvj r.
Misericordia ... non ... in iusto iudicio
— non ... li. xij c. xxv z.
... malos tollit ... li. xviij c. iiij h.
Moderni i. ... potentes li. xviij c. xxij j.
Moles i. ... mundi li. xj c. x y.
Mors ... simplex nos ... li. iiij c. xviij.
Mortem ... li. iiij c. xiij
— ... xps li. ix c. xxiij h.
Mortuus puer per elyzeum resuscitatus humanum
— genus designat li. ix c. xxiij j.
Mortis ... li. xj c. ix k.
Mortuus ... li. xij c. iij x.
Mors et ... mortis li. xj c. v c.
Mortis ... li. xiij c. xj q.
Mores hominum ... li.
Mors primogenita i. ... li. — li. xiij c. iij z. v z.
xiij c. v b.

Mors vincens malorum in penis li. xv c. viii d.
Moritur impius an tempus li. xvi c. iiii b.
Mors est indebita mors debita soluit li. xviii c. xiv
Mortem desiderare li. v c. iii i.
Mori cum sapiens et fit sapiens li. v c. xxx q.
Mors platorum seu pastorum malorum quando
— fit salus subditorum li. xviii c. xiv v. et xxix x.
Mors i dormitione designata li. xxiii c. xx q.
Mors impensa pro nomine signata li. xviii c. xxx d.
Matris carnis li. vi c. xix v.
Mortem domini predicans li. iii c. xviii m.
Mulier de mensis infirma li. xi c. xviii et xxx
Melos scilicet in pelle designat li. xiii c. vii d.
Mundus et mundi mortuus li. v c. xi h. [t]
Mundi esse non possumus i conspectu dei li. xx
Munus triplex est li. xx c. xx et c. xxi d.
Munitiones mentis sunt fides spes caritas li. xx x
Mundicia cordis deo est carior c. viii h. et xxi i.
— cuius li. xi c. xx
Mundicia est i mentis intentione li. xi c. xxi i.
Munerum li. vii c. xviii a.
Mundicia manuum li. xvi c. ix q.
Mundus est deus quos corrigit li. vii c. xxviii x.
Multa deus non permittit li. iii c. iii g.
Murmurare contra dei flagella li. vii c. xvi a. et
Murmurare i flagellis li. v c. xxix e. et xxx i.
Murmurandum non est contra deum li. ix c. ... viii et xx i.
Murmurant contra flagella presentia quia non considerant
— gaudia futura li. x c. xiii v.
Musice modulatio i cogitationes superbe per dulcem
— suavitatem vngenti i contemplationis li. xviii c.
Mutabilitas seu instabilitas humana [xxx v.]
Mutabilitas vite [li. viii c. viii o.]
— seu status nostri li. xi c. xx g.
Mutabilitas hominis li. xi c. xi v.
Mutatio fortitudinis quando fiunt i pace li. xviii c. xv
Natura humana reparatur deo et non
— angelica li. iii c. vii e.
Navicula petri li. viii c. iii i. [x]
Nativitas christi aliter differt a nostra li. xviii c.
Necessitas corporis sine intentionem [xvi et
— ferro designata li. xv c. iii o. xxiii o.]
Negat seu mali i temptatione quando sunt temptatores
— dent cum li. xviii c. xi b.
Nichilum deus ipsis gratis li. viii c. xi g.
Nomina malorum in celo non sunt scripta
— sunt cruciatus li. xv c. viii e.
Nox persidie li. xi c. ... et li. iii c. vii i.
Nox dei abscondita homini in morte li. xviii c. xx d.
Nudus est de synagoga negat quod nos li. xi c. xi
Nuditas predicatoris li. vii c. iii b. [t]
Nudus li. vii c. xx d.
Nubes predicatores li. xviii c. iii i.
Obumbratio sanctorum ab estu dyaboli quando spe
Obumbratio matre [sancti li. xviii c. xi f.]
per spiritum sanctum li. xviii c. xx g.
Otia sine torpore negligentie li. c. xxii t.
Oculus i. vis intentionis li. x c. xiii et li. xvi
Oculos deus aperit cum iudicat li. xi c. [c. xviii m.]
Oculos pena aperit quos culpa [xxi h.]
— claudit li. xv c. xviii x.
Oculos mentis i intellectu despicacio ... [ne li. xvi c. xi p.]
Oculus ubi li. viii c. xx. 3

Oculos aperit in pena quos clausos tenuit in culpa
Obliviscitur deus malorum li. xvi [pri li. xviii c. x b.]
Obprobria in istorum [c. xi b.]
— estimat mala opera li. viii c. xi v.
Occulta sunt intentio i. cor humanum suggestionibus
Onager est [iste naturali li. xviii c. xi f.]
— monialis li. x c. xi m.
Onager i. hereticus li. viii c. xxiii t.
Opus non diligenter est considerandum li. x c. xxviii m.
Opera forcia posse designata [et c. xxvii q. v.
— li. v c. xvi x. et xxii v.]
Opera mea bona cum magna cautela sunt facienda
— et male occultanda li. viii c. xxviii pr. xxviii g.
Opera bona possunt fieri [et li. viii c. xxxiiii t.]
— manifeste li. viii c. xxv v.
Opera bona dimittunt si quibus i eis se extol
Opera bona que [tunt li. xx c. i et xi eff.
— lagnum faciendo necessarium li. xx c. xiii g.
Opera bona cum magno sunt custodia observanda li. xx
Opera dei publica li. x c. iii x. [c. xxii g.]
Opera bona vel mala nomine filiorum designata li. xx
Opera bona i floribus vincere designata [xx q.]
Opus qualia erit [li. xii c. xviii v. et xviii
— talia premia aportabunt li. xv c. iiii a.
Opera per brachia signata li. xviii c. v b.
Opus malorum inchoatio i adolescentia designata
Opera bona qui in se [li. xv c. iii b.]
— cum in pena desistunt nichil aliud
— faciunt quia se in rigore vestiunt li. xvi c. xxix
Opera sua in se i natura per li. xviii c. v l.
Oratio vera li. xi c. xxviii z.
Oratio quia plus deus accipit li. xx c. x z.
Ordo est nobis necessaria ad iusticia maiora li. xx
Oratio quo debemus li. x c. xii r. [xi q.]
Oraciones inimicorum quas christus pro eis li. xii c. viii g.
Ordo per quas alia sunt exigit li. xvi c. xvi m.
Ordo quomodo sit per rebus visibilibus et invisibi
Ordo exercitus [libus seu ecclesie li. xv c. xviii
— bilis li. xx c. xiii r.]
Ordo quales fieri debeat li. xviii c. iii g.
Ordines illorum i extremis tempore non erant
— dicunt quia hic bene operati recusant li. xviii c. v et xx
Ordo i inferno non est li. xx c. xxxv l. [r.]
Orbe portare domini principes seculi et angeli
Omnes dei sine offensione [li. xx c. x q.]
— li. xviii c. xi r.
Ossa est i. fortitudo et caro i. pelle sunt
— infirmus li. viii c. xviii e.
Placatio seu confessio cum remissione
— pena li. v c. xxii n. [li. xi c. xii n.]
Pacta dei erga peccatores li. xx c. xiii ff
Palea et favilla erunt ob nostri li. xv c. xviii
Pacis virtus li. xi c. xiii k. [r.]
Pacia secundum li. viii c. x d.
Pacia quia sit fuerunt ad christum per eorum r
Panis [deo paracione de lobo li. xii c. xiii h.
— i. sanctitas specialis quia in sel... quando mutat li. xx
Panis sancte scripture intelligentia [c. iii ff
Panis divine vel [li. xv c. xviii ff.
— legis li. xviii c. xvii a.]
Paradysum deus esse venit in li. iii c. xi r.
Planctus li. xx c. xx e.
Pannus menstruatus li. xi c. vi d.
Pars malorum et bonorum i medio sito li. xx
[c. xii z.]

Parvulis dyabolus insidiatur li xiiij c xxx ff
Placere deo et hominibus displicere li xv c xviij b
Passio xpi seu pietas in xpm li ix c xiij p
Passiones multas sustinet sancti misti q
mali in puti et in deo pergunt li xviij c xiij p
Patres veteris testamenti in manibus porciunculas
portantibus et p aquila signi li ix c xiij bt
Pauper li vj c xiiij f
Pax li vj c xix x
Pauptas in macie designa li vij c xv l
Paupertatis nomine humilitas desigt li vij c xxiiij
Paup qui desidio tenetur ut dives li
Pedes lavare i p xv c xx e
dictatores invidere li j c xx b
Pedes egentis hominis dei sunt predicatores li
Peccati delectatio p dicm xviiij c xiiij q
designata li iiij c viij b
Peccatum excecat li iiij c vij t
Peccati p primum nō delecta request dei
indiciosq̄ pena delem
non requiret li iiij c vij ve
Peccatum quamque nō dimittitur in isto li iiij
Peccati appetitum debilitati est li iiij c xiiij d
Peccato peccatum addere piac c xiiij dq
tinua li iiij c xiiij b
Peccati minima sepe remanent in hoīe ne
ho superbiat li iiij c xiiij e
Peccatum in nobis ppagatum nō sinit oculos
mentis nre elevare li iiij c xiiij f
Peccatum gravior mors pervenit in corde et
operatior consummatur in ope li iiij c xvj
Peccatorum nomen li c iiij q o p
lectores eos in peccatis fortificat li iiij c xviiij q
Peccati assuetis li vij c xv e
Peccatoris excecatio li vij c xv ff
Peccatum nō potest esse qui vince pfa li viij c
Peccatum ppudenie signum li viij ix q
Peccatum tollit li viij c xxiij z c x b
Peccatum originale xpt qui ho dapnat li ix
Peccatum nō dimittitur impenitenti c xij d
li ix c xx q
Peccata pfectis delecta sepe inserpunt ad
delectationem prie cogitationis li ix q
Peccator capitur ad modum leone xxix y
li ix c xxx q z xxxj d
Peccatis primis si nō resistimus ad maiora de
labimur li x c xx l
Peccatum nullus admittunt li x c xij p
Peccatores qui peccant volentes ad penam
venies dei sunt nolentes li xj c xxiiij b
nō expendunt li xj c v x
Peccator p terram signatur li xj c v z c xij c
Peccatum p vinum et cibum designatur li xj c xiij g
Peccatum et iniustitia secli et delictum differunt
Peccator in terra et pulvere designatur li xj c xxiij r
natus li xij c ij p
Peccato nullus caruit nisi xpc li iij c xij b
Peccati miser qui in singulo signati li xij c iij d
Peccatores levithi nolunt li xiij c iij bt
Peccatum p mortem signatur li xiij c v b
Peccatum qui ex vero impiorum li xiiij c xiij c
Peccati meditatio perduces ad consuetudinem
Peccatum quendam ponit deo li xiij c xiij a
terra et quantum gravitatione li xv c xviij b z
Peccator sapiens fiet in pena qui xxiiij t
stultus erat in culpa li xxv c xix d
Peccatum ad mortem li xxv c xxv $\frac{z}{t}$
Peccator tempus pene vertit ad cumulum li xxv c iij h
Peccata in nobis propagata li xviij c viij v
Peccata quedam sunt que amissio vitam ponit et quedam non li
Peccatis carere nō possumus quodam xviij c xiiij h
in hac mortali vita sumus li xviij c xxvij d
Peccatores qui superveniente spiritu in tonegie vestiunt
penitentiam designati li xxviij c xxxiij p
et li xxiij c xviij t
Pellem p pelle dare li iij c ij c
Pena ondit amorem in pfacere c vij dicta fine
Pena bonorum que mali infligunt mali bonis
infligunt et pena est li iij c iij z
Pena quam xpc pertulit iniuste solvunt nos
a morte quam demerueramus iuste li iij c x t
Pene modus li iiij c xiiij d $\frac{z}{t}$ z
Pena vera li iiij c xiiij t
Pene hominum a rebus insensibilibus li vj c v ay
Pung non est ex cum amaritudine est li viij c
penitentis confessio li v c xx n xx e
Pena malorum eterna est li xv c ixd
Pena filiorum pertinet perventum li xv c xviij v
Pena fidelis aliorum pertinet provinciabus li xv c
Pena malorum in futuro li xvj c vj ff xviiij z
Pena ex confideratione distincta meditatur li xvj c xj z c
Pena culpe accidit li xviij c x t
Pena malorum sepius bonos docet fuga viaro
Pena reproborum viiij li xviiij c viij aj
malos nō purgat li xviiij c xiij p
Percussionum divisum genera in pfacione c ix h
Perseverantia finali li j c xxviij b
Persecutores xpi li ij c xviij $\frac{z}{t}$
Persecutores et emissi fidelium li iij c xij z c xiij p
Persi duobus modis bonos impetit li v c vij z
Perire cum tempus li vj c xiij v
Persecutor maiestatis opprime a gloria li xiij c ix t
Peregrinus et xpc dictus li xiiij c xiiij l
Persecutor et bonus et malus li xiiij c y
Perscussio dei vel hominis li xiij c xviij a
Persecutores ecclesie dei castrare torcularibus li xiij
Peregrinum et hospites dei hic c xx h
electa li xviij c xiij $\frac{z}{t}$
Predicatores sancti reges et consules dei li iij c xix q
Predicatio psi li vj c xij z d $\frac{z}{t}$
Predicationis labor li vij c viij
Predicatio ypocritarum nō eterno attendit li iij
Predicatores p motes designatur li ix c xxix h
Predicatores a sole et stellis vj j
et celo comparatur li ix c vj l z viiij
Predicatio illis utilis est in quorum mentibus dicunt non
Predicatio cum operatio est li xj c iij p v
li ij c v x
Predicatoris perpetualibus predicantes li xj c iij b
Predicatio in iudice designatur li xj c ij p
Predicator qualis corripere debet li xiij c ij h z iiij j
Predicatores ecclesie in maxillis designati li xiij c v r
Predicatores qualiter corrigere debent li xiij c xviij u li
Predicatores in bove signatur li xvij c xviij xvij c vij s
Predicator alios mittit dies scripturis y
negligens et dimittens addiscens li xviij c x c
Predicatoris mali fortitudo li xviij c iij ff g

Pdicatores no dnt ppls alta pdicare sed si-
plicia et subtilia pdicatos eis maxie ob
Pdicator cosi | scie li xvij c xij f
decrare dz audiencium modu z qlitate
Pdicacois modus | li xvij c xiij l
qualis debeat ee li xvij c xxvij p
Pdicacio in sibillo designata li xvij c xij v
Pdicatores ex sciencia pdicare dnt no
ex se sit herecia li xvij c xij o
Pdicacio sci preveniente signata li xvij c xvij z
Pdicatores p ton nos designati li xvij c xvij z
Pdicatores relinquit malos | ce eos indiue
Pdicatores z pro | nabit li xvij c xvij g
phete appellant | instructores li xvij c xix
Pdicatores nom testamenti pcellut
pics ueteris testamenti p cui deimai z
Plati cu se | z apliis designati li xvij c xvij b
affligunt que alioz delictis i fine designati li
Plati i pastoribus signati li | xiij c xiiij e
Prudentes respicientes | xiij c vij ff
alijs psunt li xij c ij v
Presciencia dei li xij c j l
Prescicia di q morte unt psciunt li xij c iij b
primum i equalis ratem z iudicij li xvij c xvij
presumpcionis medicina li xx c xiiij b
pignus ar donum spc sci l gso pati li xij c ij v
principes li xij c ix ij z x v
prsumpcio ex bonis opibus li ij c xxiiij v
pondus pcti li xiij c xix d
populus simplex i bone z ciuis designatis
plq huius scli sapientes | li xvij c xij k
i xpm no cognoverat filiu di no cognouerit li xvij c xxiij g
Potentes huius scli noie montium appellat
ipls gentiles z po | li xvij c xxv f
pulsapter p topazon designati li xviij c
Potestate dei iusta li xviij c ij b | xxij c
potus voluptatis li xv c xxiij p
plorare li ix c xij c
Prosperitas p die designata li iij c xij b
Prosperitate boni timent z mali amat li v c iij f
Prosperitas elevat malos z deprimit bonos
Potestas in qua multi | li v c vij b
male agunt li v c vij b
proximus ex se cognoscendus z amandus z
hbat des fores p | amandus li vj c xxiv
nitur in collacione li viij c xx b
prophecie spc li xij c x v t
Prosperitate impiorum insti admirant li xij c ij
prosperitas maloz i maledicenz c muntat | z z
Permissio maloz | li xvij c xviij z
sine hetrarum li xviij c xx
Pugna contra dyabolu i p fraude c xij h
pugnare cu usq dyab li iiij c xiiij d
pulcritudo mane li xij c vij v
pulices i cogitacoes li viij c x b
pupillus li viij c j a
putredo z ui z sonor mtti li viij c iij g
Pudore de mali pctii adus mali no fuit li
pupilli dur cli li xij c xiij v | xij c xiiij b
prudencia li xviij c x b
prudencia xpi quoi dyaboli sciperit
li xij c xij v

Olfactus anctorie inuenit in se xp ei no
videbat in ec li xvj c xvij f
Querere regnum di z iusticia eius li xv c xxiiij
Querere sapiam z xpm, di natuabt z sapiam
li xviij c xviij z oibus scripturis ad fine lib
Quinque sensus sr dimisi li xiij c iiij
Quinquagenarium cui significat li xvij c xxj k
Quinq uirtus in qua spc sts habitat li xviij
c xviij x z xxv v
Radiaz montem dni cogitacoes potenciam | li xviij c xxvij
Readman li xij c xviij v
Recordat ds bonoz li x vij c j b
Redire ad vicia pcti li vij c xvj z xvij k
Redempcio iustoz p xpm li xij c iij c v c
Recordari deu qd significat li xij c j n
Redemptor ire vinit li xiiij c xx h
Redempcio nra p xpm fcta li xviij c xvj b
Redimere nos uenit sol filius di li qr p nulla
aliu decuit creatura liberari qd paratore
Reges li j c vij d | li xviij c xxvij z
Reliquie cura eumz spc deu li vij c xiiij l
Reliquum a deo mali est li ix c xxiij c
Repulsio dei p malos li xv c xv j
Requies li j c xviij
Requies ura in deo li xviij c xxxv v
Resurrectionis fute glam i pnti vita no
possumus penetrare li iiij c xv g
Resurrectio xpi li vj c xij cd
Resistens deo confundit li iv c ij h
Respicere deo qd sit li ix c xxiiij k z li xij c iij f
Resurrectio x z aliorz li xij c iij r
Resurrectio generalis fiet i die iudicij li xij g | iiij v
Resiste dyabolo finali pt hoc si w li xiiij c
Resurrectionis spes que | viij c xiiij k
est certa li xij c viij k
Resurrectione futuram spare debem li xiiij
Resurrectio corpum futura li viij c xij | c xij j
Resurrectio dni i voltune | li xxi li xxiiij a
designata li xviij c xxv f | z xxiiij c ij n
Reuersio dei ad hominem li ix c xxv c
Rethe quo pravores i voluntar li xiij c iiij q
Rex ucmoz e dyabolus et prim li xiij c iij e
Risus iustoz in futuro li viij c xxxiij z
Ridere dei e leviare affigitur nolle miseri
Riuus cruentes fluminos | li ix c xv c
pdicacionis li xviij c xx k
Ruge i duplicitas maloz i ecia li xij c iij l
Sacerdotes atque reges pplm fecunta-
tes pacta designati li ij c xviij z
Sacerdotes inglorios li x c vij c
Sanctus i pnti li xij c viij d
Sacerdotes z reges pplm li xiiij c xiij e
Sacerdotes maloz dei sr inglorii li xiiij c xviij l
Sanctis actis eciae visiois ex fidelis sp cat
conditur li xxiiij c xxxv
Sacramenta scitdem legis ueteris preciosa li
Sat septimu i angelo designatu que | c xviij
Sagitta i | mali delicias prat li xxij vnkl
potencia ut cumdulasio li vij c iiij e
Sal li vij c xij
Salua i dyna conplaco li viij c xxij
Sacerdos dni consules li iij c xij v
Sa plus tenet pspm qd aduersa li v c j e
Sci no exaudiunt tribulaciones qd eis ptis no
Sacroz desiderium quo inest semet li v c xxij v
sr exaltati li viij c xvij h

Sa q' hic deo s'uiunt et tn̄ dona no dimit
Sa q' vermis simia | tur. li viii c xxx
cognoscunt eo sublimius tiona desperant
li viii c xix p
Sa i pntī retribucione no quunt li viii c
Sa equalit' mīti sc̄ et equalit' deo | xxiiii a
fidunt li x c xxd
Sa vi quīdo plꝫ q' sois ... dolo... ta
to plꝫ renouant intus li x c xiii z
Sa viri i pntī sua intima diligent pscrn
Sa viri q' hic | tant li x c xvii z
sc̄ securi et no amat pntem adūsitate
Sa vi ipius deo | li x c xviii z
auctore extinc sc̄ bn custodiunt intus
tn̄ i cogitacoibꝫ se pe labunt li xi c xvi o
Sa pacē sigt li c xi y
Sa viri ipius i pntī curis tiemis impli
cant tn̄ mete sido no recedunt li viii
Sa oē ipius qz inedi in sioe | c xviii z
psciant ipius magis intima diuiticias
conspirant tanto magis se nichil ee cognoscunt
Sco2 nullus indigꝫ | li xviii c xxx k
potuit xpo adequari li xviii c xxxi a n
Sanguis i pctm li xiii c iii b
Sanguis xpi q' i mīm effusus e redepcio
Sco2 multitud li | nonj li xiii c iiii h et viii
xviii c xviii cd
Sapia malo2 p ... designata li iii c xv d
Sapia p ... designata li iii c xiii c y
Sapientes cphendit deꝫ i astucia sua li vi
Sapientes ali | c x z xii z xii a
... se credunt ee mali li x c xviii c
Sapia huius mundi et sapia iusto2 li x c xvi f
Sapientes sc̄li ipius deu ex rebꝫ cognoscunt
tn̄ ei opibꝫ contradicunt li ii c iii p
Sapia dei diuisimo... hoies inhitat li xi c iii | b
Sapia v. vnigenitꝫ dei li x c iiii t
Sapientes sc̄li q' no puenint ad vitam sc̄i
Sapientes sc̄li | picuiam li viii c xiii t
... vitia exclusi ... li xv c
Sapiens difficile ... li xii c | xxiii n
Sapie ad sobrietate li xv | xxv ca fine
c ii z
Sapientes ... et no facientes
... et ... li xviii c iii b
Sapia ubi inuenit li xviii c xii o
Sapia huius sc̄li stultacia e apud deu li xviii
Sapientes dni ee abyssꝫ li xviii | c xxiiii v
Sapientes huius sc̄li q' ab ext | c xxiiii v ca fiez
pulc' apparent intus tn̄ fedi sc̄ p infide
litate ... meditacōe dei et hoīs
no cognouerunt li xviii c xxviii e
Sapie i xpo filio dei n' angli n' hoies
assimilari pnt li xviii c xxiii a
Sapia eterna sp e et sapit n' aliud sc̄ ee et
Sapia dei que apud pr̄ | sapie li xxviii c xxx l
tiens erit inuisibil' ... mundo vi
sibilis apparuit ... videntes gentiles ab er
rore infidelitatis ... sc̄ li xxiiii c xxxiii q
Sta... n filius dei li vi c ii z y
Stabilitas in actiua vita et defectus i co
templatiua li xx c xviii t
Serenitas cordis ... pit li xv q
Seculares bona p ... sigt li xv | xv iii
Seruitas malo2 i pntis | c xviii x
li xvi c xxiiii x
Septem ps...m h' li i c 16 y

Sepulc2 ... li v c iiii a
Sepulc2 li vi c xxi z et xxxiiii n b
Sepultia ... sc̄ ... li ix c xxxv vii o
Sepultia mortuo2 sc̄ ... li xv
Separe ... li xiiii c xx l | c xxxiii a
Senn te ... li viii c xiii z xiiii z
Spes malo2 de ... vita | xiii et xvi
li vi c xxx n
Spes bono2 li vii c xv o   Spes ... l. x. c 16 4
Spe auferre li xviii c iii f
Spes impio2 li x c xxiii h
Sensus ... li xi c xiii
Sentencia mortis mutari no pt li xi c xiii | g
Sensus hoīs ... li viii c v q | x
Seq' vestigia dei li xviii c xiii d
Seq' nolle ... li xvi c xxi a
Seq' vias dei li xviii c iii k
Symile duobꝫ ... li v c xxi v
Symo ... irrigat ... li vi c viii r
Symile de ... li ix c xxiiii k
Symo ... si no agit ... li xx c
Synnus ... li xxiiii c iii e | viii ff
Synnus ... li viii c xxi a
Setencia ... fortis i stilo ... li xiii c xxiiii c
Synnis no cognoscēs ... li xv c xv l
Symile mali ... nolunt ...
... li xx c xxx et xxxi l
Synnus li xviii c iii r
Semi ... sapientes ...
... li xxiii c xxx l
Symile ... boni et mali li ii c xiii b
Synnus ... li iii c xxv b
Simplicitas ... no valet | xxxiii c
Simpli | li i c xiiii q
citas mala li i c xvi e
Sile ... li v c viii ca
Simulator li v c xx ff | fiez xviii t
Silencium malꝫ li vii c xxiiii z
Simplicitate ... detestant li viii c
Simplicitas iusto2 sc̄i | xxiiii z et xxxv i
... li x c xxiii g
Simplicitas cordis li xi c viii g
Sciencia ... ignorancia est
li xii c 4 i
Scia ... designata li xviii
Scie plenitudo i cherubin | xx sc̄ et xxxiii o
... li xviii c xiii a
Siles ... li xviii c
Sciam ... | xxiii ff
et ... li xxiii c xxiii r
Septuu sacra ... li 4 c xxx a
Septuu ... li 4 c
Scia ... papiro sigt li xxiii c iiii | 4 | 4 e
Signum ... sc̄ ...
Septuu sc̄ | li xiii c iii v
... li xv c v y
Septime sacre ...
...
... li xviii c xx a et xxi n
Spus sc̄i ... li 4 c 3 f et xxxi k
Spus rogat ... li iii c
Spus sc̄s li v c xiiii n xvi b | xvi b
Spus sc̄s p ... designata li vi c viii q

Spus scus ornat aplos virtutibus li xvii q xvi v.

Spus in-lutis operatus li xx q xxxiii x.
Spus sci donis vestiunt qui adveniunt
Spus li xi q iii q. li x q viii b.
Spus scus sua gra replet nos bonis
Spus sci dona z mella li xv q xxii c.
— unus in pignore designatur li vii q iv v.
Sps desiat ubi caro requiescat li x q xxviii b.
Spus s- liberet extant in mente iuncta
— li xviii q xxviii x. z xxv v.
Spus scus liberum se cordibus infudit hu-
Solum de — manis li xviii q xxxi l.
— storum beatorum li iii q xii v.
Solitarii in onagro signati li vii q vi ch.
Sompnus triplex li v q xx v.
Sompnus i. paupum li viii q xx p.
Sompnus ac de non debemus li vii q xviii k z
Solum dei e gla regni nec tui — xxviii ai.
— gcbia inutiles seu nosi pi li xxvi q xxiii m.
Spolia dni. eloquia divina li xxiii q iii y.
Sompnus ypocrite z sine divitia li xv q iii x.
Suggestio dyali occulta inducens viole
Substancia — tam temptacione li xv q vi z z
— divitiarum ubique est li v q xxiii z
Suppliciu e'tna ordine non habent li xx q
Superbia hereticorum z malorum li iii q — xxxv k
Superbia i mortem simulat — xx c.
— li xi q xxii e.
Superbit super se li xii q xxi e.
Superbus i ligwn peccans li vii q xvi b.
Superbus dni non subsistit li xi q xxv p.
Superbia z iamis gla dni dexit li viii
Superbia z vanis gla elevat hoiem — q xxx e.
— li xviii q xx g.
Superbi adip. operati li xvi q xxx.
Superbia pauperis ut divitis li lix q xxx e.
Superbie opsio in oclis li xxi q xxv p.
Superbi z si eis adherent spiritu plus hii cv
— ictaunt tactu quoniam cunis depinit
Superbus dyabolus — li xvii q xi de
Superbiant — li xviii q xv r.
— divites q velit in corpus sibi a cessat li xviii
Susurrium i. locucio dei intua — q ix a.
— li v q xx p.
Suspendi desiderat sit atrenis li vii q xviii
Stulti i mo no amore li vi q iii d. n.
Stulti medici et pauper li xviii q xx q.
Stulticia prudentis li xiii q xv q.

Thabernaculum impiorum i. huius felicitatis
li viii q xxviii b z xxxviii cd.
Transgressiones decalogi li xviii q ix q.
Tacere li xi q xx x.
Trahit dyabolus multos post se li xv q xxiii p.
Tabernaculum impiorum li vi q vii h.
Tedium impiorum li ix q xiii k.
Tenebre ignorancie li v q v r.
Tenebre i. pravores li xvi q xiii o.
Tenebre vita pns vite li vi q xxiii x.
Temptari permittit deus hoiem z temptacione
— q pt ho sustinere li ii q viii g.
Temptacio multum proficit li ii q xxviii t.
Temptacio insipienti z quo in eam
Dnn permittitur li iii q ii cd.

Temptacio dyabolica duplex interior mentalis
Temp — z exterior corporalis li iii q iii g.
Tantum tunc nos dyabolus per amicos z nobis
— coherentes li iii q iiii h.
Temptacione dyabolica incebrat ne sint gressa sit
— nos derelinquunt li iii q xi x.
Temptacio interior z exterior li iii q xii p.
Temptacio bonorum z malorum inequalis li iii q xxx
Temporalium cure li v q viii t. q.
Temptacio dyabolica multiplex li v q xvi h.
Tempus voluptatis ad pene lancea querere
Temptacio corporalis q despicia — li v q xxxviii k
— entes mundi ad priam inhelat
Temptacio — li vi q xii k z ai.
multiplex z de pugna temptacionum li vii
Temptacio de vita — q xviii o p.
— nostri li viii q iii d z iii c.
Temptacionibus mensuram imponit deus li xv q xv
Temptacio instrorum q sint a dyabolo li x q xxx x. q.
Temptacio iustorum profuit li x q xv y.
Temptacio in sollo designate li xi q xiii v.
Temptacio hois tunc operatur li xi q xviii b.
Temptacionum duo genera li xii q vii z viii ai.
Temptacio dyabolica multiplex li xiii q vi xy a.
Testes in celo sunt pr de filio li xiii q viii l.
Temptacio dyabolica violenta divinitatis lenius
Temptati mali de — li xv q vi z r.
— iiii ec negant q boni i temptacione
— recognoscunt li xviii q ii q b.
Tempus acceptabile li xviii q v ai.
Tempestatis noie dies iudicii exprimit li
Terminus dispensacionis p — xviii q x d.
— cuncelos dig designate li i q xiii g.
Termina nostre dispensacio quanto maior est
— tanto plus insidiatur i inimicus li i q xxviii ai.
Terra siracus fracta fitibus li ii q xx.
Tenor bonus bonorum li vii q iii ff.
Terra miserie z tenebrarum — mfinis li
— mona insti despiciunt quia deus ea — ix q xxviii h.
Terra — cera mali erunt li xiii q xii q.
— tri. pravi li xv q xi v.
Terra i. tiems adherens li xv q xii x.
Terra i. voluptas vite temporalis in q sapia non
inventum li xviii q xxviii r / xxxi t.
Thezaurus li vi q iii k l.
Terra i. ecclia li xiii q xi s.
Testes dni martires z sci li xx q xxxii cd.
Testis i celo cum i boni li xiii q viii l.
Timere deum bonum li i q xii r.
Timor bonorum de suis operibus li v q v r.
Timori dei inest fortitudo li v q xii q.
Timor q boni sunt in suis operibus bonis li v q
Tunica i. carnalis temptacio li v xxxiii — xviii y.
Timorum bestie non sunt — q x z xxviii l.
— insti morientes li vi q xx xviii b.
Timent insti cum se non flagellant li vi q iiii
Timor i. repletur li vi q xi q. t.
Timere mali deum nesciunt n tacta adversitate
Timere debemus bene — li vi q xi q.
in bonis operibus li — q xix
z z xxi q.

De pt morte etiam li ix c 30 β et li 13 c 2. ¶ videbis deum [illegible] li 12 c 8 p
[illegible] 9 f.
De [illegible]

...nus boni cum[illegible] ...
simpliciter bonus quia per consummationem. hic autem sunt
... quod sit aliquid in diversis omnibus et pluribus instanciis
... ista distinctio. Ad 2m patet quod deceptio non est
in sophistice scire et potest inquirere veritatem vel scire huius
cavillacionis non est malum sed bonum secundum utrumque malum simpliciter
scire malum non est malum sed operari ut de sapiens. Ad ...
quod maximum intellectus de corruptione quia est simpliciter ... autem
corruptio non sunt simpliciter bona quia mala quae ad ... neque
universalis quia non perficit nisi ... et sic non sunt
Videndum autem sit locus extrinsecus. Finita illa parte in qua
determinat auctor de locis intrinsecis sequitur illa
pars de extrinsecis et dividitur in duas. In prima dividit auctor
locum extrinsecum in plures locos speciales. In secunda illis
prosequitur ibi: A loco oppositorum etc. et haec dividitur in vi iuxta
vi locos extrinsecos speciales. Prima in prosequitur de locis ab
oppositis secundo de locis adiacentibus ... quosdam libros ibi ...
... sunt ... ibi ...
... prenotatis locis et ...
... quaedam ...

[illegible]

amphia in oratione secundum accentus procedit ... amphiam. Secundum simplex et proportionem composito accentus simplex amph. ... amphia.
Secundum duplex et amphia ... amphia in oratione dictione ... amph. fit in oratione non in dictione. Ad primum istorum dicimus quod ... amph. diversas faciunt fallacias ... sas huius ... componentes ... possunt considerari uno modo secundum ... et sic ... quia non ... ex opposito. alio modo secundum ... hoc modo ... quia aliam et aliam habent ...
... determinandum de amph. quam de accentu ... quam amphia facit multiplex actuale accentus potentiale ... salvatur multiplex quam in ... Ad argumentum ... proprie sive simplex quam composita ... auctor ... multiplicat magis ... salvatur ...
Ad aliud ... uno modo ... simplex hoc modo non fit fallacia amphie in oratione sicut obicitur. alio modo ... signum ... signum ... fallacie ... in dictione.
Dum dicit et cetera ... auctor de equivocatione et amph. secundum se et absolute ...

[illegible]

Iudu te si. g. / Tm [illegible] h. na p[illegible] de m[illegible]. Et itaq[ue] m[illegible] sunt inlatos D. / N[illegible] numerus [illegible] B. Sz ia [illegible] E. // N[illegible] [illegible] D. [illegible] q[uo]d [illegible] ubi a rusum ille E. Si nos [illegible] ff. q. / Jnnumeris [illegible]. / Jg Job. i. q[illegible] h. No nunq[uam] ne J. 10 / Sz [illegible] libz [illegible] h. k. Sz q[uia] redeptor m[illegible] l. q. [illegible] lob. 11. m / firmat 18 N. // Dum plenitudo / [illegible] 12. O. // [illegible] cerit. 13. p. Siplex 2 rectus no nulli / 27. Sz actus [illegible] n. ni. Deu tacite / E. // Erat vir siplex. 18. b. Et fuit possessio C. / Nonnulla [illegible] 17. v. // [illegible] debat ei ne forte 16 x. / Et erat vir ille y // possit 2 p [illegible] ia. 3. / Sz // Quinquaginta bon 19. t / Eraud [illegible] // [illegible] redeptor [illegible] z / Aliq[ui]d indicat int[er] die 2 die 9. Septa ei facta a. // Et m[ultitu]do eius siti expleuit 20. / Eug[illegible] i orbe [illegible] esset b. [illegible] / Jg q[uia] [illegible] 21 / [illegible] E. Sz Siplex 2 rectus d. // Sat nanq[ue] nonnulli 22. E. / Natiu [illegible] Quata [illegible] historie [illegible] / Sz // [illegible] quinquaginta [illegible] 23. g. / Na sanc [illegible] J. [illegible] 2 [illegible] [illegible] k. // Sz [illegible] 24. l. / Sz [illegible] / Cosue [illegible] 24. n. / Ne forte peccauerit 26. O. / Sepe [illegible] p. // Cu ad [illegible] Job [illegible] 2a. E. Et nond[um] [illegible] de pulue [illegible] / Sic faciebat Job. b. / Sz [illegible] d. / Ex [illegible] E. / Et [illegible] v. 2 / Ju [illegible] 20. z. / Septe [illegible] y. Sz [illegible] 3. // Sz [illegible] z. // Sz [illegible] [illegible] ff. G. d. [illegible] / [illegible] C. // Et [illegible] [illegible] d. [illegible] ff. / Ete [illegible] 9. / Sz // [illegible] 19. k. // [illegible] 1. Sz Cur fin [illegible] m. // Nudus egressus 12. n. / Sz vir [illegible] p. Sz Ju [illegible] 13. [illegible] // [illegible] / Vide [illegible] 17. t. / [illegible] 18. v. / [illegible] Cu at sathan d. [illegible] Sz // [illegible] 21. C. / Sz [illegible] E. [illegible] E. // Na [illegible] 22. / Vt [illegible] y. // [illegible] 19. 3. / At si [illegible] 2. // Adhuc loq[ue]bat[ur] ille 19. 3. Sz Cur [illegible] lob. 9. Sz // Et tota capite / 20 d. Nunq[ue] [illegible] ff. g. [illegible] // [illegible] 23 J. Nunq[ue] [illegible] 24. l. [illegible] p. [illegible]

Sz 2 illo adhuc O // Era g[o] [illegible] tions 27 / p. Loq[ue]bat[ur] alle. e2. // [illegible] g[o] uehemens 26. z. // [illegible] 19 d. 2a. b. Na ee si magnalis a. Sz et ei / v. // Et tota capite. 28 p. Diffi cile [illegible] y. Et nond[um] q[uia] i [illegible] z // Nudus egressus sum / Nudus me [illegible] in oib[us] [illegible] / [illegible] y [illegible] sp[iritu]s 3. // [illegible] e ch / 1. d. Sz Cu at [illegible] fa me b. Sz // [illegible] 2 E. Sz dixit g[o] d[omi]n[u]s ad sa. d // Et testi [illegible] 3. E. Jntam / libz ff. Sz // Dixit at illi vx. 2 g. Ex [illegible] at male. h. // Et nond[um] [illegible] 7. J. / Ego d[omi]n[u]s 2 no [illegible]. k. // Sz ill[illegible] ualde [illegible] b. l. Sz Jn oib[us] [illegible]. Sz Jg audientes tres. n. Sz // [illegible] eleuassent / a. O. Sz [illegible] dn p // [illegible] ig [illegible] lob [illegible] e2. // [illegible] historia x 9 v. Cocomisti me. b. // Sz pensand[um] e 10 t. // Dixit at d[omi]n[u]s ad sa. 11. v / Nec [illegible] fit nobis x. pt p [illegible] y. [illegible] at [illegible] 3. // Et [illegible] em 12. z / Sz q[uia] [illegible] / [illegible] 3. // Dixit at ille vxor 13. / Adhuc p[er]manes 2 siplicitate a. Era d[illegible] b. // Jg[itur] audi [illegible] 17. E. / Sz [illegible] // Sz [illegible] 16. E. [illegible] ff. // [illegible] co ia. In [illegible] g. [illegible] // Mouet h[illegible] 19. J. / [illegible] q[uia] allegorie 19. k. Pensisi g[o] [illegible] l. // Sz [illegible] 20. m. Na si nonnulli. n. Sat nonnulli O // Sz [illegible] p. Sz [illegible] agunt e2. Si bo[na] suscepimus x. Sz [illegible] b. [illegible] // [illegible] 22 C. Aliqn [illegible] pri [illegible] v. Et [illegible] Loq[ue]bat[ur] ei p. [illegible] J. Era ia [illegible] y / Nunq[ue] egressus [illegible] z. // [illegible] // [illegible] z. // [illegible] 3. z. Post h[oc] [illegible] lob. g. Sat // At [illegible] a // Et [illegible] [illegible] b. 2. / [illegible] e [illegible] E. // Videat [illegible] b. At si [illegible] d. Sz Nos [illegible] E. / Oportet [illegible] / ff. Sz No [illegible] g. [illegible] h. Sat [illegible] J. // Et [illegible] k. [illegible] l. Sz [illegible] [illegible] n. Jn [illegible] O // [illegible] p. [illegible] // Pt [illegible] Dispe na [illegible] z / libz [illegible] 12. b Septa [illegible] E. Dies [illegible] v. Jn [illegible] x / Possit [illegible] [illegible] 13. y / [illegible] lob 3 // [illegible] 19 z. Dies ei [illegible] [illegible] b / [illegible] 9. No [illegible] E. // Sat nonnulli [illegible] b. Sz [illegible] [illegible] e. Nox [illegible] // [illegible] ff // Sepe [illegible] / Sepe [illegible] 2 no ita [illegible] h.

[illegible] // Quatuor [illegible] J. Cum delectatione 16 k. Sz gemib[us] q[illegible] l. // Cur me siste p[illegible] ial. m // Sz [illegible] n. Una ei diuinis O // Mox in [illegible] 18. p. // Si ei i ipis [illegible] 19: [illegible] Et edificat [illegible] solitudines. z // Jut [illegible] [illegible] 20. Era g[o] tot [illegible] b // Js Jn [illegible] cogitat: 21. C. / [illegible] v // ff[illegible] es [illegible] 22 x: / Sz [illegible] p[ri]ncipib[us] y // Era [illegible] 23. 3. // [illegible] 2a. z: Jbi [illegible] a. // Una [illegible] 27: / Cu at [illegible] [illegible] 9 // Audiui [illegible] voce [illegible] 26 / Era i [illegible] nob e [illegible] d. Et [illegible] lib [illegible] b [illegible] 2a. Sz [illegible] E // Cu ualde [illegible] 18 / Sz [illegible] E // Sz [illegible] 2. ff. Jn amaritudo [illegible] g. Et [illegible] // Sz [illegible] 3. J. [illegible] k // [illegible] l. Gaudet [illegible] 7. n. / Sz at [illegible] O Comedit [illegible] p // [illegible] 6. q. Era [illegible] z / [illegible] a. b // [illegible] E. N[illegible] [illegible] d // Et [illegible] x. [illegible] y // Paulus [illegible] 10. z // Sz q[uia] [illegible] 2. Era g[o] [illegible] 12. 3. [illegible] // Jg si [illegible] Jlle ei [illegible] E // [illegible] Sz // [illegible] 13. E. Era ei [illegible] // Sz [illegible] 12: E / [illegible] ff [illegible] 17. // Sz [illegible] 16. g. [illegible] h. [illegible] J // Sz [illegible] k. [illegible] // Sz q[uia] [illegible] 18. m. [illegible] n. // Et [illegible] 19. O. [illegible] p. // [illegible] 20 q / Sz [illegible] 21: C. / [illegible] z // Et nond[um] [illegible] V. / [illegible] x. // [illegible] 22. y // No g[o] [illegible] 23. 3. / [illegible] // [illegible] 22: [illegible] / [illegible] z // [illegible] 27 / // Sz [illegible] E [illegible] E. // [illegible] 2a / [illegible] h. Si g[o] [illegible] 29. [illegible] Sz q[uia] [illegible] l.



1352